Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

M. VERVS AVRELIVS ANTONINVS
IMPERATOR ET PHILOSOPHVS.

ΜΑ'ΡΚΟΥ

ΑΝΤΩΝΙ'ΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑ'ΤΟΡΟΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ

ΒΙΒΛΙΑ ιβ'.

MARCI

ANTONINI

IMPERATORIS

de rebus ſuis, *ſive* de eis qæ ad ſe *pertinere cenſebat*,

Libri XII,

Locis haud paucis repurgati, ſuppleti, reſtituti:

Verſione inſuper *Latinâ* novâ; *Lectionibus* item *variis*, *Locisq*; *parallelis*, ad marginem adjectis;

Ac *Commentario perpetuo*, explicati atque illuſtrati,

Studio operâqe

THOMÆ GATAKERI

LONDINATIS.

Ex libris
Petri Lambecii
Hamburgenſis.

CANTABRIGIÆ:

Excudebat *Thomas Buck*, celeberrimæ Academiæ Typographus.

Anno Dom. MDCLII.

Veneunt ibidem per Antonium Nicolſon, *Bibliopolam.*

Ex Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi.

Viris eruditione pariter ac pietate præſtantiſsimis amicisq; ſibi conjunctiſsimis,

In Academia

CANTABRIGIENSI

ad Sacroſanctæ Theologiæ Doctoratûs gradum evectis;

D. ANTONIO TUCKNEY,

Coll. Emmanuelis,

D. JOANNI ARROWSMITH,

Coll. S. Joannis,

D. THOMÆ HILL,

Coll. S. Trinitatis,

Præfectis;

Operis hujus edendi Avtoribus & Promotoribus præcipuis;

In animi benevoli gratiq; teſtimonium, ac monumentum,

Id ipſum, qicqid eſt, jure merito inſcribit dedicatqe

THOMAS GATAKERUS,

In Academia eadem Collegii qondam *Joannenſis* alumnus, *Sidnejenſis* Socius.

PRÆLOQIUM,

In qo de Disciplina Stoica, cum Sectis aliis, Peripatetica & Academica Vetere, Epicurea verò præcipuè collata; déqe eorum, qi hanc secuti sunt, qæ supersunt, Senecæ, Epicteti, Marci nostri cumprimis, scriptis disseritur: Operisqe hujus totius ratio atqe institutum exponitur.

SToicam *Disciplinam*, præ cæteris Philosophorum priscorum Sectis ad dogma Christianum proximè accessisse, è nostris qi censuerint, non desunt. Et Josephus qidem Judæus, ubi *vitæ suæ* rationem denarrat, de *Pharisæorum*, qam apud suos αἵρεσιν ἀκριβεστάτην fuisse [a] Pavlus pronunciat, qámqe horum uterqe, & Josephus & Pavlus, aliqando sectatus fuerat; [b] ἡ Φαρισαίων, inqit, αἵρεσις ὁμοιοτάτη ἐστὶ τῇ παρ' Ἕλλησι Στωϊκῇ λεγομένῃ. *Pharisæorum Secta ei est affinis, qæ Græcis Stoica nuncupatur.* Hieronymus verò noster verbis planè disertis; [c] *Stoici*, inqit, *nostro dogmati in plerisqe concordant.* Et in multis qidem convenire, ambigi non potest, si qis instituti utriusqe τὸν τῆς ἀρετῆς regulas legésqe secum invicem contulerit: in pluribus etiam, opinor, qàm Secta alia ulla; qum nulla, credo, comperta sit, qæ pietatis ac virtutis studium exercitiúmqe avt pluris faciat, avt altiùs evehat, avt fortiùs spiret, avt acriùs urgeat, avt penitiùs inculcet, avt enixiùs provehat.

Hoc qo clariùs eluceſcat, de Sectis eminentioribus qibusdam cum ista collatis videbitur. Atq; hîc mitto Pythagoræ, [d] mysticam an magicam dixerim, disciplinam, cujus rudera duntaxat & λείψανα disjecta jam supersunt. *Aurеum* enim *carmen*, qod hujus nomine prostat, ejusdem esse notæ censent eruditi cum Phocylidæ *Monitorio*; suppositititium utrumqe. Sed nec in ullo numero habendam existimem, avt Cynicorum affectatam illuviem, fœdáqe in propatulo etiam perpetrata [e] χειροργήματα; (qos [f] *à Stoicis tunicâ tantùm distare*, havd ritè pronunciâsse videtur Satyricus

[a] Pavl. apud Lucam, *Act.* 26. 5.

[b] Joseph in *Vita sua, de Bello Judaic.* libris *subjuncta.*

[c] *In Esaiam Comment. cap.* 11.

[d] Videatur *Pythagoræ Vita*, apud Laert. l. 8. & ab Iamblico conscripta, *cap.* 13, 14. 23, 24. necnon *Iamblichi vita*, apud Evnap. in *Vit. Sophist.*

[e] De qo videri poterit, nì pudor prohibeat, Dio Prus. *orat.* 6. in *Diogen.* sive, *de Tyran.* & Laert. *l.* 6. in *Diogen.* qo loco. vim vocabuli non assecutum Ambrof. Camald. Interpretem, non est mirum, qum H. Stephanus præterierit.

[f] Juvenal. *Sat.* 13.

ricus, qum illi [g] obſcœnitates iſtiuſmodi, ſordéſque etiam, [h] tanqam à natura humana alienas, ſint averſati:) avt Academiæ etiam Novæ ἀκαταληψίας, qæ cùm ſenſibus tam externis qàm & internis fidem omnem detrahat, [i] mentísque pariter atqe corporis oculos penitus revellat, hominem nec rationis particeps eſſe animal patitur.

Ad illos accedo, qi Philoſophiam nobis excultiorem dederunt, Scholásqe freqentiores, ampliores, illuſtriores habuerunt. Ex his ſunt, qi è Platonis Gymnaſio prodiêre, *Academici Veteres*, & Peripatetici: qos, qia [k] *nominibus* ſolis *locísque* (cùm *Academiam* alteri, *Lycæum* alteri tenerent) à ſe invicem *diviſi*, *rebus* interim *conveniebant*, unà junxiſſe, compendio dabitur. Inter iſtos cumprimis emicuit Ariſtoteles. Is in ſcientiis diſciplinísqe omne genus tradendis, *Logicâ*, *Rhetoricâ*, *Poëticâ*, *Politicâ*, *Oeconomicâ*, *Ethicâ*, *Phyſiologiâ* [l], ad [m] miraculum uſqe tantum præſtitit, ut plus illi hac in parte totus eruditionis humanioris circulus debeat, [n] qàm priſcorum, non dico uni alteri alicui, ſed eis, qorum ſaltem ad ætatem hanc ſcripta perennârunt, etiam univerſis. Nam qòd * *Platonem* hujus Magiſtrum, familiæqe illius utriuſqe parentem, *excipere* ſolent, qi huic alioqi primas deferunt; havd advertiſſe ſatìs videntur, Platonem non tam in diſciplinis tradendis, qàm in ſui temporis ° Sophiſtis, ſub perſona Socratis, defricandis, ludendis, traducendis, refellendis, horum phaleris detrahendis, fucis detergendis, tricis exolvendis, operam maxima ex parte collocâſſe. Unde natum, ut in *Dialogis* pleriſqe, per anfractuoſas diſceptationum ambages, artificio ſingulari ſibi invicem implicatas & innexas, in immenſum ferme protractâ diſſertationis ſerie, veri certíqe ſitiens lector, niſi qòd dictionis amœnitate, inventionis varietate, ſtructuraeq; elegantiâ, qæ feſſum interim reficiant, dum delinitur detinetur, logis longis ac lacinioſis penè delaſſatus, cùm [p] qod pro certo ſtatuatur nihil occurrat, in qo pedem figat, nec jam animi pendens, opinatione dubitationeqe omni depoſitâ,

[g] Proinde Zeno παίδων ἔρως τοῦ κατὰ πᾶσαν ἀκαταληψίαν, à Cratete deſcit. Laert. *l.* 7.

[h] Τὸ καθόλου πάντας ἐν τῇ φύσει τὰ ἀνθρώπου θεᾶσθαι ἔχειν· ἢ εἰ μή τι ἄλλο, ἢ τοῦτο ἅμα ζώων γνωρίζεται. Epictet. *diſſert.* l. 4. & per totum *cap.* 11. qod his verbis clavditur, Πᾶσα συγγενὲς ἀπό τινος ἀνθρωπικῆς γένεται· αὖ πῆ ἐγγύς ὅτι πᾶν μὴ ἀνθρωπικὴ εἶναι. *Naturâ homo mundum & elegans animal eſt.* Senec. *epiſt.* 92.

[i] Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 5. & *l.* 2. *c.* 20. & Senec. *ad Lucil. ep.* 88.

[k] Cicer. *Academ. l.* 1.

[l] *Muſicam, Mathematicam, Medicam* non adjicio, qia periſſe videntur, qæ de his ſcripſiſſe diſcimus ex Laërtii laterculo: ſed nec Metaphyſicam, qia nomen priſcis illis ignotum; aliúdqe planè ſonat τὰ μετὰ τὰ φυσικά.

[m] *Talem eſſe unum hominem miraculoſum eſt potiùs, qàm humanum.* Averroës in *Proœm. Phyſic.*

[n] *Ariſtoteles meo judicio in Philoſophia prope ſingularis.* Cicer. *Academ. l.* 4.

* *Ariſtoteles, excepto Platone, Philoſophorum princeps.* Cicer. *de finib. lib.* 1. *Ariſtot. longè omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans ingenio & diligentiâ.* Idem *Tuſculan. lib.* 1.

° *Sophiſtas à Platone intelligimus luſos à Socrate.* Cicer. *de finib. lib.* 2.

[p] *Platonis in libris nihil affirmatur; & dum in utramqe partem multa diſſeruntur, de omnibus qæritur, nihil certi dicitur.* Cicer. Academ. *lib.* 1.

firmus

firmus consistat, ac securus acquiescat, vix avt nè vix qidem tandem deprehendere qeat.

Aristotelem itaqe seligemus, qi in eis, qæ ad mores formandos, vitæqe rationem ritè instituendam pertinent, (de his enim jam agimus) reliqorum nomine sententiam ferat. Is post Platonem, cum agmine utroqe dicto, in tres classes *Bona* dispescit universa, *animi*, *corporis*, & qæ *extra horum utrumqe* consistunt, vitæ hujus adminicula. Qamvis avtem *animi bona præstantissima* esse censeat, & *per se* maximè esse *expetenda* concedat; tanti tamen posteriora duo ista facit, tantúmqe [q] ad sortem beatam constituendam momenti viriúmqe eis tribuit, ut [r] virum virtute licèt universâ instructum, sed alteris illis orbatum ac destitutum, *beatorum* numero eximat, præsertim [s] si in adversa graviora, calamitatésqe insigniores inciderit; ista siqidem, ubi incursaverint, *beatitudinem*, qanqam [t] *mutatu havd facilem*, [u] *intercidere* tamen, *abrumpere* & *corrumpere* prorsus.

At Stoici, adeò nihil hanc in partem efficaciæ corporeis externísq; istis permittebant, ut præ animi illis nec in *bonorum malorúmve* censu collocanda censerent; sed pro rebus *mediis* prorsus haberent, qæ in nevtram partem momenti multum conferrent: cùm [a] *nihil bonum* statuerent, *nisi qod pium, justum, humanum, honestum foret, nihil malum, nisi qod impium, injustum, inhumanum, inhonestum* existeret. Proinde *miserum* esse *insipientem, iniqum, improbum, impium* qemqe, qantumcunqe, qæ aliis habentur, *bonis*, *corporeis exterísqe instructus suffultúsqe vitam exegerit*; [b] *beatum* contrà *bonum piúmqe* qemlibet, qantumcunq; *malis*, qæ cæteris reputantur, *obstrictus divexatúsqe ævum transegerit*. Hunc denique solùm *sapere*, verè *liberum* esse, *sui compotem, omnium charum, cujus sub tutela curáq; cùm perpetim agat,*

[q] Τῶν εὐδαιμονίαν ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συντιθέντων. Arist. *Ethic. Magn. l. 1. c. 2.* Περιγράφεται γὰρ ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν, καὶ τῆς ἐκτὸς, καὶ τῆς τύχης. Idem *Ethic. Eudem. l. 6. c. 13.* *Multi & magni Philosophi hæc ultima bonorum juncta faciunt; ut Aristoteles, qi virtutis usum cum vita perfecta prosperitate conjunxit.* Cic. *de fin. l. 2.*

[r] Ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν ἐκ εὐδαίμων ἐνδέχεται εἶναι. Arist. *Eth. Mag. l. 2. c. 8.* [s] ἐὰν μεγάλαις γε, ἢ περιφανέσι τύχαις περέσῃ. Arist. *Eth. Nicom. l. 1. c. 10.* Οἱ δὲ περιζώσαντες καὶ ταῖς δυσκολίαις μεγάλαις ἀξιπτώτοις εὐδαίμονα εἶναι φάσκοντες, ἐὰν ἦ ἀγαθὸς, ὅλως λέγουσι. Idem *Magn. l. 6. c. 13.* [t] Οὐκ εὐμετάβολος. [u] Θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον. Ibid. Idem *Eth. Nicom. l. 1. c. 10.* [a] Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶναι· τὰ δὲ κακά· τὰ δὲ οὐδέτερα. ἀγαθὰ μὲν τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ ἐναντία· οὐδέτερα δὲ, ἃ μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει, οἷον ζωὴν, ὑγίειαν, ἡδονὴν, κάλλος, ἰσχὺν, πλοῦτον, δόξαν, εὐγένειαν. Laert. *l. 7. Zenon.* Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν, οὐδὲν ἢ βάρβαρος φιλοσοφία. Clemens Alex. *strom. l. 5.* Mox post nonnulla ejusdem notæ interjecta, ταῦτα θρυλοῦσιν οἱ Στωϊκοί. *Unum bonum est, qod honestum est: cætera falsa & adulterina bona sunt;* Sen. *Epist. 71. Nihil est bonum nisi qod honestum est.* Idem *Epist. 120.* Sed & Ambros. noster, idem *Scripturam asserere, Offic. l. 2. c. 3. Media, sive indifferentia vocamus, qæ nec bona, nec mala, morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem.* Sen. *ep. 82.* [b] *Virtus ad vitam beatam per se ipsa satis est.* [Hæc prædito] *adjice cæcitatem, debilitatem, dolores continuos & graves, non fit miser, Quem tam multa mala in miseram vitam non transferunt, nec ex beata qidem educunt.* Sen. *epist. 91.*

solùm

solùm posse [c] *securum malíque omnis metu immunem* degere, utpote [d] *cui mali nihil aut viventi aut morienti obtingere permissurus is sit*, [e] *cui ipse regendum se totum permiserit: nec posse itaque fieri, ut vel sorte beatâ unqam excidat, vel in calamitates ullas ejusmodi incidat, qæ beatitudinem incidendo miserum faciant.* Et hæc qidem fuêre Stoicorum dogmata, in qibus qatenus tam Peripateticos, qàm & Academicos veteres transcendebant, eò ad regulam populo Christiano præscriptam illis utrisqe propiùs utiqe accesserunt.

Etiamsi avtem concedere neqeam, qod post [f] Antiochum [g] Cicero, post Ciceronem [h] Avgustinus, ab istis illos *vocabulis* tantùm *discrepantes rebus* inter im *convenisse*, cùm hoc apud [i] Ciceronem Cato nervosè ac luculenter satìs refellere videatur; nolim tamen diffiteri, qod Orator celeberrimus ille, [k] *honestum* saltem *inter hos certamen* fuisse, cùm *omnis* esset *de Virtutis dignitate contentio*; hoc tantùm interesset, qòd partes *primas* alteri, alteri *totas* integrásqe *Virtuti* concederent. Cæterùm Epicuri hortulos cum Zenonis porticu, *Voluptatis* Magistros cum *Virtutis* patronis, molles cum rigidis, discinctos & dissolutos cum altè cinctis, arctè strictis committi & in certamen descendere, [l] indignissimum planè videtur, & à ratione omni alienum non immeritò habeatur. Nec defuere tamen istud qi tentarent: ídqe, qòd mirum magìs minúsqe ferendum, ex eis etiam, qi Stoicis nomen dederant, horum saltem in classe locum ambiebant. Sed qid in hunc sensum proferatur, avdiamus, ab eo qi Stoicus ipse haberi volebat.

[m] *Non est*, inqit, *qòd putes magnum, in qo dissidemus.* Exiguum scilicet spatiolum interjectum fuerat, qod utrosqe à se invicem dispesceret, cùm *Virtuti* illi *totum* deferrent, *Voluptatem* isti pro *bono* vel *summo*, vel *solo* etiam haberent.

Sed, [n] *Quam*, inqit, *virtuti legem dicimus, ille dicit voluptati.* At Stoici *Virtuti legem non dicunt, à virtutis norma legem accipiunt* ipsi. Nec si eadem suis qæ & illi in nonnullis præcipiunt,

[c] Διὰ τί γὰρ φοβηθήσεται τὰ παῦ μυρίων ἐν ἀνθρώποις ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν Καίσαρα συγγένεια ἱκανὴ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγοντας, καὶ ἀκαταφρονήτους, καὶ δεδοικότας ὑφ' ὅτου· τὸν δὲ τὸν θεὸν ἔχειν πεποιτὼ καὶ πατέρα καὶ κηδεμόνα, ἵνα μὴ ἐξαιρήσεται λυπῶν καὶ φόβων; Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 9.

[d] Ἐν τούτῳ δὲ δεινὸν δεῖ ἡγεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν ὄντε ζῶντι, ὄντε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτων πράγματα. Socrat. apud Plat. in *Apol. Pro certissimo habeatur, qod dicturus sum. Nec cuiqam bono qicqam mali evenire potest, nec vivo nec mortuo, nec unqam res eorum à Deo negligentur.* Cic. ex Plat.. *Tusc. l.* 1. & Epictet. *dissert. lib.* 3. *c.* 26. eoqid hæc, qàm qæ Solomon Parœm. 1. 33. & Pavlus Rom. 8. 28. [e] Ἄγε δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος· Ὡς ἕψομαί γ' ἀοκνῶς. Cleanthes. ὑπὸ παντὸς ἐνταῦθα ταῦτα. Epictet. *enchir. c.* 52. *diss. l.* 3. *c.* 22. *Duc me parens, celsiq; dominator poli, Quocunqe placuit: nulla parendi mora est; Assum impiger.* Sen. *epist.* 107. [f] Cicer. *de Deor. nat. lib.* 1. [g] Cicer. *de finib. lib.* 4. [h] Avgust. *de Civit. Dei. lib.* 9. *c.* 4. [i] Cic. *de fin. lib.* 3. [k] Cicer. ibid. *lib.* 2. [l] χαλεπὸν, ἐλευθέρῃ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη. *durus res, Matronæ cum meretrice contestatio.* Menand. apud Cyril. *adversus Julian. lib.* 7. [m] Senec. *de Vit. beat. c.* 13. [n] Senec. *ibid.*

ideo

ideo non longè à se invicem divisi existunt. Ecqis *Medicum* à *Philosopho* non distare multùm dixerit? Eadem tamen suis in victu vitáqe communi præcipiunt isti, præscribunt illi. Medicorum principem & parentem avdiamus. [o] Πόνοι, inqit, σῖτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια· πάντα μέτρια. *Labores, esca, potiones, somni, venerea; moderata sunto omnia.* Ecqid aliud Philosophus, sive Stoicus, sive Epicureus etiam, sive alius qilibet? sed aliis planè rationibus, & diversis prorsus, singuli. [p] *Finem* aiunt, *dare appellationem*, & *in re ethica formæ rationem habere.* Istic ergò verè usurpatur, qod diverbio vulgari dicitur,

[q] Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ἐρίσματα.

Fines Mysorum sunt Phrygúmqe dissiti.

nec secus [r] *Medici & Philosophi, Epicurei & Stoici* fines sunt divisi. Medicus siqidem valetudini prospicit, nè in morbum mutet; Epicureus voluptati, nè in dolorem vertat; Stoicus virtuti, nè à tramite istius vel tantillum declinando, in vitium protinus proruatur. Toto deniqe, qod ajunt, cœlo á se invicem sunt dissiti, qorum alteri *Virtutem*, tanqam Reginam legitimam, Principem justam, cui cætera concedant omnia, in fastigio summo collocant; *Voluptatem* huic vix in famulitium etiam admittunt, qæ vel ad pedes subserviat, vel à tergo subseqatur; alteri *Virtuti* de Principatu dejectæ *Voluptatem* substituunt, [s] cui in solio regali sedenti, ancillulæ instar, astet illa, hoc duntaxat officium suum ducens, Dominam in avrem admonere, caveat, ne qid perficiat, à qo dolor aliqis oriatur.

Sed, [t] *sancta*, inqit, & *recta præcipit Epicurus*; imò *rigida* & *tristia, fortia* etiam, *si propiùs accesseris.*

Et propiùs igitur accedamus, qò penitius & accuratiùs introspiciamus. idqe eò lubentiùs, qia [u] multos monet Orator hac offuciâ allectos Epicureas partes seqi, qia *recta & honesta* ipsum plurimùm facere putant.

Sancta ergò scilicet præcipit is, cui [x] *numen rerum humanarum curam nullam planè gerit.* cui [y] πρᾶγμα ὁ θεὸς, ὅτε αὐτὸς ἔχει, ὅτε ἄλλοις παρέχει. [z] *negotii qicqam Deus nec ipse habet, nec alteri exhibet.* qod impii illi olim fœcibus suis immersi infixíqe Judæi, [a] *Deus nec beneficio nec maleficio qenqam est affecturus*; [b] *nec propitius esse, nec irasci cuiqam potest.* qi deniqe, uti gloriantur assectæ ipsius, [c] *pri-*

[o] Hippocrat. *epidem. l. 6. sect. 6. § 5.* & ex Hipp. Galen. *Hortat. c. 6.*
[p] Ὅρος ἐστὶν ὄνομα τέλους. Aristot. *Ethic. l. 3. c. 7.*
[q] Strabo *geogr. l. 12.*
[r] Χωρὶς τὰ φιλοσόφων καὶ ἰατρῶν, ὅσαπερ τινὲς Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ἐρίσματα. Plut. *de valetud. præcept.* qod idem de *Vatibus* & *Philosophis* usurpavit Damascius in *Vit. Isidori*, à Svida adductus, qem ex Photio alibi restitutum damus.
[s] Videatur Cleanthis pictura apud Cicer. *de fin. lib. 2.*
[t] Senec. *ubi suprà epist. 33.* & alibi.
[u] Cic. *de fin. l. 1.*
[x] *Semota à rebus nostris, sejunctáqi; longè; Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.* Lucret. *l. 1.*
[y] Senec. ἀπόκολοκυνθ. τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει· ὥστε οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρεσι συνέχεται. Epicur. apud Laert. *lib. 10.*
[z] Cicer. *de nat. Deor. lib. 1.*
[a] Zeph. 1. 12.
[b] Cicer. *in Pison.*
[c] Lucret. *de rer. nat. lib. 1.*

mus adversus numen cæleste oculos attollere est *avsus,* [d] *ominemque fusditus* (quantùm in ipso fuerat) *religionem sustulit.*

Recta verò ab eis qænam, avt qorsum qis expectet? *qi* [e] *amicitiam, fidem, justitiam, virtutem ullam, nisi* [f] *proprii vel emolumenti, vel oblectamenti intuitu, nec colant, nec colendam censeant;* (*cùm* [g] *nihil horum per se bonum, suique causâ expetendum existimment;*) *qi* [h] *honestum ipsum inanem sine re subjecta sonum, nec tam solidum, quàm splendidum nomen pronunciant; qin* [i] *nec flagitio, facinore, scelere ullo, quod voluptatem conciliet, lucellúmve pariat, propter se abstinendum statuunt,* (*cùm* [k] *hujusmodi nihil ex se malum reputent*) *nisi supplicii,* [l] *damni, mali alicujus insecuturi metu coërceantur; nec à numine hoc* (*à quo iram vindictámve ob istiusmodi qicquam, vel expectare, vel formidare vanitatis & superstitionis nomine, non damnant tantùm, verùm etiam deridenf*) *sed* [m] *ab hominum conscientia, qi ab iniqa & scelesta perpetrantibus pœnas exigere, ac vindictam sumere, sive pro avtoritate publica, sive pro viribus privatis valent; hos avtem* [n] *latendi fiducia nulla possit unqam haberi.*

Sed pergamus, & *rigida* ac *tristia* ista Epicurea videamus, ut [o] *imperitorum scil. errore sublato,* ex horum patrono intelligamus, *ea qæ voluptuaria, delicata, mollis habetur disciplina, quàm gravis, quàm continens, quàm severa sit.* [p] Epicurus ergò ipse τοὺς ἀκολάστους καὶ ἀπλήστους castigat & damnat, qi *voluptatis specie objectâ allecti, præsentium deliciarum blanditiis deliniti, cupiditatéque enormi corrupti & occæcati, luxuriis ac libidinibus constringendos se temerè tradant, nec qid porrò eventurum sit, qos morbos, qos dolores excepturi sint, provident.*

Verùm qo fundamento istos reprehendat, extrema hæc satis liqidò produnt. [q] *Luxuriam* utiqe *severus* iste, *per se, avt propter se reprehendendam non putat:* siqidem [r] *Voluptas omnis,* inqit, *bonum est:* (ità nec ex turpissima re ulla perceptam excludit) Et, [s] *si ea,*

[d] Cicer. *de nat. Deor. l.* 1.

[e] *Qia hæc benevolentiã conciliant, & qod aptissimum est ad qietè vivendum, caritatem.* Torqat. apud Cic. *de fin. l.* 1.

[f] *Qia tutiorem vitam, & voluptatem efficiunt pleniorem.* Idem *ibid.*

[g] Nè justitiam qidem rectè qis dixerit per seipsam optabilem; sed qia jucunditatem asferat. Idem *ib.* τὰς ἀρετὰς διὰ τὴν ἡδονὴν αἱρεῖσθαι, ὡς δι' αὐτάς. Epicur. apud Laërt. *lib.* 10.

Nihil justum esse naturâ, & crimina vitanda esse, qia metus vitari non possit. Sen. *ep.* 97

[h] Torq. *ubi sup.*

[i] *Nihil tam turpe, qod hominum conscientiâ remotâ non facturus videatur.* Cic. *de fin. lib.* 2. Vide Sen. *sup.*

[k] ἡ ἀδικία οὐ καθ' ἑαυτὴν κακόν· ἀλλ' ἐν τῇ τῆς ὑποψίας φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῆς τοιούτων ἐφεστηκυίας κολάσεως. Epicur. apud Laërt.

[l] *Plus* hinc *in ipsa injuria detrimenti est, qàm in eis rebus emolumenti, qæ injuriâ patiuntur.* Torqat. *ubi sup.*

[m] οὐκ ἔστι τῆς λάθρᾳ τι ποιοῦντα πεπεῖσθαι ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ὑπὸ τῶν πολλῶν λανθάνῃ· μέχρι γὰρ καλαστροφῆς ἄδηλον εἰ μὴ λήσει. Epicur. apud Laërt. *Eleganter Epicurus, Potest nocenti contingere ut lateat, latendi fides non potest.* Sen. *epist.* 97.

[n] *Tuta scelera esse possunt, secura non possunt.* Senec. ipse *ibid.*

[o] Torqat. apud Cicer. *de finib. l.* 1.

[p] Torqat. *ibid.*

[q] Torqat. idem *ibid.* & Cicer. *de finib. lib.* 2.

[r] Πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν. Epicur. apud Laërt. *lib.* 10.

[s] Epicur. in κυρίαις δόξαις Cicerone interprete, *de fin. lib.* 2. Εἰ τὰ ποιητικὰ τῆς αἱρετῆς τοῦ ἀσώτως ἡδέως ἔλυε τοῦ φόβους τῆς διανοίας, τίς τε τῆς μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνος, ὅπερ τὸ πέρας τῆς ὀπθυμιῶν ἐδίδασκεν, ὑκ ἂν πλέα εἴχομεν ὅπ μεμφοίμεθα αὐτοῖς, πανταχόθεν ἐμπλεωθέντες τῆς ἡδονῶν, καὶ ὑδαμόθεν μήτε τὸ ἀλγεῖν, μήτε τὸ λυπεῖσθαι ἔχοντι, ὅταρ ὃ τὸ κακόν. Laërt. *lib.* 10.

inqit,

inqit, *qæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum & mortis & doloris metu, docerentque, qi eſſent fines cupiditatum, nihil eſſet eorum quod reprehenderem, cùm undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aut dolens aut ægrum, aut malum.* Ità nec luxurioſos ob eam cauſam reprehendit, qia luxuriosè vivant; probat potiùs ac collavdat, qia voluptatibus omni ex parte complentur; modò cætera caveant, qorum primum qidem & præcipuum eſt, ut omnem numinis è mentibus metum excutiant. Qâ ergò ratione caſtigat aſotos iſtos damnátqe Epicurus? qia utiqe [t] *Voluptates*, qas immodicè ſectantur iſti, *Voluptatem* ipſam *multis modis conturbant & corrumpunt*, dum iſtis procurandis & proſeqendis, [u] *in morbos graves, in damna, in dedecora incurrunt, ſæpe etiam legum judiciorúmqe pœnis obligantur.* Hæc ſcil. *rigida*, hæc *ſevera*, hæc *triſtia* ſunt, qæ ſuis præcipit Epicurus. Voluptatibus vel fœdiſſimis, vel obſcœniſſimis indulgeant, totóſqe ſe dedant, concedit; caveant duntaxat, nè uſu an abuſu immodico, vel morbum contrahant, vel facultates profundant, vel infamiam attrahant, vel legibus indicta in ſe arceſſant ſupplicia.

Sed temperantes, ſobrii, bonæqe frugis fuiſſe referuntur, ex eis, qi *Voluptatis* tamen *patroni* ac *magiſtri extitêre*, eámqe pro *bono ſummo* habuerunt. [x] Gloriatur utiq; Epicurus ipſe, *aſſe non toto ſe paſci; Metrodorum, qi nondum tantùm profecerit, toto.* [y] *diffluere ſe corpuſculi voluptate profitetur, aqâ & pane veſcentem, epuláſqe ſumptu magno comparatas deſpicere ac deſpuere:* [z] *aqam & polentam ſi habuerit, Jovi ipſi de felicitate controverſiam facturum:* [a] *ſummam enim iſta voluptatem exhibere, ubi indigentiâ affectus ea qis ſumſerit,* [b] *nec minorem voluptatem ex victu tenuiſſimo, & contemtiſſimis eſcis & potionibus percipi, qàm ex rebus ad epulandum exqiſitiſſimis, ubi qicqid dolorem creat, eis ſublatum fuerit.*

Et Evdoxo qidem, qi Epicuro prior, de *Voluptate* huic gemina tenuiſſe & tradidiſſe videtur, [c] *temperantia & ſobrietatis in victu inſignioris teſtimonium perhibet Ariſtoteles luculentum. qâ etiam* [d] *vitæ ratione fidem dogmati ſuo eſt ampliorem conſecutus, utpote qi* [e] *non affectu vitioſo, aut partium ſtudio, ſed judicio incorrupto*

[t] Τὰ πνῶν ἡδονῶν ποιητικὰ πολλαπλασίως ἐπιφέρει τὰς ὀχλήσεις ἢ ἡδονάς. Epicur. *ibid.*

[u] Torq. apud Cicer. *de finib. lib.* 1. Senec. *epiſt.* 18.

[x] Βρυάζω τῷ χρὶ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ, ὕδατι καὶ ἄρτῳ χεόμενος καὶ παρατρύφω τοῖς ἐκ πολυτελείας ἡδονεῖς. Epicur. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

[y] Ἐλαίαις ἔχειν καὶ τοῦ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνίζεσθαι, μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Idem apud eundem, ſed vitiatus, & ſic reſtituendus. qam vocem ἀσωτείας notat. Clem. Alex. *ſtrom. l.* 1. ac ampliùs intendit & extendit Seneca *Epiſt.* 110. *Faciamus*, inqit, *oro te, etiamſi iſta defuerint.* Et ipſe *Epiſt.* 25. *Intra hæc qiſqis deſideriorum ſuum clauſit, cum ipſo Jove de felicitate contendat.*

[z] Καὶ μάζα καὶ ὕδωρ πρὸς ἀκροτάτην ἡδονὴν, ὅταν δὲ ἄρτον τις αὐτὰ προστίνηται. Epicur. *ibid.* [a] Idem apud Ciceron. *de finib. lib.* 2. Οἱ λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελῆ διαίτην πρὸς ἡδονὴν παρέχουσιν, ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ. apud Laërt. *lib.* 10. [b] Διαφερόντως ἐθέλει σώφρων εἶναι. Ariſtot. *Ethic. lib.* 10. *cap.* 1. [c] Ἐπαινοῦντο οἱ λόγοι, διὰ τὸν τοῦ ἤθους ἀρετήν. Ibid. [d] οὐχ ὡς φίλῳ τὴν ἡδονήν.

f *& veritatis vi victus* g *de principatu pro voluptate sententiam tulisset.* de Epicuro verò ambigi non immeritò potest; qem Timochares narrat, non *assem nec totum,* sed h *minam* integram *in victum diurnum qotidie impendere solitum,* idqe i ipsum alibi de se esse professum. Aliud itaqe fuisse videtur, qod ex usu communi, aliud qod per exercitium peculiare factitabat. k *Certos* utique *habebat dies, qibus malignè famem extingueret, visurus an aliqid deesset ex plena & consummata voluptate, vel qantum deesset, & an dignum qod qis magno labore pensaret.* sive, qibus tanqam l *ad palum exerceretur, nè imparatum fortuna deprehenderet,* & m *ut contra injurias fortunæ inter ejusdem beneficia firmaretur.* Hoc per intervalla feciſſe videtur, qod Evdoxus forsan jugiter. Victum autem tenuem simplicémqe, qa de cavssa lavtiori ac multiplici; perpetim usurpatæ præsertim, præferendam existimet, rationes ab ipso proditas habémus. Et primo qidem loco, n *non ob luxum ipsum aut intemperantiam,* o qam *nec propter se fugiendam,* utì p *nec temperantiam propter se expetendam,* definiat; sed *ob molestias graves, qæ indè provenire possint.* Qia nimirum ex largiore ac lavtiore victu jugiter habito, ingentes in re familiari excitantur tempestates, qibus, dum epulandi modus nullus adhibetur, facultates funditus exhavriuntur, & *patrimonia* integra, qasi q *pilæ in modum convoluta,* r *ovi sorbilis instar,* ità penitus *deglutiuntur,* ut rerum omnium egestas summa protinus consequatur. Sed nec in re familiari tantummodo tam gravia isthinc emergunt, sed & in corpore ipso, s qod est illis *boni maliqe omnis,* qia *voluptatis & doloris,* utì mox videbitur, *sedes præcipua.* t *Consequuntur enim,* inqit, *magni dolores eos, qi voluptatem ratione seqi nesciunt:* dum u *qæ desiderantibus alimenta erant, onera fiunt plenis;* x *multósqe morbos multa faciunt ferculæ;* & y *miserabilior ex cruditatibus qàm ex fame enascitur macies;* eæ denique crapulam ebrietatémqe sequntur z *capitis vertigines,* oculorum suffusiones, *cerebri æstuantis verminationes,* artuum resolutiones, corporis totius affectus molestissimi, a qos si vel præsentiscerent homines, vel prævisos

f ἔτως ἔχειν καὶ ἀληθέως. *Ibid.*

g συνηρέθησαν περὶ τῆ αἱρέσει τῆ ἡδονῆ. *Ibid. lib.* 1. *c* 12.

h Μνᾶν ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς τὸν τρόπον. Laërt. *lib.* 10.

i In *epist. ad Leontium meretriculam, & ad disciplinæ suæ observantes Mitylenæos philosophos.*

k Senec. *epist.* 18. ex Epicuri *ad Polyænum epist.*

l Idem *ibid.*

m *Ibid.*

n οὐ δι' αὐτὰς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἀκολουθοῦντα αὐταῖς δυσχερῆ. Epicur. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.

o Torqat apud. Cicer. *de finib. lib.* 1.

p Idem *ibid.*

q Σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν παχεῖαν κοιλίαν, ἣ πᾶν ἅπαξ ἄπυλον κατεμάσησατο. Alexis Cnidia, apud Athen. *lib.* 4.

r ὥσπερ ὄὸν τις ῥοφῶν, ὅτω συνεσπογγύλικε, καξελύκισε.

s Videantur, qæ apud Cicer. ex Epicuro *de finib. lib.* 2. pavlò pòst exhibentur.

t Torqat apud Cicer. ex Epicuri sententia, *de finib. lib.* 1.

u Senec. *epist.* 95.

x Idem *ibid.*

y *Ibid.*

z *Ibid.*

a Εἰ τῶ μαθύσκεσθαι φεύγειν τὸ κεφαλᾶν παρεγίνετ' ἡμῖν, οὐδ' ἂν εἷς ὄινον ποτε πέρσετο πλεῖον τῆ μετρίω· νυῦ δ' τῶ τιμωρίαν ὀφλισκάνειν τῆς μέθης ἄξιον, φεύγειρας τὸν ἀκρήτως πίνοντα. Alexis Phryge. Et in eandem mentem Clearchus Corinth. Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἑκάστης ἡμέρας, Ἀλγεῖν συμβαίνει τῆ κεφαλῆ φεῦ τῆ πεῖν τὸν ἄκρατον, οὐδεὶς ὄφελεν ἄν· νυῦ δ' φεύγειν γε τὸ πόνε τῶ ἡδονῆ προλαμβάνοντες ὑγιεῖ μὲν τελοῦσι. Habet utrumqe Athenæus in *Dipnosophistis,* hoc *lib.* 1. illud *lib.* 15.

haberent,

haberent, negat ille apud Comicum Græcum, futurum, ut luxui vinolentiæque, avt toties, avt tantopere indulgerent. Adhæc prospectum hac ratione volebant, cùm ipsi, tum & ipsius assectæ, *ut* [b] *cùm in ipsa securitate animus ad difficilia se præparâsset, nunquam expavescerent, quod sapiùs experti, priùs didicerant, minúsque molestè id perferrent, si necessitas incideret, cui antè assveverant.* Porrò ut experiundo addiscerent, [c] *quàm exiguum naturæ satisfaciat, quantúmque ex istis voluptatis percipi possit,* [d] *ubi indigentiâ affectus quis sumserit ea.* Deniqe ut [e] *ex victu lavtiore voluptas plenior* accresceret, cùm [f] *voluptates usus rarior commendare* atqe [g] *intendere sit natus*; freqentior avtem, & continuus magis multò sensum contrà obtundere atqe hebetare consveverit. ac proinde assiduam escæ delicatioris usurpationem [h] *sumtûs quàm oblectamenti amplius habere* pronunciant. [i] Acriores utiqe ad res placitas intermissas revertimur: esuiqe [k] *lenocinium* est *antecedens* esuries, ut liberationis *muneri metus.* [l] *Cibi* itaqe *condimentum famem.* Socrates dicebat, *potionis sitim.* qemadmodum avtem ille [m] *ad cœnam vespertinam famem se obsonare* ajebat *ambulando:* Epicurus itidem [n] *ad epulas* insecuturas *appetitum vehementiorem,* [o] *famem maligniùs extingvendo, avcupabatur,* qòamplior ex lavtitiis haberetur voluptas. Cæterùm ad virtutem veram, lavdémqe justam nihil habet momenti, qicqid non honesti cavsâ, sed vel lubentiæ ampliori conciliandæ, vel molestiæ majori amoliendæ suscipitur.

Ità *rigida, severa, tristia* vidimus; *fortia* videamus. *Fortis,* inqit, est Epicurus, *& fortia* loqitur: [p] *fortis, licèt manuleatus; fortis, sed stolâ indutus.* Ecqa re fortis? Qia non prudenter tantùm, sed & fortiter agit. Etiamsi enim [q] *Voluptatem omnem in se bonum, dolorem omnem in se malum* censeat; [r] *bono* tamen *qandóqe tanqam malo utitur, & malo* vicissim *tanqam bono;* [s] prout expedire *vel non expedire* visum fuerit. [t] *siqidem & voluptatibus qibusdam qandóqe se abstinet, ob molestias, qas admissæ essent paritura;* [u] *& labores dolorésqe graviores etiam ac diuturnos nonnunqam sponte lubénsqe sustinet, qò voluptatem indè ampliorem deinceps consequatur:* (x *istius* enim

[b] Sen. *epist.* 18. ἐγὼ δ' ἐν πηλῷ ἀρίζους παρασκευάζει. Epicur. apud Laert. *lib.* 10.
[c] Epicur. apud Senec. & Laert. *ibid.*
[d] Epicur. apud Stob. *sup.*
[e] Torqat. apud Cicer. *de finib. lib.* 1.
[f] Juven. *sat.* 11.
[g] Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα μάλιστα τέρπει. Democrit. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 17.
[h] ὑπερβάλλουσι γὰρ τὰς ἡδονὰς τὰς ἐνεργείας, πολυτέλεια λέγει Alexis *Amante.* sive, Δαπάνη παρέσεται, ἡδονὴ δ' οὐδεμία ἔσται. Idem *Mentiente.* Athen. *l.* 10.
[i] *Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, qàm retentæ.* Cic. *Offic. l.* 2.
[k] Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 11.
[l] Cicer. *de finib. lib.* 2.
[m] Cicer. *Tusc. l.* 5. ὀψὲ συναγειν πρὸς τὸ δεῖπνον. Laert. *lib.* 2.

[a] Τοῖς πολυτελέσιν ἐν διαλειμμάτων πρεσβεραμβοις χρεῖτον ἡλᾶς διατίθησι. Epicur. apud Laert. [o] Sen. *epist.* 18. [p] Idem *epist.* 33. & *de Vit. beat. c.* 13. [q] Πᾶσα ἡδονὴ διὰ τὸ φύσιν ἔχειν οἰκείαν, ἀγαθόν· καὶ ἀλγηδὼν πᾶσα, κακόν. Epicur. apud Laert. *l.* 10. [r] Χαίρειν τὸ ἀγαθῷ κατὰ πρᾶξιν, καὶ ὡς κακῷ· τὸν δὲ κακῷ τὸ ἔμπαλιν ὡς ἀγαθῷ. *Ibid.* [s] Τῇ συμμετρήσει καὶ συμφερόντων καὶ ἀσυμφόρων βλέψει ταῦτα πάντα κέροντες. [t] Ἔστι δὲ ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον, ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται. [u] Καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν ὑπεισδύειν μείζον ἡμῖν ἡδονὴ παρακολουθῇ, πολὺν χρόνον ὑπομένειν τὰς ἀλγηδόνας. Idem, *ibid.* [x] Τοῦτο γὰρ χάριν ἄπαντα πράττομεν. *Ibid.*

consequendæ gratiâ universa & patrare & perpeti disertè profitetur) quod non prudentis duntaxat, sed & fortis est.

Verùm non est illico *fortis* pronunciandus, qicunqe asperi avt adversi qicqam subire sustinuerit. Alioqi *fortes amantes* cum [a] Nasone prædicemus, vel *amentes* etiam; qorum illi libidinis œstro perciti, nihil non laborioſum sustinent ultronei; illi per mentis errorem arrepti abreptíqe, in nihil non periculi plenum [b] citra formidinem ullam proruunt. *Fortis* fuerit [c] Mutium agens maleficus, qi *tunicâ præsente molestâ*, in focum ardentem manum ultrò immittit. *Fortes* fuerint, qi [d] *vitæ tædio, quam vitæ genere inquietam sibi fecerint ipsi, ad mortem confugiunt*; adversus qos [e] Epicurus ipse pronunciat: *fortiùs* facturi, censente Epigrammatario, si [f] refugerit ille, [g] sustinerent isti. *Fortes* contrà, qi [h] vitæ cupidine nimiâ, cruciatûs & tormenti nihil subire ac perpeti recusent, [i] non tam qò *vitam ulteriùs protollant*, qàm *qò mortem diutiùs protrahant*. *Fortis* fuerit Mœcenas, [k] *mollitie* infamis, si carmen illud horridum ex vero animi sensu emisit;

[l] *Debilem facito manu,*
Debilem pede, coxâ:
Tuber astrue gibberum;
Lubricos quate dentes.
Vita si supersit, bene est:
Hanc mihi, vel acutam
Subde, sustineo, crucem.

[m] *sustigas*, inqit, *licèt, & acutam sessuro crucem subdas. est tanti vulnus suum premere, & patibulo pendere districtum, dum differat id, qod est in malis optimum, supplicii finem.* *Fortis* demum fuerit, qicunqe dura pertulerit, qò vel naturæ necessitatibus urgentibus satisdet, vel affectui vitioso alicui gratum faciat. [n] *Causa*, ajunt, *non pœna, martyrem facit.* nec fortem arguunt perpessiones ipsæ, sed perpetiendi rationes. Ille duntaxat *fortis* jure censetur, [o] qi *honesti causâ* istiusmodi strenuè pertulerit. Nunqam avtem *honesti causâ* qicqam perpeti sustinuerit, cui *honestum* ipsum, voluptate semotâ, vel pro nihilo, vel pro re nihili habetur; utpote qod [p] *umbram nescio quam* meram reputat, cui solidi nihil subsit;

[a] *Amor lib. 1. eleg. 9.*

[b] *Mente lapsi, mortem non metuunt.* Senec. *epist. 36.*

[c] *In matutina nuper spectatus arena Mutius, imposuit qi sua membra focis, Si patiens fortisque tibi durisque videtur, Abderitanæ pectora plebis habes.* Martial. *lib. 10. ep. 25.*

[d] Senec. *ep. 24.*

[e] Idem *ibid.*

[f] *Nam cùm dicatur, tunicâ præsente molestâ*, Ure manum, *plus est dicere*, Non facio. Martial. *ubi sup.*

[g] *Rebus in angustiis facile est contemnere vitam: Fortiter ille facit, qi miser esse potest.* Idem *lib. 11. ep. 57.*

[h] *Optat ultima malorum, & qæ pati gravissimum est, vitæ longioris mercede.* Senec *epist. 101.*

[i] Θάνατον, ἀ βίον μαχεσάμενον πιεῖν. Plut. de ser. num. vindict. *Quid hujus vivere est? diu mori.* Senec. *epist. 101.*

[k] *Apparet mollem fuisse, non mitem.* Sen. *epist. 114.* cujus de eodem videri potest censura, cùm *ibi*, tum & *epist. 19.* & *epist. 92.*

[l] Apud Sen *epist. 101.*

[m] Senec. *ibid.*

[n] Avgust. *in Psal. 34. & epist. 167.*

[o] Καλῶ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ἀνέξεται καὶ ποιήσει τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν. Aristot. *ethic. l. 3. c. 7.*

[p] Torqat. apud Cicer. *de fin. lib. 1.*

qíqe

qíqe [a] *fortitudinem ex rei natura nullam* esse existimat, nisi qòd *militatis rationi dura tolerantur.*

Sed *fortia* tamen Epicurus loqitur, extántqe hujus revera qædam vaniloqæ magis qàm magnanimæ voces. *Sapientẽ* utiq; suum affirmat; [b] *etiamsi torqeatur beatum fore*; imò, [c] *si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum, Qàm suave, qàm dulce hoc est? qàm hoc non curo?* Se verò decumbentem spiritúmqe extremum trahentem, [d] *supremum eundem & beatissimum vitæ diem agere* profitetur, [e] *cùm tanti vesicæ viscerúmqe morbi cruciatúsqe adessent, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.* [f] *compensatam enim cum summis terminibus lætitiam, qam ex inventorum suorum memoria capiebat.*

Cæterùm, [g] *non qid dicat qis, sed qid sentiat, refert.* Et ista qidem is dicere poterat, cui [h] *unum bonum honestum, unum malum turpitudo*; cui [i] *nihil bonum malúmqe sit, nisi bonus malúsqe animus*; cui [k] *virtus sola ad vitam beatam sufficit, & [l] ipsa per se satis est*; cui per cruciatus qoscunqe, qantoscunqe [m] *de sorte beata nihil defringitur*, nihil decedit; nihil deperit; cùm *virtus*, nec [n] *ad rotam* unà *ascendere*, nec *ad equleum* unà descendere, defugiat; nec ad [o] *tunicam incendialem* admotam, avt indutam etiam deserat, sed in ea comes individua adhæreat, & [p] *per ignes* illos ipsos, qi corporis membra depascunt & absumunt, *colluceat.* his principiis imbutum istiusmodi proloqi fas est, qum decretis dicta sint consentanea, nec à dogmate sermo dissentiat. Ecqis verò est adeò avt mentis impos, avt sensûs communis expers, qi hæc ex animi sententiâ protulisse, aut proferre potuisse credat eum, qi [q] *Voluptatem* statuit esse *summum bonum, dolorem* & cruciatum *summum malum*, [r] *omnésqe*, etiam *animi voluptates & dolores, ad corporis voluptates & dolores pertinere* contendit; qi negat [s] *gavdere qenqam nisi propter corpus*, avt [t] *animi gavdium esse ullum, nisi qod à corpore oriatur, & ad corpus referatur*; qi denique disertè profitetur, [u] *nec intelligere qidem se posse, ubi sit, avt qid sit ullum bonum, præter illud, qod sensibus corporeis, ex cibis potionéqe, formarum aspectu, avrium delectatione, & obscœnâ voluptate percipiatur.*

[x] *Non est*, inqit poeta, *beatus, esse se qi non putat.* astipulatur Epicurus; nec, *qi non beatum se putat*, dixisse contentus, [y] *qi non beatissimum se judicat*, dixit. Qî avtem, non jam, *beatum*, dico,

[a] Τὴν ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, νομομαθῆ δὲ τὰ συμφέροντα ὄντα. Epicur. apud Laërt.

[b] Ἐὰν στρεβλωθῇ ὁ σοφὸς, φησὶν, αὐτὸν εὐδαίμονα. Idem *ibid.*

[c] Idem, apud Cicer. Tuscul. *l.* 2. & *l.* 5. & Senec. *epist.* 66.

[d] Μακαρίαν ἀγούσης καὶ ἅμα τελευταίαν ἡμέραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ταῦτα. Epicur. *ep. ad Idomen.* Laert. *l.* 10. Cicer. *Tusc. l.* 2. & *de fin. l.* 2. Sen. *ep.* 66. & 92.

[e] σφαγγώδεια τὰ σαρκολαβήκει, καὶ δυσεντερικὰ πάθη, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπειν τῶν ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους Ibid.

[f] Ἀντιπαρατάττεται δὲ τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαίρειν, ἐπὶ τῇ κατὰ γεγενῆσθαι ἡμῶν διαλογισμῶν μνήμῃ Ibid.

[g] Senec. *epist.* 9.

[h] Idem *de vit. beat. c.* 4.

[i] Idem *ibid.*

[k] *Ibid. c.* 16.

[l] Idem *ep.* 92.

[m] Ibid.

[n] Cicer. *Tusc. lib.* 5.

[o] Tertull. ad Nat. *l.* 1. *c.* 18.

[p] Senec. *de benef. l.* 6. *c.* 4. [q] Epicuri dogma apud Laërt. *lib.* 10. & Cicer. *de finib l.* 1, & 2. [r] Cicer. *de fin. l.* 2. [s] Torqat. *ibid. l.* 1. [t] *Ibid. l.* 1, & 2. [u] Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τί νοήσω τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, τὰς δ' ἀφροδισίων, καὶ τὰς δ' ἀκροαμάτων, καὶ τὰς διὰ μορφῆς. Epicur. *l. de fin.* apud Laërt. *l.* 10. & Cic. *de fin. l.* 2. & *Tusc. l.* 3. [x] Poëta nescio qis, apud Senecam *epist.* 9. [y] Epicur. *ibid.*

putare

putare, ſed *beatiſſimum* etiam *judicare* ſe poterat, cùm non in *ſummo* tantùm *malo*, ſed in ſummi mali gradu ſupremo, qo altiorem avt intenſiorem dari poſſe negat, verſatum ſe profitetur?

Sed diutiùs in hara hac, non qidem purganda, ſed luſtranda hæſimus. ab ea ad porticum, avræ liberioti ac ſalubriori captandæ, & contrà, qàm de ſe olim [a] Cynicus Lacædæmone Athenas proficiſcens, ἀπὸ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς ἀνδρωνῖτιν, *à fœminis ad* [b] *viros, à mulierculis ad* [c] *mares*, tranſeamus.

Apud Stoicos ergò omnia, à veris ſaltem Epicureis illis, diverſa; imò eis adverſa planè.

Numen iſti *cœleſte* [d] *rerum humanarum curam gerere; nec univerſi tantummodo, ſed hominum etiam ſingulorum, & rerum qoqe ſingularum; rebus humanis præſtò eſſe*, [e] *generíqe humano, non ad bona verè ſic dicta duntaxat, ſed & ad vitæ hujus commoda & adminicula ſuppetias ferre. Deum* itaqe *ante omnia* [f] *colendum*, [g] *ad omnia invocandum*, [h] *per omnia cogitandum, in omnibus* [i] *agnoſcendum*, & [k] *comprobandum*, [l] *de omnibus laudandum & celebrandum*; [m] *huic uni in omni negotio ſimpliciter obſeqendum*, [n] *ab ipſo, qicqid obvenerit, animo promto ac lubenti excipiendum atqe amplexandum*; [o] *nihil melius*, [p] *nihil convenientius*, [q] *nihil conducibilius*, [r] *nihil opportunius avt tempeſtivius, qàm id qicqid exiſtat, qod ipſe voluerit, exiſtimandum*; [s] *qocunqe ducere viſum fuerit*,

[a] ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. Diogen. Laërt. *lib. 6.*

[b] ἡ ἀνδρωδεστάτη αἵρεσις Στωικὴ. Laërt. *l. 6.* in *Antiſthen. Stoici virilem ingreſſi viam.* Sen. *de conſtant. ſap. c. 2. Stoicorum rigida & virilis ſapientia.* Idem *ad Helv. c. 12.*

[c] *Tantum inter Stoicos & cæteros ſapientiam profeſſos intereſſe, qantum inter fœminas & mares.* Idem *de conſtant. c. 1.*

[d] Epictet. *diſſert. l. 1. c. 12. & c. 14. & c. 16.* Marc. *l. 2. § 11. & l. 6. § 43.*

[e] Marc. *l. 1. § 17. & l. 9. § 27. & § 40.*

[f] Τί ἀρκεῖ ἄλλο, ἢ θεὸς μὲ σέβῃ καὶ εὐφημεῖν, ἀνθρώπους ὑ εὐποιεῖν. Marc. *l. 5. § 33.*

[g] ἐφ' ἅπασι ὑ θεὸς ἐπικαλοῦ. Idem *l. 6. § 23.* καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον ἄτω ποιεῖν. Idem *l. 3. § 13.*

[h] ὁπ. πράξεως ἐπὶ πᾶσι πρᾶξιν μιλεζαίαν σωὶ μνήμη θεῦ. Idem *l. 6. § 7.*

[i] ὅτι γὰ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς ἓν πράξεις, ὅτε ἐμπαλιν. Idem *l. 3 § 13.*

[k] Τοῖς Στοϊκοῖς σύμφωνον ἐπαινεῖν ὅσα ἐπαίνου διανέμουσι καὶ ἀποτιμᾶσθαι. Idem *l. 6. § 16.* Ἐγὼ σοι ὑπὲρ ἀπάντων τούτων πρὸς τὸν ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι. Epictet. *l. 2. c. 16.*

[l] Ποτὲ ὑ ἐγὼ ἡμάρτανον, νῦν ὑ ὑκ ἐπ' χάρις τῷ θεῷ. Idem *l. 4. c. 4.* Ἐφ' ἑκάστῳ δὲ ἐν κόσμῳ γινομένῳ, ἐφ' ἑνὸν δεῖν εὐχωμένους τῷ προνοίᾳ, ἐν δύο τὰ ἔχῃ, δύναμίν τε συνεπαινεῖν ἐφ' γεγονόσι, καὶ τὸ εὐχάριστον. Idem *l. 1. c. 6* & apud Stob. *tom. 1. l. 1. c. 4.* ex qo emaculandi codices Epicteti. Idem *lib. ejuſd. cap. 16.* poſt recenſita varia providentiæ divinæ apotelesmata, Ταῦτα, inqit, τὰ ἐξαρκεῖ λέγοις ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινεῖν, ἢ παρασῆσαι; εἰ γὰ νῦν ἐχρῆν, ἄλλο τί ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν καὶ χρεία καὶ ἰδία, ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπᾴδειν τὰς χάριτας; ὑκ ἔδει καὶ σκάπτοντα, καὶ ἀροῦντα, καὶ ἐσθίοντας, ἅδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν θεόν; Μέγας ὁ θεός, ὅτι ἡμῖν παρέχει ὄργανα ταῦτα, δι' ὧν τὴν ἐργασόμεθα. Μέγας ὁ θεός, ὅτι χεῖρας δέδωκεν, ὅτι κατάπωσιν, ὅτι κοιλίαν, ὅτι αὔξεσθαι λεληθότως, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐφ' ἑκάστῳ εὐφημεῖν ἔδει καὶ τὸ μέγιστον καὶ θειότατον τὸν ὕμνον ἐφυμνεῖν ὅτι τὴν δύναμιν ἔδωκε τὴν παρεκολουθητικὴν τούτων, καὶ ὁδῶν χρηστικήν. Et qæ ſequntur his gemina, homine Chriſtiano qovis non indigna; Chriſtum modò donatum nobis adjeciſſet.

[m] Ἐγὼ ἔχω τινὶ χάριν ἐπὶ τούτοις ἔχειν, τινὶ πείσθῃς δεῖ, τῷ θεῷ. Epictet. *diſſert. l. 4. c. 12.* Ἐκὼν σεαυτὸν τῇ χλωθοῖ συνεπίδιδε, παρέχων συννῆσαι, ὅστισ ποτε πράξασα βάλεται. Marc. *l. 4. § 33.*

[n] Ἀρεσκόμενος τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἅπασι μοιρίοις. Idem *ibid. § 25.* ἀπαναζόμενος ἐξ ὅλης τ ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα πάντα. Idem *l. 3. § 4.* Ἁπλῶς μηδὲν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ Θεὸς θέλει. Epictet. *l. 2. c. 17.* Περισκεπτέα χάμοι τὸν ὁρμὴν τῷ θεῷ· ἃ ἐκεῖνος θέλῃ, κἀγὼ θέλω· ἃ ἐκεῖνος ὑ θέλει, κἀγὼ ὑ θέλω. Idem *l. 3. c. 26.* & *l. 4. c. 7.*

[o] Κρεῖττον γὰ πᾶσιν ἢ ἐμοὶ μόνῳ τὰ ἀρεσθῆναι· ἢ γὰ ἀρεσθῆναι ἐμοὶ μόνῳ, ὁ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ὁ ἐγὼ. Idem *ibid.*

[p] Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ ἁρμόττον· τί γὰ ἁρμοδιώτερον; Marc. *l. 7. § 57.*

[q] Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. Idem *l. 10. § 20.*

[r] Καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει. Ibid.

[s] Τῷ θεῷ ἑτοίμως ἀφελῶς παρέχειν. Marc. *l. 12. § 27. & 31.* Περισκίστμαι ἀδάκονος καὶ κάκολουθος ἐκείνῃ, τυπτομένῳ, συνοράρομαι, ἁπλῶς συνθέλω. Epict. *l. 4. c. 7.* Cleanthis votum, huic totics repetitum; *Enib c 52. diſſert. l. 2. c. 17. & c. 23. l. 3. c. 22. & l. 4. c. 4.*

[t] *citra*

[t] *citra tergiversationem aut murmurationem, sponte sequendum;* [u] *locum stationémque, quemcunque is assignaverit, strenuè tuendum, enixè tenendum,* etiamsi *mortem millies oppetere oporteret.*

Hæc de *Numine* Stoici, & erga Numen affectu: de *Homine* qid, & officiis adversus congenerem sibi præstandis:

Hunc [a] *corditùs diligere, &* [b] *curare,* [c] *& sustinere,* [d] *injuriâque omni (ut quæ* [e] *impietatis etiam notam inurat) abstinere, &* [f] *beneficentiâ prosequi,* [g] *nec sibi soli genitum censere se, aut vivere, sed* [h] *in commune bonum aç beneficium* [i] *cunctis, pro facultate viribúsque, semet exhibere;* [k] *re ipsâ, reíque bene gestæ conscientiâ, (*[l] *nec hac etiam ipsâ quadantenus reputatâ) citra* [m] *vestem, aut* [n] *mercedis spem,* [o] *commodíve proprii intuitum, contentum agere,* [p] *à beneficio uno præstito ad aliud transire,* [q] *nec unqam benefaciendo defetiſci;* [r] *sed vitæ telam, tanqam vivendi fructus hic sit, benefactis sibi invicem continenter annexis ità totam pertexere,* [s] *ut nusqam interveniat* [t] *hiatus ullus vel minimus;* [u] *beneficii loco, qòd benefecerit habentem,* [x] *sibíque profuisse existimantem, si alii cuiqam usui esse potuerit;* [y] *nec extra se proinde qicqam vel laudis humanæ vel lucelli, aut aucupantem aut expetentem.* Adhæc [z] *nihil mentis cultu antiqius,* [a] *nihil honesti studio potius aut pretiosius habere:* [b] *ab eo* deniqe, *qod officii sui esse nôrit,* [c] *nullâ vel vitæ, nedum alius rei cujuspiam, cupi-*

[t] Optimum est Deum, à qo omnia proveniunt, sine murmuratione sequi. malus miles est, qi Imperatorem gemens sequitur. Sen. epist. 107.

[a] Ἡν ἀν χώρεν ἡ τάξιν εἰχειρίσης, μυριάκις ἀποθανεῖσθαι πρότερον ἢ ταύτην ἐγκαταλεῖψαι. Epict. l. 3. c. 24. post Socrat. in Platon. apolog.

[a] Ἴδιον τὸ ἀνθρώπε διὰ καρδίας φιλεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Mor. l. 7. § 12. ἡ ἐυνοεῖν αὐτοῖς, ὡς φύσει φίλοις. Idem l. 9. § 29.

[b] Καὶ κήδεσθαι αὐτῶν. Idem l. 9. § 18.

[c] Καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν. Idem l. 5. § 33. [d] Καὶ ἀπέχεσθαι αὐτῶν. Idem ibid. [e] Ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ. Idem l. 9. § 1. [f] Καὶ ἐυποιεῖν. Idem l. 5. § 33. [g] Καὶ ἐσπεύασας τὰ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν· τὸ μὲν ἦν προηγούμενον ἐν τῇ τῆς ἀνθρώπε φύσει τὸ κοινωνικόν ἐστι. Idem. l. 7. § 55. [h] Ἀρκεῖται ἡ φύσις λογικὴ, τὰς ὁρμὰς ἐπὶ τὰ κοινωνικὰ ἔργα μόνα ἀπευθύνουσα. Idem l. 8. § 5. [i] Πάντων κήδεσθαι. Idem l. 3. § 4. [k] Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνική. Idem l. 9. § 6. ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δηλονότι ἐργῷ. Idem l. 7. § 28. [l] Οὐδὲ οἶδεν ὁ ποιήσας. Idem l. 5. § 6. dedisse dum daret, oblitus. Senec. de benef. l. 2. c. 6. [m] Οὐ δόμβος ἀνθρώπε μάρτυρες. Marc. l. 3. § 5. In omnibus factis re, non teste, moveri. Cicer. de fin. l. 2. [n] Μισθὸν γὰρ ἀνθρώπων τὸν ἄνθρωπον φιλεῖ, καὶ Ἐπίκτητος. Plutarch. de amor. prol. [o] Καλαληκλικῶς δεδόκται, ὥστε ἐξ αὐτῆς τῆς πράξεως εὐθὺς ἀπολαμβάνειν πᾶσαν τὴν χαρὰν. Marc. l. 9. fin. [p] Ἐνὶ τέρπε καὶ σεσωφρονεῖν, τῷ διὰ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικήν. Idem l. 6. § 7 & l. 5. § 6. [q] Καὶ μὴ κάμνειν. Idem l. 7. § 74. [r] Τῆς ζωῆν ἀπολαύειν, συνάπτοντα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθόν. Marc. l. 12. § 29. [s] Ὥστε μήτε τὸ βραχύτατον διάστημα ἀπολείπεσθαι. Idem ibid. [t] Ἥτις δὲ πρᾶξις σε μὴ ἔχει τινὰ ἀναφοράν, εἴτε σεσωχώς, εἴτε πόρρωθεν, ὅτι τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διάστασις ἐστὶ βίου. Idem l. 9. § 23. [u] Ἀνθρώπος ἐυεργετικὸς πεφυκὼς ὁπόταν τι ἐυεργετήσῃ, ἢ ἄλλως εἰς τὰ μέσα συνεργητικὸν πράξει, πεποίηκε μὲν ὃ κατεσκεύασε, καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ. Idem l. 9. fin. [x] Ὠφελήμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖ. Ibid. § 74. [y] Ὅταν σὺ ἦν πεποιηκὼς ἢ, καὶ ἄλλος ἦν πεπορδώς, τί σε ζητεῖς τέτον, ἅπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξαι ἦν πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν; Ibid. [z] Τὸ ἐν σοὶ κράτιστον τιμᾶν, τὸ τοῖς ἄλλοις χαρίζεσθαι, καὶ ὑφ' ἕ ὁ σὸς βίος δοκεῖται Idem l. 5. § 21. Πρὸς τέτῳ μόνῳ εἶναι ὀρκεῖ, καὶ τῶν γνησίων διεξοδεύειν. Idem lib. 2. § 13. [a] Μηδὲν χρεῖττον ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, &c. τέτων τἄλλα πάντα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα. Idem l. 5. § 21. Τί τίμιον καταλείπεται; τὸ χρῆσθαι ἰδίαις καὶ κατασκευαῖς καὶ ἔργοις. Idem lib. 6. § 16. [b] Ἐγὼ τὸ ἐμαυτῷ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἄλλα μοι ἀδιάφορα. Idem lib. 6. § 22. [c] Ὅπ ἂν τις πῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. Idem lib. 7. § 15. Μνημονεύειν, ὅτι ἀγαθόν σε εἶναι δεῖ, καὶ τί τῆς ἀνθρώπε φύσει ἀπαιτεῖ, πρόχειρον τέτο ἀμέλει ποιεῖ. Idem l. 8. § 4. [d] Μηδὲ κίνδυνον τοῦτο λογίζεσθαι ἢ ζῆν ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅτι τι καὶ μικρὸν ὄφελος, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττῃ, καὶ ἀνδρὸς ἢ κακοῦ ἔργα, ἢ κακῶ. Idem ex Platon. apol. l. 7. § 44.

* * *

dine

dine abducendum, nullâ mortis, cruciatúſve ullius, nedum damni aut detrimenti, formidine abigendum, ſe permittere.

Hæc *Stoicorum* ſunt *decreta & præcepta*, & ipſorum principiis qidem planè congruentia, *ſancta, recta, ſevera, fortia; pietatem, caritatem, humanitatem, magnanimitatem* ſpirantia: qibus priora illa, qæ ſunt ſaltem verè Epicurea, nihil ſapiunt, nihil ſonant minús.

Sed adverſus Stoici nominis profeſſores objiciuntur, *raritas, hypocriſis, defectio, defectus.* de ſingulis videbitur.

Ac primo qidem loco *raritas* ſub animadverſionem venit. Pavciores utiqe omni ævo reperiri, qi diſciplinam hanc ſunt amplexati, qàm qi ad ſectas alias ſeſe applicuerunt. Et hac revera in parte triumphant ſplendidè, atqe efferunt ſeſe Epicurei, qi [a] Epicurum tot amicos & ſectatores nactum gloriantur, ut *nec urbes integræ eos capere* poſſent. agnoſcítqe, qi in Torqato Epicurum oppugnat Cicero, [b] *populum, qi vim maximam, avtoritatem minimam habet, cum Epicuro facere.*

Nec reverà qicqam iſtic mirandum occurrit. Notum eſt Stratonis Phyſici illud, [c] *Plures eſſe qi lavari, qàm qi ungi velint.* hoc eſt, ad thermas plures itare qàm ad palæſtras. [d] *Semitæ utiq; arctiori atqe aſperiori pavciores inſiſtunt; latiore & leviore confertim inceditur.* [e] *Multitudo numerum habet; pondus non habet.* Calculi ubiqe numeroſiores ſunt qàm gemmulæ. Diverbium vetus eſt, [f] *Plures mali.* [g] *Turba peſſimi indicium eſt.* [h] *eximia, raritate commendat natura.* [i] *nec unqam cum rebus humanis tam feliciter eſt actum, ut meliora pluribus placerent.*

Verùm ſicut in diſciplinam hanc ſe pavciores dedêre; ità ab eadem hac ad alias, Epicuream præſertim, complures deſciverunt, cùm ab aliis ad hanc rari deprehendantur tranſiiſſe.

Nec hoc certè qàm illud mirum magís. Celebre ſatìs eſt Arceſilai illud, qi percunctanti, cur à ſectis aliis ad Epicureos tam freqentes deficerent, non contrà viciſſim ab his ad illos, reſpondit, *Qia è viris Galli fiunt, non avtem è Gallis viri.* Gallorum nomine non gentem aliqam, ſed Cybeles myſtas, qi teſtâ Samiâ reſecti, virilitatem exuebant, volens intelligi. nos noſtris familiari magìs dicterio diceremus, *Qia* [l] *è gallis capi fiunt, non è capis viciſſim galli.* Nec gnarum minùs, qod Caliſtoni meretriculæ Socrates, glorianti Philoſopho præferendam ſe, ipſum enim ſuorum neminem ad ſe pellicere poſſe, cùm ipſa illius ſectatores pleroſqe

[a] Φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος οἷς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι. Laërt. *lib.* 10.
[b] Cicer. *de fin. lib.* 2.
[c] Πλείους εἶναι τοὺς λούεσθαι ἢ τοὺς ἀλείφεσθαι βουλομένους.
[d] Matth. 7. 13; 14.
[e] *Multi ſunt, & qis numeret? ſtateram profer, appende: vide contra pavca grana qantam palcam leves.* Avg. *in Pſal.* 39.
[f] Πλείους κακοί. Bias. Avſon. *Lud.* 7. *ſap.*
[g] Senec. *de Vit. beat. c.* 2.
[h] Idem *ep.* 42.
[i] Idem *de Vit. beat. c.* 2.
[k] Ἐκ μὲ γὰρ ἀνδρῶν Γάλλοι, ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. Laërt. *lib.* 8.
[l] Varro *de re ruſtic. l.* 2. *c.* 7. & *l.* 3. *c.* 9.

plerosqe ad se, si id vellet, traducere valeret; [a] *Probabile admodum esse quod dicat: ipsam enim ad declivia homines deorsum propellere, cùm ipse contrà ad ardua sursum impellat.* Ad voluptatem utiqe proclivis est via; ad virtutem [b] acclivis semita. cùm avtem *ingenium humanum* ex vitio innato sit sponte suâ propensum ac [c] *proclive à labore ad libidinem*, ecqid mirum complures, itineris tædio devictos, hac desertâ, ad illâm transcurrere.

Sed ex eis etiam qi in disciplinæ hujus professione perstiterunt, extitisse havd pavcos, qi à dogmate, qod mordicùs tamen tenebant, & enixè interim tuebantur, vitæ rationem diversam & aversam planè instituerint atqe institerint, cùm ex studio vitæqe instituto Epicurei, avt aliud qid potiùs qàm Stoici jure censerentur, adversus Stoicos, post [d] Lucianum, qi hoc nomine sectam hanc passim insectatur, ab aliis pariter intorqetur.

Nec est scil. hæc nova nupérve nata, sed antiqa qerimonia, in secta unaqaqe repertos, * *citharis*, [e] *lyris*, [f] *tubis*, *lituis* compares, qæ *eorum* utiqe, *qæ aliis modulantur, canunt, crepant, personant, & nihil qicqam avdiunt, percipiúntve ipsæ.* Et in aliis sectis, non Stoicâ solâ, [h] compertum est deprehensos, qod ex Pacuvio Macedo, *homines ignavâ operâ, & philosophâ sententiâ*; sive, qod ex Epicteto Favorinus, [i] *Verbis tenus Philosophos, factis procul.* Qin & inter nominis Christiani professores, qod Scriptores qoqe sacros & confessos & conqestos legimus, comparuêre, qi [k] *Numinis notitiam, qam dictis jactitabant, factis abdicarent*; qi [l] *pietatis, cujus larvam gerebant, vim virtutémqe abnuerent*, qi [m] *gratiam divinam in lascivíam verterent*; *qi* [n] *libertatem Christianam neqitiæ improbitatísqe velamentum facerent*; [o] *libertatémqe aliis pollicerentur, cùm in corruptelæ servitio agerent ipsi.* nec ex horum tamen moribus de religione Christiana sententiam ferre, æqum fuerit, qum politiæ Christianæ isti, nec viva, nec vera, nedum sana, avt integra membra jure censeantur, sed φύματα potiùs mera καὶ ἀποσήματα, ut cum Marco nostro loqar, sive [q] *vomicæ* & *carcinomata*, ut de suis Avgustus. Havd est incelebre Cratetis illud, [r] *In malo Punico etiam probo, granum putre aliqod*; Varronis itidem,

[a] Καὶ μάλα γε εἰκότως· σὺ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ κατάντη αὐτὸς πάντας ἄγεις, ἐγὼ δ' ἐπὶ τ' ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι. ὀρθία δ' ἡ ἄνοδος, καὶ ἀίδης τοῖς πλουσίοις. Æl. *hist. Var. l.* 3. *c.* 32.

[b] Prov. 15. 24.

[c] Terent. *Andr.* 1. 1.

[d] In *Vitarum auctione*, *de sectis*, *Micyllo*, alibi.

* Κιθάρας μὲν διαφθείρει, τοῦ σπουδαίου λίχνους, ἃ πιθήκους λέγουσι. Diog. Laërt. *l.* 6.

[e] Ὅμοιόν τι πάσχειν τοὺς λόγους, αἱ καλὰς φθεγξάμενοι ἢ ἀκύσιον. de Peripateticis Cleanthes. Laert. *l.* 7.

[f] Σάλπιγγα Antisthenem vocabat Diogenes: αὐτὸς δὲ ἢ ἀκέφαλον φθεγγόμενον μέγιστον. Dio Prus. *orat.* 8.

[g] Μήτε ἀκέφαλον, μήτε αἰδανέσθαι. Laërt. *l.* 6.

[h] Gellius *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 8.

[i] Ἀνὰ τὸ στράτιον, μέχρι τοῦ λέγειν. Idem *l.* 17. *c.* 19.

[k] Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. Pavl *ad Tit.* 1. 16.

[l] Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι Idem *ad Tim. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 5.

[m] Τὸν τῆς θεοῦ χάριτα μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν. Jud. *epist. v.* 4.

[n] Ἐπιτέλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας ἐλευθερίαν. Petr. *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 16.

[o] Ἐλευθερίαν ἄλλοις ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. Idem *ep.* 2. *c.* 2. *v.* 19.

[p] Marc. *l.* 2. § 16.

[q] Idem *l.* 4. § 28.

[r] Sveton. *l.* 2. *c.* 85.

[s] Ἐν ῥοιᾷ καλῇ σαπρόν τινα κόκκον. Laërt. *lib.* 6.

[a] *Nec in ſegete bona nullum ſpicum neqam* reperiri. In agro Dominico qoqe [b] *zizania* ſteriléſqe, non *ſuccreſcunt* tantummodo, ſed [c] *dominantur* etiam aliqando avenæ: ex qibus tamen de ſegete tota judicari iniqiſſimum fuerit.

Qod deniqe præſcribitur, inſigniores etiam pleroſqe non per omnia decretis præceptíſqe ſuis conſentanea præſtitiſſe, ſed à norma reguláqe, qam fixerant ipſi, in nonnullis declinâſſe.

Ecqem, qæſo, mihi dabis, ex eis etiam qi ſunt γνήσιοι Χριστιανοὶ, qi ab ea, qam profitetur, vitæ inſtituendæ ratione non qandóqe declinet. Ex eis inter hos fuerat, [c] qi *columnæ* & *exiſtimabantur* & revera exiſtebant, cujus ingenua vox illa, [d] *In multis offendimus omnes*; ſive, *impingimus univerſi*. ad qæ verba Beda noſter, *Non*, Offenditis, dixit; *ſed*, Offendimus, *inqit*; *&* In multis *præmiſit*; Omnes, *ſubjunxit*. Ex eiſdem & qi illud, [f] *Si dixerimus, qod peccatum non habemus, decipimus nos*, (dum [g] *peccantium* utiqe *numero excipimus*) *nec penes nos eſt veritas*. [h] *Nec*, habuimus, (inqit Avguſtinus) *Sed*, habemus, *dixit*; *ne de vita præterita*, (qæ *per ignorantiam* variáſqe indè enatas *cupiditates* tota exacta eſt) *dictum qis ſuſpicetur*. Ex apoſtolis ipſis, qi Chriſtum proximè acceſſerant, qíqe lateri ejuſdem comites individui adhæſerant, ut reliqos mittam, nec de proditore qicqam dicam, [i] *primi* & [i] *noviſſimi*, agmen qi ducit, & qi clavdit, utriuſqe etiam firmati jam, [k] nævi aliqi in tabulis ſacris proditi extant: ut apud exteros qoſvis diſciplinæ etiam ſeveriſſimæ profeſſores, ſectæqe exactiſſimæ ſectatores, à dogmate aliena nonnunqam deprehendi, minùs mirum videri debeat. Oraculi vicem meritò ſibi vendicat Æſchyli illud,

[l] Ἀωρτάνει τι καὶ σοφῷ σοφώτερος.

Sapiente qi plùs ſapiat, eſt cùm labitur.

Stoici certè præceptis decretíſqe ſuis, [m] non tam qid ipſi valerent, avt aſſecuti jam eſſent, qàm ad qid contenderent, modíſqe omnibus elaborandum atqe enitendum cenſerent, deſignatum volebant. qod & idem de ſe [n] Apoſtolus liberè ingenuéqe profitetur.

Veruntamen ex eis qi ſectæ hujus in diſciplinam ſeriò ſedulóqe ſeſe dederunt, per ſingulas qaſqe fere ætates reperti ſunt, qi fide dignorum Scriptorum ſuffragiis conſenſu conſono atteſtantibus, ità dogmata ſua factis conſentaneis conſignata, decretáqe vitæ inſtituto

Varro *Leg. Mæn.* apud Nonium, in *Spicum*.

[b] ζιζάνια. Matth. 13. 25. 27. de qa voce alibi diximus.

[c] De ſeculo ſuo, Salvian. *de Dei gubern. lib.* 3. *Præter paucíſſimos qoſdam, qi mala fugiunt, qid eſt aliud penè omnis cœtus Chriſtianorum, qàm ſentina vitiorum?*

[d] Οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, Pavl. *ad Galat.* 2. 9.

[d] Πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Jacob. 3. 1.

[e] Beda *in Jac. epiſt.*

[f] Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. Joan. *ep.* 1. *c.* 1. *v.* 8

[g] De Phariſæo Luc. 18. 15. Bern. *de grad. humil. & ſuperb. Dum in ſe ſingulariter exultat, aliis arroganter inſultat. & ſe ſolum decipit, qem ſolum excipit, dum alios damnat.*

[h] Avg. in 1. Joan.

[i] Matth. 10. 2.

[i] 1. Cor. 4. 9. & 15. 8, 9.

[k] Gal. 2. 11. Act. 19. 39.

[l] Stob *tom.* 2. *tit.* 3.

[m] *Non dicebant, qemadmodum ipſi viverent, ſed qemadmodum vivendum eſſet.* Sen. *de vit. beat. c.* 18.

[n] οὐχ ὅτι ἔλαβον, ἢ τετελείωμαι· εἰ δὲ καὶ καταλαμβάνω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήμφθην ὑπὸ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Paul. *ad Phil.* 3. 12. 14.

instituto æqabili fere comprobata exhibuerint, ut nominis etiam Christiani professoribus plerisqe pudorem incutere, ruborem suffundere meritò qeat. In his fuere; post Zenonem, cui testimonium dat insigne Athenienſium psephisma, qo [a] *virtutis ac temperantiæ nomine*, eò qòd [b] *vitâ suâ eis qæ disserebat congruente cunctis in exemplum expositâ, ad optima qæqe qosqe incitaret*, [c] *imagine æreâ, coronâ aureâ donandum*, [d] *sepulcrum sumptu publico extruendum*, [e] *pilásqe duas, qarum utriqe testimonium istud incideretur, erigendas*, decernitur: post hunc, inqam, aliósqe qi in Schola hac eidem succesſerant, emicuêre viri magni, disciplinâ istâ imbuti, virtutis masculæ imagines vivæ vivacésqe, conditionis eminentioris ratione, Scriptorum nobilium calamis celebrati, (ut Philosophiam disertè professos præteream) Cato Uticensis, Thraseas Pætus, Helvidius Priscus, & Marcus cumprimis Antoninus, qi ista commentandi occasionem nobis præbuit.

Verùm à disciplina ipsa, ad eos, qi eam scriptis suis illustrârunt, hos præsertim qos reliqos habemus, transeamus. Ex eis præcipui fuerant Zeno & Chrysippus: qorum alter Stoam primus condidit; unde & Straboni, [f] ὁ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης· & Galeno, [g] ὁ πατὴρ ἁπάσης τῆς τῶν Στωικῶν αἱρέσεως: *secta Stoica totius princeps patérqe*; & Balbo apud Ciceronem, [h] *Stoicorum pater*, dicitur. alter eandem adeò strenuè felicitérqe [i] *suffulsit*, ut de eo dictum fuerit, [k] Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά.

Chrysippus nî fuisset, nec Stoa foret.

Et complura qidem uterqe reliqit scripta: alter iste [l] *usqe ad septingenta qinqe* συγγράμματα, sive [m] *opuscula*: cùm [n] Epicuri πολυγραφίαν æmularetur, [o] qem tamen assecutum negant; cùm [p] *ad* [q] *volumina ter centena usqe* iste pertigerit, qorum qodlibet utiqe συγγράμματα complura complectebatur: alioqi Chrysippum πολυγραφίᾳ non æqâsset, nedum scriptorum numerositate anteceſſisset. Gæterùm par scripta utriusqe fatum sunt experta. nec Zenonis siqidem, nec Chrysippi, qin nec seculi prisci illius è Stoa cujusqam scriptum ullum integrum ad tempora nostra perennavit. Supersunt fragmenta duntaxat, ἀποσπασμάτα, apud Plutarchum, [r] qi passim exagitat; Galenum, [s] qi plerumqe oppugnat; Laërtium, [t] qi simpliciter recitat; Ciceronem, [u] qi in partem utramqe disceptat.

[a] ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης. psephisma apud Laërt. *l.* 7.

[b] πρὸς τὰ βέλτιστα, παράδειγμα τὸν ἴδιον βίον ἐκθεὶς ἅπασιν, ἀκόλουθον ὅσα τοῖς λόγοις, παράδειγμα.

[c] εἰκόνι χαλκῇ, χρυσῷ στεφάνῳ.

[d] οἰκοδομῆσαι τάφον δημοσίᾳ.

[e] ἐγγράψαι τὸ ψήφισμα στήλαις δυσί.

[f] Strab. *geogr. lib.* 14.

[g] Galen. *de dogmat. Hippocr. & Platon. l.* 2. *c.* 6.

[h] Cicer. *de nat. Deor. l.* 3. de Zenone; non Cleanthe, uti inadvertentiâ, an memoriâ, lapsus Lipsius; *manuduct. ad Stoic. philosoph. dissert.* 11.

[i] Qi fulcire putatur porticum. Cic. *Acad. l.* 4.

[k] Laërt. *l.* 7.

[l] Idem *ibid.*

[m] Irâ malim vertere, eo sensu, qo *post mortem opera, non opuscula pensanda*, dixit Sidonius *l* 8. *ep.* 4. qàm cum Lipsio; *volumina.*

[n] Ex Carneade, Laërt. *l.* 10. [o] Πάνυ ἀφθαλλόμενος πλήθει βιβλίων. de Epicuro, Laërt. [p] Κύλινδροι γὰρ πρὸς τριακοσίοις εἰσί. Laërt. *ibid.* [q] Κύλινδροι, *volumina*, qæ *cylindri* figuram convoluta referebant. vocabulum notione eâ vix alibi repertum. [r] In *Stoic. repugnant. de commun. notitiis & de paradox.* [s] *In libris de dogmat. Hippocrat. & Platon.* [t] *Lib.* 7. in *Zenon.* & *Chrysip.* [u] In *Academ. Tuscul. de finib. & de natur. Deor.*

Citerioris ævi ſuperant ex eis qi diſciplinam hanc ſunt affectati, qorum diſſertationes commentationéſqe ad manus noſtras pervenerunt, Seneca, Epictetus, & Marcus noſter iſte.

Ætatis ratione Senecæ locum primum tribuo: qem dignitate tamen æſtimationéqe verâ è duobus illis alterutri poſthabendum exiſtimem. [a] Habet ille revera multa eximia, utilia, fortia, ſublimia; & arguta, ſubtiliáqe complura; éſtqe dignus admodum, qi non ab humanioris literaturæ tantùm, ſed à Theologiæ etiam ſtudioſis, ſedulò qidem, ſed judicio atqe examine juſto adhibito, legatur. Verúm non eſt unius ejuſdémqe ubiqe coloris; nec per omnia conſtat ſibi. Neqe verò vitam attingo; qam Caſſius tamen arrodit, [b] *tanqam à dogmate præceptionibúſqe qàm maximè diſſentaneam:* de ſcriptis ago. In his, [c] qám fœdè Clavdio, dum apud ſuperos, ex mente etiam Neronianâ, [d] *morabatur*; nec huic duntaxat, ſed & in gratiam illius, ejuſdem mancipio, [e] *licentiæ intolerandæ maſtigiæ*, Polybio, adulatur? qem tamen è vivis exemtum, [f] dictione Satyricâ & ſarcaſticâ, vernilitatis prægnate, acerbiſſimè proſcidit, & publicè ſubſannandum propinavit. De animæ corpore excedentis ſtatu, qàm repugnantia ſtatuit? dum τῇ ἐκροθίσει δυλεύων, nunc [g] in ſedes cœleſtes integram ſubvehit, nunc [h] in flatum halitúmve merum diſpergit, tædáqe inſtar, materiâ, qâ alebatur, abſumptâ, deficientis prorſus extingvit. Epicurum eſt ubi accuſat, increpat, deprimit, damnat, ut [i] *degeneris & humillimæ mentis, apud qem voluptas imperat hominem*, [k] *voluptatis Magiſtrum* ipſum, ſcholam, [l] *voluptatis officinam*, nuncupat. Eſt contra, ubi (qo Lucilio ſuo forſitan hujus aſſeclæ, qem [m] *Virorum optimi* titulo ſubinde cohoneſtat, gratum faciat) eundem non excuſat tantùm, ut qi [n] *immeritus malè audiat & infamis ſit*; ſed comprobat etiam & collavdat, ut qi [o] *ſancta & recta* præcipiat, *& ſi propiùs acceſſeris*, triſtia. Deniq; qod *in* [p] Chryſippo & [q] Zenone non ſemel reprehendit, contráqe id [r] qod ipſe

[a] *Multæ in eo claræ q; ſententiæ; multa etiam morum gratiâ legenda. multa in eo probanda, multa etiam admiranda ſunt, eligere modò curæ ſit.* Fabius *inſtit. l.* 10. *c.* 1.

[b] Πάνλα ἐκπεπώκασι, ὅτι φιλοσόφει ποιῶν πλέγχθη. Dio Caſſ. *l.* 61. in Jo. Xiphilin. *excerptis.*

[c] In *Conſolatorio ad Polybium.*

[d] *Morari* eum *inter homines deſiiſſe*, productâ primâ ſyllabâ jocabatur. Sveton. *lib.* 6. *c.* 33.

[e] Cùm in ſcena Pantomimus illud protuliſſet, Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν. μαστιγίας, omnium oculos in Polybium hunc defixos r. fert Dio Caſſ. *l.* 60.

[f] In ἀποκολοκυντώσει.

[g] *Ad Lucil. epiſt.* 102. *ad Polyb. conſol. c.* 28. *ad Marc. conſol. c.* 25. *ad Helv. c.* 17.

[h] *Ad Lucil. epiſt.* 54. cùm morti proximus videretur.

[i] *Ad Lucil. epiſt.* 42.

[k] *Epiſt.* 18.

[l] *Epiſt.* 9.

[m] *Epiſt.* 13. & 21. & 48. & *qæſt. natur. præfat. l.* 1.

[n] *De vit. beat. c.* 13.

[o] *Ibid.*

[p] *Chryſippi acumen nimis tenue retunditur, & in ſe ſæpe replicatur: etiam cùm agere aliqid videtur, pungit, non perforat.* Sen. *de ben. l.* 1. *c.* 4. *Chryſ. penes qem ſubtile acumen eſt, totum librum ſuum his ineptiis replet.* Ibid. *c.* 3.

[q] *Libet ridere ineptias Græcas; qas qamvis mirer, (mirere Lipſ.) nondum excuſſi. non vis ſeverius loqi, nec morituro riſum movere? adverſus mortem tam minuta jacularis? ſubtili iconem excipis? acuta ſunt iſta qæ dicis. nihil eſt acutius aristâ. qædam inutilia & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit.* de Zenone. Idem *epiſt.* 82.

[r] *Pro veritate ſimplicius agendum eſt. Ibid. At qi ingenia ſanare, & officiorum memoriam ingerere volunt, ſeriò loqantur, & magnis viribus agant.* Idem *de benef. l.* 1. *c.* 4.

præcipit,

præcipit, [a] ingenii acumini nimiopere indulgens, ad ſubtilitates rei vacuas non rarò delabitur, & argutiolis leviuſculis, frigidis etiam ineptíſque aliqoties ludit. Neqe tamen hæc, qæ, nec primus, nec ſolus, dixi, ſed me priores, & eruditione & judicio cum primis pollentes, ità ſumi velim, qaſi [b] à Senecæ lectione (qem tyronibus ſtudioſis de Scriptoribus eligendis legendíſqe conſultus, inter alios commendare conſveverim) abſtentum qenqam, atqe abſterritum, avt qò de viri tanti (qem eruditi qíqe indolis ingeniíqe acerrimi nomine ſuſpiciunt, imitandum etiam propoſuiſſe ſibi videntur havd pavci) magnitudine juſtâ qicqam detractum eam: ſed qò oſtendam, à virilitate illa Stoicis peculiariter ab ipſo etiam adſcriptâ (qam Chryſippus qoqe ſubtilitate nimiâ enervâſſe, eidem ipſi [c] cum aliis incuſatur,) deſciviſſe; nec duobus illis alteris (Epictetum & Marcum dico) avt ſcripto, avt facto etiam, parem ſeſe præſtitiſſe: qi in ſorte diverſa, vel adverſâ etiam qàm maximè, in [c] ſervitii gradu infimo alter, ſummo alter in imperii faſtigio, poſiti; diſciplina hæc qanti ſit, qantúmqe in ſtatu qovis poſſit, tum præceptionibus ſanctiſſimis virtutis genus omne ſpirantibus, tum & vitæ formâ ad decreta ſua accuratè compoſitâ, uberrimè demonſtrârunt. Et noſter qidem (prout & [d] Epictetus eo prior, [e] cujus ex commentariis profeciſſe ſe profitetur) ſui per omnia ſimilis, *ſeriúſqe* ac *ſeverus* (qod [f] ille poſcit, licèt ipſe non ſervaverit) ubiqe deprehenditur.

Deniqe, ut ad illud revertar, qod in pagina liminari ex Hieronymo monueram, ad diſciplinam noſtram qod horum utriuſqe ſcriptis monitíſqe propiùs accedat, in exterorum priſcorum, qæ hodie extant, monumentis, nihil reperiri, fidenter pronunciari poſſe exiſtimem. Certè qæcunqe Dominus ipſe Chriſtus in con-

[a] *Rerum ponderа minutiſſimis ſententiis frangit.* Fabius. *inſtit. l.* 10. *c.* 1. Inigiùs tamen illi, neſcio, qi apud Gellium (An Agellium, qod Lipſ. mauult) *Noct. Attic. l.* 12. *c.* 2. *Res atqe ſententia, avt inepto inaníq; impetu, avt ut levi & qaſi dicaci argutiâ*, &c. Moderatius Eraſmus, *præfat. ad Sen. Habent nonnihil veri, qæ doctiſſimi ſcriptores de illo pronunciârunt. ſubinde ludit in Græculos, & interdum abſqe cauſſa. Naſonem aliqoties attingit, qod indulſerit ingenio ſuo. at magìs ipſe indulget ingenio ſuo in oratione proſa ac ſeriis argumentis, qàm Ovidius in poematibus plerunqe ludicris. Jam hoc ipſum, qod in Seneca cum primis lavdatur, corruptum eſt. Inſectatur mores hominum liberè ſalséqe; ſed non ſemper in loco; interdum immodicè; tum aliqoties affectatiùs, iiſqe modis, ut non ità multùm abſit à ſcurrilitate. qædam vitia ſic deſcribit, dum inſectatur, ut videatur ridere potiùs qàm odiſſe, atqe doceat magìs qàm deteſtetur. qin ubiqe plurimus videtur jocorum affectator, etiam in rebus maximè ſeriis, in qibus optarim illum aliqanto longiùs abeſſe ab inceptia, obſcœnitate, vitióqe ſcurrilitatis.* Hæc inter alia Eraſmus. mitto enim ea, qæ cùm Marci patris ſint, Lucio filio, nomine communi deceptus, aſcribit. Lipſius deniqe ipſe, qi adverſus priores duos illos Senecam defendere ſatagit, in Judicio ſuper Senecam, ejúſqe ſcript. *Ego Senecam univerſè admiratione magìs qàm lavde proſeqendum arbitror. in partibus aliqid eſſe, qod cenſeas, avt cui ſuccenſeas, non nego. Sanè decidit interdum, avt à ſe mutat: ut in jocis avt dictis, qàm ineptus alibi, ſive affectatus eſt? in lavdibus, vituperiis, ſine modo?* &c. [b] Qod apud Gellium cenſores rigidi atqe importuni illi, *Cujus libros attingere nullum pretium operæ ſit. Noct. lib.* 12. *c.* 2. [c] Notant eundem hoc nomine Plutarchus, Galenus, alii. [c] Δοῦλος Ἐπίκτητος χωλίμιον, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος, Καὶ πενίην Ἰρὸς. Leonid. *epitaph.* Epict. [d] *Epict. verus ac Severus Stoicus & Stoicorum vel maximus.* Herodes apud Gellium *l.* 1. *c.* 2. *Philoſophorum maximus*, Favorinus *ibid. l.* 17. *c.* 19. [e] *Marc. lib.* 1. § 7. [f] Seneca *de benef. l.* 1. *c.* 4. & *epiſt.* 82.

cionibus

cionibus collationibúsque ſuis Hiſtoriæ Evangelicæ inſertis intextíſque, de [a] *mali cogitatione etiam abſtinenda*, de [b] *affectibus vitioſis ſupprimendis*, de [c] *ſermone otioſo non inſuper habendo*, de [d] *animo cumprimis excolendo, & [e] ad imaginem divinam effingendo*, de [f] *beneficentia ſimpliciſſimè exhibenda*, de [g] *injuriis æquanimiter ferendis*, de [h] *admonitione & increpatione cum moderatione cautionéque accurata exercendis*, de [i] *rebus quibuslibet, adeóque vitâ ipsâ, ubi res ratióque poſcit, nihili habendis*, de aliis deniqe pleriſque [k] *pietatis*, [l] *caritatis*, [m] *æqitatis*, [n] *humanitatis officiis* [o] *quam exqiſitiſſimè obeundis exeqendíſque*, præcepta dedit; apud noſtrum hunc eadem, perinde acſi illa lectitâſſet ipſe, in diſertationum commentationúmqe harum congerie inſperſa paſſim, nec ſine vehementia & vivacitate inſigni, qæ in præcordia ipſa penitiùs penetret, atqe in animo infixos altiùs relinqat aculeos, inculcata ſubinde, Lector qivis ſedulus advertet, ingenuus agnoſcet.

Sed iſta forſitan dixerit qis, qorſum aliunde, ab extero præſertim, eóqe fidei Chriſtianæ adverſo, petantur? qum è pagina ſacra, in qa proſtant, poſſint promtiùs haberi, & à Magiſtri ipſius ore profecta, cùm imperii avtoritate potiore præcipiantur, tum & obſeqii neceſſitate arctiore percipiantur.

Cui ego præſcriptioni poſſim verbulo occurrere; pari utiqe ratione rejici poſſe omnes in univerſum ab eruditis piíſqe concinnatas Inſtrumenti ſacroſancti utriuſqe enarrationes: ut eodem tandem deveniatur, qo proceſſerant apud nos havd ità pridem, par ferè geminum, cerebri certè parùm ſani uterqe; qorum alter præter paginam ſacram nihil avt legebat, avt lectitandum cenſebat; alter, poſtqam Anachoretæ cujuſpiam inſtar, cum ſuis domi ſuæ ſe concluſerat, librorum (qam pro hominis privati ſorte cenſúqe amplam ſatis habebat) ſupellectilem omnem, Bibliis ſacris exceptis, foco accenſo, flammis abſumendam tradidit; nevter ſanè, avt fundo juſto, avt exemplo bono, & qod imitatione ſuâ dignum ſobrius qis ſanúſqe ſentiat.

Verùm enimvero ratione non unâ utilis eſſe poterit noſtri hujus in his, cum animadverſione ſeria conjuncta, lectio ſedula.

Primò, qod qæ in Sermonibus Dominicis (qorum Capita præcipua duntaxat, *σωτήρια* plerunqe apud Scriptores ſacros extant delibata & digeſta) ſummatim ferè propoſita habemus, iſtic latiùs diducta, fuſiùs explicata, magnâ argumentorum inſignium varietate firmata, illuſtrata, ingeſta, inculcata, ad vitæ uſum communem

[a] Matth. 5. 19.
[b] Matth. 5. 22, 28.
[c] Matth. 12. 36.
[d] Matth. 5. 20. & 6. 33.
[e] Matth. 5. 45, 48.
[f] Matth. 6. 1, 3.
[g] Matth. 5. 39.
[h] Matth. 18. 15, 16.
[i] Luc. 14. 26, 33.
[k] Matth. 22. 37.
[l] Matth. 22. 39.
[m] Matth. 7. 12.
[n] Matth. 5. 44. Luc. 10. 37.
[o] Matth. 5. 19, 20.

communem accommodata habeantur. qod ut eſt ſcriptis aliis cum iſto commune, ità in hoc genere havd pavcis iſtud præcellit.

Tum nec illud levis eſt momenti, qòd dogmatis Chriſtiani æqitas rationi etiam ipſi conſentanea deprehenditur, dum ab ipſis etiam extraneis & adverſariis comprobata & collavdata demonſtratur. [a] *Grave eſt*, ponderíſque non exigui (ut Iſidorus Ægyptius) *teſtimonium ab inimicis profectum*. Et, (qod Dio Pruſæus) [b] *Encomium ab eis, qi non ſuſcipiunt; & ſuſpiciunt tamen, palàm eſt illius*, ſive perſonæ, ſive diſciplinæ, *lavdem eſſe præſtantiſſimam*. Non neſciebat hoc Apoſtolus, cùm ab [c] exterorum inſcriptionibus ſcriptíſque, ei qod afferebat & promulgabat, dogmati aſſerendo, teſtimonia advocabat. Nec parùm idcirco præcepti documentíqe Dominici æqitati ac [d] *rationabilitati* (ſi ità loqi licuerit) apud qoſvis vindicandæ formandæqe conduxerit, qòd ab homine extero, nec nomini Chriſtiano favente (cùm nec myſterii noſtri gnarus eſſet, nec fidei rationes aſſeqeretur) tanta tamen cum vehementia, argumentíſque tam validis, commendata ac confirmata habuerimus. [e] *Qis non intelligat*, (inqit gravis Avtor) *bonam eos habuiſſe cavſſam, qi eam apud medios judiçes obtinere potuerunt?* qid eam dixerit qis, qæ apud averſos & adverſos etiam, ubi [f] hoſtes ipſi judices conſident, obtineat?

Adhæc divina in iſtis relucet & providentia & benignitas, qòd in homine à ſe dilapſo imaginem ſui non intercidere omnino & aboleri prorſus paſſus eſt, ſed ſcintillulas qaſdam aſſervavit reliqas; qas & diſciplinis variis excitavit, & ad miraculum uſqe evexit: partim, qò ſocietati humanæ conſervandæ ac continendæ proſpiceretur; nè [g] efferati prorſus homines, belluarum ritu, in exitium mutuum proruerent univerſi; qum [h] *abſqe diſciplina nulla homine truculentior avt immanior ſit bellua:* partim, qò *Numini* [i] *dignoſcendo*, [k] & *indagando*, his adminiculis adjuti, poſſent operam dare; qæ ſi vel contemtim, vel neglectim haberent, [l] ἀναπολόγητοι planè haberentur. Verum eſt proculdubio Claravallenſis illud, [m] *Imaginem divinam uri poſſe, exuri non poſſe.* [o] *Imaginem* certè animæ rationali primitus impreſſam funditus eradere, [o] *facem* in mente hominis cœlitùs accenſam penitus extingvere, nec vitioſitas humana, nec malignitas diabolica valuêre: (tertium qiddam, [p] *flammas gehennales* adjecit ille) qam inter ruinas & in-

[a] Σεμνὴ γὰρ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία. Iſidor. Peluſ. *l.* 2. *epiſt.* 228. & *l.* 3. *ep.* 335.

[b] Τὸ σὺν [μὴ] ὑπὸ ſτόχων ἐπαινούμενον ἐγκώμιον, ἴδιον ὡς κάλλιστος ἔπαινος ἂν εἴη. Dio Pruſ. *orat.* 51.

[c] Act. 17. 23, 28.

[d] Λογικὴ λατρεία. Rom. 12. 1. ἁπαξ τῷ λόγῳ καὶ τῷ Θεῷ. Marc. *l.* 12. § 31.

[e] Avg. *ep.* 170.

[f] Devt. 32. 31.

[g] Μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου, μηδὲ ὠμότερον, ὅταν ἄπαξ ὑποθηκιωθῇ. Polyb. *hiſt. l.* 1. & *legat.* 122.

[h] Ὁ ἄνθρωπος ἀπαιδεύτου μὴ τυχὼν, ἀγριώτατον γίνεται πάντων, ὅσα γῆ τρέφει. Plato *de legib. l.* 6.

[i] τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. Rom. 1. 19. & v. 21. γνόντες τὸν Θεόν.

[k] εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. Act. 17. 27.

[l] Rom. 1. 20.

[m] Bern. in *annunc. ſerm.* 1.

[n] Gen. 1. 27. & 9. 6.

[o] Prov. 20. 27. Rom. 2. 15. *Imago in gehenna ipſa uri poterit, non exuri; ardere, non deleri.* Bern. *ubi ſup.*

* * * *

cendia

cendia defectionem primitivam consecuta, in generis humani commodum, suorúmque beneficium servatam confotámque volebat bonitas divina.

Qin nec divinæ erga nos misericordiæ gratiæque planè gratuitæ testimonium monumentúmque luculentum minùs in istis oculis nostris obversatur; cum [a] eis, apud qos dotes tam eximiæ, tam admiratione penè omni superiores, se produnt, præteritis, nobis, nobis, inqam, [b] in tenebris, umbráqe ferali ac letifera cum illis pariter considentibus, imò in vitiorum cœno altiùs longè demersis, fœdiùs contaminatis, tenaciùs etiam ac pertinaciùs infixis, lumen illud salutiferum, [c] *Sermonis* sui sacri *Spiritúsque* sancti ope operâque usus, [d] effulgere procuraverit; [e] qo prævio ac prælucente, per [f] seculi tenebricosi hujus caliginem plusqam Cimmeriam, avt [g] Ægyptiacam etiam, veritatis supernæ, vitæque verè sic dictæ, inter diverticula tam freqentia, à recto utrinqe abducentia, tramitem & invenire, & inventum ad itineris exitum usqe tenere possemus; & absqe qo per obliqas & tortuosas mundi hujus neqissimi ac perturbatissimi semitas, sine luce, sine duce temere palantes, in exitii æterni voraginem horrendam præcipites tandem prolaberemur. Subit me certè subinde (ità ista dum lego, affectum me sentio, & ingenuè agnosco) non stupor duntaxat, sed horror etiam, cum arcani divini admiratione vehementissima conjunctus, seriò apud me reputantem, qàm longè in multis ab eo absim, qod de se Vir iste, veri ad salutem perducentis tramitis ignarus, de se profitetur, nec qin verè & ingenuè, ambigi posse videtur. Ut proinde & Marco & Epicteto altiùs assurgens, *Hymnum* [g] illius vel *maximo* majorem ac præstantiorem decantare jugiter debeam; [h] *Magnus*, [i] *divêsque misericordiâ Deus, qi me miserum*, [k] *cum gente humana universâ collapsum* [l] *& perditum, sed cum paucis è turba reliqa* [m] *selectum*, [n] *massâ secretum*, [o] *mihi restituit*, [p] *sibi reconciliavit*, [q] *Filium misit*, [r] *qi redimeret*; [s] *Spiritum immisit, qi* [t] *refingeret*, [u] *culpam omnino omnem remisit, qo &* [x] *supplicio culpæ debito omni eriperet, & supplicii subeundi* [y] *metum dirum eximeret*, [z] *neqitiæ servitio liberum emisit, qò* [a] *in famulitium suum adscisceret, &* [b] *in filiorum suorum numerum cooptaret*, [c] *gratiam spiritualem impræsentiarum donavit*, [d] *gloriam cœlestem deinceps* [e] *donaturum repromisit.*

[a] Matth. 11. 25, 26.
[b] Esai. 9. 2. Luc. 1. 79.
[c] Esai. 59. 21.
[d] 2. Cor. 4. 6.
[e] Luc. 1. 79.
[f] Ephes. 6. 12.
[g] Exod. 10. 22, 23.
[g] Epicteti *Hymnum* habes, supra ad marginem ex *dissert. l. 1. c. 16.*
[h] Psal. 145. 8, 9.
[i] Eph. 2. 4.
[k] Rom. 3. 19, 23.
[l] Matth. 18. 11.
[m] Matth. 20. 16. & 22. 14.
[n] Rom. 9. 21.
[o] Eph. 2. 5.
[p] Col. 1. 21.
[q] Gal. 4. 4.
[r] Apoc. 5. 9.
[s] Ezek. 36. 27.
[t] Joann. 3. 5. 2 Cor. 3. 18.
[u] Col. 2. 13.
[x] Rom. 8. 1. Gal. 3. 13. 1. Thess. 1. 10.
[y] Rom. 8. 15. Heb. 2. 15.
[z] Rom. 6. 22.
[a] Eph. 2. 19.
[b] Rom. 8. 14, 15. Gal. 4. 6.
[c] Joan. 1. 16.
[d] Rom. 8. 18, 30.
[e] Rom. 6. 23. χάρισμα. donativum. Tertull.

Est

Eſt in his deniqe, qod ad altiora enitendi, nomen Chriſtianum profeſſis, calcar acerrimum ſubjiciat, cùm à fide ac familia ea exteros in tam celſa evaſiſſe adverterint; ac pudore meritò ſuffundat, qod in imis adhuc ſubſelliis ſubſiſtant hæreántqe; cum adminiculis fortiorib' firmioribúſqe tam amplis ad ea conſeqenda inſtructi ſint, & adjutari, nî nolint ipſi, poſſint. Certè plùs poſſe naturæ jam collapſæ reliqas vires, diſciplinæ ſecularis accedentibus avxiliis, qàm gratiæ divinæ animis cœlitùs illapſæ, cujus operi etiam promovendo eadem illa pariter inſerviunt, pro dedecore inſigni non immeritò habeatur; éſtqe qod probro eos, qi hujus participes ſe ferunt, jure merito afficiat, cum hoc ipſo nomine, nomini, qod profitentur, Chriſtiano [a] opprobrio eſſe ſe ſenſerint, qòd à nomine alienis hac in parte inferiores comperiuntur. Grande qippiam & inſigne viſus eſt, ſibi ſaltem, protuliſſe, qi adverſus mortis metum diſſertatiunculam clavſit monitu illo; [b] *Nec infantes, nec pueros, nec mente lapſos, timere mortem: & eſſe turpiſsimum, ſi eam ſecuritatem nobis ratio non præſtat, ad quam ſtultitia perducit.* futile revera & frivolum eſt. Pari ſiqidem ratione Epicurus probaverit, *Turpiſsimum eſſe, avt Numinis offenſam ſubvereri, avt ſceleris conſcientiam formidare; cùm nevtrum hoc timeant, vel infantes, vel amentes, vel fatui; eámqe nobis ſecuritatem non præſtare ſapientiam, ad qam inſcitia & deſipientia perducit.* [c] Fatui ſcil. laminam candentem contrectare non metuunt; [d] infantuli facis accenſæ flammæ manum admovere non formidant. num turpiſſimum ideo horum alterutrum ſcientem prudentem timendo refugere, qia nevtrum nevtri illî timeant? Verùm turpe eſt revera, dedecus, opprobria, damna, exilia, vulnera, tormenta, mortem ipſam, mortéqe ipsâ pejores gravioréſqe mortis moras, pro veritate divina, fide Chriſtiana, aſſerenda, conſcientia integra & intaminata cuſtodienda, nî deficere & delinqere velimus interminata atqe intentata; ſi defugere maluerimus, avt detrectare, nec mente promptâ, animo propenſo alacriter conſtantérqe ſubire ac perpeti; cùm hæc omnia pro pietate fidéqe conſervandâ, homines ethnici, & fortiter libentérqe ſuſtinenda definierint, & ipſi ſtrenuè ſuſtinuerint. turpe eſt præcepta documentáqe Dominica, [e] *de ſui ipſius abnegatione*, [f] déqe *ſuorum omnium, honorum, opum, facultatum, neceſsitudinum, affectuum, vitáqe adeò ipſius abdicatione* gravia, moleſta, dura, difficilia, triſtia, rigida, iniqa eonqerendo ducere homines

[a] *Chriſtiani in opprobrium & contumeliam Chriſti.* Salvian. *de provid. lib.* 4.

[b] Senec. *ep.* 38.

[c] Fatui mentio fit in *Legend. Pontific.* apud *Diſcipul. de Tempor.* qi ferri candentis maſſam ſine læſione contrectavit imprudens. Credat qi volet.

[d] Ind Joan. Chryſoſt. *de ſtatuis orat.* 4. ait, eos qi mortem metuunt, peccatum non metuunt. πυκνὸν ϛόϛον ϕοβεῖϑϛ, pueruli compares, qi larvam timent, lucernam non timent.

[e] Matth. 16. 24. Luc. 9. 23.

[f] Luc. 14. 26, 33.

Christianos; cùm à religione Christianâ alieni qoqe, argumentis etiam validissimis adjectis, hæc eadem pia, justa, æqa, rationi rectæ consentanea, naturæqe humanæ congruentia censuerint; nec eam nobis magnanimitatem avt æqanimitatem præstare fidem veram, ad qam ratio illos, recta qidem, nec renata tamen & recocta adhuc, perduxerit. Insignis igitur Scriptorum istiusmodi usus, apud Christianos etiam, nomine non uno, vel ista qæ diximus, vel istis paria, seriò perpendenti, liqidò comperietur.

Illud interim observatu non indignum fuerit, aliâ ratione Epicteti, aliâ Marci monumenta fuisse ad nos transmissa. Epicteti siqidem [a] ab ore differentis excepta, Arriani operâ sunt scripto tradita, eisdem ipsis, qantum assequi poterat, qibus ille differebat verbis. qo modo à Domino Christo, dum in terris inter mortales agebat, habiti sermones, (cùm [b] nihil ipse scripsisset) [c] ab audientibus memoriter conservati, Evangelistarum calamo, sed Spiritu Sancto assistente, & linguâ qidem aliâ, Græcâ utiqe, cùm is Syriacâ usus fuerit, sunt evulgati. Id qod tam de Enchiridio, qàm de *Dissertationum* libris, ex *Epistola* ejusdem *ad Masgalenum*, cui scriptum illud dedicabat Arrianus, licèt jam perierit, constare testatur, qi eam vidit, Simplicius. At Marci *dissertationes* & *commentatiunculas* istas, ex ipsius *Adversariis* desumta liqet. qo modo Regis Sapientissimi *Paræmiarum* partem non exiguam ab Ezechiæ Regis amanuensibus ex ipsius avtographis fuisse descriptam, docet *Capiti* 25°. præfixum lemma. In more namqe habebat Vir iste summus, studiis philosophicis, sive domi, sive militiæ agebat, intentus, qæ inter meditandum succurrebant, chartis, qas ad hos usus jugiter præstò habebat, illinere: nullâ rerum ipsarum serie continuâ constanter observatâ; sed pro locorum temporúmqe, qibus vel ab ipso concipiebantur, vel aliunde in mentem memoriámqe se ingesserant, ratione digesta. patet hoc ex locis alicubi, qibus scripserat, nominatim designatis; cujusmodi sunt *libris*, vel *primo* & *secundo* adnexa, vel *secundo* potiùs *tertióqe* (ut ego reor) præfixa lemmata, de qibus suo loco [d] disseruimus. Indè natum est, ut neqe sibi invicem cohæreant pleraqe (qanqam *Liber primus* uno qasi filo perpetuo totus pertexitur) eadémqe sæpiùs iterata reperiantur, prout mentem sæpius pulsabant: nec succinctè tantùm, sed succisè qoqe repræsentata reperiantur complura; (prout in Ciceronis *ad Atticum* aliósqe

[a] Ὅσα ἤκουσεν αὐτὸς λέγοντος, ταῦτα αὐτὰ ἐπιβάλλειν αὐτοῖς ὀνόμασιν, ὡς ὁ αὐτὸς ἦν, χρώμενον. Arrian. *præfat. ad Dissert.*

[b] Fictitiæ sunt enim *literæ* amœbææ *Agbari ad Christum, Christi ad Agbarum*, qomodo & *Senecæ ad Paulum*. qarum meminere tamen Eusseb. *hist. Eccles. l.* 1. *c.* 13. & Hieron. in *Scriptor. Eccles. catalog.*

[c] Καθὰς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι. Luc. *præfat. Evang.*

[d] Cui adjectum velim, ex perpetuo dictionis contextu, tot temporum varietatem res singulas complexo, domi potiùs per otium, qàm militiæ sub pellibus agenti *Librum primum* confectum conscriptúmqi videri.

aliósqe *Epistolis*, Græca, formularúmqe usitatarum havd pavca) qod ad rei ipsius notæ satis ac familiaris memoriam refricandam & reficiendam suffecerat, cùm ad usum privatum maximè destinarentur. qin & ἀνέφαλα, & qasi abruptè inchoata nonnulla. qod & de Serpentis ad Evam dictione prima prout à Mose refertur, opinantur [a] Interpretes qidam eruditi. Indè aliis obscuriora multa, & de dictionis vel sensu vel scopo divinationes incertæ; cùm vel qæ adnotantis mens, vel qæ adnotandi occasio fuerit, conjicere difficile admodum existat. sed & de locis variis, qasi vel mutilatis vel depravatis suspiciones frustrà conceptæ, de lectione qasi non sincera & genuina vel integra solicitationes admissæ, immutationes tentatæ; cùm non aliter se habeant, qàm ab Avtoris ipsius calamo primitùs prodierint. Verùm de istis, in *Commentario*, prout occasio dabitur, ampliùs videbitur.

[a] De hoc videri poterunt Tremellius & Junius; sed inprimis Piscator.

Atqe hæc qidem suffecerint, cùm de *Stoica disciplina* ipsa, tum & de eis hanc amplexis & secutis, qorum ad nos scripta pervenêre; Marco præsertim nostro, cujus impræsentiarum denuo edendi consilium institutúmqe pavcis expositum ubi dederim, in limine Lectorem non sum diutius detenturus. Anni itaqe ultra qadraginta jam excesserunt, ex qo, dum apud Juris nostratis Professores ac studiosos in Hospitio Lincolniensi, qod est in suburbano Londinensi situm, agentes Præconis Evangelici munus sustinebam, in Marci Imperatoris scriptum hoc, à Viro doctissimo, & in negotio hoc exercitatissimo Gul. Xylandro Basileæ iteratò cum Græcis aliis qibusdam editum, inter codices à manu secunda (qod ajunt) venum expositos, incideram. Hoc nactus, per vacationem à munere publico avtumnalem, ex Justitio solenni intercedente obvenientem, otium aliqod adeptus, dum ruri ago, cùm diligentiùs evolvissem, adeò meditationibus ac præceptionibus pietatem, gravitatem, caritatem, màgnanimitatem, virtutis nullum non genus spirantibus, à capite ad calcem usqe constipatum reperi, ut nec possem non perlecto summopere affici, nec lectione repetitâ etiam affectui satisfacere; cùm nihil in hoc genere apud exterum qenqam (Epicteto uno excepto; qo nec inferiorem, nisi qòd ille amplior est, Marcum nostrum censuerim) eximium magìs legisse meminissem. Cùm avtem in multis vitiatum, mutilatum, lacerum, luxatum animadverterem, nec Versionem Xylandria-

nam Græcis commodè satis respondere, de recensione pariter & versione novâ instituendâ animum subibat cogitatio. Hæc meditanti ad manus venit scripti ejusdem editio altera Lugdunensis, à qa subsidium aliqod sperabam: sed frustra: cum Xylandriana ea, qâ usus fueram, inqinatiorem ac corruptiorem deprehenderem. jam avtem ex viri doctiss. cujus *Versio* scripti hujus *Anglicana* pòst prodiit, D. Merici Casavboni *prolegomenis* Editioni Græcæ à se nuper adornatæ præfixis, è Xylandri priore Tigurina (cujus in Basileensis *Præfatione* mentionem ipse facit, qamqe nisi in Viri Doctiss. manibus, cùm me comiter invisisset, qod in *Prolegomenis* illis ipse commemorat, nunqam oculis usurpavi) expressam edoctus sum. Cùm avtem codicum penuriâ laborarem, partim ex ingenio, partim ex Svida scriptoribúsqe aliis, qi ex libris his nonnulla lavdaverant, partim eruditorum qorundam, qibuscum necessitudinem avt familiaritatem aliqam habebam, consilio opéqe usus, loca qæ vitii qoqo modo suspecta videbantur, restituere annitebar. Qumqe in Viri Illustriss. D. Cl. Salmasii *commentariis* nullo non literaturæ humanioris genere refertissimis, Marci nonnulla secius, qàm in eis, qos penes me habebam, codicibus expressa offendissem; unde editionem aliam aliqam secutum suspicabar; amici communis interventione usus, (aliter enim compellare ignotum planè verecundia prohibebat) Virum Clariss. per literas consulebam, qibus tum qid molirer significabam, tum & de locis tam illis, qos ab ipso aliter qâm avt Basileensis, avt Lugdunensis habebat, exhibitos repereram, qàm aliis etiam, ad qos hæsitabam, mensqe tunc temporis suggerebat, nec conjecturis de qibusdam propriis celatis, sententiam illius censurámqe sciscitabar. Is pro eximia, qâ cumprimis pollet humanitate, inter cætera, in hæc verba ingenuè rescripsit. *In tam utili ad vitæ præcepta scripto, & ad imbuendos virtute illâ forti & humanorum contemptrice animos, qam ponere operam destinas, summopere lavdo. Editum illud scivi lingvâ Anglicanâ à Merico Casavbono, sed ultra nihil. qid enim præstiterit, præ illius lingvæ ignorantia havd etiam scire mihi licuit. Hoc tamen mihi pronunciare certò posse videor, satis operæ esse in illo opere perfectè absolvendo qæ non solùm duos, sed etiam plures fabros distineat. ità spissa est materia, vix multis cuneis evincenda, vix optimis runcinis dedolanda. Havd alium puto avtorem ex antiqitate Græca corruptiorem ad nos, injuriâ temporum*

porum, fortean etiam hominum, qi eum interpolârunt, transmissum. Ubiqe hiatus, & lacunæ, qæ tamen solidum mentiantur. Transpositiones etiam multis locis commissæ ab hominibus, uti videtur, sciolis, qi sententias plerumqe minutis punctiunculis Stoico more signatas non capiebant. Præter ea, qæ observâsti, atqe in schedam mihi missam conjeciisti, alia toto passim opere vitio laborant. & qædam ex his tibi impertienda duxi, ut locum expleant eorum, qæ à te proposita dissolvere non potui. Hæc vir summus ille; qi & liberaliter admodum mecum, homine peregrino, nec de nomine etiam, opinor, antè noto, egit; cùm non de eis duntaxat, qæ qæsieram, sed de aliis qoqe, qæ inter ea disqirenda occurrebant, nec reqisitus, animi sui sensum ultroneus impertiretur; adjectâ insuper invitatione humanissimâ, qâ ad alia qælibet ulteriùs operam præstare promptum, *tempusqe* eo fine *negotiis aliis suffuraturum, nec imputaturum* profitebatur. Et de aliis qidem, pollicitatione tam liberâ, tam largâ animatus, per literas alteras Virum Clarissimum sum percontatus. Verùm per subitaneam illius occasionibus qibusdam Lugduno-Batavorum in Gallias suscepta profectionem, (sive literis meis ad manus illius non pervenientibus, sive ab ipso ad acceptas responsione in reditum dilatâ: simul per amici communis, cujus interventu usus fueram, è partibus istis demigrationem, sponsionis repetendæ opportunitate sublatâ) factum est, ut à Viro Celeberrimo nihil ampliùs acceperim. Illud obiter monere visum est, *Editione Argentinensi* usum se scribere, sed qæ cum *Basileensi* per omnia convenire visa sit. Præter hunc operâ usus sum Viri Eruditissimi, lingvarúmqe peritissimi D. Arnoldi Bootii, Doctoris Medici, qi vir qantus in his sit, *Animadversionum Sacrarum* opus elaboratissimum uberrimè testatur. Is pro animi propensione, & humanitate singulari, sæpiùs consulenti non derat. Sed nec Virum Doctissimum, nec comitatis nomine illorum alterutri postponendum, D. Patricium Junium fas est mihi hîc præteritum, qi & conjecturas mihi suas communicavit; sicut & ipse illi vicissim meas; & ubi ad Conventum Vestmonasterienscm evocatus fueram, in partibus illis occurrentem non semel de Antonino edendo solicitabat. Ab his avtem aliisqe, qorum scripta pervolutaveram, qicqid accepi, suo cujusqe loco mentione factâ, animo liberrimo lubentissimóqe acceptum cuíqe gratanter fero.

Versione

Verſione ſiqidem jam confectâ, de *Annotationibus* ſuccinctioribus porrò adjiciendis cogitare primò ceperam. pòſt de *Commentario* juſto & ampliore etiam, qo Scriptum tam inſigne dignum valde videbatur. Huic conficiendo inter curas operáſqe paſtorales, qibus per annos ultra qadraginta eodem loci, qò ab Hoſpitio dicto tranſieram, jugiter diſtrictus inſudavi, niſi qòd ante ſexennium morbo gravi correptus, ad tempus aliqod intermittere, tum reverſus denuo remittere aliqid, demum incidere ferè prorſus, coactus fuerim) inter horas ſubſecivas, qæ & rariores intervenerant, & per intervalla diductiora redierant, dùm intendo, in molem eam opus iſtud excreviſſe animadverteram, ut de evulgando ſpem omnem abjicerem; ſiqidem, contrà qàm in Flacciano illo, *urceus inſtitui* cùm cepiſſet, *totâ currente, amphora exiit*; expertus utiqe, Bibliopolæ & Typographi noſtri, qàm ægrè aliqid etiam minoris negotii in hoc genere ſuſcipiant. Verùm cùm annos apud me delituiſſet havd pavcos, amicorum tandem qorundam flagitatione freqente, qi & edendum poſcebant, & de impenſa ad id perficiendum proſpectum iri, fiduciam faciebant, eorum in manus qod confeceram totum contradidi, pro ipſorum optione, vel premendum, vel prelo ſubjiciendum, & in lucem publicam (qod ab illis jam eſt effectum) emittendum.

Ipſe in hoc opere qid præſtiterim, præſtare ſaltem conatus ſim (dextréne ac feliciter, an ſeciùs alii viderint) ſic habeas. Primo loco; poſt Scriptorum variorum, tam antiqioris qàm & ævi recentioris de *Marco* Scripti hujus Avtore *elogia* & *encomia*, déqe *Scripto* hoc ipſo *teſtimonia* & *judicia*; Marci *contextus Græcus* exhibetur, (niſi ſi, dum affectus imponit, ſpes fallat) vitiis mendíſqe, qibus antè paſſim ſcatebat, havd pavcis ſublatis, repurgatior; laçunis, qibus hiabat, ſuppletis aliqot, integrior; loco motis qibuſdam ad ſedes proprias revocatis, aptiùs havd pavlò concinnatus & compoſitus; interpunctionibus neceſſariis, & ſectionibus, ſive paragraphis, (utì Juriſtæ loqi ſolent) commodis (qod Lugdunenſis infeliciùs pavlò primus tentaverat) accuratiùs qàm antea, pro dictionis ſenſu genuino interſtinctus, pro materiæ ſubjectæ ratione diſtinctus: ad marginem adſcriptis lectionibus variantibus, locíſqe parallelis, in qibus ſententiæ, formulæ, voculæ, vel eædem, vel geminæ, reperiuntur, ut nec ad *Commentarium* ampliorem in ſingulis

gulis qibúſqe recurrere neceſſum eſſet; & Marcus ex Marco ipſo, vel explicatus, vel illuſtratus, haberetur. Adjecta eſt *Verſio Latina* nova, ad Græcum contextum eo, qo ſuperiùs eſt dictum, modo reſtitutum, accommodata. Seqitur *Commentarius* in Scriptum totum perpetuus, in qò Verſionis à prioribus diſcrepantis, mutationis, ſuppletionis, commiſſionis, diſtinctionis, expunctionis cujuſqe ratio redditur; *verſionibus* etiam atqe *annotationibus* antegreſſis, prout occaſio ſe tulerat, examini ſubjectis, & pro ea, qæ probabilis tunc videbatur, ratione, vel admiſſis, vel rejectis: formulæ Marco uſurpatæ, ex aliis, vel Græcis, vel Latinis, (nam & ex ſermone Latino hominem Romanum, licèt Græcè ſcribentem, mutuari non eſt inſolens) ſacris etiam nonnullæ Scriptoribus explicantur. Sententiæ & dogmata ex aliorum itidem, vel conſentientium, vel diſſentientium & diſſidentium etiam, ſive ſcriptis, ſive dictis, ſive moribus factíſqe, vel firmantur, vel illuſtrantur. ad eos, eorúmqe loca, à qibus, & è qibus, Marcus mutuo ſumſerit, avt excerpſerit qicqam, qantum aſſeqi datum eſt, digitus intenditur. de hominibus locíſqe, qorum mentio alicubi occurrit, ex monumentis hiſtoricis, qæ in manibus habentur, prout in horum etiam ruderibus ruſpando deprehendi qicqam poterat, lux aliqa datur. Sacræ deniqe paginæ periochæ formulæqe nonnullæ, prout occaſio intervenerat, obiter, vel è Marco ipſo, vel aliunde enarratæ, aliorum qoqe Scriptorum emendatæ inſuper complures repræſentantur. In his avtem qamvìs diligentiâ aliqâ ſim uſus, multa tamen ſedulitatem meam ſubterfugiſſe nullus ambigo; plura qoqe reſtare, qæ cùm vel mihi forſitan ſine cavſsa ἀνίατα ſint viſa, vel dextrè minùs tentata avt curata fuerint, medici peritioris manum opémqe reqirant. Nihil in hoc genere, vel in alio ullo, prodit, cui non aliqid (meis qibúſqe plurimum, ſat ſcio) adjecto opus ſit. latus amplúſqe ſatìs adhuc patet iſtîc campus, in qo ingenia feliciora, cum lavde fructúqe ſe exerceant. In meis his interim ſiqid præſtitum ſit, qod vel Theologiæ ſacræ candidatis, vel literaturæ humanioris ſtudioſis, vel aliis etiam qibuſcunqe uſui eſſe poterit, laboris in eis ſuſcepti inſumtíqe merces ampla ſatìs futura eſt. Siqid avtem vel iſtîc, vel in Opere toto, (qod eveniſſe ſæpenumero ſuſpicor ipſe) humanitùs admiſſum occurrerit, qod notam ſeqiorem ſeveriorémve mereri jure videbitur, Lectorem humanum rogatum pervelim,

ut nè ſtrĭcto jure agere volupe ſit, ſed [a] ſortis memor humanæ, humanitatíſqe (prout in Schola loqi amant) ſuæ qoqe ſibi conſcius, utpote qi, [b] *homo cùm ſit, humani nihil à ſe alienum* cenſere avt ſentire debeat, pro humanitate, qâ ingenitâ, qâ inſitâ, humaniter ignoſcat. Iſtam enimvero *diſſertatiunculam*, mente, ratione non unâ minùs validâ, oculo à ſenio caligante à lema lippiente; manu tam à frigore, (cùm nec rigens ignem propinqiorem ſuſtineam; qod nôrunt probè, qi me familiariter habent) qàm à morbo, tremulâ, (cùm ad manum amanuenſis nullus exiſteret) non tam concinnabam, qàm conſarcinabam, conſcribillabam magìs qàm conſcribebam, in agri Surrejenſis pago Urbi natali adſito Rotherienſi, menſe Januario, hyeme ſæviente, cui & gemina altera, [c] *ætatis* & *invaletudinis*, (qæ [d] rariùs ſejunctæ reperiuntur) acceſſerat; Anno à Virginis θεοφόρῳ καὶ θεοτόκῳ conceptu ſalutifero (ſecundùm computandi ritum vulgò receptum) Milleſimo ſexcenteſimo qinqageſimo primo; Ætatis propriæ, non tam currentis, qàm decurrentis & devergentis, ſeptuageſimo octavo.

[a] Τὸ μηδὲν ἀμαρτεῖν ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνῳ Θεῷ. Gregor. Naz. *orat.* 15.

[b] Terent. *ſe punient.* 1. 1.

[c] Χειμῶνα τὸ βίου, ſenectutem dixere, Pythagoras, apud Laert. *l.* 8. Ariſtoteles in *Chriis*, Eratoſthenes, & Patrocles, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 117.

[d] - πῶς ἔχει, Μηδέποτ' ἐρώτα οὕτ' ἐπὰν γέροντ' ἴδῃς, ἢ χαῦν τιν'· ἴδοι δ' ἐυθὺς, ὅτι κακῶς ἔχει. Philem. apud Stob. & Maxim. *collectan. c.* 41. Τὸ γῆρας ὄζιν αὐτὸ νόσημα. Apollodor. *Senectus ipſa morbus eſt.* Ter. *Phorm.* 4. 1. Senec. ad illud Virgilii ex *georg. lib.* 3. *ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus. morbos & ſenectutem unà ponit; non immeritò: ſenectus enim inſanabilis morbus eſt. epiſt.* 108.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

Τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλίον α'.

1. ΑΒ avo meo Vero accepiſſe agnoſco, moris eſſe candidi, & ab iracundia alieni.

§ 2. A fama memoriáq; genitoris mei, modeſtam ſimul ac maſculam indolem.

§ 3. A matre, pietatis ſtudium, & largiendi promptitudinem: nec à malo patrando tantùm, ſed cogitando etiam, continere. tum victu ſimplici, qíq; ab opulentorum more ac inſtituto abſcedat qàm longiſſimè, contentum eſſe.

§ 4. A proavo, qòd publicas exercitationes adierim; qódq; bonis præceptoribus privatim ſim uſus; & qòd in res iſtiuſmodi impensè erogandum intellexerim.

§ 5. Ab educatore, ne in certamine eqeſtri Praſinæ, avt Venetæ factioni, néve in gladiatorio Thraci avt ſecutori favtor fierem: ut labores ſuſtinerem; minimo contentus agerem; operi manus admoverem: negotiis alienis me nevtiqam immiſcerem; nec delationem facilis ullam admitterem.

§ 6. A Diogneto, ne rebus inanibus ſtudium impenderem: néve eis fidem adhiberem, qæ à præſtigiatoribus magíſque de incantationibus, déq; dæmonibus averruncandis, aliíſq; ejuſmodi impoſturis dicuntur: ne coturnices ad pugnam alerem, néve rebus iſtiuſmodi animum adjicerem: útq; liberè dicta æqanimiter ſuſtinerem. eidem debeo, qòd philoſophiæ me addixerim; qódq; [a] Bacchium primum, tum [b] Tandaſidem, & [c] Marcianum avdiverim: qòd dialogos, puer adhuc, conſcripſerim; qódq; pro ſtratis grabatulum ac pellem expetiverim; cæteráq; inſtitutionis Græcanicæ adminicula.

1. ΠΑΡΑ τοῦ πάππου Οὐήρου, τὸ ἠθικὸν καὶ ἀόργητον.

§ 2. Παρὰ τῆς φήμης καὶ μνήμης τῆς περὶ τὸν πατέρα, τὸ αἰδήμον καὶ ἀρρενικόν.

§ 3. Παρὰ τῆς μητρὸς, τὸ θεοσεβὲς καὶ μεταδοτικὸν καὶ ἁπλοῦν μόνον τοῦ περιττοῦν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὀλίγα ἐπιτήδεια γίνεσθαι τοιαύτης. ἔτι δὲ τὸ λιτὸν καὶ τοῦ πολλῶν διαίτην, καὶ πόρρω τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ Αὐτοκράτορος] De *Marco Antonino* Imperatore τῆς συγγραφῆς iſtius, utì Svidas vocat, avtore, qi ab Antonino Pio Adriani juſſu adoptatus, nominis id adeptus eſt, cùm ex patris aviq; paterni, *Annius Verus*, ex proavi materni nomine, *Catilius* antè diceretur, videndi cum primis Jul. Capitolinus, & Dio Caſſius à Joanne Xiphilino in compendium redactus; Ariſtides etiam Rhetor *oratione εἰς βασιλέα*, & in *Panegyrica Cyzicena*. Philoſophiæ, Stoicæ cum primis, ſeriò deditum, etiamſi illi nulli dicerent, commentarii iſti, qos præ manibus habemus, cumulatiſsimè teſtarentur; de qibus conſuli poterunt Gvil. Canterus *novar. lection. l. 7. c. 1.* Cl. Salmaſ. *annot. ad Jul. Capitol. Marc.* Iſ. Caſavbon. in *Commentar. ad Perſ. Sat. 1.* Meric. denique Caſavbon. (*τῷ παλαιῷ τὸ παιδίον*) *in Prolegom. ad verſionem ſuam Anglicanam.*

Τῶν εἰς ἑαυτὸν] *de vita ſua*, Scaliger, Lipſius, Salmaſius, Xylander; Svidam forſan ſecuti, qi *τὸ εἰς ἑαυτὸν βίβλια διαγωγὴν* Marcum aſſerit ſcripſiſſe. qanqam aliud eſt *vitam* ſuam ſcribere, aliud *vitæ inſtitutum deſcribere*. Caſavbonus, *de ſe*. ità fuerit *εἰς ἑαυτὸν*, *de ſe*; qo modo *εἰς αὐτὸν*, *de eo*. Lucæ, *Act. c. 2. v. 25.* & Pavlo *ad Epheſ. c. 5. v. 32. εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς ἐκκλησίαν, de Chriſto, & de Eccleſia*, qò facit & & qod de Marco noſtro Svidas, Λέγει καί ἄλλως μανέντος ἐκείνου εἰς αὐτὸν ὁ Δίων. & qod *ad* Latinum ſic uſurpari qandoq; monent Critici noſtri. Plavto *Aulul. 3. 5. Nimis lepidè feçit verba ad parſimoniam*, pro, *de parcimonia*. & Symmacho, *lib. 4. ep. 56. Poſtqam vos ad virtutem verba feciſtis*. i. e. *de virtute*. nec ſpernenda forſan Caſavboni filii argutia, qi exponi poſtulat ex Apuleii dicto illo in *de Socratis Deo: Invenies in rationibus multa profuſa, & in ſemet nihil, in ſui, dico, dæmonis cultum*. Canterus, qod non improbem, *de officio ſuo*, h. e. de eis, qæ *ad ipſum* ſe ſpectare ac pertinere, ſive officii ſui eſſe ducebat: ego lexiùs tamen malim, *de rebus ſuis*, qo modo Pavſanias in *Attic.* Τὰ μὲν εἰς Τολμίδην, πεποίηται ὑπομνήματα ἴδια. Et in *Corinth.* de Meduſa, τὰ δὲ ἄλλα εἰς αὐτὴν, ὅσα ἐξηυρέθη. *de Tolmidæ rebus iſta acceptimus & aliæ res ejus dictæ ſunt*. Et de Avgea *Elian. 1.* Οἱ ὑπερμαινόμενοι τὰ εἰς αὐτὸν, &c. *Qi res illius attollunt, non Elei, ſed Helii*, i, e. Solis *filium fuiſſe dicunt*. & Evnapius de ſe in *Proæreſ.* Τὰ εἰς αὐτὸν θεοῦ τινος προνοίας τετυχηκότα. *Agnoſcit ſcriptor ipſe res ſuas divinæ providentiæ haud expertes fuiſſe*. Addere liceat & alteram conjecturam, licèt præ priore illa minùs placeat; poſſe *τὰ εἰς αὐτὸν* eſſe, *qæ propter ſe, in ſui gratiam, in uſum ſuum* deſcripſerat, & in adverſaria miſerat. qo modo *εἰς αὐτὸν* V. C. Ludovicus de Diev poſſe accipi exiſtimat, Arabémq; accepiſſe docet, apud Lucam *Evang. c. 16. v. 16. Propter ipſam, in gratiam ipſius*: & Pavlus Apoſt. *ad Tim. ep. 1. c. 4. v. 10.* dixit, *εἰς τοῦτο κοπιῶμεν. hujus rei gratiâ laboramus*. Alii viderint: Cæterùm Lilius Gyraldus *de Poetis l. 8.* titulum his verbis conceptum legiſſe ait; Μ. Ἀντωνίνου εἰς ἑαυτὸν καθ' αὑτόν. tanqam iſta tantùm excerpta ſint qædam ex eis *qæ apud ſe* in uſum ſuum repoſita habebat. & *τὰ καθ' αὑτὸν* ea nuncupantur, qomodo Syneſii *Dionem* inſcriptum volunt, *περὶ τῆς καθ' αὑτὸν*, vel *καθ' ἑαυτὸν* (qod Vulgati codices *κατ' αὐτὸν* præferunt) *διαγωγῆς*. Themiſtius in *Philadelpho*, *τὰ Μάρκου παραγγέλματα*, i. e. *Marci præcepta*, nuncupâſſe videtur. niſi fortè ad illa reſpexit *præcepta philoſophiæ*, qæ *per ordinem præneſeon, qotidiano ſuorum convitio efflagitatus*, ut cum Fabio loqar, anteqam expeditionem Marcomannicam iniret, *per triduum* à Marco noſtro *diſputata* refert Vulcatius in *Avidio Caſſio*: vel etiam ad *Inſtitutionis Imperialis librum*, qem *πάσης κοσμικῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μεστὸν, ſeculari peritiâ, & eruditione omnimodâ refertum*, Commodo filio reliqiſſe avtor eſt Nicephorus Calliſt. *hiſt. Eccleſ. l. 3. c. 31.*

Βιβλία ιβ'] Ità Svid. *ἐν βιβλίοις ιβ'*. qæ tamen diſtributio operis in *libros duodecim*, utrùm à Marco ipſo fuerit, an ab aliis, qi poſteà in unam congeriem coacta digeſſerunt, qæ ab illo per varias occaſiones concepta, ſparſimq; chartis commiſſa fuerant, (qod in Solomonis *paræmiis* factum novimus) ambigi poteſt non immeritò: atq; in iſtam partem mihi mens propendet magis.

Annotationes in librum I.

§ 1. Ἀφ' οὗ τοῦ πάππου] Verbum ἔμαθον, avt aliqid tale ſubintelligendum, & iſtìc, & in ſequentibus qibuſdam tmematiis, monet Guil. Xylander. itaq; vertit, *Ab avo didici*, Svidâ forſan avtore; qi qædam iſtinc delibans, vocabulum illud interſerit. Ego potiùs, qod latiùs pareat qidpiam ἔλαβον, avt εἶχον, *accepi, habui* cùm ſequantur non pavca, qibus ἔμαθον illud competere neqeat. vel etiam fortaſſe pro argumento, de qo agitur, vario, varia ſubſtituere commodum fuerit vocabula.

Οὐήρου] *Avus Annius Verus, cujus in domo educatus eſt.* Jul. Capitol.

Καλόνδης] *Placidos mores.* Xyl. Ego *candidos malim*; ut τὸ καλόνδης τῷ κακόνδει opponatur, qod *malignitatis* ſignificationem obtinet. Vocabulum alibi non memini legiſſe.

§ 2. Τῆς μνήμης τοῦ πατρὸς] *A memoria genitoris.* Eodem cum avo is cùm nomine, tum & cognomine gavdebat, *Annius Verus* itidem dictus. Capitol. *A memoria* verò *genitoris* dixiſſe videtur, qòd in ætate minori patrem amiſerit; utì ex eodem colligere licet: itaque recordando potiùs perdiſcere adultior jam poterat, qæ apud patrem puer adhuc vidiſſet, qàm in ea ætate ità in animum defigere, ut penitiùs eis, qaſi imbueretur. Κένσορον ἢ μνήμην πρὸς τὰ ἴσα. Gregor. Naz. *in Maccab.*

Τὸ αἰδήμον καὶ ἀρρενικόν] De Marco pariter Capitol. *Sanè qamvis eſſet conſtans, erat tamen verecundus.* Et rurſus, *Erat frugi ſine contumacia, verecundus ſine ignavia, ſine triſtitia gravis.* De Catone pariter Saluſt. in *Catilin. Cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore certabat.*

§ 3. Τῆς μητρὸς] *Mater Domitia Calvilla.* Capitol. eadem & *Lucilla* eidem pòſt dicitur: & *Domitia Lucilla*, Spartiano in *Did. Julian.*

Θεοσεβίς] Ità Timotheus ab Evnice matre aviâq; Loïde pietatem haviſſe perhibetur, Lucæ, *Act. c.16. v.1.* & Pavlo, *ad Tim. epiſt. 1. c.4. v.6.* & *epiſt.2. c.1. v.5.* & *c.3 v.15.* commemorantur & à Luca *αἱ συνδρομαὶ γυναῖκες. Act. c.13. v.50.* Pronior nimirum cùm ad religionem, tum & ad ſuperſtitionem, ſexus ille ſeqior. Perſius, *Sat.2. v.31.*

Et te avia, aut metuens Divûm matertera—

& *Sat.5. v.93.*

Dum veteres avias tibi de pulmone revello.

De Antonino Pio à qo adoptatus, exqiſitiùs pavlò *l.6. §.30.* ὡς δεισιδαίμονας χωρὶς δεισιδαιμονίας.

Καὶ μελαδρινόν] qod Apoſt. *ad Tim. epiſt. 1. c.6. v.18.* εὐμετάδοτον ἴσθι, *largiri promptum:* & Marc. *infr. §.14.*

Καὶ τοῦ ἐπὶ ἐννοίας ψιλῆς τοιαύτης] *Abſtinere non à perpetrando tantùm, ſed ab intendendo malum.* Caſmeliùs Xyl. *à cogitando.* qod ampliùs eſt. poteſt enim cogitare qis, qod non intendat tamen. Vide § 9. Idem valent, ἐπὶ ἐννοίας τινος γίνεσθαί τινα, ἔννοιάν τινος γίνεσθαί τινι, & ἐννοεῖν τι περὶ, *cogitare aliqid aliqem.* Eſt avtem hoc ſanè religionis peculiare cum primis, cogitatorum etiam religionem habere. Tertullian. *in apolog. c.36.* dogma Chriſtianum referens; *Malè velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de qoqam, ex æqo vetamur.* Et Minutius in *Octav. Apud nos & cogitare, peccare eſt.*

Nam ſcelus intra ſe tacitum qi cogitat ullum,
Facti crimen habet.— Juvenal. *Sat. 13. v 209.*

impurâ ſcil. *mente, licèt purâ manu:* ut Apul. in *apolog.* Qin & qod Thales, avtore Laërtio, qærenti, Εἰ λάθει θεὸς ἄνθρωπος ἀδικῶν, reſpondit, Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος. *Nec cogitata numen latere poſſunt.* Idémq; cum primis diſcendum proponit Epictetus, *diſſert. l. 2. c.14.* Μαθεῖν δεῖ πρῶτον τοῦτο, ὅτι ὁ θεὸς καὶ φαντασία ἡμῶν ὅλων καὶ ἕκαστος ἐστὶ λαθεῖν αὐτὸν, ἢ μόνον τοιοῦτα, ἀλλ' οὐδὲ διανούμενον, ἢ ἐνθυμούμενον. Socrates (Xenophonte referente, *memorab. lib.1.*] τοιοῦτα θεοὺς εἰδέναι τά τε λεγόμενα καὶ πρακτὰ καὶ τὰ σιγῇ βουλεύματα. & Juſtinus, *apolog. 2.* Θεὸν ἀδύνατον λαθεῖν τι, ἢ μόνον πραττόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον. Nimirum ut Clemens Alex. *pædag. l. 2. c. 10.* Λήσεται ἴσως τὸ αἰδεῖσθαι φῶς τῆς τοῦ νοητοῦ, ἀδυνάτου ὄντι λαθεῖν. ἢ, ὡς Ἡράκλειτος, τὸ μὴ δυνῶν ποτε πῶς ἂν τις λάθοι; imò, πῶς ἂν τις λάθοι; Qod Iſidorus *Peluſ. l.4. ep.47.* Τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐδεὶς λήσει. οὐδὲν λήσει. Siqidem, *Nihil Deo cluſum eſt. intereſt animis noſtris & cogitationibus mediis intervenis.* Senec. *epiſt.83.* qò reſpexerit forſan Minutius in *Octav.* ubi dixit: *Deus autor omnium, ac ſpeculator omnium, à qo nullum poteſt eſſe ſecretum, tenebris intereſt; intereſt cogitationibus, qaſi alteris tenebris.* Vide *l.6, § 30.* & *l.12 § 2.*

Τὸ λαθεῖν καὶ πλὴν ἁμαρτίαν] Lavdat & in Marco pariter Ariſtides, ἐπὶ εὐνομίαν, καὶ δικαίως εὐτέλειαν. Eam Chriſticolis commendat & Clemens Alex. *pædag. l. 2. c. 12.* his verbis. Παραινῶ τοίνυν λιτότητα ἀκριβῆ καὶ κενῶν ἀπαρέσκειαν. τὸ ὄντι γὰρ ἡ λιτότης ἀγαπᾷ μόνα φαντάζεται, ἐξισοῦσα τὰς πλουτοκρατίας, καὶ δικαίως τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθοὺς καὶ ἀγαθῶν κομιζομένους χρείαν. τὸ γὰρ λιτὸν, ἢ καὶ τέρμα ἐμφαίνει, καὶ ἐξέχει, οὐδὲ κατὰ πόγκωνος ἢ πυθαγόρου· ὁμαλὸν ἢ ὅλον, καὶ λεῖον, καὶ ἴσον, καὶ ἀπειρίτλον, καὶ ταύτῃ ἱκανὸν ὄζειν. qo loco forſan pro τυπᾶται Clemens τυφᾶται ſcripſerat. Vide qæ de Pertinace ex Herodiano pòſt pavlò exhibentur.

Τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς] Πλουσιακὸς dictum eadem

dem analogiâ, qa Ἀναξιμενικὸς, pro qo vulgò Ἀναξιμενιὸς dicitur, *ad divites pertinens*, sive *divitibus solennis & familiaris*. Neque enim H. Stephano, qi idem qod πλούσιος, vel πλούτου potiùs, esse vult, posſum assentiri: malimque *opulentos*, qàm *opulentum*, cum Xyl. & Cas. *comitante*, sive *consequente*, vertere. Est enim à πλοῦτος, non à πλοῦς, effomatum. διαγωγὴν autem πλουσιακὴν Marcus dixit, qod δεῖγμα πλουσιακὸν Plutarchus *declamavit*, pompam illam epularem sumptuosam ac magnificam, qæ apud dixores exhiberi ſolet. At Alexis apud Athenæum *lib.* 13. πλουσιακὸν ἡδονὴν etiam *mollitiem* dixit verſibus illis, qos Casaubonus felicius qàm Stephanus reſtituit.

§ 4. Τῇ μητρὶ] *Proavus paternus, Annius Verus; maternus, Catilius Severus.* Capitol. illum opinor hîc voluit.

Τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι] τὸ μὲ εἰς δημοσίας, sive τὸ εἰς δημ. &c. negativâ prorſus expunctâ legit Meric. Casavb. ductus illis præcipuè Jul. Capitolini verbis; *Frequentavit & declamatorum ſcholas publicas.* Qod eſt idem prorſus cum eo, qod de ſe Marcus iſtîc. De Pertinace Herodianus *lib.* 2. Οὗτος δὲ μέτριός τε καὶ ἐπιεικὴς ἦν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἤδη μειράκιον ὄντα, μήτε εἰς τὴν βασιλείαν αὐτῷ ἀναγαγεῖν, ἀλλ' ἐν τε τῇ πατρῴᾳ μένειν οἰκίᾳ, καὶ εἰς τὰ φοιτᾶν θεμιτὰ διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσια, ἰδιωτικὸν ὄντα, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε καὶ πάντα πράττειν, ὁπόσα μὴ τύραννον ἢ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικήν.

Ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐντεῦθεν ἀναλίσκειν] ἐντεῦθεν ἀναλίσκειν poteſt eſſe, vel *promptè, alacriter*; ſic enim Heſych. Ἐκτενῶς, σπουδαίως· vel *ſtudioſè, vehementer*: Svid. ἐκτενῶς, ὁλοψύχως. vel *impensè, prolixè*. Pollux, ἐκτενῶς, δαψιλῶς· qod & pro ἐκλεανῶς Phrynicus ſubſtitui monet. Vult certè Marcus fieri contrà planè qàm in Scopticæ illa Cratetis Thebani, qam Laërtius exhibet, Ephemerides

Τίδεῖ μαγείρῳ μνᾶς δεκ', ἰατρῷ δ' ὀβολόν·
Κόλαξι τάλαντα πέντε, συμβούλῳ κάτον·
Πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.
Coquo minas decem, medico drachmam ferat;
Talenta quinq; ſcurræ, fumum conſulenti;
Scortum talentum, philoſophus triobolum.

avt qam ſuo ſeculo fieri ſolitum non ſine ſtomacho monet Juvenalis *Sat.* 7. qo loco, poſt impenſas in ædificia extruenda exornandáq; immenſas enarratas, hæc ſubjicit:

Quanticunq; domus, veniet qi fercula doctè
Componit, veniet qi pulmentaria condit.
Has inter ſumptus, ſeſtertia Quintiliana,
(Ut multum) duo ſufficient. res nulla minoris
Conſtabit patri qàm filius. cui hic ſcil. erudiendo conducitur. Hâc autem ratione ſe tutabatur Ariſtippus, qòd à diſcipulis pecunias mercedis loco vel exigeret, vel acciperet ſaltem notatus: ἀργύριον λαμβάνειν ἐπῶν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῆτο, ἀλλ' ἵνα εἰδῶν, εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις· refert Laërtius *lib.* 2. Qin & de Alexandro Gramm. pariter Ariſtides: τὸν μὲν τὰ τύχης ἐκ προοιμίου λαμβάνων· ἐδίκει γὰρ αὐτῷ λυσιτελεῖν τοῖς νέοις μαθημάτων ἕνεκα τολμᾶν σφίσιν. Et Libanius in *apolog.* Τὸ μὲν δοῦναι, παιδευτῆρας πολλοὺς. τὸ δὲ ἀξιοῦναι προῖκα λαβεῖν, οὐδὲ σοφιστὰς ἀναγκάζει λαμβάνειν. οὐ γάρ τις ἐκ πίθου πυρὸν, ταῦτα οὐκ ἀλγεῖ μὴ λαβών. Nec incelebre illud à Philoſtrato laudatum Damiani Sophiſtæ dictum, cùm mercede data nevtiqam Vulgari, Ariſtidem, Adriánumque Rhetores avdiviſſet, Πολλῷ ἥδιον ἐς τοιαῦτα δαπανᾷν παιδικὰ, ἢ ἐς καλὰς τε καὶ ἀγαθὰς, ὅσαι εἰσὶ. Lavdantur Principes hoc nomine, Alexander Macedo, qi præterqam qod in Philoſophos Anaxarchum, Xenocratem, Calliſthenem, alios, munificus admodum extitit, in unam illam Stagiritæ animalium hiſtoriam octingenta talenta dicitur contuliſſe. ut Athenæus *dipnoſoph. l.* 9. Veſpaſianus, qi licèt alioqi pecuniæ avidior, *ingenia & artes vel maximè fovit, primúsq; è fiſco Latinis, Græciſq; Rhetoribus annua centena conſtituit:* Sveton. *l.* 10. *c.* 18. Antoninus Pius, qi *Rhetoribus & Philoſophis per omnes provincias & honores & ſalaria dedit.* Capitol. in *Pio.* qod & ab Alexandro Severo, qem poſt Marcum noſtrum ſummè ſuſpiciendum Svidas cenſet, & *continuatum & dilatatum*, avtor eſt Lampridius. Marcus ipſe, qi & Philoſophos omne genus ἐπὶ μισθοῖς profitentes Athenis inſtituit, utì ex Luciano & Philoſtrato, *ad Capitolini Pium* docet Clar. Salmaſius. Nec tacendi videntur, avt M. Seavrus civitatis princeps, qi *Lvcatium Daphnidem Grammaticum* IIIMDCC (vel ut Budæus, *de aſſe* CCCMDCC) *ſeſtertiis emerat, pretio hominis in ſervitio geniti maximo ad hanc diem*, inqit Plinius *l.* 7. *c.* 39. qanqam à Q. Catulo, & *ducentis millibus nummûm emptum, ac brevi manumiſſum*, apud Svetonium habetur *de illuſtr. Gram. c.* 3. Avt Leo Macelles, qi cùm annonam Evlogio Philoſopho dari præcipienti, dixiſſet Evnuchus qidam, in milites potiùs iſta eſſe inſumenda, reſpondit; Εἰδὲ γένοιτο ἐπὶ τῶν ἐμοῦ χρόνων, ὥστε τὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τοὺς διδασκάλους παρέχεσθαι. *Utinam meis id temporibus contingeret, ut militum ſtipendia ad doctores transferrentur.* Svidas, Cæterùm nolim omiſſum, qod doctiſs. Patr. Junius, pro εἰς τὰ τοιαῦτα, ſuſpicatur εἰς τοὺς τοιούτους legi debere: utrumvis ceperis, eodem redibit: *in iſtiuſmodi*, vel *homines inſtituentes*, vel *inſtituta* ipſa.

§ 5. Τοῦ τροφέως] *Educatorem ſuum mortuum flevisſe* Marcum, refert Capitolinus Verùm is qis fuerit, nullus dicit. Vide *infrà ad* § 8.

Μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανός] Avrigarum factiones *Praſinæ & Venetæ*, à veſtium, qas habebant, coloribus ſic nuncupatæ, de qibus videndi Tertullian. *de ſpectac. c.* 9. Caſſiodor. *Var. l.* 3. *epiſt.* 51. & Onuphr. *de Lud. Circenſ. c.* 10. De L. Vero Marcei conſorte, Capitol. *Amavit & avrigas, praſino faveas, & Volucri ego Praſino aureum ſimulachrum feco-*

rat, quod ſecum portabat. at Venetæ contrà Vitellium, qi *quoſdam de plebe, quòd Venetæ factioni clarè maledixerant, interemit.* Sveton. *l.9.c.14.* Marcus quòd hiſce ſe nevtiqam immiſcuerit, educatori ſuo, qiſqis is fuerat, acceptum refert. Plinius min. *l.9.epiſt.6.* de Circenſibus, populóq; ad eos ſpectandos confertim jugiterq; confluente locutus; *Si tamen,* inqit, *aut velocitate eqorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc favent panno, pannum amant: & ſi in ipſo curſu, medióq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium favóq; tranſibit, & repentè agitatores illos, qos procul noſcitant, qorum clamitant nomina, relinqent. tanta gratia, tanta autoritas in una viliſſima tunica; mitto apud Vulgus, qod vilius tunica eſt: ſed apud qoſdam graves homines.*

Παμμιλαείῳ ἢ σκιλάείῳ] Παμμιλάείῳ, *Palmilarius.* Mevrs. in *Gloſſar.* & Παμμιλάείον, ὄνομα κύνειον. Svidas. qod idem & de Βενέτιαρὸς pronunciat. falſus uterq; Eſt enim Παμμιλάείῳ, *Parmularius,* literâ aſperiore in leniorem immutatâ, ut κοριάνδρου, *coriandrum,* κολίανδρον; *farcimen,* φαγιμίλιον; *barca,* βάλκα; *cardinalis,* καρδιναλίῳ; κείΣαρ, καλίΣαρ, *clibanus;* λείριον, *liliun;* γαργαρεών, γαργαλεών, *gurgulio;* μορμύρων, *myrmillo;* nec eſt proprium perſonæ, ſed ſectæ ſtudiiq; vocabulum; ſicut reliqa qæ iſtîc ſimul recenſentur. *Parma,* ſive *parmula,* & *ſcutum,* inter arma gladiatoria, illa Thracum, iſtud Samnitum; utì ex Feſto & Livio docet Lipſius in *Saturnal. lib. 2. c. 9.* & *c. 11.* Martialis magnitudine maximè diſcrepáſſe docet, *l.14.epigr.213*

Hæc qæ ſæpe ſolet vinci, qæ vincere rarò,
Parma, tibi ſcutum pumilionis erit.

& Nonius: *Parma ſcutum breve.* Qanqam Parmæ militares benè magnæ videantur fuiſſe. Polybius *de diſciplin. Rom.* Πεζεταῖροι γὰρ ἔσι τὸ πλῆθος, τελοῦσι δὲ ἔχει τὴν διάλεξιν. Et de Velitibus Livius *l.38. Hic miles tripedalem parmam habet.* Θυρεάείῳ, *Scutarius.* Xyland. & Θυρέάείῳ, *ſcutarius, ſcutatus.* Mevrs. in *Gloſſar.* eandem ſcripturam agnoſcit & Svidas in Πεσσαρὸς. qod ſi ſeqimur, alterius factionis ſtudium deſignabitur, cui *ſcutum* parmæ loco fuerit. Verùm Lipſius hìc, non σκιλάείῳ, ſed. συνσέείῳ legit, ubi ſuprà *c.24.* Ità *Parmularius,* qi Thracibus, *ſecutorius,* ſive *ſecutorianus, qi ſecutoribus favebat;* de qibus videri poterit Lipſius idem *ibid. c.7.* Martialis *l.9.epigr.70.*

Vincenti parmæ cùm ſuâ turba favet.

Hos avtem Parmularios nuncupatos ex Svetonio diſcimus; qi *l. 12. c. 10. patrem familiis qendam, qòd Thracem Myrmilloni parem, munerario imparem dixerat,* refert à Domitiano *canibus objectum cum hoc titulo, Impiè locutus Parmularius.* Ad qod facinus reſpexit in *Panegyr.* Plinius, ubi dicit; *Jam qàm libera ſpectantium ſtudia? qàm ſecurus favor? nemini impictas, ut ſolebat, objecta, qòd odiſſet gladiatorem. nemo ſpectator ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco & canibus expievit.* Marcus ergò nulli gladiatorum factioni addictus: contrà planè qàm filius, imperii paterni, non & inſtituti, hæres; qi, ut Lampridius, *gladiatoribus convixit, & gladiatorem ſeſe perfectum exhibuit: Secutoribus* cum primis tam impensè favens, ut (Dione avtore) eorundem armaturâ uteretur, & inter triumphalia nomina geſtiret avdire, Πρωτόπαλος Σαυτόρων qa de voce videatur, poſt Lipſium & Scaligerum, V.Cl. Salmaſius *in Lamprid.*

Τὸ αὐτουργὸν] *manibus propriis operari;* ſive *operi manus ipſummet admovere,* ſuisq; id nonnunqam manibus exeqi, qod alienis, ſi vellet, poterat. De Danao Lucianus *dialog. marin. 6.* Σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, ἢ αὐτουργεῖν διδάσκει. Catonis majoris τὸ αὐτουργικὸν prædicat Plutarchus, μὴ πρὸς ἐκπληξιν ἐργάζεσθαι ſoliti. De Qintio Dictatore apud Svidam avtor innominatus: τὸν αὐτουργὸν ἡγάπα θεόν. Pacatus *panegyr. Theodoſ. Detrahit laudem patientiæ inopias majoris exempli eſt labor ſine neceſſitate.* Lavs ea Trajani apud Svidam, ex avtore incerto: Καὶ ἐθέλετο ἐξίσου πάντα τοῖς ἄλλοις τεῖχον τινα ποιεῖσθαι. At verò mollitiem hominum, qi alienis ad omnia manibus utuntur, falſè tetigit Cynicus, qi (referente *l. 6.* Laërtio) ex his qendam à famulo calceari conſpicatus, dixit, ὅπου μανθάνεις ἢ, ἂν μὴ σε ἡ ἀσθένεια; τοῦτο ἤδη πρωΐζοντι σοι τὰς χεῖρας. *Nondum ſat beatus es, niſi te alter etiam emungat* (non, utì Eraſmus reddidit, *abſtergat*) *qod ſi mancus fueris, futurum eſt.* id qod de Ariſtagora ſuſpicata eſt Gorgo puella Lacœna, qem cùm idem factitare animadverteret, ad patrem (Cleomenes is erat) converſa, Πάτερ, inqit, ὁ ξένος οὗτος χείρας οὐκ ἔχει. *Pater, hoſpes iſte manibus caret.* Plut. in Apophth. Iraq; adulatorié nimis Conſtantino Panegyriſta; *Deceat te, Imperator, hoſtem ferire? imò non deceat laborare.* De Imperatore nimirum cenſuit, qod de Deo ſenſit, qi Ariſtotelis nomen præfert, Avtor *de Mundo c. 6.* Μὴ αὐτουργὸν εἶ· μήτε καλὸν μηδὲ εὐχρηστον αὐτουργεῖν τὰ ὑπὸ γῆς· οὕτω γὰρ οὐδὲ ἀνθρώπων ἡγεμόσιν ἁρμόττειν, παντὶ δὲ τῷ τυχόντι ἐφίεσθαι πράγματι. Qod Apuleius ſic παραφράζει, *Non ut orbem manibus ſuis inſtruxeris: talis quippe humilitas dejecti & minùs ſublimis officii; nec cum homine quidem convenit qi ſit pavlulum conſcientiæ celſioris, qalis militiæ principes, & Curiæ proceres, & urbium ac domorum rectores, ut id ſuis manibus factum velit, qod ſit curæ levioris.* Atqi de Deo nos aliter docent literæ ſacræ, etiam τὰ ὑπὸ γῆς αὐτουργεῖν non dedignari prorſus; etiamſi ad plurima exeqenda creaturarum miniſterio utatur. Qin & apud Homerum (qi id Heroibus ſuis dedecori non eſt futurum opinatus) αὐτουργοῦσιν ἥρωες, ſúntq; αὐτοδιάκονοι, ut Evſtathius monet *ad Iliad. 1.* αὐτουργοῦσιν Ulyſſes, & Achilles ipſe; αὐτουργὸν deprehenditur ab Ulyſſe Laërtes. qod obſervat Ælianus *hiſt. var. l 7. c. 5.* eo utiqe ſemet exercent opere, qod in Cyro minore admiratus eſt Lyſander apud Xenophontem *in Oeconomico;* & qo nihil

nihil regale magis huic visum refert in *Catone majore* Cicero, agri nempe colendi studio. De Pittaco notum est ex nænia muliebri, sive ἐκ τῆς ᾠδῆς ἐπιμυλίου, uti appellant Athenæus *l.* 14. Eustath. *ad Odyss. ι.* & Pollux *l.* 7. *c.* 33. § 8. (apud qem tamen *l.* 4. *c.* 7. § 1. ἐπιμύλιος ᾠδὴ perperam est editum, qod *Carmen seculare* interpres reddidit) qam, dum molam versabant, qò laboris tædium tollerent, mulierculæ sibi accinebant. Eam Plutarchus in 7. *sapientum symposio* nobis hanc exhibet. Ἄλει, μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύων. Inde Theodorum Scholasticum objurgandi ansam arripit Isidorus Peluſiota *lib.* 1. *epist.* 470. Αὐτὸς μὲν ἐφύσησεν ἡγοῦ πᾶσιν χειρόμυλον ἐργασίαν· ὁ Μιτυληναῖος δὲ Πιττακὸς, καὶ τοι βασιλεὺς ὤν, τὸν μύλωνα ἠσπάζετο, καὶ ἐναργῶς γυμνάζόμενος, καὶ πλὴν τροφῆς ἐργαζόμενος. ubi vitioſe μύλωνα codices: nec ſanius interpres, *piſtrinum manibus ſuis extruebat.* imò, *in piſtrino ipſe operas obibat, ſimul ſeſe & exercens, & labore ſuo de victu proſpiciens ſibi.* Nam qod Theod. Zvingerus Theatri *vol.* 19. *l.* 2. *tit. de Mola*, Pittacum tradit molæ encomium conſcripſiſſe, qod ἐπιμύλιον nuncupârit, qo avtore dicat neſcio. apud Ælianum, qem certè lavdat *var. hiſt. l.* 14. nihil ejuſmodi comparet. qeritúrq; Pictorius ad Marbodeum *de gemmis*, molæ laudes poetam nullum celebrâſſe. De Romanis priſcis Seneca, *ad Helviam, c.* 10. *Scilicet majores noſtri, qorum virtus etiam nunc vitia noſtra ſuſtentat, infelices erant, qia ſibi manu ſuâ parabant cibum.* Et mox: *Scilicet minùs beatè vivebat Dictator noſter, qi Samnitum legatos audit, cùm viliſſimum cibum in foco ipſe manu ſuâ verſaret.* Manium Curium Dentatum dubio procul intelligit: qanqam Conſul ille, non Dictator. *Cibum viliſſimum* qem dicit, λαγυλίδας fuiſſe refert, ex Magacle *de Viris illuſtribus*, Athenæus *l.* 14. & Plutarchus *in Apophth.* id est, *rapa*, ut ex *Annalibus* Plinius *l.* 19. *c.* 5. *rapum*, inqit, *torrentem in foco inventum.* Hiſtoriam tangit & Cicer. *de repub. l.* 3: à Nonio lavdatus; & in *Catone majore.* Nec peccare puto Athenæum, (qod Petr. Victorius cenſet, *Var. lect. l.* 10. *c.* 5) cùm Sabinos dicit, qos Samnites illi. poteſt enim fieri, nec est verò abſimile, Sabinos Samnitibus in ea legatione junctos fuiſſe: cùm ex L. Flori *epitome Livianâ lib.* 11. compertum ſit, Curium iſtum, tam Samnitibus cæſis, qàm & Sabinis victis & in deditionem acceptis, bis eodem anno triumphâſſe.

Δυσωρόλυλον δακολᾶς] leg. Δυσωρόλυλον. De Antonino Pio *l.* 6. § 30. ὡς δακολὰς ἂν ἐλέχετο. De Trajano itidem Dio. δακολᾶς ἤκουσε ἐπισθε. Caii Caligulæ inter imperii exordia memoratu dignum dictum, facto etiam consignatum, à Svetonio *l.* 4. *c* 15. refertur. *Libellum de ſalute ſua oblatum non recepit, contendens nihil ſibi admiſſum cur cuiqam invisus eſſet; negavitq; ſe delatoribus aures habere.* Præclarum & illud Domitiani, ab eodem in literas relatum, ſi in tenore cepto is perſtitiſſet, qod *fiſcales calumnias, magnâ calumniantium panâ repreſſit; adjectâ voce illâ memorabili,* PRINCEPS QI DELATORES NON CASTIGAT, IRRITAT. De Marco noſtro, qi hîc conſtans, Capitolinus, *Suffragatoribus non citò credidit, ſed ſemper diu qæſivit qod erat verum. Qin & calumniis qadruplatorum interceſſit, appoſitâ falſis delatoribus notâ: delationésq; qibus fiſcus evgeretur, contempſit.* Optimé Menander à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 42. adductus, & poſt Stobæum ab Antonio *meliſſ. l.* 1. *c.* 53. & à Maxim. *collect. c.* 10.

Οἷς ἡ διαβολαῖον πείθηται ταχὺ,
Ἥττ᾽ ἀνάγκη αὐτὸς δεῖ τοῦ τρόπου,
Ἡ παιδαγωγεῖ παιδικὸν γνώμιον ἔχει.
Qi mentem addicit credulam calumniis,
Aut ipſe eſt pravis inquinatus moribus,
Aut certè ingenio nil ſupra puerum valet. Grot.

§ 6. Διογνήτου] *Operam pingendo ſub Diogneto magiſtro dedit.* Capitol. Verùm de Diogneto iſto pictore, an philoſopho, an utroq; etiam, videndi Joſ. Scaliger, *comment. ad Evſeb. Chron.* & Cl. Salmaſ. *ad Capitol.* Philoſophum certè Marcus ipſe nullus appellat; potuitq; Marcum ad philoſophiæ ſtudium impellere, monitáq; iſtiusmodi eidem ſuggerere, etiam qi philoſophiam non eſſet profeſſus. qanqam nec pingendi artificium qicqam impedit, qo minùs & philoſophiam profiteretur, eadem ſaltem imbutus fuerit, cùm inter diſciplinas liberales *pictura* olim haberetur; unde de Hilario Bithyno Evnapius in *Priſco*; ὡς τὸ καθαρὸν τῆς ἄλλης παιδείας καὶ χαριεντίου ὕπτιο φιλοσοφήσαιλα, ὥστε ἂν ἐπιδήκνυσι ἐν τοῖς ἐκείνου χεροὶν ὁ Εὐφρόνωρ. qæ verba Hadr. Junius ſic reddidit: *In arte pingendi adverſùs liberalium artium vacuos ità philoſophatus eſt, ut appareat in illius manibus non eſſe extinctum Evphranorem.* cùm debuiſſet potiùs ſic vertere; *Qi præter ingenuam, ſive liberalem, reliqam diſciplinam, in pictura qoq; ità verſatus eſt, ut per ejus manus Evphranor adhuc ſupereſſe videretur.* τὸ καθαρὸν τῆς παιδείας, eſt ἡ καθαρὰ παιδεία, *ingenua ſive liberalis diſciplina.* φιλοσοφεῖν, *ſtudere, exerceri, in ſtudio, exercitióve aliqo verſari.* Evphranor pictor nobiliſſimus, fictórq; idem ex Plinio notus ſatis, qi *lib.* 34. *c.* 8. & *lib.* 35. *c.* 11. videri poterit. Cæterùm in Hilario ſuperſtes, qa ratione dicatur, ex Fabio meliùs qàm ex Plinio diſcas. Is *Inſtit. l.* 12. *c.* 10. *Evphranorem admirandum fecit, qòd & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit.* qod idem planè de Hilario Evnapius.

Τὸ ἀκανόπωνον] Citat qædam hinc Svidas ſub vocabulo iſto. Plut. *de commun. notion. c.* 17. Τίς ἂν ἐζήλωσε τὸν ἀνόητον ταύτην φρόνησιν, καὶ κανόπωνον ἐπιμέλειαν; ἢ γὰρ ἐπὶ τοῖς μικροῖς ἀσωλὴ μέμψιν φέρει. Ariſtid. in *Panathen.* Si autem ἐπὶ μικροῖς, certè ἐπὶ κενοῖς multò magis. poſſunt enim μικρὰ eſſe, etiam qæ κενὰ protinus non ſunt. Sunt avtem κενὰ ſive *vana* & *vacua*, & hoc nomine indigna in qibus ſtudium

collocetur, vel τὸ τῆς παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἕνεκα ludicra. qa nomine Laco qidam Athenienses notabat, qos dicebat, μικρὰ ἀνδρίσκους, πλὴν παιδιὰν εἰς πλὴν παιδίαν καταπαίζοντας. Plut. *de glor. Athen.* Sive ὁ σωφρονεῖν πλὴν πάλιν μὴ πανταπᾶσι παιδικῶς παίζοντα. Idem *Sympos. l.7.c.9.* qi & rectè subjungit, Τῷ γὰρ ὄντι παίζοντα δεῖ παίζειν. Et Cato Major dicere solebat, τοὺς παιδιζοντας ἐν τοῖς γελοίοις, ὡς τοῖς παιδίοις ἄσεσθαι καταγελάσεως. Idem in *Apophth.* Itaq; Isocrat. *ad Demon.* § 23 μήτε περὶ τὰ γελοῖα παιδιζε μήτε περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρειν. Vel etiam τὰ παιστὰ καὶ μάταια, qæ licèt seria sint, fructus tamen & emolumenti *inania* existunt. quales *παιστοτεχνίαι* illæ, qas commemorant damnántq; simul, Galenus, *horas c.6.* & Fabius, *instit. l.2. c.21.* ὧν τὸ τέλος ἀ βιωφελές, ut Isidorus Pel. *lib 3. epist.* 285. qáſq; nihil esse aliud, qam χρόνου παραλώματα, Ælianus pronunciat, *var. hist. lib.2.c.17.* sed & *triſtes* illæ *ineptiæ*, utì Cæcilius apud Senec. *epist. 113.* & *nugæ difficiles*, ut Martialis loqitur, *l.2. epigr. 86.* qas Seneca idem (licèt eisdem ipse indulgentior paulò, & in qibus Chryſippus nimius fuiſſe videtur) tantopere exagitat toties, *epist.45 & 48. & 49. & 88. & 196. & 111.* & *de benef. l.5. c. 12.* Vide *lib. 4. §. 32.* καὶ σπουδήν. Optimè Plut. *de commun. notit. c. 4.* Ἄλλῳ γὰρ ἄλλου φιλοτιμία τὸν καρπὸν ἀφαιρεῖσθαι ἐν τοῖς ἔργοις ὅσα πολλάκις, ἢ τῷ τὸν μὲν εἰς ἀνωτέλειαν τυπεῖν καὶ ἀφθαρσίαν, τὸν δὲ ἕτερα τῶν συμφερόντων, καὶ λυσιτελῶν.

Τὸ ἀπισπικὸν] Rectè: nec cur ἀπισθίλικον legisse Xylandrum velit Mericus noſter, cavſſam ullam video: etiamſi τὸ πισθίλικον infrà § 15. legatur. at Svidæ codices iſtinc omnino corrigendi, qi ὀπισθίλικον perperam exhibent: nam qòd vir eruditus admitti poſſe exiſtimat; & πρὸς τὸ ἐφιστάνειν ἥτις ὀπισθίνα deduci, qaſi eis Marcus ex parte ſaltem animum adjeceriet; nec Grammatica ratio id patitur, qæ πρὸς τὸ ἐφίστασθαι τὸ ὀπισθίνον, (non τὸ ὄπισθον, qod ab ὀπίσω ortum,) & ὀπισθιτικὸν deducit: nec præter tantùm, ſed contra prorſus, autoris ipſius mentem eſſe videtur. Οὐδὲν γὰρ μείζονα σωφροσύνης καὶ γοήτειας ὁ Μάρκος χαίρειν ἐδήλωσεν. Joan Xiphilin. in *M. Anton. Neq; enim magorum conſuetudini aut præſtigiis deditum fuiſſe Marcum qiſqam meminit.* & ipſe etiam hoc loco id apertè diſſitetur. qa ratione ſubnixus Xiphilinus idem fabulam illam refutarum it à Dione allatam, de pluviis in aquarum penuria inſigni, Arnuphis magi procuratione impetratis, de qibus infrà ad hujuſce libri calcem dicetur. Qin & ſcripturam receptam probat Joſ. Scaliger *in Euſeb.* qi & *ad Dionis Claudianiq; vaniloquentiam confodiendam, non poſſe telum teſtimonio hoc efficacius inveniri* avtumat, *ſiqis omnem induſtriæ ſuæ vim intendat. Cui enim,* inqit, *potiùs qàm ipſi Marco de ſe ſcribenti, Magis nunquam fidem adhibuiſſe, & ab eorum vanitate ipſum avertiſſe Diognetum?* Accedit qod Pavlus in *Digeſt. l. 48. tit. 19. de pœnis, lib.* 30, *Marcum*, ait, *reſcripſiſſe, in inſulam relegandos, qi aliqid facerent, qo leves hominum animi ſuperſtitione numinis terrerentur.* qod Modeſtini nomine lavdat Is. Caſavb. *ad Capitol.* Chriſtianos avtem qòd hoc loco à Marco notatos Mericus exiſtimat, fieri poteſt reverâ ut ad illos etiam ſpectet illud περὶ δαιμόνων ὑποπτίας; de qibus Tertull. *apolog. c. 32. Dæmonas adjurare conſuevimus, ut illos de hominibus exigamus.* Latiùs tamen ſe extendere Marci verba, & ad Ethnicas ſuperſtitiones pertingere, etiam patet ipſius ὁ μαγγανεύτης cenſet. Verùm de iſtis utcunq; ſe res habuerit, τὸ ὀπισθίνον, cùm ſit planè vox nevci, nullâ ratione hìc admitti meretur: nec cur ſcriptura receptæ avt muretur, avt ſolicitetur, qicqam comparet. Xylandri lapſum geminum habes *infrà*, § 11 ὀπισθίνου.

Περὶ δαιμόνων ὑποπτίας] Hujus generis eſt ſuperſtitioſus mos ille, qo æris tinnitu luminaribus cœli laborantibus, utì rebantur ipſi, ſuccurrere ſolebant. Alex. Aphrodiſ. *problem. l. 1. p. 46.* Κινοῦσι γὰρ χαλκὸν καὶ σίδηρον, ὡς τοῦ δαίμονος ἀπολαύοντας δίκην κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον ὑπὸ φαντάσεως ἀκατασκέπτου τῇ γῇ ἐπιφερείας ἀναδυομένης, κωλυόντας τὴν φαύλην δαιμόνων. Pariq; ratione *Manes exigi* prodit Naſo *Faſt. lib 5.*

Rurſus aqam tangit, Temeſaeq; concrepat æra,
Et rogat ut tectis excat umbra ſuis.
Cùm dixit novies, Manes exite paterni,
Reſpicit; & purè ſacra peracta putat.

Cui gemina planè Papicolarum ſuperſtitio, qi campanis tintinnabulísq; pulſis dæmonas abigi credunt, Vide Pavl. Girland. *de fortileg.* & Hier. Magium *miſcell. l.4 c.14.*

Ὀρνιθολεσφῶν] At Svidas non ὀρνιθολεσφῶν, ſed ὀρνιθονοσεῖν hìc legit. Id ludi genus Græcis familiare deſignat: de qo conſuli poſſunt Svidas *ibid.* à Leopardo *l.1.c. 5.* emendatus: Ariſtophanis Scholiaſtes *ad aves*, ab eodem lavdatus: & Pollux *lib. 9. c. 8.* à Mevrſio *de lud. Græc.* adductus. Meminere Plato in *Alcibiad. 1.* Plut. *de legend. poet.* & Athen. *dipnoſoph. l. 11.*

Περὶ τὰ τοιαῦτα ἐνθουσιῶντος] *rebus iſtiuſmodi deditum*, ſive *addictum*, eisq; nimiopere affectum eſſe. Vide *ad l 4. § 19.*

Τὸ εἰρωνικὸς παῤῥησίας] De Marco Capitol. *Moderatè nonnullorum cavillationes ferebat malè loquentium dictis, vel literis, vel ſermone, reſpondebat.* & de Marco Lucióq; pariter: *Adepti imperium ità civiliter ſe ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo deſideraret, cùm eos Marullus ſui temporis mimographus cavillando impunè perſtringeret.*

Βακχεῖον] *Bacchius* iſte qis fuerit, nuſqam comperio. neq; enim qenqam hoc nomine inter illos reperio, qibus Marcus noſter in diſciplinam ſe dediſſe perhibetur: Εὐλυχεῖον forſan ipſe ſcripſerit; qod in Βακχεῖον, literis fugientibus an confuſis, per excriptorum errorem

rem transierit. *Eutychium Proculum Siccensis* certè inter Grammaticos Latinos, qibus Marcus usus est, à Capitolino ponitur. Verùm in re tam incerta qid statuas certi? Vide *l.* 10 § 31.

Παιδάριδος] Depravatum esse etiam nomen istud Casavbonus *ad Capitol.* censet, & suspicatur *Androninem* posse reponi, qo *Magistro Musico ac Geometrâ* usus est Marcus. De *Basilide* havd minùs forsitan probabilis conjectura fuerit; qem Marco *præceptorem* qoq; extitisse, ex Evsebio avtores sunt Georgius Monachus, & Marianus Scotus.

Μαρκιανῷ] Qod si conjecturis indulgere libuerit, istic nihilominùs oboriri possit suspicio, pro *Marciano Metianum* substituendum; de qo Capitol. *Studuit & juri, audiens L. Volusium Metianum.* Ea porrò mutatio proclivior fuerit, si cum Casavbono, non Metianum, sed Mæcianum legerimus. *ex leg.* 17. *de jure patronatus.* ut τὸ Μαρκιανὸν ἐπὶ τὸ Μαικιανοῦ irrepserit, deflexione planè levissimâ.

Τὸ γεγυμνάσθαι διαλόγοις] Ingenii scil. & calami exercitandi cavsâ. Alioqi tangit hominem Epictetus apud Arrian. *l.* 2. *c.* 1. qi hoc tanqam re magnâ gloriabatur, Ἰδοὺ πῶς διαλόγους συνέθηκα. *Ecce qomodo dialogos componam.* Hinc avtem *Dialogistam* Cassio Marcum dictum, referente Vulcatio, avtumat Casavb. in *not. ad Vulcat.* Vide *ad* § 7.

Ἐν παιδὶ] *In puerili ætate*, Xyland. sive, *puer cum essem.* phrasis insolens; nec illecta tamen. De Maximino Herodianus, *l* 6. Περιτρεφόμενον ἐν παιδὶ παιμάνιον, &c. pro qo Lucianus etiam ἐν παιδὶ dixit, in *Necyomantia.* Ἐγὼ γὰρ ἄρχι μὲν ἐν παισὶν ἦν. qanqam ibi ἐν παισὶν ἦ potest verti, *inter pueros versari, è puerorum numero esse.* Sed eodem planè modo Philostratus ἐν μειρακίῳ dixit *in Hermocrate Sophista, ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τῷ Κάλλιστῷ ἀφεῖναι ἐν μειρακίῳ τελευτήσαντι. ut nec lacrymam emitteret Callisto ad mortem illius in adolescentia defuncti.* Observavit & Casavbonus ad Athenæi *l.* 13. *c.* 8. Τὸ πῶς pro ἡλικίᾳ παιδικῇ usurpatum ab Hermesianacte Colophonio in *Elegia* illa qam *in Leontium* meretriculam composuit, ubi inter alia de Hesiodo,

Πάλλ' ἅμα δὴν, πάσας ἢ λέγων ἀνεγείρατο βίβλους
Ἕλλας, ἐν πρώτῃς παιδὸς ἀνδρώοντος.

& in Praxinoë apud Theocritum *Idyll.* 15.

Ἵππον γὰρ τὸν ψυχρὸν ὁμοῦ καὶ παιάλισε δεδοικὼς
Ἐκ παιδός.—

qod Marc. *Evang. c.* 9. *v.* 21. παιδόθεν. *à puero*, i. *à puerili ætate.* Pavl. *ad Timoth. ep.* 2 *c.* 3. *v.* 15. ἀπὸ βρέφους dixit. Plato Hipp. maj. ἐν παίδων ἐν παίδων ἀεξόμεθα. qomodo Lucianus etiam, plurali usus numero, cùm de Demonacte solo, & Longinus in *de Fine*, apud Porphyrium in *Plotini vita*, cùm de se solo loqeretur. sed & qod ἐν μειρακίῳ Epicurus dixit, in epist. ad Idomeneum apud Laert. *l.* 10. verbis illis Σὺ δ' ἐξίως τῆς ἐν μειρακίῳ παιδείας πρὸς ἅπασι καὶ φιλοσοφίαν, &c. id *ab adolescentia*, Cicero *de finibus l.* 2. *Sed tu, ut dignum est tuâ erga me & philosophiam voluntate ab adolescentia susceptâ*, &c. Aliud tamen phrasis illa, *ex puero*, apud Sidonium sonare videtur, ubi dixit *l.* 8. *ep.* 6. *Audivi eum adolescens, atq; adhuc nuper ex puero.* hoc est, cùm nuperrimè *ex ephebis excessissem.* ut Ter. *Andr.* 1. 1. vel, ut Cicer, *ad Brut. adolescentulus & penè puer.* Sidon. ipse *l.* 9. *ep.* 14. *adolescens, vel penè adhuc puer.* ut *ex* istic eam vim obtineat, qam in illis *Exprætectus, Exadvocatus*, &c. nec puerilem ætatem includat, sed excludat potiùs.

Σκίμποδος καὶ δέρρεως] .i. *Pro stratis grabatulum & pellem, cæterâq; Græcanica institutis; eorum nempe qi à Philosophis Stoicis instituebantur.* Casavb. *ad Pers. Sat*, 3. *v.* 53. faciunt huc qæ de Marco nostro Capitolinus: *Duodecimum annum ingressus habitum philosophicum assumpsit: & deinceps tolerantiam; cùm studeret in pallio, & humi cubaret, vix avtem, matre agente, in strato pellibus lectulo cubaret.* qæ verba de *lectulis lucubratoriis, qibus pelle instratis philosophi studebant*, exponunt Casavb. & Salmas. de qibus vide sis illum *ad Sveton. l* 2. *c.* 78. Plenâ manu, vel etiam ὅλῃ τῇ δυλάκῃ congererem, cui ego acervo adjiciam tantùm illud Gellii ex *Noct. Attic. l.* 19. *c.* 10. de Corn. Frontone; *Offendimus eum cubantem in scimpodio Græcienſi; circum undiq; sedentibus multis doctrinâ, avt genere, avt fortunâ nobilibus.*

Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς] qam & παιδείαν Ἑλληνικὴν, Plut. in *Alex.* de Barsene.

§ 7. Ῥυσίνου] *Avdivit, & præcipuè, Junium Rusticum*, qem *& reverens est & sectatus, qi domè militiæ q; pollebat, Stoicæ disciplinæ peritissimum, cum qo omnia communicavit publica privatâq; consilia.* Capitolin. Alius ergò ille à Junio Rustico, cujus meminit Plutarch, *de curiositat.* qémq; Svetonius *l.* 12. *c.* 10. à Domiciano cæsum narrat, qòd Pæti Thraseæ & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellasseq; eos *sanctissimos homines.* Stoicus tamen uterqe; unde priorem illum, qem & Plinius Arulenum, Regulus ille, ex Modesti elogio, *bipedum omnium nequissimum Stoicorum simiam*, per contumeliam appellabat. Plinin *lib.* 1 *ep.* 5.

Τοῦ χρῆζειν διορθώσεως] Qâ nimirum opus habent & præstantissimi qiqe; unde & Basilius Cæsar. *epist.* 77 posset à suis γράμματα, εἴ τι σφάλλεται, διορθώσασθαι. ἐπ' ἀρίστοις γὰρ, inqit, μυρίοις σφάλμασιν ἁπανθεῖν, ἀνθρώποις ὄντας, καὶ ἐν σαρκὶ ζῶντες. Seneca, *epist* 6. *Intelligo non emendari me tantùm, sed transfigurari: nec hoc promitto jam avt spero, nihil in me superesse, qod mutandum sit. qid ni multa habeam qæ debeant corrigi, qæ extenuari, qæ attolli? & hoc ipsum argumentum est in melius transiti animi, qòd vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. qibusdam ægris gratulatio fit, cùm sciptos ægros esse senserunt:* Epictet. apud Stob. *tom* 2 *tit.* 1. Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακὸς εἶ. Vide *ad lib.* 11. § 39.

Ζῆλον σοφιστικόν] quem exagitat passim apud Platonem Socrates ille Sophistomastix: de qo & Plutarc. Τὸν ἢ τύφον, ὥσπερ καπνόν τινα φιλοσοφίας εἰς τοὺ σοφιστὰς ἀποκλείσας, &c. *lib. de Socrat. genio.* Vide *lib.* 7. § 66. Hoc avtem genus hominum Dio Prus. qi & ipse tamen Sophista avdit; nunc *Pavonibus* confert; *orat.* 12. Ταὼς ποικίλως, δόξη ϗ μαθήσεως ἐπαιρομένους, οὐ πλεῖς. nunc *Spadonibus. libidinosis: orat.* 4. Ὅτι ἐδὲν διαφέρει σοφιστὴς ἀνδρόγυνου εὐνοῦχε ἀκολάστε. τόνον γὰρ φασιν οἱ ἀσελγέσταλοι, ἄνδρες εἶ ϗ ἐρᾷν ἢ γυναικῶν, ϗ συγκαθεύδειν αὐτοῖς, ϗ ἀνοχλεῖν, μίγνυται ἢ ἐδὲν πλέον, ὃς ἂν τὰς τε νύκλας ϗ τὰς ἡμέρας σωῶσιν αὐτοῖς· ϗ παρὰ τοῖς σοφισταῖς πολλὰς εὑρήσεις γηρασκούσας ἀμαθεῖς, πολὺ κάκιον πλανωμένας ἐν τοῖς λόγοις, ἢ τὸν Ὀδυσσέα φησὶν Ὅμηρος ἐν τῇ θαλάσσῃ, ϗ θᾶττον εἰς ἅλας ἂν ἀφικοῖτο ὥσπερ ἐκεῖνος, ἢ γένοιτο ἀνὴρ ἀγαθὸς λέγων τε ϗ εἰκῆ.

Μηδὲ τῦ σωηρέαν] leg. forsan, μηδὲ τὸ σωηρ. alioqi contra Marci mentem sensus futurus est, si articulum τῦ ad ἐπιχαίνειν, qod proximè præcessit, retuleris. neq; enim probare possum, qod ad φαντασίαν λαβεῖν referre videtur Cl. Casavb. malim cum Mer. filio, qi sic legisse videtur, μηδὲ πρὸ συγγράφειν neq; *conscribendo*, vel neq; *ut conscriberem*. nisi fortè an τὲ fuerit ἀντὶ τῦ ὡς.

Ἡ φορτικὴ λογάεια διαλέγεσθαι] Colligit hinc Casavb. *ad hist. Rom. pœnituisse Marcum scripti illius dialogis comprehensi*, cujus meminerat *supra* § 6. qòd id genus scriptionis multa habeat φαντασιώδικα, & *ad ostentationem comparata*. Citátq; idem sic Marci verba, Παρὰ Ρ. τὸ λαβεῖν φαντασίαν τῦ χρήζειν φορτικὴ λογάεια μὴ διαλέγεσθαι. Viderint alii. Certè aliud est exercitationis cavisâ, aliud ostentationis & æmulationis, argumentum aliqod tractare. ut nè adjiciam, illud in ætate puerili factum, cùm adolescentis jam studia istîc attingantur.

Φαλασιοπλήκλεος ἀσκητὴν] Φαλασιοπλήκλεος, Vocabulum, opinor, ἅπαξ λεγομένον. qod nusqam certè alibi legisse commeminerim. Φαλασιοπλήκτως ἐπιδεικνῦσθαι est *cum eo apparatu, eóq; ostentationis studio aliqid moliri atq; edere, ut in stuporem & admirationem summam spectantes audientésve conjiciat*. Ità φαλασία hîc eandem significationem obtinet, qam apud Lucam habet *Act. c.* 25. *v.* 23. ubi Agrippa Rex, conjuge Reginâ comitante, μετὰ πολλῆς φαλασίας, i. *cum pompa insigni, specioséq; admodum, sive splendidissimo, apparatu*, avditorium ingressus dicitur. Sed & apud Polybium, cujus vocabula solens usurpat Evangelista, in *Excerpt. l.* 16. de P. Scipione à Carthagine debellatâ reverso, μεγάλῃ εἶ σωὶ βαρεῖ τὴν φαλασίαν ἦγε τὸν ἄνδρα, *magnam speciem cujus pompa habuit*. qem locum adducit Cl. Casavbonus in *notis ad N. T.* Cui adjici possunt & illa à Camerario lavdata; ex Posidonii narratione de Athenione apud Athenæum *l.* 5. ὑδὲ ὑδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαλασίᾳ κεκλαχλιδῶντος τῆς Ἀτλικῆς, *tanto cum apparatu*, vel *tanta cum ostentatione*. ex Hippocrate, δεῖ εὐσχημονεῖν ἢ κόρτα μηδὲν αὐτῆς ἀεργῶς, μηδὲ φαλασίης· *nihil curiosè, vel ostentatoriè facere*. ex Aristotelis *Rhetor. l.* 3. *c.* 1. Ἅπαντα ταῦτα φαλασία ἐστίν· *hæc omnia ad pompam & speciem tantùm faciunt*. inde Clementi, *Pædag. l.* 3. *c.* 1. κόλλυ φαλασιαστικὸν, *forma, sive decor ostentatorius, sive ostentationi expositus*. Et φαντάζεσθαι verbum, apud Herodotum *l.* 7. ubi Artabanus Xerxi, τὰ ὑπερόγκεα ζῶα χαιρουσι ὁ θεὸς, ὑδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι. neq; patitur efferre & *ostentare* sc. comodo plumis expansis pavi solent. Sed & τὸ ἐμφαλαζόμενα Marco nostro *l.* 2. § 12. Vim vocabuli optimè explicabit nobis Dio *de Regno*, ubi Tyrannos ait θαυματοποιεῖν σωὶ ἐκπλήξει φαινομένους, *qasi miracula edant, cum aspicientium stupore visendos se præbere*; & ampliùs adhuc, si pro φαινομένους, φαλαζομένους dixisset. De exercitiis avtem ad ostentationem adhibitis Epictetus in *dissertat. l.* 3. *c.* 12. Τὰς ἀσκήσεις ὁ δεῖ διὰ τῆς παρὰ φύσιν ϗ παρὰδόξους ποιεῖσθαι· ἐπεί τοι τῆς θαυματοποιῶν ὑδὲν διοίσομεν οἱ λέγοντες φιλοσοφεῖν. δύσκολόν ἐστι γὰρ ϗ τὸ ἐπὶ χοίνικι σπείρειν ϗ ὁ μόνον δύσκολον, ἀλλὰ ϗ ἐπικίνδυνον. τέτε ἕνεκα δεῖ ϗ ἡμᾶς μελετᾶν, ἐπὶ χοίνικι σπείρειν, ἢ φοίνικα ἱσάνειν, ἢ ἀνδριάντας περιλαμβάνειν· ὁμοίως ὐκ ἔστι τὸ δύσκολον πᾶν ϗ ἐπικίνδυνον, ἐπιτήδειον πρὸς ἄσκησιν· ἀλλὰ τὸ φέρειν τῷ προκειμένῳ ἐπονειδίστως· τί δ' ἐστὶ τὸ προκείμενον ἐπονειδίστως; ὀρέξει ϗ ἐκκλίσει ἀκωλύτως ἀναφερόμενον. Qod avtem dicit, ἀνδριάντας περιλαμβάνειν, Diogenem Cynicum notare videtur, qi *gelu cumulis rigentibus, statuas æneas inspectante populo circumjectis brachiis amplecti* solebat. Laërt. *l.* 6. Καὶ ὄψις μὲν ὅτι ὑμνῶν ζώντων ἐκυλινδεῖτο χιόνι· ϗ ἀνδρίαντας κεχρονισμένους περιλάμβανε· παιδαγώγει ἑαυτὸν σωφρόνων. Itaq; vanitatem hominis perstringens Plato, cum aliqandò περικρυσίζεσθαι. id est, *gelidâ undiq; perfusus* in turba media consisteret, miseranti populo, εἰ βέλεσθε, inqit, αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόσπατε. *Si misereri vultis illius, discedite*. Sed & alii hac ratione tolerantiæ gloriam ambiebant; uti ille apud Plut. in *apoph. Laconic.* cui Spartanus, ὐκ ἀλγεῖν, *dolorem inde percipere ullum negans*, τί δὲ μέγα ποιεῖς; *qid ergò*, inqit, *magni facis?* Subjungit avtem prioribus illis Epictetus: Ὅσα τῷ σώματι φορτίζεται ὑπὸ τῆς γυμναζόντων αὐτὸ, ἂν μὲν ᾖ δὲ τι ῥέπη πρὸς ὄρεξιν ϗ ἔκκλισιν, ὅπ ἂν ϗ αὐτὰ ἀσκητικὸ. ἂν ἢ πρὸς ἐπίδειξιν, ἔξω νενεύκως ἐστί, (qod Plut. ἔξω βλέπων dixit; vide *ad l.* 9 § 29. qanqam leg. forsan, ἔξω νενεύκοτες ἐστί, *sunt ejus qi extra prominet*, Volph. ut cum sequentibus cohæreat aptiùs) ϗ ἄλλό τι θηριῶδες, ϗ θεατὴς ζητῦντος τὸν ἐρωτᾶς ὡς μεγάλα ἀνθρέπε. Concludit deniq; dissertationem suam Apollonii cujusdam monito, ὅτι ὅταν θέλῃς σαυτὸ ἀσκῆσαι,

σαι, δηλῶν ποῖα καύματα, ἐφέλκυσαι βρόγχον ψυχροῦ, καὶ ἔκπυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. Apollonii verò illius, qisqis is fuerit, (vix enim crediderim esse, de qo proximè Marcus) dictum, videtur librariorum incuriâ perveniſſe ad nos minùs ſincerum. nec ſatis animo facit illud, ἐφέλκυσαι βρόγχον ψυχροῦ. cogitabam aliqando *Cerſchon* illud expungendum, vel etiam uſum forſan Apollonium verbo βεγχίσαι, qod *antì* τοῦ ῥοφῆσαι poſitum in *problemat.* Ariſtoteli tributis *l.7. q.3.* verbis illis, τὸ μὴ πίνειν, ἀλλὰ καὶ βεγχίσαι. ut dixiſſe potuerit, ἐφέλκυσαι βρόγχιον ψυχροῦ. Verùm Etymologo, qem Favorinus tranſcripſit, Βρόγχος eſt ὀλίγον πῶμα. & Heſychio, Βρόγχος, ῥόφημα, pōtus, opinor. *Sorbitio*, pro eo qod ſorbetur. hoc ſi admiſerimus, nihil mutato erit opus. *Frigidæ*, inqit, *aliquantulum ſorbillando ſumas, & nemini dixeris.* Epictetus ipſe *lib. ſubdem c.* 14. Ὅταν τις ὕδωρ πίνῃ, ἢ ποιῇ τι ἀσκητικόν, ὑπόμνησον αὐτὸν πρὸς πάλας, Ἐγὼ ὕδωρ πίνω. διὰ τοῦτο ὕδωρ πίνεις, διὰ τὸ ὕδωρ πίνειν; ἄνθρωπε, εἰ σοι λυσιτελεῖ πίνειν, πίνε· εἰ δὲ μή, γελοίως ποιεῖς. εἰ δὲ συμφέρει σοι, καὶ πίνεις, σῴζε. Οὗτος. οὐκ ἀρκεῖ τὸ μηδὲν ἁλγεῖν, ἂν μὴ κηρύσσῃς; Qin & vitium hoc corrigens, *enchir. c.* 45. Μηδὲ ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐν πάσῃς ἀφορμῇς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλῃς, σεαυτόν, καὶ μὴ τοῖς ἔξω, μὴ τοὺς ἀνθρώπους θελαμβάνῃς· ἀλλὰ [καὶ] δηλῶν ποτε σφοδρῶς, ὑπόπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. ὑπόπασαι ψυχρῷ ὕδατος hîc dixit, qod illic ἐφέλκυσαι βρόγχον ψυχροῦ. qanqam iſtîc non tam moderationis, qàm tolerantiæ exercitium inſinuari videtur, cùm de expuendo, non demittendo illud ſubjiciat. qomodo hydropicos qi curant, aqâ illos os colluere permittunt, qam demittere tamen prohibent. De ſtatuis amplexandis qid voluerit, ex ſupra dictis patet ſatis. Qod eò magis moneo, qia Simplicius iſtîc ab Epicteti mente qàm longiſſimè aberravit. Vide Ariſtid. *in Eteon. ad l.* 9 § 29. vide & *lib.* 9. § 12.

Εὐδιάλυτον] ut εὐποίητον, *infrà* § 14. ſed εὐδιάλυτον, Xyland. optimè, opinor. εὐδιάλυτον διὰ τὸ ὑπόδειγμα, bifariam poteſt intelligi: vel de eo, qi *occupatiſſimum eſſe ſe ſimulat*, & qi *multis variisqs negotiis diſtineatur*: vel de eo qi *virium roborisqs corporei oſtentandi gratiâ ſeſe exercet.* Nos anglicè ſic diſtingvimus, ut alterum dicamus, **A man of action.** hoc eſt, *actuoſum*; alterum, **An active man**, qaſi *activum* dixeris. Prioris generis fuit Attalus ille, de qo Martial. *l.* 1. *epigr.* 80.

Semper agis cauſſas, & res agis, Attale, ſemper:
Eſt, non eſt qod agas, Attale, ſemper agis.

de qo eodem videndus & idem *l.* 2, *epigr.*7. Sed & Juridicus ille, de qo feſtivè Chavcerus noſter in *fabulis* ſuis qas *Cantuarienſes* indigitavit,

A buſier man then he no where there nas:
And yet he ſeemed buſier then he was.

Notat vitium hoc Seneca *epiſt.*62. *Simulant occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant.* Notat & Marcus noſter, *infrà* §. 12. ubi morem tangit qorundam, qi, vel cùm ad ſuos ſcriberent, vel ab eis convenirentur, occupationes & negotia prætendere ſolenne habebant. Ad poſterius pertinet, qod de ſtudio athletico verbis proximis dixerat: qò eodem & iſta referri poſſunt. De Marco ſiqidem in iſtis qoqs non infeliciter verſato, ex Caſſio Xiphilinus, Τοσαύτην εὐεξίαν ἀπ' ἀρχῆς κεκτήμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, καὶ σὺς ἀγρίους ἐν ὄρει καλαζαλεῖν ἀπὸ ἵππου. Et Capitol. *Amavit pugilatum, luctamina, & curſum: & aucupatus, & pilâ apprimè luſit, & venatus eſt. Sed ab omnibus his intentionibus ſtudium eum Philoſophiæ abduxit, ſeriúmqs & gravem reddidit.* De Conſtantio majore Libanius *orat* 3. Οὐ δὴ φύσιν δεῖν καθήμενος τεκμαίρῃ, ἀλλ' ἐνδὺς ἀπὸ γραμμῆς ἐνδρὸς ἐδείκνυτο. Mox de Conſtantino: Ἀεὶ πρὸς ἔριδας ἰὼν τύπτειν τε χεῖρας καὶ τὸν λεγόμενον καὶ ὕστερ ἡμᾶς φανείσης, ὕστερ νυκτὸς ἐπελθούσης, ἔχει τὶς ἂν εἰπεῖν, ὅτι ἥλιγεν, ἢ σωφρονέστερον, ἢ πάντως γε θατέρᾳ.

Τὸ ἀποδιδόναι ῥητορικῶς, καὶ ποιητικῶς] Zeno certè Stoicus, avtore Laërtio *l.*7. dicere ſolebat, μηδὲν διαφέρειν τῆς ποιήσεως ἀλλοτριώτερον πρὸς καλάλιψιν τοῦ ὑποκειμένου. qin & idem non *rhetoricam* ſolùm, ſed & *dialecticam* fugillâſſe videtur, cùm diceret, Ἐοικέναι τοὺς διαλεκτικοὺς λόγους τοῖς ἀραχνίοις, ἃ καὶ τοῦ δοκοῦντα τεχνικόν τι ἐμφαίνειν, ἀχρηστά ἐστιν. Denique, ſi Caſſio Sceptico ab eodem adducto fides, τὸν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ἀπέφηνεν, *artium liberalium orbem integrum inutilem prorſus pronunciavit:* nec Seneca ipſe hac in parte à Zenone longè diſceſſiſſe videtur: qem videas licèt *epiſt.* 88. prolixiùs iſta differentem. qanqam εὐχρηστεῖν καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, dixit Chryſippus; nec id omnino diffiteri avſus eſt Seneca. Cæterùm Marcus, cùm iſtîc, tum & *infrà* § 17. gratulatur ſibi, qòd vel ab iſtis abſtinuerit, vel havd magnos in eis progreſſus fecerit, utpote qæ animum à gravioribus magísqs neceſſariis avocaturæ fuiſſent.

Ἀστειολογίας] Ἀσχολίας. Xyland. Seneca *epiſt.* 88. *Venio nunc ad illum, qi cœleſtium notitiâ gloriatur, &c.* Et Gregor. Naz. *in Hieron.* Ταῦτα (philoſophiæ utiqs præcepta ſalubria) ἡμῖν συλλογισμοὶ καὶ ἡμῖν γραμμαὶ, καὶ τὰ κεκινέναι φῂς τοῦ ἀστέρας, ἀρ' ὧν μαχρῷ περίεσμεν τῆς εὐρεσιφωνίας; Ἐκεῖνο ἐνδυμοῦσθαι, ὅτι σωφρόνων μὲ πάντων, καὶ χαμαιζήλων, καὶ ἀσεβονομένων, ὑδὲν ἂν ὁ βίος ἡμῶν παρὰ τοῦτο ὠφεληθείη, ὅτι μὴ καὶ τὰ πάλαι λυθήσεται. Ego tamen nihil iſtîc movendum cenſuerim: qòm ἀστειολογίαν, *Sermonis elegantiam* ſive *feſtivitatem* indicet; cujus ſtudium cum Rhetorica ac Poetica aptiſſimè conjungitur. Seneca *epiſt.* 75. ubi orationem, qam Philoſopho vult convenire, deſcribit: *Non delectent verba noſtra, ſed proſint: ſi tamen contingere eloqentia non ſolicito poteſt, aut ſi parata eſt, aut parvo conſtat, aſſit, & res pulcerrimas proſequatur. ſit talis, ut reſpondere qàm ſe oſtendat. aliæ artes ad ingenium totæ pertinent:*

his

hîc animi negotium agitur. Verùm, *eloquentiam* ut aliquâ ex parte admittat, *festivitatem* certè illam sive *urbanitatem*, quæ facetiis jocisque plurimùm constat, quámque in oratore probant lavdántque dicendi magistri, in philosopho Stoicorum gens severa vix ferat. Siquidem illi, ut Laërt. in *Zenon.* Αὐστηρόν φασιν εἶναι τὸν σοφὸν καὶ ἀπαθῆ, τὸ μήτε αὐτὸν περὶ ἡδονῆς ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλον τὰ περὶ ἡδονῆς περιμένειν· μὴ ἄλλως δ' εἶναι αὐστηρὸν, παραπλήσιον λεγόμενον τῷ αὐστηρῷ οἶνον, ὃν πρὸς μὲν φαρμακοποσίαν χρήσιμον εἶναι, πρὸς δὲ πότον ἄχρηστον. Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. αὐστηρὸν λέγεσθαι τὸν ἀπαθῆ, καθ' ὃν ὑπὸ μηδενὸς διαφέρεται τινὶ, ὑπὸ μηδὲ τὸν περὶ ἡδονῆς λόγον. Itaq; Epictet. *Enchir. c.* 32. ubi characterem typúmque certum delineat, quem in congressibus ac conventibus observari postulat, § 13. Ἀπόχρη δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν· ὀλίγοις γὰρ ὁ τρόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἐγγὺς τοῦ αἰδοῦς τοῦ πρὸς σὲ πλησίον ἀνίέναι. Marcus ipse *l* 3. § 5. Μήτε κομψείᾳ τινὶ διάγειν σε καλλωπίζεσθαι.

Τὸ μὴ ἐν στολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν] *domi neq; vestitu, neq; aliis hujusmodi rebus utendum.* Xyl. quod meritò notat Annotator Lugdunensis. *Quasi verò*, inquit, *domi nudum ambulare oporteat. tu verte, ne domi stolâ fœmineâ, vel talari, quale est Syrma Citharœdorum & Scenicorum, utaris. id enim est stola.* Fuit reverâ stola vestis muliebris. unde illud Tullii in Antonium *Philipp.* 2. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Et Petronii illud de cinœdo; *Quid ille alter, qi togæ virilis die stolam sumsit?* ità enim restituenda trajectione vitiata dictio. Fuerit & *Citharœdorum* ac *Scenicorum Syrma*; (quanquam *Syrma* propriè non tam vestis ipsa, quàm pars vestis oblonga, quæ solum verrit, *cauda* quibusdam, nostris **traîn** dicta, aut ejusmodi saltem, qualis illa:) at fœmineo amictu, & citharæ dico aut Scenico multò minùs, nec domi, nec foris indutum conspici Marcum nostrum ullo modo oportebat. *Stolam* itaq; (ut nihil dicam de Medorum *stola* peculiariter sic dicta, quam describit Xenophon *pæd. l.* 8.) laxiùs noster hîc usurpâsse videtur, pro *toga*, sive prolixiore qavis veste, qâ induti in publicum procedere solebant. Aliam enim *domesticam* vestem habebant pleriqe, qi notæ saltem alicujus erant, aliam *forensem.* Cicero *de finibus l.* 2. *Aut ut vestitum, sic sententiam habeam, aliam domesticam, aliam forensem.* Cato in *carmine de moribus*, apud Gellium *l.* 11. *c.* 2. *Vestiri in foro honestè, mos erat; domi, qod satis erat.* Plutarchus *Syllâ*; ἐδῆτα ἢ ἀλλω μᾶλλον οἰκοῦσιν, ἀλλην δ' εἰς ἀγορὰν περιβάλλονται. *Vestem aliam, cùm domi maneret, aliam cùm ad forum procederet.* Sveton. *l.* 9 *c.* 8. de Vitellio: *Subitò à militibus è cubiculo raptus, ità ut erat in veste domestica, Imperator est consalutatus.* De Maximo & Balbino Imper Herodianus, Ἀπρέπειαν τοῦ σχήματος, ἀπορρήξαντες ἃς εἶχον ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτὰς, ἄτε ὄντες διαπρεπεῖς. *Scenem utrumq; corripiunt, laceratisque vestibus quas gerebant, vilioribus sanè, utpote domi se continentium,* &c. De Hunnis Ammian. *hist. l.* 31. *Nec est alia illis domestica vestis, alia forensis.* Itaq; tam domi forensi veste uti, curiositatis ac fastus, quàm foris domesticæ, ruditatis ac rusticitatis fuerit. Romanis *Forensis Toga.* Nonius *Toga à tegendo dicta, vestimentum, qo in foro amictmur*, qòd & *Tectum* dictum antiqis tradit idem ex Trinnii *Gemellâ*; (ità restituente Lud. Carrione *antiq. lect. l.* 1. *c.* 11.)

--si vis
Cum scorto instituis ire, claves illicò
Abstrudi jubeo, tecti nè sit copia.

id est, *Toga rustica*, inqit Nonius: nimis forsan de suo liberalis. siquidem *togam*, quam in foro, sive foris, gestare solebant, Romani (qod Baytius *de re vest.* observat) ubi domum redierant, componere & seponere consveverant: nisi si qi fastuosiores forsan fuerant. Hoc autem qod à Rustico accepisse se Marcus scribit, potuisse & à Pio patre, observat Clariss. Casavb. qem & *visum ab amicis cum privatis vestibus*, (id est, *sine toga, tunicatum tantùm, aut, si frigus esset, pœnulatum*) *& domestica quædam gerentem*, refert Capitolinus. Verò itaque, *ne togâ indutus intra ædes obambularem.* narrat enim de se Marcus, non præcipit. Nec illud prætereundum pro ἐν στολῇ Svidam hîc, ἐν στολῷ legere. qod *vestem philosophicam* H. Stephanus esse vult, *ad stolæ instar talarem.* Amictus certè istiusmodi usum, tanqam fastus gravitatisque affectatæ indicium, in Pharisæis notat D. Christus, re eisdem planè cum Marco verbis; θέλόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν. *qi stolis*, sive *togis*, vestibus prolixis ad talos demissis, induti, libenter *obambulant.* Marc. *c.* 12. *v.* 38. & Luc. *c.* 20. *v.* 46. Fastus itidem, sed & mollitiei simul, Flaccus *epod.* 4. in Mena Pompeii Magni liberto.

Vidésne sacram metiente te viam,
Cum bis ter ulnarum togâ,
Ut ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio.

hujus Cicerò itidem in Catilini asseclis. *Pexo capillo nitidos, manicatis ac talaribus tunicis*, (ità Nonius, *tristis*, meritò exerto, reddit) *Velis amictos, non togis.*

Τὰ ἐπιστολικὰ ἁπλῶς γράφειν] Seneca *epist.* 75. Lucilio conqerenti, qòd minùs accuratè scriberet: *Qalis sermo meus esset, si unà sederemus aut ambularemus, illaboratus & facilis; tales esse epistolas meas volo, qæ nihil habeant accersitum, nec fictum.* Philostratus item *de charactere epistolico*; Ἔχεται δὲ τὸ ἐνθυμεῖσθαι ἐν τῷ μὴ ἐπιμελεῖσθαι. Εἰ γὰρ σχηματιοῦμεν, φιλοπαίγμονες δόξομεν· φιλοπαίγμων δὲ ἐν ὑπηρέταις μᾶλλον ἢ ἐν ἐπιστολαῖς μισηθήσεται. Qin & idem ex Regibus Marcum asserit in hoc scriptionis genere primas tulisse: πρώτος γὰρ, inqit, τῷ κεκτημένῳ τὸ λόγῳ, καὶ τὸ ἐρᾶσθαι τοῦ ἰδιώτου ἐνεπεσύμπτωτα τοῖς γράμμασι. Siquidem præter limatum

in

*in verbis judicium, (*qod de Fabiano Senec. *ep.* 100, *Electa verba sunt, non capiata.) morum etiam constantiæ ac stabilitatis indicia in literis illius elucent.*

Εὐαναλύτους ἢ δυσδιάλυτους] Locum hunc citat, sed missurè depravatum, Svidas, in vocabulo, εὐαναλύτους, qod ille exiliter & jejunè nimis συμπαθῶς interpretatur. est vocabulum à re militari petitum. Siqidem τὸ ἀναλυτικὸν, *classicum* dicitur illud, *qo à pugna vel fusorum prosecutione milites revocantur.* qanqam Xenophon etiam de canibus indagatoriis usurpavit in κυνηγετικῷ verbis istis: τὰ δ' ἀνίμαντ' αὐτῶν πάνυ βραχέα, ἵνα εὐαναλυτὰ ᾖ ut novorum faciles sint. Hoc est, qæ ad venatus vocem signúmve datum à fera persequenda facilè revocentur. εὐαναλύτους itaqs ἔχειν, ut Svidas habet, sive διακεῖσθαι, ut Marcus istic, is dicitur, *qi ad classicum illud excudiendum promptus*, ad pugnam intermittendam sponte suâ proclivis est: qalis Laco ille de qo ad *l.* 3. §. 5. vrlaticiè verò, qi ad simultates privetas deponendas solvendásque facilem sese exhibet, & εὐδιαλλάκτους paciser qod pro εὐδιαλύτους Xylander in *textus* reposuit. etsi in contextu *alloqis facilitatem exhibendam* vertit. Cæterùm Svidæ codices εὐαναδιδάκτους exhibent. qòd, si verbum istiusmodi alicubi legeretur, pro εὐαναλλάκτους irrepsisse crederem. interim Xylandri emendationi acqiesco. Εὐαναλύτους itaque ἢ εὐδιαλλάκτους διάκειται, qi sunt *reconciliatu faciles*, qibus opponuntur οἱ δυσδιάλυτοι Aristoteli *Ethic. l.* 4. *c.* 5. dicti, qi ad offensiones & dissentiones solvendas difficiliùs adducuntur. De re ipsâ præceptum habemus dominicum, Luc. *c.* 17. *v.* 3, 4. ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ, &c. Sed & Dionis Prus. monitum non aspernandum *Orat.* 38. Μὴ πάνυμεν ὁμοίων τι τοῖς ἀφεῖναι τοὺς παῖδων, ὃς τινες αἰδήμονες, μὴ δικαίων μᾶλλον ὀργίζεσθαι τοῖς παιδίοις ἢ τοῖς μητέρων, ἐ ἐλόντα κατασπάσασθαι φαδίως. Denique, ut Seneca *Agam.*

Det ille veniam facilè, cui veniâ est opus.

Ἐπισπᾶν τάχιον αὐτὸ ὑπαναδεῖν ἀδικούσαν] τάχιον istud non agnoscunt Svidæ codices, & est forsan superfluum. neqe enim tam redeundi in illis, qi læserant, qàm in gratiam recipiendi, in læso, celeritas est, qæ in lavdem ejdem cedit.

Καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγνόσκειν] ἀκριβῶς *assurate*, *diligenter*, singula pensitando. Cui opponitur mox τὸ ὁλοχερῶς πᾶσκειν, qando *summatim capita duntaxat delibantur & leviter percurruntur.* Ad Marci mentem planè Fabius *instit. l.* 10. *c.* 1. *In lectione certius judicium. Lectio enim libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere sæpiùs licet, sive dubites, sive memoriæ affigere velis.* repetimus *autem & tractamus, & ut cibos mansos ac propè liqefactos dimittimus qò facilius digerantur. ità lectio non cruda, sed multâ iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationique tradatur.* Et mox; *Sed diligenter, ac penè ad scribendi solicitudinem, legendum est.*

Καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι πᾶσκειν ὁλοχερῶς] *neqi omnino considerationem summariam satis putandum.* Xyl. *perceptionem*, malim. nam editor Lugdun. cur sincerum vas incrustare, vel corrumpere potiùs voluerit, *considerationem accuratam*, pro *summaria* substituendo, nisi Marci mentem invertere & pervertere prorsùs curæ habuit, ariolari nullus possum. Qanqàm τὸ ὁλοχερῶς in alio planè, qàm qo Marcus hîc usus est, imò contrario prorsus significatu usurpatum, havd rarò deprehendo. Dioscoridi siqidem *lib.* 5. *c.* 82, ὁλοχερῶς συνθλᾶσαι, uti Marcel. Virgil. vertit, est *penitùs contundere*: sive, ut idem *lib. eodem c.* 92. εἰς ὁλοχερέστατα μέρη θλᾶσαι, *in minutissimas partes conterere*, sive *confringere.* ut ὁλοχερέστατα μέρη sint, qæ λεπτομερέστατα idem alibi; & ὁλοχερῶς κοπίσαι *l.* 2 *c.* 90. qæ λεπτοκοπῆσαι, *l.* 5. *c.* 85. Veruntamen eodem, qo hic, sensu apud Clementem Alex. reperias, *Strom. l.* 7. Ἀνάθαρτα κρέα, ὅσα ὁλικῶς κρὸ, μηρυσμὸν ἢ ὑπ' ἀνάγκ. τμητὸν δὲ τὰ αἱρετικὸς ἐνδείκνυται, ἑνίσμασι μὴ πατρὸς ἢ μὴ σπλαγχνότος· πλὴ ἢ ἐν λογίοις ἀκριβῶς σωρήσεως λεπτομερεῖν ἢ κολλεάσεως ἐξαδενεῖσθαι τοὺς ἢ τὰ ἔργα δικαιοσύνης ὁλοχερέστερον, ἢ ἀκριβέστερον, μετρχμβίως· εἶτα ἢ μετέλθοιεν. qo loco, qemadmodum & apud Marcum istîc, τὸ ἀκριβέστερον ἢ τὸ ὁλοχερέστερον sibi invicem opponuntur. τὸ ἀκριβῶν ἢ τὸ λεπτομερῶς, tanqam συνώνυμα, ὁμοπαλλήλως ponuntur: cum apud Dioscoridem aliter prorsùs se habeant. Itaqs ὁλοχερὴς κένωσις est *perceptio summaria & superficiaria*, qæ generatim & confusè facta sit, cui ἀκριβὴς ἀνάγνωσις apud Marcum nostrum, λεπτομερία qoqs apud Clementem, qâ singula qæqe etiam minutiora, inter legendum, expendunturs, adversatur. Ità in Sexti Empir. illis *Pyrrhon. hypoth. l.* 1. *c.* 13. ὡς ἂν ὁλοχερέστερον εἴποιμεν. ὁλοχερέστερον οὖν εἶναι est *generalius* & minùs distinctè *loqi*, ità etiam τὸ ὁλοχερῶς τῇ χεῖρ μέσῃ ἁπτόμενος, apud Polyb. *l.* 2. ποτὲ μὲν χεῖρ μέση, ποτὲ δ' ὁλοχερῶς συμπλέκοντων. Et Epicurus apud Laërt. *l.* 10. in *Epist. ad Herodot.* Τοῖς μὲν δυναμένοις ἔκαστα ἧς ἕξει φύσεως ἡμῶν ἀναλεπτομερῶν ἐξακριβοῦν, μηδὲ τὰς μείζους ἧς συντετμημένων εἰς ἔλος διαδρεῖν, ἐπιτομὴν τῆς ὅλης πραγματείας, εἰς τὸ χειρογρᾶς ἧς ὁλοχερεστάτου δεξῶν τῷ μνήμῃ, ἱκανῶς αὐτοῖς παρεσκεύασα. Et mox: Καὶ δὴ καὶ τὸ χεῖρ μέσῃς ἀκρίβωμα πᾶν ἐξευρήσουσι, ἧς ὁλοχερεστάτων τύπων ἐμπεπιλημμένων καὶ μπμονευομένων. qi locus nostrum cum primis illustrat. Siqidem accuratæ fusioríqe rerum tractationi epitomen summa rerum capita tantùm complectentem opponit, sive κεφαλαιωδέστατα ἐπιτηδεύματα, ut ipse loqitur. Aliter pavlò, nec multò secùs tamen, τὸ ὁλοχερῶς

Marcus

Marcus usus videtur *lib.* 4. § 36. & *lib.* 9. § 3.

Μηδὲ τοῖς φελαλοῦσι ταχέως συγκατατίθεσθαι] φεὶ [ἄλλων] , vel φεὶ [αὐτῷ] λαλοῦσι, Xyland. ut vel de *calumniatoribus*, vel de *ardelionibus*, quos Græci φελαυτολόγους, cavtio data intelligatur. Verùm retineri potest istud φελαλεῖν, ut *blaterones*, garruli, nugacésque designentur. Aristoph. *concionatr.*

Μὴ φριλληκῶδη.—

Idémq; de Evripide in *Nebulis*, si Laërtio *l.* 2. in *Socrate* credimus, [Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν [τὰς φριλαλούσας, ὅτις ὄζει τὰς σοφὰς. atq; ità Svidas adductis etiam Marci ipsius verbis. φριλαλοῦσιν. ἀντὶ τοῦ φριτολογοῦσι, φλυαροῦσι. Hinc πειλαλήμαλα, vocabulum eidem restituendum, in Καταγλωσσίσμαλα, pro qo perperàm ibi φριλαλήμαλα legitur. Sic enim Etymologus : χωμύλμαλα, φριλαλήματα. & Svidas alibi, Κομψὸν, φρίγεανον, φρίλλον. Cui suffragatur & qod Scholiastes *ad Sophoclis Antigon.* Κόμψους, φριλλεῖ· κομψὸς γὸ ἔλεγον, ὃς νυῦ ἡμεῖς φρηπάρους ϗ πλυλλους φαεθῶ. qæ novissima laudans D. Heinsius, in *ad Cor. ep.* 1. *c.* 13. *v.* 4. φρηπόρους ϗ φριλλους legit. Inde & Aristophani in *Ranis*, Ἀφριλλήνων. qod Schol. pessimè, ὡς εἰδότα λαλεῖν, est interpretatus. Vide Gellium *l.* 1. *c.* 15. meliùs Svidas ὃν ὡς ἄν τις πειλαλήσοι. *qem loqacitate vel superare vel compescere nullus possit.*

Τὸ ἐντυχεῖν] *qòd inciderim.* Cas. meliùs forsan, *nactus sim*; cum non casu fortuito, sed amici hominis Marci commodo prospicientis, beneficio an officio, commentariorum illorum compos sit factus. qo sensu & ἐντυγχάνειν pro *adipisci* usurpatur. Verùm Xyl. vertit, *qòd commentarios legerim.* nec spernenda ea versio. siquidem γράμμασι ἐντυγχάνειν est *scriptum legere.* Apud Herodianum *l.* 4. Antoninus Severi filius, κελεύει Μακρίνῳ ὑποσάντι ϗ ἰδιώσαντι, ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι, ϗ εἴ τι ἐπιτήδειον εἴη, ἀλλοσαι αὐτῷ. *Macrinum jubet, ubi secesserit, literas ad se datas sibiq; in manum traditas, privatim legere, & si qid contineant, qod properato opus sit, id sibi indicare.* atq; ità accipere licuerit etiam in illis Dioscorid. in præfat *Oper.* Παρακαλῶ δέ σε, ϗ τοὺ ἐνδοξοτάτους τοῖς ὑπομνήμασι. *qi commentarios istos lecturi sint*, tam potest verti qàm, *qi in eosdem incident, vel eosdem nacti fuerint.*

Τοῖς ὑπολειπομένοις ὑπομνήμασι] Ità in operis *proœmio* indigitat Arrianus ipse *dissertationes Epicteti*, qas diligentiæ illius debemus. Idémq; qod havd perindè vulgò innotescit, *Enchiridion* qoq; concinnavit ex ejusdem *dictis collectaneis*, qod ex *epistola* ad Masgalenum qendam, cui commentarium illum inscripsit, constare monet Simplicius in *prolegomenis* ad eundem. Verùm periisse videtur *epistola* illa, unà cum Philosophi ipsius *vita*, qam & prolixè descripsisse Arrianum eundem ex eodem avtore discimus : qi cum Epicteto superstes fuisse videatur, & post obitum ejusdem tum *dissertationes dictáq; collectanea*, tum & *historiam* illam conscripsisse, havd sit probabile, qòd Svidas refert, Epictetum ipsum ad Marci imperium pertigisse. Vide *ad l.* 7. § 19. & *l.* 8. § 31.

§ 8. Ἀπολλωνίῳ] *Usus est & Apollonio Chalcedonio (Chalcidensi*, Salmas. & Casavb. qanqam & Evseb. χαλκηδονίου. *) Stoico Philosopho.* Jul. Capitolinus. qi & in imperatoriam dignitatem jam adscitum ad domum Apollonii discendi cavsâ ventitasse testatur. De eodem idem in *Pio : Cùm Apollonium, qem Chalcide acciverat, ad Tiberianam domum, in qa habitabat, vocâsset, ut ei Marcum Antoninum traderet, atq; ille dixisset, Non magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad Magistrum; risit eum, dicens, Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire, qàm à domo sua in palatium: cujus avaritiam etiam mercedibus notavit.* Qin & Lucianus eundem à Demonacte Cynico peristrictum meminit, cùm de ipso accomitaru ejus ad Imperatorem proficiscentis, per ludibrium diceret, *En Apollonium & Argonavtas ejus :* quasi vellus avreum petiturus, hoc est, qæstûs cavsâ, se ad avlam regiam conferret. Hunc avtem Apollonium *Nicomediensem* Dio cur dicat, alii disputant. Ac fieri potest ut *Arriani* nomen intercideri, qem & *Philosophum* vocat Evsebius, & *Nicomediensem* fuisse testatur, & inter Marci nostri magistros recenset. Cæterùm Apollonius idem hìc esse videtur, qem Epiphan. *l.* 2. *tom.* 1. *hær.* 56. Ἀπολλώνιος ἐτίμησεν vocat, & à qo Bardesanem de fide deserenda frustra solicitatum refert.

Ἀναμφιβόλως ἀκύβδηλον] De hoc ipso, inter alia, loco, cùm clarissimum virum dominum Cl. Salmasium, cui ob operam in hoc opere defungendo lubentissimè ac candidissimè præbitam, plurimùm debere me semper agnoscam, per epistolam consuluissem, is in hæc verba responsum dedit ; Τὸ ἀναμφιβόλως ἀκύβδηλον. *Hominis est qi certo semper proposito & consilio res agit; qi non fluctuat in deliberatione sua, nec qicqam incertis fortunæ casibus eorum qæ acturus est committit: qod qi faciunt, κυβδεύειν τοῖς πράγμασι Græci eos dicunt.* τὸ ἀκύβδηλον igitur in eo est, *qi nihil aggreditur, nisi cujus certus est futurus eventus.* κυβδεύειν ἐν τῷ βίῳ *Græci dicunt, qi vitam suam periculis exponunt.* Κυβδεύειν & κύβον ἀναρρίπτειν πολέμου, *ille dux vel Imperator dicitur, qi prælium cum hoste committit, de exitu securus, qem fortunæ commendat. Incertus auctor apud Svidam :* Τὸ φρονεῖν ἀδωσίαλα ἔχοντ& κύβον ἀναρρίψαι πολέμου πούτου. *Polybius apud eundem :* Οἱ μὲ ἀλογίσλως ϗ μανίαις ἔχοντες εἶναι, τὸ παραβάλλεσθ ϗ κυβδεύειν τῷ βίῳ. *qod ipse exponit,* Παραλόγως τι πράττειν ϗ ῥιψοκινδύνως. (qibus adjici potest, qod Svidas idem : Κυβδεία, κύβον, εἰς κίνδυνον προπηδῶ. μὴ παραβάλλεσθ, (ϗ) κυβδεύειν τῷ βίῳ. Et rursus, Ἐγκυβεύσας τοῖς πράγμασι, τὸ ῥιψοκινδύνως τι πράττειν, ϗ ὑπολέγειν, ἐρρίφθω κύβος.

ℭ℘. qod tamen ad τὸ κυβευτὴν, κυβίου τὸ ἐπὶ κεφαλῆς πίπλιον, rectiùs ille retuliſſet) *qi certâ itaq; ratione omnia agere inſtituit, is* τὸ ἀκύβδολον *habet.* Κυβεία *etiam* ἀνθρώπων *eodem ſenſu uſurpatur ab Apoſtolo ea loco qem notâſti.* (ſimul enim de loco illo *Epheſ. c. 4. v. 14.* qæſieram) *puerorum enim ætas improvida, qi nondum certæ rationis uſum habent, paulo momento huc & illuc impellitur.* κυβείαν ἀνθρώπων *Apoſtolus appellat actiones hominum temerarias & fortuitas, qæ nullo certo conſilio explicantur. Veteres tamen* κυβείαν παιρνίαν *interpretati ſunt. qod minùs placet. nam de* παιρνία *ſequitur ſtatim. Eò referenda hæc Suidæ gloſſa.* Κύβεια, παιρνία. *Interpres qoq; Arabs exponit,* ﻏﺪﺭ *qod eſt fallacia & aſtutia, certè in ludo teſſerario,* Τῶν κύβων. *ut veteres iis ludebant, non ſolùm fortuna locum habebat, ſed etiam ars, cùm id qod malè cecidérat ex teſſerarum jactu, arte corrigebant; ut ex Platone & aliis auctoribus explicavimus ad hiſtoriam Auguſtam.* Hæc vir ille illuſtriſsimus. Cujus verbis noviſſimis & illud adjici poteſt, non artem ſolam in jactibus diſponendis, ſed fravdem etiam in procuratoribus, in eo ludi genere frequenter nimis interveniſſe: qò & Apoſtolus forſan reſpexerat. Eò certè loci, morè ipſi non inſolente, *ἐπτοεικὼς πάνυ*, metaphoras, tanqam teſſellas qaſdam, orationi ſuæ varias intexuit. prima eſt à puerulis ducta, qos pomis, crepundiis, rebus leviculis qibuſvis pellicias facilè & traducas qò ipſe velis. altera à navibus, qæ *ἀνδμάτοι*, & *juſto ſine pondere labant,*

Pérq; mare inſtabiles nimiâ levitate feruntur,

ut Naſo *Metam. l. 2.* tertia, poſteriorem hunc ſi admittimus ſenſum, ab aſtutiâ ac fravdibus aleatorum, qibus ludi ignaris avt improvidis facilè imponunt; prout Lyſandri dictum celebre illud docet, qod qidam tamen Philippo Maced. ut Ælianus *l. 12. c. 7.* alii Dionyſio majori, ut Plutarchi nom. avtor *de Alex. l. 1.* tribuunt; Τὸς μὲν παῖδας κύβοις καὶ ἀστραγάλοις, τοὺς δὲ ἀνδρας ῥήμασι καὶ ὅρκοις ἐξαπατᾶν δεῖν. Plut. in *apoph.* & in *Lyſand.* & *Sympoſ. l. 9 c. 20.* & Dio Pruſ. *orat. 74.* itaq; κυβείαν, Eraſmus *verſutiam*; Avguſtinus *illuſionem* reddidit. *de Civit. Dei, l. 22. c. 18.* Apoſtolus ipſe forſitan per παιρνίαν expoſitum volebat. Ad eum avtem Apoſtoli locum reſpexiſſe videtur Clemens Alex. in *hortat.* ubi myſteria exotica appellat, μανικὰ ἀνθρώπων ἀπίστων συστήματα, καὶ πλάνης ἀκαθάρτου κυβεύματα. qæ verba noviſſima cùm excriptorum inſuria exciderint, ex Euſebio *præparat. l. 1. c. 5.* Clementi ſunt reſtituenda. Verùm de loco Apoſtoli viderint eruditi: Marci mentem qin vir literatiſſimus clariſſimè explicaverit, ambigi vix poteſt.

Πρὸς μηδὲν ἄλλο βλέπειν.] Vide *ſuprà ad § 7.* ex Epictet. *l. 3. c. 12.* Idem *Enchir c. 50.* Ἐφεδρεύων ὅτου ἀπολαύσῃ, ὑπὲρ πάντων τοιούτων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων, ἢ τῷ λόγῳ.

Μηδ' ὑπ' ἀλλήλων.] Vide *ad. l. 3. § 6.* Syneſ. *de providend.* Ὥσπερ ἡ ὁδὸν ἡ πρώτη κλέπτα κατακρύψασα, φεύγουσα πλέον ἀεί τι ποιεῖ, καὶ πολυτρώσασα καλαντῶσιν εἰς πλεῖον τὸ ἀπιπεμβόλιον· ὅτως ἴδοι τις ἂν καὶ ἐπὶ τῆς νέων γινόμενον, καὶ τὸ σμικρὸν εἰς διαφορὰν, πλεῖον ἀφίστησι περιόντας.

Ἀεὶ ὅμοιον] Vide *infrà ad § 16.* Senec. *epiſt. 20. Maximum hoc eſt & officium ſapientiæ, & indicium, ut ipſe ubiq; par ſibi idémq; ſit.* De Marco noſtro Dio. *l. 71.* Ὅμοιος διὰ πάντων ἐφάνετο, καὶ ἐν ὑπνοις ἀλλοιοῦτο. qod eſt illi argumentum, ὅτι ἡ προαιρεσις, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάνυ ἐπεφύτο. ὅτως, inqit, ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. De eodem Svidas. Ἐκ παίδων γὰρ ἦδη τῆς ἡλικίας εὐφυᾶ ὄντα καὶ ἡσύχιον βίον ἐπιτηδεύοντα, ὅτε καὶ δὴ, ὅτε καὶ ἡδονὴν παρεῖχε τὸ πρόσωπον ὅλον πόνων. Capitolin. item, *Erat ipſe tantæ tranquillitatis, ut vultum nunqam mutaverit mœrore vel gaudio.* Et Avrel. Victor. *A principio tranquilliſſimus, adeò ut ab infantia* (*in infantia* qoq; Evtrop.) *vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaverit.* Cui geminum de Socrate marito ſuo Xanthippe dictum refert Ælian. *l. 9. c. 7.* Ὡς ὅμοιον ἴδοι τὸ τῆς Ξανθίππης πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος ἀεὶ διατίθη. qod de eodem Epictet. *diſſert. l. 3. c. 5.* Τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀεὶ καὶ ἐπιφέρειν καὶ εἰσφέρειν. & *l. 2. c. 25.* ἓν ἔχων πρόσωπον ἀεὶ διατέλει. Plinius *l. 7 c. 19. Ferunt Socratem clarum ſapientiâ, eodem ſemper viſum vultu, nec avt hilaro magis avt turbato.* Hinc Seneca *epiſt* 104. ubi Socratem *ſenem perpeſſitium, per omnia aſpera* (quæ & recenſet qàm plurima) *jactatum dixerat: Hæc,* inqit, *uſq; eò animum Socratis non moverunt, ut nè vultum qidem movcrint. illam mirabilem lætam & ſingularem uſq; ad extremum ſervavit non bilariorem qiſqam, non triſtiorem Socratem vidit. æqalis fuit in tanta inæqualitate fortunæ.* Idémq; *de ira l. 2. c. 6. Qid indigniur, qàm ſapientis affectum ex aliena pendere neqitiâ? deſinct illic Socrates poſſe eundem vultum domo referre, qem domo extulerat.* De Socrate tamen Hieronymo fidem non faciunt. Sic enim *adv. Pelag. l. 3. Eundem ſemper vultum habere non poſſumus, qod de Socrate falsò Philoſophi gloriantur, qantò magis animum?* Eraſm. in *Annot.* ad eund. *Is agelaſtos eſt dictus, ſemper eodem vultus habitu, nec alio fuit, cùm ebiberet cicutam, qàm qo ſolebat vinum bibere.* De Alexandro Mammææ filio, Lampridius; *Fronte ſemper pari, & lætus ad omnia.* De ſe tale qidpiam pollicetur Flaccus *ad Florum, l. 2. epiſt. 2.*

——*ego utrùm*
Nave ferar magnâ an parvâ, ferar unus & idem.

Qinqam de Marco Dio refert, qòd Faviſtinæ uxoris mortem ἐμετρίως ἐπήνεγκε, *vehementiùs luxerit:* πλέον ἢ προσῆκεν, *pluqam convenerat;* Julianus, qi hoc nomine Marcum notat in *ſympoſio.* & Capitolinus, qòd *educatorem ſuum mortuum fleverit;* unde *cùm ab aulicis miniſtris notaretur ab oſtentatione pietatis,* dixerit

Pius

Pius, *Permittè illi, ut homo sit; neque enim vel philosophia, vel imperium, tollit affectus.* ut in hoc saltem vel Apollonio, vel Socrati dispar videatur. Verùm Dio de animi moderatione sinceritatéq; minimè fucatâ, non de affectibus istiusmodi, locutus videtur. Capitolino qì secum constare possit, ipse viderit. Cæterùm Svidas, vel alius qis apud Svidam, Apollonio Tyanensi tribuit, quæ de Chalcidensi Marcus istîc, in Αεί. Αεὶ χρὴ τὸν σοφὸν εἶναι ὅμοιον, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνων, ἐν μαχρᾶς νόσοις. ὅτος ἦν Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς. Ad qem locum Portus mirum in modum, sed incassum, se torquet.

Ἐπὶ παραδείγματος ζῶντος] Ennodius, *l.* 1. *ep.* 1. *Domi habes, unde adhortationis meæ viva sumas exempla.* Qam avtem vim habeant *viva exempla* ista, docet Seneca *Epist.* 6. *Plus tibi,* inqit, *viva vox, & convictus, qàm oratio proderit. in rem præsentem venias oportet. primùm, qia homines amplius oculis qàm avribus credimus. deinde qia longum est iter per præcepta, breve & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodò avdisset. Vitæ ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum, utrùm ex formula sua viveret. plus Plato ex moribus qàm ex verbis Socratis traxit. Metrodorum, & Hermachum, & Polyænum, magnos viros, non schola Epicuri, sed contubernium fecit.* Itaq; Aristides in *Alex. Epitaph.* ex Platone, *Phædr.* concludit, Παιδιὰν εἶναι δεῖν τὰ ἐν τοῖς γράμμασι, σπουδὴν τὰς ὁμιλίας αὐτῶν ἅπερ σοφῶν ἀνδρῶν.

Ὅτι δύναται ὁ αὐτὸς σφοδρότατός τε εἶναι, καὶ ἀνεμπόδιστος] posse eundem & vehementissimum esse, & remissum esse. pro rerum scil. in qibus versatur, varietate. qod de Pio infrà, § 16. De patre suo Gregor. Naz. in *epitaph.* Ἀλλ' ἦν ὁ αὐτὸς, ἡμῖν μὲν, εἰ καί τις ἄλλος· ἐνδυὸς δὲ, καὶ τὸ ἥμισυ. Δύο γὰρ τούτων οἷς τὰ πολλὰ μαχόμενα ἀλλήλοις καὶ ἀντιπολεμοῦντα, ἁπλότητα καὶ πραότητα, καὶ τῆς μὲν τὸ ἥμισυ ἐχούσης μὴ τῆς ἀνοχῆς, τῆς δὲ τὸ πρακτικὸν δίχα τοῦ φιλανθρώπου, ἐκείνῳ συμπλακὲν θαυμασίως ἀμφοτέρα· φράσειν μὲν, ὡς αὐτῷ, μὴ τῆς ἡμερότητος· ὑφεῖσθαι δὲ, ὡς ἀπροκλήτῳ, μὴ τῆς ἐντελείας.

Τὸ ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυσχερανθὲν] *ut in percipienda doctrina me non morosum præberem.* Xyl. tanqam in differentes avdiendo morositatem eam notaret, qam in avditoribus havd pavcis observat: multisqe exagitat Plut. *lib. de avdiendo.* at Cas. cui assentior potiùs, *in disciplinis tradendis morositate omni immunem* vult intelligi; utpote qi avdientium ac discentium, vel importunitate, vel incapacitate, nevtiqam offenderetur. Siqidem ut ex Philemone Comico Theophilus *ad Autolyc. l.* 3.

Χλιαπὸν ἀκροατὴς ἀσώστος καθημένῳ·
Ὑπὸ γὰρ ἀνίας ἔχ ἑαυτὸν μέμφεται.
Molesta res est fatuus avditor sedenti
Se namqe præstupore non redarguit.

Vide *infr.* § 9. Τὸ ἀνεπιτηδεύτως ἅπαν ἰδιωτικῶς.

Καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον σαφῶς] *Sed circumspicerem de homine.* Xyl. ut cum clavsula priore cohæreat. qod non videtur. *exemplar verum hominis.* Cas. ad verbum, *& qòd viderim hominem.* pro σαφῶς avtem σοφῶς legendum conjicit doctissim. Junius. utramlibet constare potuit. vel qòd *manifestè* id is sentire se ostendebat, vel qòd *sapienter* agebat, qòd id *sentiret.*

Ἑλάττονος ἅπτεσθαι ἑαυτὸν κρίνων ἡγεμόνων τῶν ἐμπειρίαν] Eodem sensu Heraclitus apud Laërt. *l.* 9. Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει· Ἡσιόδον γὰρ ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην. Qod Philosophi dictum ab Ambrosio Camald. Laërtii interprete pessimè acceptum; à Gellio, cujus codicibus jam diu excciderat, in *præfatione* operis adductum, restituit simul explicátqe Salmasius *exercit. in Solin.* Apud Athenæum *Dipnosoph. l.* 13. sciùs pavlò sic effertur; Πολυμαθὴν νόον ἔχειν, οὐ διδάσκει. qo loco etiam Hipponis Athei, & Timonis Phliasii in eandem ferè sententiam dictum refertur, qo pronunciatur, τῆς Πολυμαθημοσυνίης οὐκ ἔστι κακοήθεσσον ἄλλο. Clemens itidem *Stromat. l.* 1. ubi Platonis illud, tanqam ex *Demodoco*, qod in Ἐρασταῖς, legitur, (ubi Socrates πολυμάθειαν aliud à *philosophia* esse multis contendit) adduxisset; Μὴ δὴ ἡγοῦ τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν, ἀλλὰ τὰς τέχνας κωπηλάζοντα ζῆν, οὐδὲ πολυμαθεῖν, ἀλλὰ ἀλλὸ τι. Subjungit, Ἡσίοδ, ὅτιμαν, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθὴν νόον ἔχει· ὁ διδάσκει καθ' Ἡράκλειτον. qi locus cùm sit depravatissimus, ex M. S. Heschælius legendo, ὡς ἄρα πολυμάθειαν νόον ἔχειν, ex parte satis feliciter restituit; sed mendum omnium fœdissimum intactum reliqit. legendum ergò, Πολυμάθεια, νόον ἔχειν ὃ διδάσκει. atqs ità fortasse etiam Athenæus scripserat. Deniqe tanqam Democriti idem ferè lavdat Stobæus *tom.* 2. *tit.* 4. Πολλοὶ πολυμαθίες, νόον οὐκ ἔχουσι. qod apud nostros vulgari dicterio est celebre, *Peritissimos qosqe non & prudentissimos esse.* **The greatest clarks are not alwayes the wisest men.** Cæterùm Apollonius bonorum suorum minimum censet, qod alii in se summum reputant: hi verò inane prorsus ac futile qiddam pronunciant. Vide *infr.* § 9. Τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάτως. Optimè verò sive Democritus, sive Heraclitus (alterius enim dictum esse nullus ambigo, etiamsi nomen nullum adscriptum extet) apud Stob. *tit.* 34. Πολυμαθίη χάρτα μὲν ὠφελίει, χάρτα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα. ὠφελίει μὲν τὸν λεξιὸν ἄνδρα· βλάπτει δὲ τὸν ῥηδίως φαντασίην πᾶν ὅτιος, καὶ ἐν ταυτὶ ἁμάρτῃ. Nec dispar Aristippi illud, ὅτι πολυμαθία συμπωμοῦται. Ὥσπερ οὐκ οἱ πλεῖστα ἐδίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον ἅπερ τὰ λίονλα περιφερόμενοι· ἦτοι; οὐκ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες, εἰσὶ σπουδαῖοι. Porphyrius deniqe *de abstinent. l.* 1. ἐκ ἔστιν ἡ εὐδαιμονικὴ ἡμῖν θεωρία, λόγων ἄθροισις, καὶ μαθημάτων πλῆθος, ὡς ἄν τις οἰηθείη.--- ὅτου γὰρ ὕδατι ἂν ἐκκάλυε

λυσιν τοῦ πᾶν μάθημα συμφέρειας, εἰ εὐδείμονας. γνῶ δ' ὅχ ὅπως πᾶν μάθημα ὁ συμπλεῖ τὴν Στωϊκίας, ἀλλ' ὁδὲ τὰ περὶ αὐτὸ ὄντων ὄντων, ἐὰν μὴ φεύγῃ, ἢ ἢ κατ' αὐτὰ φυσίωσις ἢ ζωή. Avdiant Chriſtiani, ab ore hominis nomini Chriſtiano infeſti, dogma ſanè Chriſtianiſſimum.

Πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς δούλους χρείτας] τὰς δούλους χρείτας, ſicut *infr.* § 16. τὰς δούλους πεμάς. & *l.* 4. § 3. Τῶν εὐφυεῖν δούλων. qia hoc loco multa vulgò habentur, qæ Stoici eo nomine nevtiqam dignanda cenſent. Ars eſt qædam in beneficiis dexterè tam accipiendis, qàm & largiendis. Plutarch. *de Socrat. genio:* Ἡ χάρις οὐχ ἧττον δεμένη τῷ λαμβάνοντος ἢ τῷ δόντος, ἐξ ἀμφοῖν τελεῖται πρὸς τὸ κῆδον. ὁ ἢ μὴ δεξάμενος, ὥσπερ σφαῖραν ἢν φερομένην, κατόρυγεν ἀτιμῆ πασῶν. Eandem imaginem aliò tranſtulit Plutarchus idem in *lib. de audiendo:* Ὥσπερ ἐν τῷ σφαιρίζειν τὸ βαλόντι δεῖ συνυπάρχειν εὐρύθμως φέροντι τὸν δεχόμενον ὅπως ἐπὶ καλὸν λόγον ἔχῃ τις εὐρυθμία καὶ μὴ τὸν λέγοντα, καὶ μὴ τὸν ἀκροώμενον, ἂν ἐκείνου τὸ φερόμενον ὥσπερ φυλάττῃ. Seneca. *de benefic. l.* 2. *c.* 17. *Volo Chryſippi noſtri uti ſimilitudine de pilæ luſu: qam cadere non eſt dubium aut mittentis vitio, aut accipientis. tunc curſum ſuum ſervat, ubi inter manus utriuſqe, aptè ab utroqe & jactata & exceptа, verſatur.* Lavdat hoc nomine Lacedæmonios apud Herodotum *l.* 4. Anacharſis, τέτοισι ἢ εἰ μύνοισι σαφέως δίκαιά τε καὶ δίξαος λόγον.

Διὰ ταῦτα] D. Jun. vult ταῦτας, χάριτας ſcil.

§ 9. Σέξτε] *Avdivit & Sextum Chæronenſem Plutarchi nepotem.* Capitolin. & Evtrop. ἀδελφιδῆν. Evſeb. τὸν ἐκ Βοιωτίας. Dio, Svidas & Philoſtrat. in *Herod.* Qæri forſan poſſit an idem ſit, qi Pyrrhonias opiniones ſcripto propugnat. negant in *Plut. vit. c.* 5. Rualdus, & *ad Hiſtor. Aug.* Salmaſius; qi & Sexto Afro iſtud tribui monent. negat & *ad hiſtor. eand.* Caſavbonus, qi *ad Laërt. vit.* tamen ſecùs ſtatuerat.

Οἰκιν τῇ πατρονομικῇ] *domum ad arbitrium patrifamilias inſtitutæ.* Xyl. qo ferè ſenſu Svidas. Πατρονομούμενοι, οἱ πρὸ ἡμῶν πατρίων παραδεδεμένοι νόμοις τηρῶντες. niſi qòd hìc ad majorum jam defunctorum, illìc ad ſuperſtitum adhuc parentum leges vivitur. Ità certè Plato primos mortales ait, *de leg. l.* 3. Ἔθεσι καὶ τοῖς πατρικοῖς νόμοις ἐπομένοις, *inſtitutis legibúſqe patriis vixiſſe.* móxqe ubi de Cyclopibus Homeri illud ex *Odyſſ.* 1. lavdaverat,

—Θεμιστεύει ἢ ἕκαστος Παίδων ἠδ' ἀλόχων— à *patrio* hoc regimine *regium* dicit profluxiſſe, in qo ſcil. primo ætati honos ille deferebatur, διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονέναι, ὅτε ἐπόμενοι, καθάπερ ὄρνισιν, ἀγέλαις ἐπέτοντο, πατρονομούμενοι καὶ βασιλεύεσθαι πατέρων δικαιοτάτων βασιλεύοντο. qem locum Svidas, opinor, explicare volebat. Verùm meliùs Caſavb. *domum patrio affectu gubernatam* intelligit: in qa Dominus domus, etiam qoad ſervos & famulos, non titulo tenùs tantùm, ſed re verâ, paterfamilias exiſtit. non eâ qidem ratione, qâ Martiali, *l.* 1. *ep.* 85. qia

Domúmqe & agros implet equitibus vernis,
Pater familiæ verus eſt Quirinalis:

Sed qâ Seneca ex majorum mente monet, *epiſt.* 47. *Vide,* inqit, *qam omnem invidiam majores noſtri dominis, omnem contumeliam ſervis detraxerint. dominum patrem familiæ appellarunt; Servos, qod etiam in mimis adhuc durat, familiares.* Verus ergò paterfamiliæ, qi & erga ſervos paterno more ſe gerit. Plinius *l.* 5. *ep.* 19. *Eſt mihi ſemper in animo, & Homericum illud, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, & hoc noſtrum, paterfamilias.* Tertull. *apologet. c.* 34. *Gratius eſt nomen pietatis, qàm poteſtatis: etiam familiæ magis patres, qàm domini vocantur.* Cæterùm fruſtra vocantur, niſi nomini ſuo reipſa reſpondeant. Qalem avtem hic Marcus Sexti domum, tale Dionyſii regnum voluit eſſe Dio, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ μετ' εὐμοιρείας πατρονομούμενον. Plut. *Dion.* Atqs hoc eſt qod in Ulyſſe ſuo celebrat Homerus *Odyſſ.* ϛ'. *v.* 47.

Τοῖς δ' ἔσαν βασιλῆες πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.

& *ibid. v.* 234. & ε. *v.* 12.

Λαῶν ὅσσοι ἄνασσε· πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.

His, qos rexit, mitis erat populis, patris inſtar.

Ad illud avtem Homeri oculum habuit Libanius *orat.* 14. ubi narrat ſe de Florentio Cilices qoſdam percontatum, εἰ μέμνηται δῆθεν τοῦ Ὀδυσσέως εἰρηκότος Ὁμήρου, καὶ ὅσις ἦν πρὸς τοὺς Ἰθακησίους. ab eis reſponſum retuliſſe, his verbis, qæ qo mentem genuinam indicem, ſubjicio: καὶ λίαν ἔφασαν καὶ ὅτι δεῖν ἥδεως, ὅτε πλεῖεν. ubi δεῖν ἡδέως illud cum vitioſum eſſe avtumaret Vir doctiſſ. Feder. Moreſlus ἡδέως expuncto, ἥδεσ ſubſtituit: vertitqe, *illi admodùm ſe meminiſſe dixerunt, & neqe opus eſſe lætari, neqe ſcire.* qæ ſanè verba qid ſibi velint, Oedipo alìqo, qi explicet, opus eſt. mitto qod *ipſos meminiſſe* refert, lapſu gemino cum eo, qo εἰ μέμνηται antè verterat, *nunqid meminiſſent,* cùm de Florentio præſide ab ipſis Libanius, non de ipſis, qæſiviſſet. Tum an *non lætari opus* habebant, qi præfectum πρὸς τοῦ ἐρχομένου (Libanium avdis) ἥμερον βλέπειν τε, Ulyſſis inſtar, nacti eſſent. Verùm ſanus ac ſincerus eſt locus, qem vitii ſuſpectum vir doctiſſ. habuit, qi in Libanio & creberrimè, & turpiſſimè lapſus deprehenditur. de Florentio utiqe reſpondent Libanio, *illum admodùm meminiſſe;* (eorum ſcil. qæ de Ulyſſe à Poëta dicta ſunt) réqe ipſâ exhibere. *neqe* enim *avt vincire libenter, avt ferire* h. e. *nec in vincula conjicere, nec plectere qenqam proclivem eſſe.* ità τὸ δεῖν uſurpavit & Plato in *Cratylo*; ubi δῆλον & δεῖν, *nectere & vincire,* ſive *ligare,* idem

ſerè

ferè esse affirmat. Quod autem in Ulysse Homerus, idem in Cyro prædicat apud Xenophontem *pæd. l.* 8. his verbis Chrysantas. Πολλάκις μὲν δὴ καὶ ἄλλοτε κατενόησα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς ἔδειν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. ὅτι τε μὲ πατέρες φεγγεῦσι φῦλ. παίδων, ὅπως μήποτε αὐτοὺ τέλαδὰ ἐπιλείψῃ. Κύρος τέ μοι δοκεῖ νῦν συμβεβλῆσθαι ἡμῖν, ἀφ' ὧν ἂν μάλιστα εὐδαιμονεῖν ἡγεῖτο διατελοίημεν. & Xenophon ipse, *lib. eodem*; ὑπὸ φῦλ. ἀρχομένων πατὴρ καλέμενος. addit etiam, & à servis, φῦλ. εἰς τὸ δεσπόζειν κεκτησθαι δοκούντων. Idem hoc de se, ad populum ipsum provocatione factâ, profitetur Tullius Rex, apud Dionysium Halicarn. *l.* 4. Πᾶσι τοῖς πολίταις, ὡς πατὴρ φασὶ υἱοῖς αὐτὸς χρώμενος. Qodque ille de Cyro, de Antonino nostri patre Pausanias in *Arcadic.* Τοῦτον Εὐσεβῆ τὸν βασιλέα ἐπάλεσαν οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐς τὸ θεῖον τιμῆ μάλιστα ἐφαίνετο χρώμενος· δόξῃ δ' ἐμοὶ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Κύρου φέρεσθαι ἂν τῷ πρεσβυτέρῳ, πατὴρ ἀνθρώπων καλούμενος. idem & in Justiniano celebrat Procopius *de structuris orat.* 1. & Arcadio commendat Synesius *de Regno.* Libanius, *orat.* 12. Ἐοικέναι δεῖ πατρὶ τὸν βασιλέα. Et Erasmus in *institut. princip. Bonus princeps non alio animo debet esse in suos cives, quàm bonus pater familiàs in suos domesticos. quid enim aliud est regnum quàm magna familia? quid Rex nisi plurimorum pater?* His opponuntur ὁι παρεκβαίνοντες τὸ πάτριον, καὶ δεσποτικοτέρας ἀρχὰς ὀρεχόμενοι. Aristot. *polit. l.* 5. *c.* 10. Hoc nomine Cambysem notabant Persæ, cùm dicerent, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος· Καμβύσης δὲ δεσπότης. Κύρος δὲ πατήρ. *Darium institorem esse*, qia nundinabatur omnia; *Cambysem* herum, qia asper & insolens; *Cyrum patrem*, qia mitis, bonus, benignus, beneficus. Herodot. *l.* 3. Optimè Th. Morus noster:

Legitimus immanissimis
Rex hoc tyrannis interest:
Servos tyrannus quos regit,
Rex liberos putat suos.

Putat? imò *habet.* pro liberis habet, & habet liberos. Idem: *Princeps pius nunquam carebit liberis:*

Totius est regni pater.
Princeps abundat ergò felicissimus
Tot liberis, quot civibus.

Καὶ τὴν ἔννοιαν] omisit Xyl. *propositum*, Cas. reddidit. *cogitationem*, oportuerat. Vide § 3.

Τοῦ κατὰ φύσιν ζῆν] Refert Laërt. *l.* 7. in *Zenon. Citticus.* Zenonem primum in *lib. de nat. hominis* tatuisse, Τέλος εἶναι τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν· quod idem esse τῷ κατ' ἀρετὴν ζῆν. ὅτι ἄγει πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις. (quod & Cicero *Offic. lib.* 3. *Quod à Stoicis dicitur, convenienter naturæ vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper.*) Eum secutum Cleanthem *lib. de volup.* Hecatonémq; & Posidonium *lib. de finib.* Verùm Jo. Stobæus *collectan. tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 5. Zenonem asserit τὸ τέλος dixisse, τὸ ὁμολογουμένως ζῆν. quod cùm posteriores deficientiùs dictum existimarent, Cleanthem primùm τὸ τῇ φύσει adjecisse. Subjicit autem ipse, ἰσοδυναμεῖν ταῦτα, τὸ κατὰ φύσιν ζῆν, καὶ τὸ καλῶς ζῆν, καὶ τὸ εὖ ζῆν. Retinuerunt istud deinceps Stoici. Noster *l.* 3. § 4. Τῶν ὁμολογουμένως τῇ φύσει βίωντων· quod Cicero *de finib. lib.* 3. *Congruenter naturæ convenienterq; vivere.* Senec. *epist.* 5. *Nempe propositum nostrum est, secundùm naturam vivere.* Et *de vit. beat. c.* 31. *Solemne dicere, summum bonum esse secundùm naturam vivere.* Philo Jud. *de migrat.* Τὸ δὲ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφήσασιν ἐδόμενον τέλος, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν γίνεται ἡ, ὅταν ὁ νοῦς εἰς τὴν ἀρετὴν ἀτρεπτον ἑλθὼν κατ' ἴχνος ἀρθῇ λόγῳ βαίνῃ, καὶ ἑπόμενος θεῷ, φῦλ. θεσπίζουσιν αὐτῷ διαμεμενηκότι, καὶ πάσας ὁμοῦ καὶ παντάχοῦ ἔρχεσθαι τε καὶ λόγους βεβεωμένῳ. Idem vult esse, *secundùm naturam vivere, rectæ rationis semitam tenere, & Deum sequi, mandatis ipsius per omnia obsequendo.* Vide *infrà ad* § 16. & *ad lib.* 2. § 9, & *lib.* 4. § 42. & *ad lib.* 5. § 3. 9.

Τὸ σεμνὸν ἀπλάστως] Ità *l.* 2. § 5. μὴ σεμνόπλος ἀπλάστως. Vide notas ibi. Contrà L. Vero imperii cum Marco consorti, *callidam severitatis simulationem* impingit Jul. Capitolinus in *Marc.* Nec à nota saltem aliquâ hac in parte Marcum ipsum immunem evasisse idem indicat, dum refert *datum ei vitio, quòd & fictus fuisset, nec tam simplex quàm videretur, aut quàm vel Pius vel Verus fuisset.* Vero certè *simplicitatem* tribuit Alexander Severus, ubi Antoninorum virtutes peculiares commemorans, dixit; *Quid Pio sanctius? quid Marco prudentius? quid Vero simplicius? quid Bassiano fortiùs?* Lamprid. Qin & de Vero Capitolinus ipse in *Pio*: *Amavit tamen Antoninus Pius simplicitatem ingenii, puritatémq; vivendi: hortatúsq; est ut imitaretur & fratrem.* ubi *puritatem vivendi*, καθαριότητα, .i. *munditiem*, interpretatur Casavb. qæ vitio qandoq; affinis est. Verùm Capitolino de Vero secum convenire qî possit, viderint alii. mihi locus ille prior in Marco mendi suspectus est: nisi si ità accipi debeat, quòd ad Marci mores per tempus aliqod ille se specie saltem tenùs accommodaverit. ut fuerit qod in Senatoribus qibusdam Plinius perstringit, *lib.* 6. *epist.* 13. *temporaria gravitas, vel potiùs gravitatis imitatio.* eò inclinarem lubens, nisi ut vitium ingenitum avtor notâsset. Qod autem de Sexto Marcus hîc, de Liciniano qæstore pariter Sidonius Apollinar. *l.* 3. *epist.* 7. *Nihil affectatum simulatúmqe; vera potiùs severitas, quàm severitatis imitatio.* Vide *infrà ad* § 14. φιλάληθες.

Τὸ συγκατανεῦσαι φῦλ. φίλων] *In consulendo amicis sagacitatem.* Xyl. ut συγκλείσας hîc sit *conjectari*, & *conjectando sagaciter indagare*, qid qis velit, qóve opus habeat. Atq; ità Marcus usus est infrà, § 14. Μὴ δεῖσας συγκαμῆ τοῦ φίλου. sed meliùs Cas *Amicorum ingenia sedulò observare.* ut συγκλείσας istîc sit

obser-

observare, & observando rationem alicujus habere, qò ad ingenium ejusdem se accommodet. Etenim σχολάζειν τινὸς, est *rationem alicujus habere.* Galen. *de fractur. l. 1.* Ἐγὼ γὰρ, ὅταν μὲν παρὼν παρέγνω σωματικόν τι βιβλίον, ἀκριβῶς σχολάζω διώκειν τὸ μέτρον τῆς ἐξηγήσεως, ὡσαύτως ἐκάστοτε καὶ τῷ τῶν μαθητῶν ἔχει. ὅταν δ' ὑφέωμαι πάσιν, ὅτι τὰ ἄδεια παρακολουθοῦσιν, ὅτε τὰ χρήσιμα σχολάζομαι. τὸ μὲν γὰρ τοῖς πλείστοις ἀσυμβὲς ὡς τὸ ἢ ἀνιᾶται χρησίζοντας ἐν τοῖς σαφέσιν. ἄμεινον ὧν ἡμῖν ἢ μέσως ἔχειν ἐχόντων σχολάζω. *In privata lectione accuratam prorsus habeo discentis rationem; in scriptis nec optimè nec pessimè imbuti, sed mediocrium tantùm rationem habeo.* Polybius *hist. lib, 6.* Ἥγε μὲν σύγκλητος πάλιν ἡ πολιτικωτάτη ἔχουσα διώκειν, ἐν τοῖς κοινοῖς βουλεύμασιν ἀναλαμβάνεται προσέχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ σχολάζειν τῷ δήμῳ. *Senatus multitudinem respicere, populiq; rationem habere cogitur.* Et mox: Ὁμοίως γε μὴν πάλιν ὁ δῆμος ἐπιτρεπὴς ὢν τῇ συγκλήτῳ, καὶ σχολάζειν ταύτῃ ὀφείλων, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν. *Populus Senatui obnoxius est, ejusdémq; rationem habere, sive eundem observare necesse habet.* Et rursus: Ὀφείλων δὲ ἀεὶ ποιεῖν ὁ δήμαρχος τὸ δοκοῦν τῷ δήμῳ, μάλιστα σχολάζειν τούτοις βούλεται. *Id exeqi qod populo videbitur, ejúsque voluntati sese accommodare.* Marcus ipse *l. 3. § 11.* Τοῦ κατ' ἀξίαν συσχάζομαι. *Simul rationem habeo cujusque pro existimatione sua.* & *l. 10. § 6.* σχολάζομαι τοῖς ὁμογνίοις. *Cognatorum mihi rationem habeo.* & *l. 8. § 3.* ἡ φύσις ἐσχάσατο *natura unicuique rei rationem habet, curam gerit.*

Κηδεμονικῶς] *Sedulò, studiosè, cum cura cautionéq; benevolâ & amicâ.* Polyb. ibid. Τοῦ μὲν ἐχθροῦς καὶ ἀκαλλωπίστους, τοῦ δὲ φιλικοῦς καὶ κηδεμονικοῦς ἄρχειν. Inde oxymoron Clementis illud *Pædag. l. 1. c. 8.* Ἀλλ' ὑδὲ ἀλλόγιστον τὸ σπουδαῖον λόγῳ, κηδεμονικῶς λοιδορῶν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς θείας φιλανθρωπίας φάρμακον· εἰ δὲ λέξαι χρή, καὶ λοιδορεῖσθαι δεῖ. & *c. 9.* Νουθέτησις μὲν οὖν ἐστι, λόγος κηδεμονικὸς, τὸ ἁμαρτητικόν. Facetè Alexis *Midone* (referunt Athen. *l. 15.* & Eustath. *ad Odyss. ν'.*)

Ὁ σοφὸς ἀνὴρ μὲν λυχνοῦχος ἐστὶ παλαιὸν
Τῆς νυκτὸς, ὧν τις κηδεμὼν φῶς δαπάνων.

Qui primus docuit cum lanternâ incedere
Noctu. digitorum egregius curator fuit. Grot.

Καὶ τὸ ἀνεπιτήδευτον φῶς ἰδιωτῶν] *Facilitatem ergà privatos.* Xyl. parùm commodè. ἰδιῶται enim, homines *imperiti*, qualis plebs esse plerumque solet. Sic Lucas *Act. c. 4. v. 13.* ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται. & Athenæus *l. 4.* ἐπιλαλεῖν ἰδιώτῃ, σφενδόνῃ καὶ ἀνθρώπῳ. Sed & Chaldæo Paraphrastæ, & Judæis Doctoribus הדיוט istinc pro *vili, plebeio, rudi, literarum imperito.* Talium imperitiam & stoliditatem *sustinere* posse, artis lavdísq; est havd infimæ. Pythagoras apud Stobæum *tom. 2 tit. 19.* Μεγάλης δεῖ σωφρόνος, τὸ ἀπρεπὲς ἀνεπιτήδευτον φώρᾳ. Vide *supra § 8.*

Καὶ τὸ ἀδιαφόρητον φῶς ἐνθυμίων] Locus depravatus, & Xylandro conclamatus. Annotator Lugdun. *Interpretor*, inqit, *ut ea spectare non cuperem, qæ opinione tantùm constant.* ὀινεῖς enim est *opinari.* Est reverâ; sed ἐνθύμια pro *opinabilibus* vix, opinor, qisquam admiserit. Addit idem; *Vel, ut spectare non cuperem eos qi magnificè de se sentiunt.* ὄινημα enim & ὄινος apud Plutarchum, Laërtium, & Dionysium *significat præsumptionem & ὑπαρξιν*, Mer. Catavb. Τῶν ὀινεμάτων nomine τὸν ἰδιώτην designari existimat. idémq; hîc de Sexto prædicare Marcum, qod Epictetus *Enchir. c. 68.* hisce verbis præcepit; Μὴ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων. Qod genus vitii notans Cicero *de Orat. l. 2. Omnium autem, inqit, ineptiarum, qæ sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit major, qàm illorum, qi solent quocunqe in loco, qoscunqe inter homines visum est, de rebus, aut difficillimis, aut non necessariis argutissimè disputare.* Verùm id mihi animo insidere neqit, cùm in clavsula proximè antegressâ τῶν ἰδιωτῶν meminerit; nec verisimile videatur Marcum de eisdem prorsus agentem, verbulo tantùm unico interjecto, vocabulum alterum usurpâsse voluisse. Sed nec ex ipsis verbis, prout exhibentur, qi elici possit iste sensus, intelligo. Clariss. Salmasius, οἱ ἰδιῶται sunt, inqit, *qi res τῇ ὀίσει, i. opinione tantùm metiuntur. notum illud, Sapientis non esse dicere, Non putabam. non tantùm sic delicta sua multi excusant ac defendant, sed etiam τὸ putabam in multis aliis locum habet. Putabam sic rem casuram, aut non putabam. Puto tamen locum hunc non vacare vitio. legendum fortasse, καὶ τὸ ἀνεπιτήδευτον φῶς ἰδιωτῶν, καὶ τὸ ἀδιαφόρητον φῶς ἐνθυμίων. i. e. Qi facilè ferret idiotas ac rerum imperitos; sed & inconsiderationem eorum, qi leviter res perpendunt, & solam ὄινοιαν pro attentione & districtiori examinatione afferunt.* Conjecturam meam adjicere licuerit, à D. Salmasii vestigiis pavlùm admodum deflectendo, à sensu nihil, legerim, καὶ φῶς ἀδιαφόρητον ἐνθυμίων, *eósq; qi citra considerationem opinantur, & de rebus qibusvis temerè statuunt.*

Καὶ τὸ πρὸς πάντας εὐάρμοστον] Qod de se Apostolus ad *Cor. ep. 1. c. 9. v. 20.* Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος (μὴ ἄνομος θεῷ ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους. ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. & *c. 10. v. 33.* Πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτῷ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. *In licitis omnibus nimirum omnibus placere & satisfacere satagebat; omnia factus omnibus; non amittendo fidem, sed ostendendo pietatem.* Gregor. Rom. *pastor. l. 2. c. 5.* & *regist. l. 1. ep. 24. Compassione misericordiæ, non simulatione fallaciæ.* Avg. *ad Hieron. ep. 1. Nunc ad licita condescendens, nunc à licitis se cohibens:*

bens: nunc moralia docens, nunc mystica disserens. Gilbert. *in Cant. Serm.* 27. qi videndi ulteriùs in locis adnotatis: sed & Ireneus *advers. Valent. l.* 3. *c.* 5. & Oecumenius ex Chrysost. Theodoret. Phot. aliisque *in ep.* 1. *ad Cor. c.* 9. Estque sanè ars qædam, nec contemnenda, nec obvia passim, eóque laude dignior, qò plerumq; rarior comparet, accommodandi sese gnaviter citra decori leges imminutas qibuscunq;, ad ipsorum, qibus id datur, emolumentum procurandum, offensionémve declinandam. qam & Marco *indulgentiæ* nomine tributam à Capitolino censet cl. Casaubonus, & ἐναρμοσίαν ἦθος τρόπων interpretatur ex Platone *de Repub. l.* 3. Cæterùm ista degenerat, & in vitium devergit, ubi in mores se induit, qæstúsq; vel blanditiæ causâ adhibetur. qod genus hominum nunc Chamæleonti assimilatur, qi *colorem subindè mutat, reddítque genuinq; proximè attingit.* Plin. *l.* 8. *c.* 33. & Solin. *c.* 43. Ità Plut. *de adulat.* Ὥσαφ τὸ ἰνδικὸν, ὅσα πυρώτατα τὴν χρόαν τρέπεται, συναλοιφοῦσι τοῖς ὑπερκειμένοις σώμασι καὶ χαρίεις, ἀλλοίοις χρώμασι, κόσμου ἐπιόντος, κοσμοῦσθαι. nunc Polypos qi & *colorem mutat ad similitudinem loci.* Plin. *l.* 9 *c.* 29. Ὅσπερ τὸν χρόαν, οἷς ἂν πλησιάσῃ, τοιαῦτα ὁμοιοῦται. Plut. *natur. quæst.* 19. Vide & Lucian. *dialog. marin.* 5. indè Pindarus *ibid.* & *de animal. solert.* ab eodem adductus. Ποικίλον ἰδεῖν χρῶτι μᾶλλον νόον ἀνθρώπων, πάντα πλέκοντα ὁμιλεῖν. ubi forsan tamen legendum, ὁμίλων: ut præcepti monitive rationem habeat; qale & Theognidis illud, eidem cùm ibidem, tum & περὶ πολυτελείας, lavdatum:

Πολύποδος νόον ἴσχε πολύχροον, ὃς πολὺ πάσῃ
Τῇ φωτομαλήσῃ, τοῦτο δύνειν ἐφάνη.

qæ in Theognidis tamen, qas nunc habemus, *elegiis* aliter paulò fortè concipiuntur,

Πολύπου ἴσχε νόον πολυχρόου, ὃς πολὺ πάσῃ
Τῇ φωτομαλήσῃ, τοῦτο δύνειν ἐφάνη.

Qam lectionem secutus est, qi in Philostratum Ægyptium, Philostrato Lemnio referente in *vit. Sophist. l.* 1. per παρῳδίαν illud transtulit;

Πολύπου ἴσχε νόον, ἴσχε Φιλόστρατε, ὃς Κλεοπάτρῃ
Νῦν φωτομάλῃσιν, τοῦτο δύνειν ἐφάνη.

Aut contrà Phocylides;

Μηδ' οἷς πλεονεκτεῖν πολύπους χρὴ χῶρον ἁμιλεῖν.

Ióq; Tragic. apud Athen. *l.* 7.

Σπεῦσε μᾶλλον πρὸς ἀνδρὸς πολύπου χέρας.

Qin & de viro verè bono Gregor. Naz. *orat.* 27. Ἔστι δοῦναι τι καὶ ἄνευ τοῦ δοῦναι λύσεως λέγειν, Ἐγὼ δὲ ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἀπολέσομαι. ἔσομαι μεθαρμοσάμενος, ἀλλ' ἐστήσομαι, ἀλλ' συμμεταστοιχήσω τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασι, ἄλλοτε ἄλλος γενόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὅσαφ τοὺς πάλαι πατέρας οἱ πολύποδες, οἷς ἂν ὁμιλήσωσι. Verùm nulla imago vitiosum. illud δύνειν καὶ ἐφίστασθαι τὸ εὐάρμοστον depingat melius, qàm Plutarchi illa *lib. de adulat.* ab aqis desumpta, qæ per fluxilem labilémque, qam obtinent, naturam, vel vasis cujuslibet concipientis, vel corporis immersi cujusvis, figuram confestim induunt. Ὁ δὲ κόλαξ, inqit, ἅτε δὲ μίαν ἕξιν ἦθος ὂν ἔχων μόνιμον, οὐδὲ ἑαυτοῦ βίον ζηλῶν αἱρετὸν, ἀλλ' ἑτέρῳ καὶ πρὸς ἕτερον πλάττων καὶ μεταρμόζων ἑαυτὸν, οὐκ ἁπλοῦς, οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ παντοδαπὸς ὢν καὶ ποικίλος, εἰς ἄλλον, ἐξ ἄλλου τύπου, οἷον τὸ μεταχεόμενον ὕδωρ, ἀεὶ ῥέων ἀεὶ καὶ μεταμορφούμενος τοῖς ὑποδεχομένοις. Vide *ad l.* 5. § 36. & *l.* 7. § 43.

Κολακείας μὲν πάσης ἀφεκτέον ἐστὶ τῷ ὁμιλίαν αὐτῷ] Qod de Dexippo Sophista (opinor) apud Svidam nescio qis: Ὁ αὐτὸς συμπότης καὶ ὢν καὶ παιδαγωγικὸς, ὅμως ὑπέχαιρε λίαν ἐν ταῖς ὁμιλίαις, ὥστε ἦττον ἦν ἐπὶ χρείαν θαυμαζόμενον.

Ἀδεσποτώτατον δ' αὐτοῖς ὑπείκειν] De Bruto Cicero in *Oratore* § 35. *Admirabilis fama virtutum incredibilium, qæ specie distare, prudentiâ conjunguntur. Quid enim tam distans, qàm à severitate comitas? qæ tamen unqam te aut sanctior est habitum, aut dulcior? qid tam difficile, qàm in controversiis dijudicandis ab omnibus diligi? conseqeris tamen, ut eos ipsos, qos contra statuis, aqos placatósque dimittas. ità efficis, ut cùm gratiæ caussâ nihil facias, omnia tamen sint grata, qæ facis.* De Agricola Tacitus: *Nec illi, qod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit.* Et Seneca *de beat. c.* 8. *Virum sapientem* ait fore, in his qæ agit, *cum comitate magnificum.* De Marco pariter Capitol. *Philosophiæ serium & gravem reddidit: non tamen prorsus abolitâ in eo comitate, qam præcipuè suis, mox amicis, atq; etiam minùs notis exhibebat.*

Καὶ ὁδῷ ἐξυρημένον τε καὶ τακτικὸν] formula Marco nostro admodum familiaris; *qâ certâ ratione methodoq;* aliqid institutum designatur. ità ὁδῷ ἀναλαμβάνειν. *l* 5. § 34. &, ὁδῷ παραίνειν. *l.* 6. § 26. &, ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἀλείφειν. *l.* 3. § 11. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 16. Deum ait dedisse nobis τὴν διάνοιαν τὴν παρακολουθητικὴν τῶν, (externa vult) καὶ ὁδῷ χρησθαι. Aristides *palinod. in Smyrn.* Πάντα δ' ὥσαφ ὁδῷ καὶ κανόνι πάντα φαίνεται. Apud Plut. *de commun. notit. præfat.* Stoici qidam Arcesilaum Academicósq; appellant, λυμεῶνας δὴ ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δογμάτων ὁδῷ βεβλάπτοντας ἀναστρεφομένους. Zeno Cit. apud Laërt. *l.* 7. Τὴν φύσιν δεῖ τὸν πρακτικὸν, ὁδῷ βαδίζοντα εἰς ἀρετὴν. qod Cicero de Nat. Deor. *l.* 1. *ad gignendum progredientem viâ.* & *ibid. cæli* τε αὐτοῦ (de Dialectica loquitur). Οὐκ ἔστι ὁδῷ πρᾶξαι καὶ ἀνοπλιστὶ. ubi Casaub. ὁδῷ. i. *viâ & ratione*, ut solet loqui Cicero. Sanè *viam & rationem* conjunxit Cicero in *Partit.* & *viam & artem* in *Bruto.* Sed & in *de finib. l.* 2. qi est locus huic geminus. *Omnis in gerendo, qa viâ quâdam & ratione habetur oratio,* &c. Confirmat autem illinc Ruald. in *Plut. vit.* Setum istum non esse Empiricum illum, qi disciplinas omnes oppugnatum & eversum ibat.

Μηδ'

Μηδέποτε ἁμφοῖν ποτε] qod Cicer. *de fato. ut nemo in eo libidinis vestigium viderit.* de Stilponе Megarico loqitur.

Ἅμα τε ἀπαθέστατον καὶ ἅμα φιλοσοφώτατον] Ità scil. exemplo suo ostendit Sextus, qod Seneca *de Clement. l. 2. c. 5. Secta Stoicorum, licèt apud imperitos malè audiret tanqam nimis dura, nullam benigniorem leniorémqe esse, nullam amantiorem hominum.* posséqe φιλοσοφίαν uberrimam etiam cum summa ἀπαθείᾳ consistere simul. Infandum interim facinus ac ridiculum simul paravit editor bonus ille Lugdunensis, qi ἀπηθέστατον pro ἀπαθέστατον nobis hoc loco supposuit. dignúmqe patellâ operculum adjecit Annotator, cùm ἀπηχθής, qod proprièt *odiosum* significat, hîc *odio vacuum* designare adnotavit. cum lectionis genuinæ hominem monere posset adjecta interpretatio. res scil. admiratione dignâ fuerit, esse hominem eundem & odio vacuum & ad amorem propensum. Verùm ut idem & affectuum perturbationibus cum maximè immunis, & ad amorem genuinum interim propensissimus existeret, miraculi propè loco haberi poterat. Siqidem ut vulgato dicterio dici solet,

Amare & sapere vix Deo conceditur.

Τὸ εὐφημον καὶ τοῦτο ἀφοπῆ] *qòd benè passim audiret, tdqe sine strepitu.* qum *nec ipse* scil. *sibi plauderet*, ut de Tacito Plin. *l. 9. ep. 14.* & aliorum plavsus etiam nihil moraretur, sed supprimeret potiùs, qod de Servatore nostro Matthæus *c. 9. v. 30.* & Luc. *c. 5. v. 14.* Contrà qàm Cicero, qi cùm elogia & encomia ab aliis sedulò aucupabatur, & solicitè emendicabat, tum & suas ipse laudes aliis qibusqe materiis intercalares subinde facere gestiebat. qàm Crescens Cynicus, qem Justinus *apolog. 1.* non φιλόσοφον, sed φιλόδοξον, καὶ φιλόκομπον vocat. qanqam usu venit ferè, ut qod de Agricola Tacitus, *ipsâ dissimulatione famæ fama fiat avidior.* qod & Christo Domino contigisse monent Matth. *ibid. v. 31.* & Lucas *c. 5. v. 15.* De Catone Sallust. in *Catilin. Esset, qàm videri, bonus, malebat: ità, qò minùs gloriam petebat, eò magis adsequebatur.* Atqi hoc sensu τὸ εὐφημον istic interpres utrqe accepit, ac si τὸ εὐφημον idem qod τὸ εὐδόξον esset. in qorum & ego sententiam lubens concederem, si τὸ εὐφημον usqiam ità usurpatum occurreret. Verùm cùm pro *favente*, id est, favstâ expetitione, aut honorificâ existimatione, externis indiciis palam factâ, qæ solet aliis exhiberi, frequentissimè adhibeatur, nec hîc secùs à Marco sumptum existimem. eò magis, qia *infr.* § 13. ità prorsùs accepit. itaqe verterim, *favere promptum, sed sine strepitu.* ut medium qendam affectum, candidum moderatúmqe simul, designet, qalem in avditore Plutarchus desiderat: μήτε ἀτενίζοντα καὶ ἀτενῆ, εἰσήματος ἀκόλαστα μεζόν, μήτε ὀρυῶν καὶ ῥήμασι κωφοῦντα, μήτε φορβὴ ἐυσταλοῦς ὑπάρχειν φιλοκαίας ἀφιλόμυθον, ἀλλὰ σεμνῆ καὶ βαρύτητι κατηκόῳ καὶ σημαντικῷ ἐπιφθόνου δόξαν ἐυκαιρίας καὶ βάθος ἔχοντος ἀνδρός· ὅτε καὶ πάλιν ἐλαφρὸν τινα καὶ ὀρχηστὴν, καὶ ῥήμασι καὶ συνκαθιεὶ ἡδυσμένον καὶ κεχαρότα. qi nec aliis laudem meritam deferre, ubi occasio datur, detrectat, & eandem tamen exhibet sine partium studio, ac sine contentione aut vociferatione minùs decorâ. Horum autem sensuum optionem liberam ego lectori relinqo.

Τὸ πολυμαθὲς ἀπεπάστως] *absqe ostentatione.* cui contrarium τὸ φαντασιοπλήκτως ἐπιδεικνυσθαι καὶ ἐπιπόδιον φαίνεσθαι, ut noster suprà § 7. & infrà § 16. τὸ ἐπιδεικτικὸν καὶ φαντικὸν, ut Casavbon. qi videndus ad illa Persii, *Sat. 1. v. 70.*

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulcrum est digito monstrari, & dicier, Hic est. id est, ἀκτυλοδεικνύεσθαι· ut Philo loqitur. Senec. *epist. 16. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum.* Vide *supr.* § 8. τῷ ἐμπειρίαν, &c.

§ 10. Ἀλεξάνδρῳ τῷ γραμματικῷ] *Usum præterea Grammatici, Græco, Alexandro,* &c. Capitol. De Alexandro isto vise sis in eundem Aristidæ Sophistæ *sermonem epitaphium.*

Τὸ ἀνεπίληπτον] De Alexandro Aristides. Μόνῳ γὰρ ἐδόκησε τε ἂν ἥλεγχε, καὶ παρὰ τῆς δίκης εἰς τὰ πρῶτα ἐθαυμάζετο.

Μὴ ὀνειδιστικῶς] Ità *l. 11. § 13.* τὸ παρρησιάζεσθαι δίκαι, ἂν ὀνειδιστικῶς.

Παρυποκρίσεως] Qalem Socratis disciplinam lavdat Plutarch. *de adulat. & amic.* ὃς ἔτως ἀγρίμα τοῦ νέου ἤλεγχεν, ὡς μηδ' αὐτὸς ἀπολαμβάνειν ἁμαρτίας, ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ὁμόμυθος δεῖν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ζητεῖν τὰ ἀληθῆ. Et *Platonic. qæst. 1.* δικῶν ζητεῖν κοινῇ τὰ ἀληθέστερα.

§ 11. Φρόντωνος] *A Frontone*; qem cur *Frontinum* hîc M. Casaubonus vocare maluerit, nescio. aliter enim constanter historici omnes. Et Frontinus Rhetor Alexandri, qi post Marcum diu vixerat, præceptor fuit. De Marco Capitolinus: *Oratoribus usus est, --Latino, Frontone Cornelio: --Cui & statuam in Senatu petiit.* & Dio *l. 71.* ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὸν Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον. qem eundem & *l. 69.* idem hoc elogio ornat; ὃ τὰ πρῶτα καὶ τότε Ῥωμαίων ἐν λόγοις φερόμενος. Et Panegyrici Maximiniano dicti avtor; *Fronto Romanæ eloquentiæ, non secundum, sed alterum decus.* ut Ciceroni, qem primum omnes agnoscunt, non secundum sed parem velit. A *gravitate* lavdat Sidonius *l. 4. ep. 3.* qi & *Marcum Frontonem* appellare videtur, *l. 8. ep. 10.* cùm tamen *Marci Frontonis* alterius, *viri Consularis*, meminerit Gellius *l. 2. c. 26.* qi eodem tempore vixerit, nec nostro interim tacito, qem *Frontonem Cornelium*, qasi ab altero illo distingvendo, appellat, *l. 19. c. 8* Eandem cum Sidonio *gravitatis* lavdem Frontoni huic tribuit & Hieronymus *epist.*

ad Ruſticum: qo loco, falſus eſt Eraſmus, (erroris ducem ſecutus forſan Joannem Sarisber. Policrat. *l.* 8. *c.* 14.) qod *Ful. Frontonem*, cujus meminit Juvenalis *Sat.* 1. *v.* 12. & præter Juvenalem Tacitus *hiſtor. l.* 1. & 2. ab Hieronymo deſignarum cenſet. *Siccitatis* nomine notat Macrobius, vel apud Macrobium Evſebius, *Saturnal. lib.* 5. *cap.* 1. *Quatuor ſunt*, inqit, *genera dicendi copioſum, in qo Cicero dominatur; breve, in qo Saluſtius regnat: Siccum, qod Frontoni adſcribitur: Pingve & floridum, in qo Plinius ſecundus qondam, & nunc nullo veterum minor noſter Symmachus luxuriatur.* Dignitate Conſulari à Marco fuiſſe ornatum, avtor eſt Avſonius in *grat. act. Gratian.* Ex Frontonis ad Marcum Imper. epiſtolâ (uti videtur) ſive oratione aliqâ, citat hæc Chariſius *inſtit. grammat. l.* 2. *Mihi ſatis abundéqe bonorum eſt, qos mihi cotidiano tribuis.* Nec illud omiſſum velim, videri Frontonem hunc adverſus Chriſtianos vel ſcripſiſſe, vel egiſſe, ex Minutio Felice, cujus hæc in *Octavio* verba; *Sic de iſto & tuus Fronto, non ut affirmator, teſtimonium fecit; ſed convicium, ut orator, aſperſit.*

Ἐπιζῆται] *ut ſcirem.* Xyl. potiùs *ut conſiderarem, animadverterem* eſt enim ab ἐφίζημι, non ab ἐπίσταμαι. Vide *ſupr.* § 6. ἀπιστικόν.

Ὅια ἡ τυραννικὴ βασκανία, καὶ πικιλία, καὶ ὑπόκρισις] Polyb. *hiſt. l.* 2. αὐτὸ γὰρ τοῦτο [τὸ πεφύκε] ἀδεκτικὸν τῶν ἀσυμφερόντων ἔμφασιν, καὶ πάσας ἀφειλητὰς τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδικίας καὶ παρανομίας. Thyeſtes apud Senecam:

Ut nemo doceat fraudis & ſceleris vias,
Regnum docebit.--

&, *Ubicunqe tantùm honeſta dominanti licent,*
Precario regnatur.--

&, *--ſanctitas, pietas, fides,*
Privata bona ſunt: reges, qæ volunt, eant.

Scilicet, ut idem *Agamemn.*

Id eſſe regni maximum pignus putant,
Si qicqid aliis non licet, ſolis licet.

& Lepidus apud Saluſt. *Omnia retinendæ dominationi honeſta eſſe.* Cæterùm regnum illi cùm dicunt, tyrannidem intelligunt. Qum enim, ut Ariſtot. *polit. l.* 1. *c.* 2. Πρώτη καὶ θειοτάτη, ἡ βασιλεία. *Regnúmqe res ſit inter Deos hominéſqe* (Ethnicum pro ritu ſuo loqentem habes) *pulcherrima.* Livius *l.* 2. unde & Plato *polit.* 9. pronunciat, ὡς παντὶ δῆλον, ὅτι πόλεως εὐφυοῦς μὴ ὔσης ἀδιαφθόρου, βασιλεύεσθαι ἢ μὴ εὐδαιμονεῖσθαι. nihil mirum, ſi (qod Polybius *l.* 6.) συμβαίνει καὶ συνέχεται πάντας ὑπ' ἀνάγκης, καθ' ὅσον δύναται τ' εἶναι, τῇ τῆς βασιλείας ἐνδύεσθαι. ſi inqam, *monarchæ* qvis, tyranni qoqe qantum poſſunt, *ementito regni nomine abutantur.* Inter *tyrannum* interim, *regémqe* juſtum qantum interſit, nemo meliùs Dione Pruſ. docebit, *oratione* qæ *de Regno* eſt 1. & 3. & qæ eſt *de tyrannide*, 6. cui Syneſium adjungere licet *lib. de Regno.* & è recentioribus Eraſmum in *inſtitutione principis Chriſtiani.* Sed nec tyrannum qisqam accuratiùs depinxerit, qàm Plato id præſtitit, *politic. l.* 8. & 9.

Βασκανίαν] *tyrannicam invidentiam* dicit; ſive qâ illis invidetur.

De qa Statius *l.* 5. *Syl.* 1.

Qinam impacatâ conſanguinitate ligavit
Fortunam invidiámqe Deus?--

Et in eandem ferè mentem Tragicus in *Theb.*

Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium atqe regnum.--

Et Attius apud Cicer. *Offic. l.* 3.

Multi iniqi atqe infideles regno, pauci ſunt boni.

Unde Lycus apud M. Senecam *Herc. fur.* 2. 2.

Ars prima regni eſt, poſſe te invidiam pati. & de Dionyſio Siculo tyranno, Corinthi agente, Juſtinus, *l.* 21. *Laborabat invidiam præteritorum, contemptu præſentium demere; expertus, qàm inviſa tyrannorum forent etiam ſine opibus nomina.* Sive etiam ipſam *tyrannorum invidentiam*, qâ illi cùm ſeſe invicem inviſos, tum & bonos qosvis etiam exoſos, habent. Siqidem ut Clavdian. *de Honor. Coſſ.* 4.

--Sors iſta tyrannis
Convenit, invidcant claris, fortéſqe trucident.

Ὑπόκρισις] *Hypocriſin* dicit *tyrannicam*, qâ illos cum primis diligere & in pretio habere ſe ſimulant, qos qàm maximè oderunt. Tiberius, de qo amphiùs infr. ad § 14. *nullam, ut rebatur, ex virtutibus ſuis magìs qàm diſſimulationem diligebat.* Tacit. *annal. l.* 4. De Domitiano itidem Caſſius, Ἄνδρωπον ἐφίλησε μὲν ἀληθῶς οὐδένα, πολὺ γοιαικῶν πλεῖστα δὲ καὶ ἐμίσησε καὶ ἐφοβήθη ἀεί, ὃν δεδιὼς ἐπεσφάξατο ἤδειν de qo eodem & eundem videas *ad lib.* 10. § 17. exempla, qibus id comprobatum dederit, habes apud Svetonium *l.* 12. *c.* 11. Sed & qâ cuncta *ſimulare ac diſſimulare* ſolenne habent, ubi id è re ſua eſſe putant. De Alexandro 6. Pontifice Romano, filióqe ejuſdem Valentino, (qem Nic. Machiavellus tanqam exemplar Principibus imitatu digniſſimum proponit, *de princip. c.* 11.) tradit Gvicciardinus, *hiſt. l.* 6. adeò ſimulatione ac diſſimulatione celebres, ſive infames potiùs, fuiſſe, ut qaſi proverbiali dicterio vulgò jactaretur, *Pontificem nunqam qod diceret, facere; Valentinum nunqam qod faceret, dicere.* Nec aliunde illud Sigismundi Cæſaris effatum; *Neſcit regnare, qi neſcit diſſimulare.* Æn. Sylv. *in Pauperm. l.* 1. Elegantiſſimè vir illuſtriſſimus Dan. Heinſius *Herode act.* 2. *Sc.* 2.

Non tot receſſus abditos æther habet,
Non inferi, non terra, non totum mare,
Qot avla, qam deſerta vis recti fugit:
Impervia aliis ſemper eſt, ſemper ſuis.

Huic & ὑπόκρισιν αὐλικὴν illam adjicere licet,

κα-

κακῶν ἦν (inqit Julianus *epist.* 12. expertus ipſe forſan, nec ejusdem expers, ejeret licèt, qum Baſilium eâ ipsâ tam blandè compellet & ad ſe invitet, qem non poterat non odiſſe) ἐπαινοῦντες, μισοῦσι πλιχτὸν μῦσος, ἥλικον ὑδὲ τοῦ πολεμιωτάτου. & Polybius, *hiſt. l.* 4. Καιρὸς γὰρ δὴ πᾶς ἔστ' εὑρηται χρήσιμος διαβολῆς, τὸ μὴ φέροντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. εὑρηται δ' μάλιστα καὶ παρὰ τοῦτον τοιαῦτα κακοηθήματα καὶ βασανία καὶ δόλος, ἐν οἷς ἀεὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τοιούτων παρὰ ἄλλοις ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. Hoc eſt, qòd in *vita Agricolæ* Tacitus: *Peſſimum inimicorum genus, laudantes.*

Εὐπατρίδαι ἀσιτρόγιτοι] De Tiberio Sveton. *l.* 3. *c.* 52. *Filiorum, neque naturalem Druſum, neque adoptivum Germanicum patriâ charitate dilexit.* Scil. ut Naſo *Metam. l.* 2.

Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur
Majeſtas & amor.—

Certè qi iſtiusmodi hominum æmulationes fœdas dirásqe, qas cum natura ſibi conjunctiſſimis exercuere, qarum prægnans eſt omnis omnium ætatum, omniúmqe gentium hiſtoria, animo recoluerit, oraculi vicem obtinere meritò cenſebit, qod à Frontone noſter hîc ſe accepiſſe profitetur.

§ 12. Ἀλεξάνδρου τοῦ Πλατωνικοῦ] Plures hoc nomine tum philoſophos, tum Sophiſtas recenſet Svidas. Verùm noſter iſte an ex illis ſit, certò ſtatuere nullus habeo. Alexandri Cilicis Sophiſtæ inter cæteros meminit, de qo latiùs etiam Philoſtratus in *vit. Soph. l.* 2. qi πλουσιάτων dictus fuerit. Platonem nimirum, ſi non dogmate, dictione ſaltem æmulatus videtur. unde declamantem ubi avdiverat qidam ex Herodis Attici Sectatoribus, τὸν μὲν πλοῦν ὑρηκέναι dixit, τὸν δὲ Πλάτωνα ζητεῖν. A Marco autem accitum, *ab epiſtolis Græcis* eidem fuiſſe, avtor eſt Philoſtratus. qi & Favorini γνησιάτατον ἀκροατὴν extitiſſe eum ait. Favorinus autem iſte in eorum albo cenſetur, qi & *philoſophi* ſimul & *ſophiſtæ* etiam habebantur. Fieri itaqe poteſt ut Alexander ille is ipſe ſit, qem hic Marcus *Platonicum* appellat. Meminit & Galenus *lib.* ἐπὶ τῷ παγκράτει Alexandri cujuſdam, qi eisdem temporibus Romæ vixerit, Damaſceni. Cæterùm iſtum ait γνώσκειν μὲν τὰ τῶν Πλάτωνος, ἀλλὰ τοῖς Ἀριστοτέλους παρακολουθοῦντα μᾶλλον· & φιλονεικείας nomine à plerisqe notatum. Ad priorem illum itaqe potiùs inclinaverim.

Ἡ ἐν ἐπιστολῇ χάρις] non ineptè iſtud in Alexandrum illum conveniat, cujus operâ ad epiſtolas Marcus eſt uſus.

Ὅτι ἀσχολίς εἰμι] Vide *ſuprà* § 7. Ἀσχολος, ὁ μὴ ἐνεργῶν. σχολὴ δὲ ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ σωφροσύνῃ εὐκρασία. Svidas. qi & hæc ipſe Marci ſubjungit. Cicer. *ad Attic. l.* 1. *ep.* 11. *Vereor, ne puzzidum ſit, ſcribere ad te, qàm ſim occupatus.*

Τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους πως συμβαίνοντα ἡδέα κατηχοῦντα] Epictet. *Enchirid. c.* 29. Τὰ καθήκοντα ἐκ ἐπίσης τοῖς πρὸς τι παρακειμένοις. *Officia ut plurimùm pro relationibus & qualitatibus perſonarum* (qas invicem gerunt) *definiuntur.* Σχέσεις autem, ſive *relationes* & affectiones mutuæ, vel ſunt naturales, vel adſcititiæ. Epictet. *diſſert. l.* 3. *c.* 2. Αἰδήμων ἐστι τύπος, ὁ περὶ τὸ καθῆκον. ὃ δεῖ δὲ μὴ εἶναι ἀναιδῆ, ὡς ἀνδρίαντα, ἀλλὰ τὰς σχέσεις τηροῦντα τὰς φυσικὰς καὶ ἐπιδέτους, ὡς εὐσεβῆ, ὡς υἱὸν, ὡς ἀδελφὸν, ὡς πατέρα, ὡς πολίτην. qod idem habet & *lib.* 2. *cap.* 14. Cæterùm de his ampliùs vide ſis Simplicium in *Commentario ad Epicteti Enchiridium*, & Caſavbonum *ad Perſii Sat.* 3. *v.* 70. Sed & Marcum ipſum *infr. l.* 8. § 27. & *l.* 11. § 18.

Τὰ ἀπειρῶτα πράγματα] id eſt, ut Demoſt. *Olynth.* 1. ἅπ' ἐν ἡμᾶς ἀπειρῆ τὰ πράγματα. qæ avtem Marcus ἀπειρῶτα πράγματα, ea Plutarch. ἀπειρατὰ πράγματα dixit de ſuperſtit. Τοιαῦτα δὲ ἐν τοῖς ἀβελτέροις καὶ ἀπειρατοῖς λογισμοῖς πράγματα καὶ κακοῖς ἡ δεισιδαιμονία· βελτίων δὲ ἐν τοῖς ἥδιοσι τῆς ἀθεότητος. Clemens ſimpliciter τὰ ἀπειρατά. Ità *Strom. l.* 7. τῆς ἀνδρείας, ſive *fortitudinis* munus inter cætera ſtatuit, τὸ περιεσκοπεῖν ἀπορίαν. & *lib.* 5. Pios ſæpenumero ad virtutis exercitium Deo permittente, τοῖς ἀπειρατικοῖς ἀπαντᾶν. denique *lib.* 4. Ἓν μάλα τοῖς ἀπειρατικοῖς ἄπασιν ὄφελος τι εἰ καλῶς χρῆσθαι γνωσθέν. Galen. *in hortat. ad art. c.* 2. ἀπειράτους πράγματος dixit. Κἂν τὸ βίῳ μειζόνων ναυαγίων ἀεὶ πολλὰς ὀικιὰς χειμάζων, ἢ ἀεὶ τὰ σκάφη κατὰ θάλατταν, ὃν ὀρθῶς γινώσκοντός ὄστιν, ὑπολάβειν ἑαυτὸν ἐν τοιαύταις ἀπειράτοις πράγμασι τυφλῇ δαίμονι, μηδ' αὐτῇ βεβαίᾳ ἐγνειμένῃ. Idem *de ſanit. tuend. l.* 2. *c.* 1. Πολλοῖς γὰρ ἤδη ἀνθρώπων μὴ πειράσασι πραγμάτων ὁ βίος βλαπτὰς μᾶλλον ἀναγκαῖον ὃν αὐτοῖς, ὑποπίνειν δ' ὃ δυνατὸν. inde βίος ἀπειρατὸς, Origeni *adv. Celſum l.* 1. *Vita negotiis moleſtiisqe implicita*; cui opponitur ὁ ἀπολαυστικός. Sed & Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* ex ſtoicorum ſenſu; Τῶν καθηκόντων τὰ μὲν ἀνὰ πειράσιν· τὰ δὲ ἀπειρατά· πράγματα itidem pro *negotiis* & *moleſtiis*. ità Ariſtophan *ranis act.* 1. *ſcen.* 4.

Τίς ἐς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων;
Qis in requiem ex malis vult & moleſtiis?

Menander in *Agricola*, ab Ariſtoph. *Schol.* adductus *ad Plut. act.* 3. *Scen.* 2.

Ἐν πράγμασιν, ἐν μάχαις—
Moleſtiis in negotiis, in præliis.

Epicurus apud Laërtium, in *Epic.* & Senecam, in *Clavd.* Πράγματα ὁ θεὸς, ὔτε αὐτὸς ἔχει, ὔτε ἄλλοις παρέχει. id eſt, vertente Cicerone *de Nat. Deorum lib.* 1. *Negotium Deus nec ipſe habet, nec aliis exhibet.* Eodem ſenſu & πράξεις dicuntur.

cuntur. Vide *infrà* § 15. *l.* 6. § 11. & *l.* 9. § 13.

§ 13. Κατύλλ] Inter *Stoicos*, qos avdiverit, *Cinnam Catullum* ponit Capitolin. qo loco Catulum legi poſtulat Cl. Salmaſius.

Τὸ περὶ τῶν διδασκάλων ἐνδύμως ὕφημον] Senec. ep. 73. *Verè philoſophus præceptores ſuos veneratur & ſuſpicit, qorum beneficio illis ſe vitiis exuit.* Sive, *illis in vris exiit.* altera lectio à Mureto eſt, à Lipſio altera. Idémqe *epiſt.* 64. *Qidni ego magnorum virorum & imagines habeam, & natales celebrem? qid in illos honoris cauſſa ſemper appellem? Qam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à qibus tanti boni initia fluxerunt. Si Conſulem videro aut Prætorem, omnia qibus honor haberi ſolet, faciam; eqo deſiliam, caput adaperiam, ſemitâ cedam. Qid ergo? M. Catonem utrumqe, & Lælium ſapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem Cleanthémqe in animum meum ſine dignatione ſumma recipiam? Ego verò illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo.* Juvenal. *Sat.* 7. v. 206.

Dii majorum umbris tenuem & ſine pondere terram
Spirantésqe crocos, & in urna perpetuum ver,
Qi præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco—

Talis Marcus noſter, qi, ut Capitol. *Tantum honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in lario haberet, ac ſepulcra eorum aditu, hoſtiis, floribus ſemper honoraret.* Talis & Alexander, qi, ut Plutarchus eſt avtor, Ariſtotelem præceptorem cum primis coluit, ὑχ ἧττον τὸ πατρὸς ἀγαπῶν dictitans, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δ' καλῶς ζῶν. Cui ſententiæ aſtipulatur & Ariſtoteles ipſe apud Laërt. his verbis. Τῶν γονέων τοὺς παιδαγωγοὺς ἐπιμορφεῖ τὸ μόνον γεννήσαντας· τοὺς μὲν τὸ ζῆν, τοὺς δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρασχόντας. Et Plut. *adverſ. Colot.* Τὸ μὲν ζῆν οἱ γονεῖς μετὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἔδωκαν· παρὰ δὲ τῶν φιλοσόφων δίκης καὶ νόμου σωθῆναι διόμεθα, λόγον ὑπὲρ ὀργῆς καὶ θυμοῦ κολασιν λαβόντες, ἧς ζῆν. Et Ariſtides *pro Themiſtocl.* Τοῖς ἐπιτρέψασιν εἰς τὸν γάμον, καὶ δι' ὧν ἐσμὲν ἤλθομεν εἰς φῶς, τούτοις τῶν πρώτων μείζων χάριν ἡγούμεθα δεῖν ἔχειν, μετὰ τοὺς ὑπὲρ τούτων θεσπίσαι θεούς· εἰ πίνυν τοῖς γονεῦσι δι' αὐτὸ τὸ εἶναι μόνον τοσαύτην ὀφείλομεν χάριν, καὶ ὁμολογοῦμεν ὀφείλειν χάριν πάντων χαλεπωτάτην, πῶς οὐκ εἰκότως πλέον τι προσῆκεν ἡμᾶς ἔχειν, ὅτι τινες οὐ τὸ ζῆν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς σωτηρίας αἴτιοι κατέστησαν, ἀλλὰ καὶ βελτίους ἀντὶ χειρόνων εἰδικῶς εἶεν;

Τὸ σφὲ τὰ τέκνα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν] qod in gis rarius, qi ſunt in dignitatibus ſummis conſtituti. Sicut enim illi plerumqe ἀστοργότεροι, utì noſter monuit *ſuprà* § 11. Cicer. *ad Attic. l.* 7. *epiſt.* 2. *Filiolâ tuâ te delectari lætor, & probari tibi ſorgulæ ſimulæ eſſe τὸν πρὸς τὰ τέκνα.*

§ 14. Τοῦ ἀδελφοῦ μου Σευήρου] Οὐήρου legendum aliqando ſuſpicatus eram ex Dione Caſs. & Jul. Capitolino, apud qos *Verus*, non *Severus*, Marci frater, adoptione tamen, non genere, (nam Ceionii Commodi filius hic fuit) & imperii conſors, toties occurrit. Qin & Joſ. Scaliger in *animadverſ. ad Euſeb.* & Cl. Salmaſius in *annot. ad Capitol.* hic corrigendum uterqe cenſuit. Errorem conſimilem in Galeni, Theophili, Epiphanii, aliorúmq; ſcriptis, apud qos ἀντὶ τοῦ Βῆρος, ἤτοι Οὐῆρος, Σέβηρος, ἢ Σεβήνος, pro *Vero Severus* reperitur, obſervârunt Gulſtonus noſter, *ad Galen.* Scalig. *ad Euſeb.* Salmaſ. *ad Capitol.* Petav. *ad Epiphan.* Verùm cùm Verus ille vitæ impuriſſimæ, & flagitioſiſſimæ, moribus perditiſſimis ac profligatiſſimis fuerit; non video qî potuerit in tam fætido fæculentóqe ſterqilinio virtutum iſtiusmodi ſeges ulla, nedum tam ampla, qàm iſtîc depingitur, deprehendi. *Claudium* itaq; *Severum* philoſophiæ Peripateticæ Διαδόχῳ, qem inter cæteros avdiviſſe Marcum noſtrum avtorem habemus Capitolinum, intellexiſſe fors fuerit. Eóq; magis hunc voluiſſe videri poſſit, qòd hujus ipſius, à qo tamen multa traxerit neceſſe eſt, nuſpiam alibi memînerit. Sed nec iſtud ſatisfacit, cùm nec qâ ratione *fratrem* illum appellaret, occurrat; & fratris qaſi germani & genuini infrà rurſus meminiſſe videatur § 17. alioqi, qid ſi pro ἀδελφῷ legamus φίλῳ? ut *amicus*, non *frater* indigitetur Severus iſte: qo modo Nabud Nathanides Solomonis *Regis amicus. Reg. l.* 3. *c.* 4. *v.* 5. Verùm iſtud potiùs Jun. Ruſtici fuerit; de qo vide ſis, qæ ex Capitolino *ſuprà* adduximus *ad* § 7. & qæ apud eundem de eodem ſequuntur. Proinde caligine ſeptis undiq; nihil lucis cùm affulgeat, nihil certi renunciare datur. Ego itaq; ἀποχῶ, & (qod in ambiguis ſolet) mihi *non liqere*, ingenuè profiteor. Addito tamen, potuiſſe Marci conſanguineum aliqem qi *proavi materni* utriuſq; communis (*Catilius Severus* dictus is, Capitol.) nomen geſſerit, *fratris* nomine deſignari. alii viderint.

Φιλοίκειον] De Vero Capitolinus, enumeratis omnibus ejus magiſtris in diverſo genere ſcientiarum, *Hos omnes*, inqit, *amavit unicè, atq; ab his invicem dilectus eſt.* Atqe hóc eſſe τὸ φιλοίκειον, qod á Fratre ſuo Vero didiciſſe Marcus profitetur, cenſet Salmaſ. *ad Capit.* ambigo tamen. Marci verò τὸ φιλοίκειον habemus à Capitolino his verbis, commendatum, dixerim, an perſtrictum? *Fam in ſuos tantâ fuit benignitate, ut cùm in omnes propinqos cuncta honoris ornamenta contulerit, tum in filium Commodum, & qidem ſceleſtum atqe impurum, citò nomen Cæſaris, & mox ſacerdotium, ſtatímqe nomen Imperatoris, ac triumphi participationem, & conſulatum.*

Φιλάληθες] *Simplicitatem* certè Vero tribuiſſe Severum, eandémq; in illo adamâſſe Pium monuimus

mus *suprà ad* § 9. sed & Capitolin. de eodem, *Erat*, inqit, *motum simplicium, & qi adumbrare nihil posset.* Verùm istud infirmitatis potiùs ϗ ἁπλότητος ἢ τοῦ εὐηθείας, quàm candoris ingenui ϗ φιλαληθείας fuerit. *nihil potuisse*, dicit; *nihil voluisse adumbrare*, non dicit. Siqidem idem eidem alibi impingit, (qòd & suprà notavimus) *callidam severitatis simulationem* qâ nimirum per imperii initia, graviter se, & ad Marci mores egerit. Cæterùm *membrana tenuis, & bracteata* tantùm (ut cum Seneca *epist.* 115. loqar) erat illa severitas, cujus fucus facilè deprehendi poterat. nec personam illam diu sustinuit; sed ad ingenium indolémq; pravam citò deflexit. docuitq; verum esse, qod Gregorius Naz. *orat. in Jul.* 1. Ὡς οὐδὲν προσποιητὸν, μόνιμον. *i. qæ simulata sunt, diuturna esse non posse.* ut Ambrosius *de Offic. l.* 2. *c.* 22. Ego interim non video (qod & priùs monui) qomodo Capitolinus sibi ipse constet, qi in Vero modò *simplicitatem* prædicat, modò *callidam simulationem*, tanqam vitium illi ingenitum, notat. At Marcum hac ratione *pro Vero Verissimum* appellabat Adrianus. Cass. & Capitol.

Φιλοδίκαιον] Verùm Pio an Marco (nam ambiguè locutus est) *fidem, non & amorem exhibuisse*, avtor est Capitolinus. Est avtem *fides justitiæ pars*; ut Cicero, *Offic. l.* 1. Cæterùm *fides* ab *amore* sejuncta, φιλοδικαίᾳ elogium nevtiqam meretur. Utrumq; avtem hoc & φιλάνθρωπος & φιλοδίκαιον interpres Anglic. (qâ ratione motus, mihi incertum) omisit.

Θερσίταν] De Thrascâ Pæto, Tacit. *annal. l.* 16. Dio Cass. in *Neron.* & in *Dioclet.* Sveton. *l.* 6. *c.* 37. & *l.* 12. *c.* 10. Arrian. in *Epictet. dissert. l.* 1. *c.* 1.

Ἑλβίδιον] De Helvidio Prisco, Thraseæ genero, Tacit. *ibid.* & *histor. l.* 4. Dio Cass. in *Vespas.* Sveton. *l.* 10. *c.* 15. & *l.* 12. *c.* 10. Arrian. *l.* 1. *c.* 2. & *l.* 3. *c.* 26. & Plin. min. *l.* 9. *epist.* 23.

Κάτωνα, Δίωνα, Βροῦτον] De his, præter cæteros historicos, fusissimè Plutarchus; qi ex professo res gestas horum omnium descripsit. Verùm qid cum heroibus istis L. Vero, homini *vitiorum Cajanorum, & Neronianorum, & Vitellianorum æmulo, & in luxuriosissimis Neroni?* Capitolini sunt de Vero verba. Nero scil. alter Thraseam Marco conciliverit, & in notitiam ipsius eum insinuaverit? Accedit, qod ex hîc positis videri possit, Marcum Lucio in disciplinam qandoqe datum; & ab eodem, in eis, qæ referuntur istîc, aliqâ saltem ex parte, institutum. Verùm repugnat planè sententiæ huic, tum utriusq; ætas, cùm Marcus Lucium anteceserit, utpote qi Pii filiam ideò duxerit uxorem, qòd Lucius, cui ab Hadriano destinata fuerat, impar ætate videbatur, filiámqe suam Lucillam nomine eidem Vero jam transnominato nuptum dederit: tum etiam qòd Lucius hic, post septimum annum in familiam Avreliam traductus, *Marci moribus & avtoritate formatus* perhibetur. Vide Capitolinum in *Marco* (sed à Salmasio restitutum) & in *Vero*. Alius igitur est necessariò Marci frater requirendus, in qem ista possint competere.

Πολιτείας ἰσονόμου] Πολιτείαν ἰσόνομον & noster istîc, & Plut. in *sap. 7. sympos.* appellat τὴν δημοκράτειαν. in qa singulis qibusq e civibus jus ex æqo competit. Ἰσονομίαν eandem appellat Herodotus; apud qem Otanes *l.* 3. Πλῆθος ἦ ἀρχὴν, πρῶτα μὲν ὄνομα πάντων κάλλιστον ἔχει ἰσονομίην. Eúmq; secutus Thucydides, qi *l.* 3. Οἱ ἐν ταῖς πόλεσι πρεσβύτεροι, μετ' ὀνόμα & ἐκ τύχης ἐυπορίας, πλήθος τι ἰσονομίας πολιτικῆς, ϗ ἀειοκρατίας σώφρονα & μεσημίσουσι, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ διεκπόνησαν, ἄθλα ἐποιοῦντο, &c. Qanqam avtem, ut Sen. *ep.* 30. *Prima pars æqitatis est æqalitas.* non immeritò tamen Plutarchus, Πασῶν ἀδικιῶν μεγίστην εἶναι τὴν ὀχλικὴν ταύτην ἰσότητα, pronunciat, in *sympos. probl. l.* 8. *c.* 2. &, *æqalitate istâ nihil iniqualius*; Plinius min. *l.* 2. *ep.* 12. Nec sanè minùs veritati consonum qicqam, qàm Lactantii illud *instit. l.* 5. *c.* 14. *Ubi non sunt universi pares, æqitas non est.* Itaqe non infrunitè Lycurgus, monenti *democratiam* induceret, *Tu*, inqit, *eam primò domi tuæ institues.* Plut. *sap. sympos.* & in *apoph.* qi & eo nomine eundem lavdat, *sympos. probl. l.* 8. *c.* 2. qod *proportionem arithmeticam*, tanqam δημοκρατικὴν ϗ ὀχλικὴν, repudians, *geometricam* ejus loco in rempubl. à se efformatam induxit. Ἡ μὲν γὰρ, inqit, ἀριθμῷ τὸ ἴσον, ἡ δὲ λόγῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμει. Vide Casavbon. *ad Sveton. l.* 2. *c.* 51. Potest tamen & πολιτείαν ἰσόνομον & à Marco dicta videri, *in qa juxta legum præscripta jus cuiq; ex æqo redditur.* Ità Plinius in *panegyr. Trajano*: *Dicitur actori, atq; etiam procuratori tuo, Injus veni, seqere ad tribunal nam tribunal qoqe excogitatum principatui*, (ità Lipsius) *est par cæteris. Sors & urna fisco judicem assignat. eodem foro utuntur principatus & libertas. qæ præcipua tua gloria est, sæpe vincitur fiscus; cujus mala causa nunqam est, nisi sub bono principe.* Sed & de Marco ipso Evtropius, *Hic cum omnibus Romæ æqo jure egit.* Cæterùm tale potiùs est regium regimen, qale verbis seqentibus depingit.

Τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἀρχομένων] Clavdian. *in Stilicon.*

Fallitur egregio qisqis sub principe credit
Servitium; nusqam libertas gratior exstat.

Optimè itaqe Evripid. apud Stobæum lavdatus, *tom.* 2. *tit.* 47.

Ἀνδρὸς δ' ὅτ' ἐσθλοῦ ϗ τυραννεῖ τις κρείσσων.
Perferre regnum rege sub bono juvat.

Certè Marcus noster, si Capitolino credimus, *cum populo non aliter egit, qàm est actum sub civitate libera.* Itaqe cùm pecunias ex publico ad bella gerenda à Senatu postularet, Ἡμεῖς γὰρ, inqit, ὅπως ἐδύν-

ἴδιον ἔχωμεν, ὥστε καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ οἰκίᾳ οἰκεῖωμα refert Cassius. Qin & de eodem Aristides: Φιλαθρωπία γε μὴν τις μείζων ταύτης καὶ φανερωτέρα, ἢ καθεπτηχὸς ἅπαν τὸ ὑπήκοον, καὶ ὑπὸ φόβῳ δεδιὸς μᾶλλον, πολλῶν δὴ καὶ πικρῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀτακτούντων καὶ πάσας τὰς πόλεις, εἴ τις φθέγξαιτό τι, ἐλαθεῖν ἢ ἀδὲν ὅτε φρονῆσαί τι ὅτε εἰπεῖν δίον τε ἦν· ἀπρηπιδύνης τῆς σώφρονος καὶ δικαίας παρρησίας, χρῆμα ἦν ἐνίοις σωτήριον· ἀπέλλαξε τὸ φόβου τοῦτο, καὶ ἐλαθέφωσε τὰς ἁπάντων ψυχάς, ἐλεληθὸς καὶ ὁλόκληρον ὑποδὺς τιὼ ἐλαθείαν αὐτοῖς. Lavs est Nervæ apud Tacitum, in *vita Agricolæ*, qòd *res olim dissociabiles miscuerit, Principatum & libertatem.* lavs eadem & Marco nostro, hisce avtoribus debetur.

Τὸ ἀμελὲς] *Curis vacuum*, Xyl. ad seqentia refert M. Cas. *tenorem constantem in philosophiæ studio æstimationéque observare, curis distractionibúsque aliis neutiqam interruptum.* forsan tamen *corporis neglectum* Marcus voluit. Si tamen locus integer fuerit. siqidem τὸ ἀμελὲς alioqi in vitio plerumqe ponitur. qin & infrà § 17. talem se habuisse fratrem prædicat, qi moribus suis πρὸς ἐπιμέλειαν ἑαυτοῦ excitaret ipsum.

Ὁμόνοιαν ἐν τῇ πολιτείᾳ τῆς φιλοσοφίας] De Pio certè Avr. Victor. *Adeò æqalis probitas moribus, vtì planè docuerit, cô demum fortunatas vrbes fore, si regna sapientiæ sint.* Respexit ad celeberrimum Platonis illud, qod Oraculi vicem jam diu obtinuit, nunqam bene cum rebus humanis actum iri, aut civitates probè constitutas fore, πρὶν ἂν ἢ τὸ τῆς φιλοσοφίας γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικὰς, ἢ τὸ τῆς πολιτείας δύναμιν ἐν τοῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. epist. 7. & polit. l. 6. Ἐὰν μὴ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ, καὶ φιλοσοφία. Qod Hierocles *de Providentia* l. 2. apud Photium cod. 252. sic expressit. Τὰς φιλοσόφους ἀρχὰς ταῖς πόλεσιν ἐφιστάναι, ἵνα λήξωσί ποτε τῆς κακίας· καὶ ὡς ἂν ἄρα ποτὲ εὐδαιμονήσει πόλις, εἰ μὴ αὐτῷ διαγενέσθαι οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι. Ex Juliani mente Gregorius Naz. σπλδτ. 1. Χρῆναι δὲ φιλοσοφίαν καὶ βασιλείαν, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν. Cicero *ad Quint. frat. ep.* 1. sic extulit. *Tum deniq; fore beatas respublicas, si aut docti & sapientes homines eas regere cepissent, aut qi regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocâssent. hanc conjunctionem videlicet potestatis ac sapientiæ, saluti censuit civitatibus esse posse.* Justinus in apolog. 2. Ἔφη γάρ που καὶ τις τῶν παλαιῶν, Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. de principibus subditisqe simul pronunciavit, qod de illis solis Plato dixerat. præsumpsisse Platonem forsan existimavit, principe philosophante, idem & populum facturum. Ità certè de Numâ Plutarchus: Ἔναγχος ἐξιόντος παράδειγμα καὶ τεκμήριον τῆς Πλατωνικῆς φωνῆς, ἣν ὕστερος εἰπὼν οὐκ ὀλίγοις χεῦσι γλώττης ἐτίμησεν ἀφεῖναι τὰς πολιτείας, ὡς μία κακῶν παῦλα καὶ λύσις ἀνθρώποις ὀφὶν ἂν πνοὴ τύχης θείας, εἰς ταὐτὸ διανοίᾳ φιλοσοφῇ βασιλικῇ συμπεσοῦσα δυνάμει, ἐγκρατῆ καὶ ὑφηνίοχον τῆς κακίας τὸν ἀρετῇ κελεύσασα. μανθάνει δὲ μᾶλλον αὐτὸς ὁ σώφρων ὡς ἀληθῶς· μανθάνει δὲ οἱ σωφρονοῦντες ἐκ τῶν σωφρονιστηρίων ὄντων λόγων. τάχα δὲ καὶ ἀνάγκης τινὸς δεῖ πρὸς τὰς πόλεις, ἵνα ἐπὶ τὴν αὐτοῖς ἢ τῶν ἀρετῶν ἐν ὑμνήσῃ παραδείγματι καὶ λαμπρῷ τῷ βίῳ τοῦ ἄρχοντος, ἐκείνως σωφρονῆσαι καὶ συνηθίζουσι πρὸς αὐτόν. De Osiride pariter Synesius *de provident.* Καὶ πρωπαίδευεν ἐν Ὄσιρις ἡξίᾳ πιμᾶν. παιδείας γὰρ ἀρετὴν ὤετο πολὺ εἶ). unde per Ægyptum totam eo regnante virtutem adeò floruisse, ὡς ἐκείνου τοῦ χώρου ἀρετῆς διδασκαλεῖον, ἢ παίδων πρὸς ἕνα βλέποντων τὸν ἡγεμόνα, καὶ ἀρώντων τε ἐν ᾧ τι ὁρῶεν, καὶ λεγόντων ἓν ὅ, τι ἀκούσειν. Idem Synesius *ad Arcad. Imper. de regno*: Ὑπὲρ φιλοσοφίας ἐν ἤνυγμαι· καὶ εἴη γε τυχεῖν τῆς εὐχῆς, ἵνα Πλάτων ἐνξάμενος ἔκ τύχοιμι. ἐδοίμι σε τῇ βασιλείᾳ περιελησόμενα φιλοσοφίαν. Qod in Arcadio optaverat Synesius, in Justinian contigisse refert Apapetus in paran. Ἐφ ἡμῖν ἀνεδείχθη τῆς εὐζωίας ὁ χρόνος, ὃν προεῖπε τις ἢ πάλαι σοφὸς, ὅταν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσι· καὶ δὴ φιλοσοφίᾳ ἐξιωθεὶς βασιλείας, καὶ βασιλεύσας οὐκ ἀπέστη φιλοσοφίας. Cæterùm qod ille videre optaverat, iste vidisse-se profitetur, id in Marco nostro ab omnibus agnitum est. Haic etenim, Capitolino referente, *sententia Platonis semper in ore fuit: Florere civitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.* Nec in vita, qam in ore, minùs; qum, ut idem avtor est. *honoribus in sacris, philosophiæ operam vehementer dederit; tantúmqe in eo philosophiæ studium fuerit, ut adscitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen ad Philosophorum domos discendi caussâ ventitaret.* qod & Cassius etiam his verbis affirmavit, Λέγεται καὶ αὐτοκράτωρ ὤν, μὴ αἰδεῖσθαι, μηδ' ὀκνεῖν ἐς διδασκάλου φοιτᾶν. Qin & consipicatum hoc Lucium qendam, philosophum & ipsum, ad cœlum manibus sublatis, exclamâsse refert Philostratus in *Herode*, & ex Philostrato ovidas, Ὦ Ζεῦ, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηρᾷσκων ἤδη, Πλάτωνα ἐξαμάμενος, ἐς διδασκάλου φοιτᾷ ὡσεὶ οἱ παῖδες ; *Prob Jupiter, Romanorum Rex senescens jam, libro ad latus appenso, sicut pueri solent, ad præceptoris ædes itat* ! Verùm tantum abest ut hoc sibi Marcus dedecori putârit, avt à verè sapientibus ei notam aliqam attraxerit, ut contrà studium philosophiæ constans & indefessum nomen illi celeberrimum conciliârit. Itaq; non immeritò forsan & Diocletianus, Capitolino referente, *vitâ & clementiâ talem se cupere, qalis fuerit Marcus, etiamsi philosophia*

phiâ nec Plato eſſe poſſit, ſi revertatur in vitam. Qin & à Caſavbono noſtro ad Perſ. Sat. 1. elogio honoratiſſimo planè ampliſſimóq; iſto ornatur; *Sapientiſſimus ille Imperator Marcus,* ὁ ἐν βασιλεῦσι φιλοσοφικώτατος. In eam deniq; propter doctrinam virtutémq; exiſtimationem veniſſe dicitur, ut eo imperante ferrent palam, *Platonis implctum eſſe verbum, qo dicebat, Tum orbem terrarum feliciter habiturum, cùm contigiſſet ut Philoſophi rerum potirentur.* Fulgoſ. *memorab. l. 2. c. 5.* De Leone cognomine Sapiente, Baronius, *annal. tom. 10. ann. 911.* ubi orationem ejuſdem qandam piam admodum ac eruditam recitaverat: *Ità planè cùm vel Philoſophi Chriſtiani regnant, vel reges philoſophantur.* E noſtris, De Henrico I. Gvilielmus Malmesbur. *l. 5. Fuerunt illi (ut verè confirmo) literæ, qamvis tumultuariè libatæ, magna ſupellex ad regnandi ſcientiam, juxta illam Platonis ſententiam, qâ dicit, Beatam eſſe rempublicam, ſi vel Philoſophi regnarent, vel reges philoſopharentur.* Et de Jacobo Rege Andr. Dunæus, ἐν τῇ διξιώσει. Πέφυκα σωφρονεῖν ὁμοῦ, μεγάλη τε ἐξουσία καὶ ἀφ' ἡδονῆς φεύγοντος· ἧς συζυγίας ὀλίγοι γίνονται ἐν τῷ βίῳ μακαριώτεροι. ὃς ὅταν εἰς ταυτὸν τὸ φρονεῖν τε καὶ σωφρονεῖν ἡ μεγίστη δύναμις ἐν ἀνθρώποις ξυμπίπτῃ, τότε πολιτείας ἀρίστης, καὶ νόμων θείων τινῶν φύεται γένεσις, φησί που Πλάτων· Denique in hanc eandem mentem Doctores Hebræi: אִיזֹהוּ אָדָם רָאוּי לִמְלוֹךְ וְאֹמֶר חָכָם אוֹ מֶלֶךְ שֶׁיִּרְדּוֹשׁ הַחָכְמָה *Ecqis homo eſt regno dignus? vel ſapiens, vel rex ſapientiæ ſtudioſus.* Qanqam Platonis ſententiam illam, tot avtoribus tantisqe comprobatam, ridet exagirárqe multis apud Athenæum *dipnoſoph. l. 5,* Maſurius, Themiſtius etiam cenſuræ ſubjicere eſt avſus. Sic enim ille *ad Jovianum Imp. orat. 12.* Πλάτων μὲν οὖν, εἰ καὶ τἆλλα πάσῃ θείᾳ καὶ ἀϊδίῳ, ἀλλὰ τοῦτόν γε ἀστοχῶν ἀπεκαλυδωνίσθη τοῦ θεσπίσαντος λόγου, ὅτι μὴ φθάσειαν τὰ κακὰ λήξει τοῖς ἀνθρώποις, πρὶν ἂν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. Mox Ariſtotelem Platoni opponens, qi dixerit è contrario, φιλοσοφεῖν μὴ τοῦ βασιλεῖ, ἐκ ὅπως ἀναγκαῖον ἔσται, ἀλλὰ καὶ ἐμποδών· τὸ δὲ φιλοσοφοῦσιν ἀλυσιτελὲς ἐπιτιμᾶν, συμπεσὸν καὶ σύμπαν. hunc probans, ἔργων γὰρ ἀγαθῶν, inqit, τὸν βασιλέα ἐκκλησιν, ἐκ ῥημάτων. qsi in verbis, non in factis philoſophia conſiſtat. Concludit ipſe; Ἀγαπῶμεν δή, εἰ φανείη ποτὲ βασιλεὺς, ἐκ αὐτὸς αὐτεργὸν φιλοσοφίαν, τοῖς δὲ φιλοσοφοῦσιν ἀλλοῖος συμπειθὴς καὶ ὑπήκοος. Atqi à regibus ſacræ philoſophiæ, an theoſophiæ, ſtudium etiam codex divinus exigit, *Deut. 6. 17. v. 16, 17.* Cæterùm, miſſis his, qæ hîc Marcus, qî poſſint Lucio competere, non video, cujus vita, tum principis, tum & privati, à philoſophica diſciplina fuit ſemper alieniſſima.

Τὸ πεδητὸν περὶ τὸν ὦμον φίλων φιλεῖσθαι] Apad Livium *l. 22.* Acedux Hiſpanus; *vult ſibi quisqe credi; & habita fides ipſam plerumqe obligat fidem.* Et Seneca, *epiſt. 3. Fidelem ſi putaveris, facies.* De amore pariter habeas. Imò idem de utroqe Plut. in *præcept. conjugal.* Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πεδεῖν, δοκεῖν πεδᾶσθαι· καὶ τὸ φιλεῖν, φιλεῖσθαι.

Τὸ ἀνεπίκρυπτον] Verùm reverâ Capitolinus (qod & ſuprà non ſemel monuimus) ait fuiſſe *morum ſimplicium, & qi adumbrare nihil poſſet.* nec tamen eum eſſe exiſtimo, de qo Marcus iſthîc. Certè fratrem ſuum, qisqis is fuerit, talem Marcus hîc depingit, qalem Achillem (puto) Ennius apud Gellium *lib. 19. cap. 8.* —*eo ego,* inqit, *ingenio*

Natus ſum, amicitiam atqe inimicitiam in fronte promptam gerere. De Clearcho itidem Xenophon, *expedit lib. 2.* Τὸ ῥᾳδιον, τό τε φανερὸν αὐτὸ ἐν τοῖς πρόσπροις ἅπασιν φαίνεσθαι. vid. *l. 11.* § 15.

Τὸ μὴ δεῖσθαι σχεδὸν τοῦ φίλου αὐτὸ, πρὶν τί θέλει, ἢ τί ἂ θέλει] Contr. prorſus qàm Domitianus, qi χρυσίνους Dioni Caſſio prædicatur. & qàm Tiberius multò magis; qi ſenſus ità privatos obtegere eſt ſolitus, ut ancipiti eventu, qid expeteret, qid averſaretur, ariolari ſuos neceſſe fuerit, & graviſſimam ſæpe officiis eis offenſionem incurreret, qibus potiſſimùm demereri ſe poſſe ſperabant. Eum nobis ſic Caſſius *lib. 57.* depingit. Φύσει ἦν ἰδιωτάτη ἐπιέχοντο. ὥστε γὰρ ἂν ἐπιθύμει πρᾶξαι τί, καὶ ὧν ἔλεγε, οὐδὲν ὡς εἰπεῖν ἐβούλετο· ἀλλ' ἐναντιώτατος τῇ προαιρέσει τοῦ λόγου πολίτης, πᾶν τε ὃ ἐπόθει ἠρνεῖτο, καὶ πᾶν ὃ ἐμίσει προσεῖναι ἐπῄνει· ἀρχίζετό τε ἐν δίκῃ τινὶ ἐθυμοῦτο, καὶ ὀπτικὸς, ἐν ὅτῳ μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει εἶναι· ἤλεγε τε ἅ ἤθελεν, ὡς σφόδρα ἐπόλαζε, καὶ ἐχαλήνωτο, ὅτε σωφρόνως· τόν τε ἔχθιστον ὡς οἰκειότατον ὄζιν ὥστε ἐώρα, καὶ τῷ φιλτάτῳ ὡς ἀλλοτριωτάτῳ προσεφέρετο· τὸ τε σύμπαν, ἐκ ἦν τὸν αὐταρκέστατα καταδηλον ὂν φρονεῖ εἶναι· καὶ εἰ μὴ μόνα ταῦτ' εἶχεν, ἀφύλακτος ἂν τοῖς εἰς πᾶσαν αὐτὸ ἐλεύθερον ἦν· πρὸς γάρ τι τὸ ἐναντιώτατον πάντα ἀσαλαμβάνοντες, ἐκ τὸ ἴσον τὸ τῷ μὴ βάλλεσθαι δι' ἢ αὐτὸν τῷ πάνυ πεδεῖν, καὶ τῷ ὀργᾶσθαί τινι τὸ μὴ ἐφίεσθαι ἐνομίζον. ταῦτ' ἦν ἀρχίζετο, εἴ τις αὐτῷ σωφρονεῖν φαίνεσθαι ἐγίνετο· καὶ πολλὰς ἡδονὰς ἄλλο σοφίσαι, ἢ ὅτι σωφρόνησεν αὐτὸν, ἐγκαλέσαι ἔχων, ἀπώλεσε. ὥστε χαλεπὸν μὲν ἦν αὐτὸ σωφρονεῖν ποιεῖσθαι· πολλὰ γὰρ ἅπερ πρὸς τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ βελόμενον σωφρονοῦντες ὁι, ἐσφάλλοντο. χαλεπώτερον δὲ σωφρονεῖν τῷ τε γὰρ ἐπιπόθησιν αὐτῷ καταφρονεῖν, καὶ τότε καὶ ἀχθεσθαι αὐτῷ ἐκινδύνευον. μόνον ἦν, ὡς εἰπεῖν, ὅσῳ πᾶν ἀπαυθάδεστατον ὄζει, διεγένετο, ὃς ἔτ' ἠνάγκασε πῶς φύσιν αὐτῷ, ὥστ' ἠλεγξεν· ὥστε γὰρ, ὥστε πεδόσαντες αὐτὸ ἠπατήθησαν, ὥστε ἐνδεξάμενοι νοεῖν ἃ ἐκρεπεν, ἐμισήθησαν· πάνυ γὰρ πολλὰ ὄχλον παρεῖχεν, εἴ τέ τις ἐναντιοῦτο ὅτῳ ἤλεγεν, εἴτε καὶ συναίρεσθαι· τὰ μὲν γὰρ ἀληθῶς ἡμέσθαι, τὸ δὲ δοκεῖν βάλλεσθαι, πάντως τὸ πνεῦμα πρὸς

ἐκάστοτε ἐ-

ἑκάτερον ἐναντιωμένως εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο, τοῦ μὲν τῆς ἀληθείας, τοῦ δὲ τῆς δόξης ἕνεκα ἠχθαιρε. Sed & de Domitiano, Caſſius idem, *lib. 6, 7.* Καί τοι καὶ τοῦτο δεινότατον ἔργον, ὅτι καὶ κολακεύεσθαι ἤθελε, καὶ ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο, καὶ τοῖς θεραπεύουσι, καὶ τοῖς μή· τοῖς μὲν, ὅτι δωροδόκει, τοῖς δὲ ἔτι καλαφρονεῖν ἐδόκει.

§ 15. Παρήκλησε Μαξίμῳ] *Maximus me adhortatus eſt.* Xyl. Verùm additicium videtur [κλῆσις] illud. lego, Παρὰ, ut ſuprà. atqe ità citare comperio Iſ. Caſavbonum *ad vitam Marci.* Legere tamen videtur Salmaſ. *ibid.* Παρὰ Κατύλῳ καὶ Μαξίμῳ. Sed cum *Catuli* ſuprà § 13. meminerit, qare denuò, præter morem ſuum, eundem reponeret, cavſſam nullam video. minúsqe jam placere ſibi, qod olim voluerat, vir candidiſſimus profitetur. Meric. Caſ. Παρὰ Κλ. Μαξίμῳ, *à Claudio Maximo. Cl. Maximus* inter *Stoicos* à Capitolino recenſetur, qibus Marcus noſter in diſciplinam ſe dederit. Verùm nec viro clariſſimo ea lectio probatur; qum nec in aliis citandis duplici nomine ſit uſus, παρὰ Ἄππῳ, παρὰ Διογνήτῳ, παρὰ Ῥοῦφῳ, παρὰ Ὀκτάβιῳ, παρὰ Φρόντωνι, παρὰ Κατύλῳ. *Ergò & hic ſcripſit,* inqit, παρὰ Μαξίμῳ. *Et ſic legendum cenſeo.* Cui accedit & *ad Capitolinum* Caſavboni patris calculus, qi *ſolis cognominibus Catulum Maximúmqe* monet, *à Marco in hoc ſcripto nuncupatos.* Etiamſi avtem Μάξιμον Τύριον Evſebius in *canone chronico* (utì ex Georgio monacho patet, qi eundem tranſcripſit) inter Marci noſtri præceptores collocaverit; unde & ſupplendus videtur Marianus Scotus, apud qem *Maximi* nomen intercidit, *Tyrii* remanſit; vix adducor tamen ut credam qod Viri illuſtres Joſ. Scaliger *notis in Evſeb.* & Jac. Cappellus *hiſtor. Eccles. cent. 2.* avtumant, *Maximum* hunc, *Tyrium* illum eſſe, cujus extant διαλέξεις, cùm iſte qantus qantus eſt, totus *Platonicus* eſſe videatur, illum *Stoicum* extitiſſe conſentiunt avtores. Sed & *Tyrium* iſtum ſub Commodo, non ſub Marco, Romæ διατρίβαι Svidas prodiderit.

Τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ] *ut ſuo exemplo meipſum regerem.* Xyl. ad verbum, *ſe continere,* vel, *ſui continentem,* ſive *potentem eſſe,* ut Flaccus, *carm. l. 3. od. 29.* & Seneca, *ad Marc. c. 20.* vel etiam, *Sibi imperioſum,* ut Flaccus idem *Serm. l. 2. c. 7.*

Qinam igitur liber? Sapiens, ſibi qi imperioſus.

Sic κρατεῖν τῆς χειρὸς apud Plutarchum Ariſtides. de Themiſtocle qem peculatus reum agebat, ex Tragico an Comico aliqo;

Σοφὸς μὲν ἀνὴρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν.

Sapiens qidem vir, ſed manus non continens.

h. e. manum (à publico, ſive alieno) continere ac cohibere havd potis. Et κρατεῖν ὀργῆς. Dionyſius Halicarn. apud Stob. tom. 2. tit. 20. Ὅτι μεγάλης καὶ δοκούντος εἶναι καὶ ὄντος ἀνδρὸς τὸ κρατεῖν ὀργῆς, ἡ σοφία καὶ ἡ φυλακὴ τοῦ μὴ πταῖσαι μείζων. Ὀργῆς κρατεῖν dixit, qod ὀργὴ κατέχειν Menander.

Ὅσος τὸ κατέχειν ὅτι πλὴν ὀργὴ πόνος;

Cohibere qantus impetus eſt iræ labor!

Rex ſapientiſſimus, *Proverb. c. 16. v. 32. Potior eſt longanimis robuſtos & qi in animum ſuum imperium obtinet, expugnante civitatem.* Græc. Κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ· ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς, καταλαμβανομένης πόλιν. Optimè, Siqidem, ut Plut. *de ira cohib.* Ἀνδρῶπων μὲν κρατῆσαι, καὶ χείρους βελτίονων, ἔστηξε· τὸ δ' ἐν ψυχῇ κῦσαι καὶ δυμὸν πρᾶσαι, μεγάλης ὄντι καὶ νικητικῆς ἰσχύος. Socratis dictum eſt, à Stobæo relatum tom. 1. *l. 2. tit. 7.* μείζονα μὲν ἀρχὴν εἶναι τὴν βασιλείαν, ἀείσην δὲ τὸ ἑαυτὸν ἄρχειν. & de Alexandro Plut. τὸ νικᾶν τοὺς πολεμίους, τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγεῖτο. Seneca, *de Benef. l. 5. c. 7. Gentes facilius eſt barbaras impatientésqe alieni arbitrii regere, qàm animum ſuum continere, & tradere ſibi.* &, *epiſt. 75. Hæc eſt abſoluta libertas, in ſeipſum habere maximam potcſtatem. inæſtimabile bonum eſt ſuum fieri.* Et, *epiſt. 113. Sibi imperare maximum eſt imperium.* Et, *qæſt. nat. l. 3. Nulla major eſt victoria, qàm vitia domuiſſe. innumerabiles ſunt, qi urbes, qi populos habuere in potcſtate; pauciſſimi, qi ſe.* Horat. *Carm. l. 2. od. 2.*

Latiùs regnes avidum domando
Spiritum, qàm ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterqe Panus
Serviat uni.

Et Clavd. *de 4. Conſ. Honor.*

--tunc omnia jura tenebis,
Cum poteris rex eſſe tui.--

Rectius enim is appellabitur Rex, (qi hoc præſtiterit,) *qàm Tarqinius, qi nec ſe nec ſuos regere potuit.* Cic. *de fin. l. 3.* Dio Pruſ. *Orat. 49.* Τοῦτό γε ὄντως φιλοσόφου τὸ ἔργον, ἡ ἐμοὶ δοκεῖ. Τῷ δὲ τῷ ἀρχικῷ ταύτῳ ἰσχυρῶς καὶ ἐλευθερίως ἔχοντι, ὡς χθεσινὸν ἤδη καὶ συμπάντων ἀνθρώπων χρεπτῷ γίνεται. Et rurſus, Ὁ τοίνυν φιλόσοφος αἰεὶ αὐτοῦ ἄρχει· ὁ τῷ παντὶ χθεσπότερον, ἢ συμπάντων μὲν ἑλλήνων, συμπάντων δὲ βαρβάρων βασιλεύειν. Vide *l. 2. § 2. & l. 11. § 29.*

Κατὰ μηδὲν παίροσον] ità Baſil. Verùm παίροσον vox eſt navci. παῤῥοσον D. Junius vult. qod Xyl. etiam legiſſe videtur, qum *præcipitem* vertit. Eſt enim παῤῥοος proprie qi *tranſverſus abripitur*; eíqe optimè opponitur, qi in ſuo ſui imperio ſe continet. ità Herodian. *l. 8.* de qibusdam qi fluvium tranare volentes in aqas unâ cum eqis ſe dederant, παρενεχθέντες ἀπώλοντο. *Vi fluminis abrepti pericrant.* indè ἡ παραῤῥοὴ à torrente flumine tranſlatum, *l. 5. § 23. & l. 12 § 14.* ὁ κλύδων παραῤῥεῖ, *æſtus abripere,* dicitur. at Lugd. παίροσον exhibet. qod ſecutus M. Caſavb. *circumactum*

ωναίτιον reddidit. atque ità ἀριφράδης etiam usurpatur ab Apostolo, de hominibus instabilibus, qi cùm judicio certo nulli nitantur, ab aliis facilè circumaguntur, *ad Ephes. c. 4. v. 14.* κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας. metaphora ducta à navibus ἐνδρομαπίσεις, uti priùs dictum, ad § 8. Sed prius illud magis arridet. Vide *l. 2. § 7.*

Ἐν ταῖς ἄλλαις ἀριστάσεσι] ἀριστάσεις istîc, ut Galeno supra ad § 12. adducto, pro *rebus* ejusmodi nos *circumstantibus*, qæ negotium nobis molestiámque aliqam facessant. de qa vocabuli hujus significatione dicetur ulterius ad *l. 9. § 13.*

Τὸ εὔκρατον τῆ ἤθει] *mores benè temperati.* sive *morum insigne temperamentum.* De Avfidio Cicero *ad famil. l. 12. ep. 37. Est autem ità temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate jungatur.* Idem de Lentulo *ad Attic. l. 4. epist. 6. Virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi, multâ temperatum humanitate.* Tractum videtur ab aëris constitutione temperata, qando nec æstu torret, nec vexat frigore. Æschines (hujus enim esse docent Laërt. Athen. alii) *Axiocho:* ὅτε μὲν χεῖμα σφοδρὸν, ὅτε δὲ καῦμα ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος αἰὴν κεῖται, ἀπαλαὶς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀναπυρούμενος. Potest & à vino aqâ mitigato. in qibus miscendis si justa ratio habita fuerit, (artis autem id esse docet Athenæus *l. 10.*) ἀφαιρῆσει ἡ κρᾶσις τὸ ὄινῳ τὸ βλάπτον, ὑ συναιροῦσα τὸ χρήσιμον. Plut. *de leg. poet.* Inde δίνῳ εὐκρατῶ, Polluci *l. 6. c. 3.*

Οὐ φαῦλος καὶ ἐργαστικὸν τῆς πραγματείας] *Ut qæ instituissem, expeditè, nec magnâ cum molestia perficerem.* Xyl. *Negotia, quæcunque ea fuerint, cùm exquisitè, tum sine ciritatione, exeqi.* M. Casavb. Εόqe sensu τὸ καθράζειν usurpâsse Xenophon videtur, *memorabil. 4.* Καίτοι γε τοσούτῳ ταῦτα ἐκείνων δυσκαθαρτότερα φαίνεται, ὅσῳ καὶ πλειόνων περὶ ταῦτα πραγματευομένων, ἐλάττους οἱ κατεργαζόμενοι γίγνονται. Thucydides etiam *l. 4.* Οὕτω τῆ παρούσῃ εὐτυχίᾳ χαίροντες, ἧσσον σφίσι μενεῖ ἐπιβουλεύσει, ἀλλὰ καὶ τὰ δυνατὰ ἐν ἴσῳ καὶ τὰ ἀπροσδόκητα μεγάλη τῆ ὁμοίως καὶ ἐκ δυσκόλου παρασκευῆ καθράζειν. Vide *l. 9. § 12.* Usurpatur & de cibis digerendis concoqendisqe: unde alimenta εὐκατέργαστα, *concoctu facilia*, & δυσκατέργαστα, *concoctu difficilia*, in medicorum scriptis frequentissima. & indè forsan mutuatum fuerit.

Πρὸς αὐτὸν ἀπεδίδου] De Xenocrate Laërt. *l. 4.* Ἦν δ' καὶ ἀξιόπιστος σφόδρα. ὥστε μὲ ἐξὸν, ἀνώμοτον μαρτυρεῖν, τότῳ μόνῳ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι. *Tantæ apud suos fidei existimationem obtinuit, ut qod nemini cuiqam alioqi licitum, huic etiam injurato testimonium perhibere Athenienses permitterent.* Vide *ad l. 3. § 5.* Eâdem ferè apud eosdem avtoritate fidéqe pollebat Aristides; sed & apud Romanos Cato Uticensis. Unde factum, ut de rebus fide omni prorsus indignis παροιμιωδῶς diceretur, Τοῦτο μὴ δῆτα Κάτωνος λέγοντος πιθανὸν ἄν εἴη. *Hoc nec Catone prædicante fidem meretur.* Plut. *in Caton.* Malè avtem Xyl. istîc, *Dicebat sibi verba facienti*, &c. qasi hoc de se prædicâsse Maximus diceretur, qod tam à Maximi moribus qàm & à Marci mente alienum est.

Ὅτι ὁ κακῶς περίπη] Geminum de Jesu nostro elogium populi apud *Marc. c. 7. v. 37.* καλῶς πάντα πεποίηκε. Sed & de Davide dictum *hist. Regum l. 2. c. 3. v. 36. Populo rectum videbatur, qicqid rex fecerat.*

Τὸ ἀθαύμαστον καὶ ἀνέκπληκτον] alterum horum interpres Ang. omisit. Vide *l. 12. § 13.* Zenonis placitum est apud Laërt. *l. 7.* τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν. Qin & Zenone prior Democritus apud Stob. *tom. 2. tit. 3.* Σοφίαν ἀθάμβου, ἀξίαν πάντων καὶ πιστάτην, pronunciavit. Nec Democrito in hoc prorsus qicqam adversatur Heraclitus; Βλαξὶ ἀνθρώποι ὁμοῖ παντὶ λόγῳ ἐπιπλῆξαι φιλεῖ. qod usurpat Plutarch. *de Poet. leg. c. 10.* & *de audiend.* Verùm illi moderantiùs. At utroqe isto antiqior longè Pythagoras, Zenoni planè σύμφυτος, hunc sese ex philosophia fructum percepisse professus est, τὸ μηδὲν θαυμάζειν, *qòd nihil admiraretur, sive qòd nihil admiratione suâ dignum duceret.* qod tamen perperam à qibusdem acceptum monet Plut. *de audiend.* Hinc Horat. *l. 1. epist. 6.*

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solâque, qæ possit facere & servare beatum.

Ex adversum tamen Plato in *Theæteto:* Μάλα φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη· καὶ εἰκὸν ὁ τὸν Ἶριν Θαύμαντος ἐκγονον φήσας, οὐ κακῶς ἠμφεσβήτει. Cui & Clemens Alex. calculum contribuit suum, *Stromat. l. 2.* Τῆς ἀληθείας ἀρχὴ, inqit, τὸ θαυμάζειν, ὡς Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ λέγει. καὶ Ματθαῖος ἐν παραδόσει παραινῶν, Θαύμασον τὰ παρόντα βαθμὸν τοῦτον φησὶν τῆς ἐπικεκινημένης ὑποθέμενος. ἢ κἂν τῷ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίῳ, Ὁ θαυμάσας, βασιλεύσει, γέγραπται· καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαύσεται. Nec in hac parte à Magistro suo dissentiens Aristot. τῆς μὲν τὰ φυσικὰ, *l. 1. c. 2.* Διὸ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς τὰ πρόχειρα τῆς ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν προϊόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες. Et mox: Ἄρχονται μὲν οὖν ἀπὸ τῆ θαυμάζειν πάντες. Verùm conciliari poterunt istæ, qæ ex diametro repugnare sibi invicem videntur, sententiæ; si de tirone philosopho, Platonis istud, de veterano sapientiæ jam apicem summum assecuto, priora illa acceperimus. Cyrus deniqe Persas suos ità instituisse refert Xenophon, *l. 8.* Ὡς μηδὲ μεταστρεφόμενοι φαυλοὶ εἶεν, οἷς οὐδὲν θαυμάζουσιν.

Καὶ μηδαμῆ ἐπιτρόμους, ἢ ὀκνεῖν] qod *l. 7. § 69.* dixit,

69. dixit, *μήτε σφύζειν, μήτε ταραχῆν.*

Ἠμπεχανεῖν] ἀμηχανεῖν proprie *in eis esse angustiis, è quibus nullâ ratione, nullâ machina expedire vel extricari te possis.* itaq; verto, *perplexum esse.*

Ἠ σφοδρότητος] Suspecta vox. forsan σφοδρότερος, ut gemina litera altera excriptoris vitio exciderit, qo modo in σφοδροποιεῖσθαι, *l.* 4. § 16. Xyl. *neque mœstitiæ, neq; gaudii nimium.* Cas. *ridere*, vertit; sed ità ut *risûs excessum* designet. Mihi aliò inclinat animus. σοφρόνως est quod Latinis, *ringi*, vel etiam *dentibus* venire. usurpatur plerumque de *risu simulato*, qualis eorum, qui Græcis antiqis γναθμοῖς ἀλλοτρίοις, recentioribus ξενικῆς παρειᾶς γέλωτι, utì Eustath. *ad Odyss. σ'. malis alienis ridere*, Latinis dicuntur, ut Flacco *Sat.* 3. *lib.* 2. vel etiam de *indignatione, dissimulata* qidem, sed qæ istiusmodi oris habitu se prodat, qi cùm *risum*, vel *irrisionem præ se ferat*, ab animo tamen exacerbato proveniat. ità *ringi* Latinis, non simpliciter *irasci*, utì exiliter nimis Nonius, sed *tacitum stomachari, cùm aliud præ se ferat*, utì Donatus, in Terentiano illo *Phorm.* 2. 2. ubi *risui vero* opponitur;

——*ille ringitur, tu rideas.*

Sidonius *carm.* 23. *v.* 87.

Multùm ringitur otiosa virtus.

Marcus noster *l.* 11. § 18. Τὸ ἐυμβὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ σοφιστὲς, μηδ' ὑπόκρισις. *Si verum ac genuinum fuerit, non personatum & mentitum.* quæ eorum, qi vultu orisqe habitu externo offensionis speciem nullam læsi proferunt, sed injuriarum despectum qendam præ se ferunt, cùm animus tamen intùs odiis occultis æstuet. Apud Svidam, Procopius, opinor, Ἐν τοῖς ἀνεκδότοις, Λίαν γὰρ ἐς αὐτὸν ἡ Θεοδώρα ἠγειλάνθη καὶ ἐστόμωτο. *Valdè adversus eam exacerbata erat, & ringebatur.* ut sit istic σφοδροστομῶναι, sive σοφρόνως πρός τι. *ad rem aliquam*, sive *ad occasionem aliquam ringi*, hoc est, vel exacerbari, vel renidere aliqem, ad risum qendam adscititium composito vultu, cùm animo tamen angeretur. id qod *affectationem caninæ æquanimitatis stupore formatam*, nuncupâsse videtur Tertull. *de Patient. c.* 2.

Καὶ τὸ συγγνωμονικὸν] De Demonacte Lucianum vide ad *l.* 5. § 22. Præclara sanè Catonis majoris, referente Plutarcho, vox illa, Πᾶσιν δεῖ τοῖς ἁμαρτάνουσι χωλὸς ἑαυτὸν δοῦναι συγγνώμῃ. Cui gemina Plinii minoris ista, *l.* 8. *epist.* 22. *Optimum & emendatissimum existimo, qi cæteris ità ignoscit, tanqam ipse quotidie peccet; ità peccatis abstinet, tanqam nemini ignoscat.* Concinna & Senecæ illa, *de benef. l.* 1. *c.* 10. *Hoc tu cave, tanqam maximum crimen, nè admittas: ignosces tanqam levissimo, si admissum est.* &, *ad Mart. c.* 4. *Nec qicqam pulcrius existimo in fastigio collocatis, qàm multarum rerum veniam dare, nullius petere.* In qam ferè sententiam de Marco Dio Cass. *l.* 71. Αὐτὸς μὲν ἁπάντων σφῶν ἁμαρτημάτων ἀπεῖχεν, καὶ ὅτε ἔκων ὅτε ἄκων ἐπλημμέλει· τὰ δὲ δὴ σφῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς, ὥφερε, καὶ ὅτε ἐπολυπραγμόνει, ὅτε ἐκίλαζε. Cæterùm Stoicorum placitis ista adversari prorsus videntur. Censent siqidem illi ut Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* sapientes, ἐλεήμονας μὴ εἶναι). συγγνώμους τε ἔχειν μηδενί. Et Stob. Collectan. *tom.* 2. *tit.* 46. Φασὶ μηδένα συγγνώμων ἔχειν μηδενὶ, τὸν νοῦν ἔχοντα· καὶ διόλου λέγειν τὸ μηδὲ συγγνώμων ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσι. Hæc tum commemorat, tum & exagitat Cicero *Orat. pro Murœna. Fuit quidem summo ingenio vir Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. hujus sententiæ sunt & præcepta hujusmodi; sapientem gratiâ nunqam moveri; nunqam cujusqam delicto ignoscere. neminem misericordem esse, nisi stultum & levem. Viri non esse, neqe exorari, neq; placari.* Et mox: *Supplices aliqi veniunt, miseri & calamitosi? sceleratus & nefarius fueris, si qidqam misericordiâ adductus feceris. Fatetur aliqis se peccâsse, & ejus delicti veniam petit? nefarium est facinus, ignoscere; exorari, scelus; misereri, flagitium.* Et rursus sua illorum præceptis opponens. *Nihil ignoveris. Imò aliqid; non omnia. Nihil gratiæ cavsâ feceris. Imò nè resistito* [al. *persisto*] *gratiæ, cùm officium & fides postulabit. Misericordiâ commotus nè sis. sed tamen est etiam in dissolvenda severitate laus aliqa humanitatis.* Agnoscit, sed explicare ac mollire conatur Seneca *de clement. l.* 2. *c.* 5. *Scio malè audire apud imperitos sectam Stoicorum tanqam nimis duram. Objicitur enim illi, qod sapientem negat misereri, negat ignoscere. hæc si per se ponantur, invisa sunt. videntur enim nullam spem relinqere humanis erroribus, sed omnia delicta ad pœnam deducere. Qod si est, qid hâc sectâ durius, qæ dedisscere humanitatem jubet, portumqe adversus fortunam certissimum, mutuum auxilium eludit? sed nulla secta benignior leniórqs est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior.* Et, *c.* 7. *At, qare non ignoscat, dicam. Venia est pœnæ meritæ remissio. ei igitur ignoscitur, qi puniri debuit. Sapiens autem nihil facit, qod non debet; nihil prætermittit, qod debet. Itaqe pœnam, qam exigere debet, non donat: sed illud, qod ex venia consequi vis, honestiore tibi viâ tribuit. Parcit enim sapiens, consulit, & corrigit. idem facit, qòd si ignoscere, nec ignoscit. qoniam qi ignoscit, fatetur aliqid se, qod fieri debuit, omisisse. Aliqem verbis tantùm admonebit, pœnâ non afficiet, ætatem ejus emendabilem intuens: aliqem invidiâ criminis manifestè laborantem, jubebit incolumem esse; qia deceptus, qia per vinum lapsus: hostes dimittit salvos; aliquando etiam laudatos, si honestis causis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti sunt. Hæc omnia non veniæ, sed clementiæ opera sunt.* Verùm hæ sunt Stoicorum argutiolæ spinosæ, & subtilitates supervacaneæ, qas Marcus noster, solidior qàm subtilior, minùs curâsse videtur: imò meræ sunt, Senecâ ipso censente, λογομαχίαι. Sic enim ipse demum

ibidem.

ibidem. De verbo, ut meâ fert opinio, quæstio est; de re quidem convenit. Sed de istis ampliùs, ad *lib. 2. § 13.* De Pio certè Capitolin. *Ad indulgentias promissimus fuit.* Et, *His quos Adrianus damnaverat, in Senatu indulgentias petiit.* Idémque de Marco. *Fuit per omnia moderatissimus, in hominibus deterrendis à malo, invitandis ad bona, remunerandis copiâ, indulgentiâ liberandis: fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos: moderatè etiam cavillationes nonnullorum ferens.* & rursus: *Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minori supplicio quàm legibus plecti solent, puniret: quamvis nonnunquam contra manifestos & gravium criminum reos inexorabilis permaneret.* Κἂν ἄρα συμβῇ ποι τῶν τιμωρίαν ὑποσχεῖν, ὑ τὸ παθεῖν ἢ δίκαιον δίκαιον δεινὸν νομίζουσιν, ἀλλὰ μὴ μείζω σφαττωθεῖν, κἀρδος πίθητω Aristid. de eodem. De Agricola Tacitus: *Omnia scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœnâ semper, sed pœnitentiâ sæpiùs contentus esse.* Vide infr. § 16. τὸ ἥμερον.

Καὶ ἀδιαφθορα μᾶλλον ἢ δοξοκωφία φαντασίαν παρέχειν] *magisque constantiam erroris securam, quàm erroris correctionem præ se tulisse.* Xyl. obscuriùs pavló. Hoc vult. Cùm sit prima felicitas, à recti norma nè minimùm quidem, vel discedere, vel distorqueri: secunda, siqis qoqo modo deflexerit, ὡς δοκοφῶσιν χρῆζειν, (ut ipse de se dixerat, supra § 7.) ad rectitudinis statum pristinum denuò reduci; quùm, *quod naturâ bonum est, neque emendari, neque corrigi se poscat*, ut *l. 2.* Arnobius; eam in Maximo rectitudinis firmitatem & stabilitatem extitisse, ut ope alterâ istâ nihil opus habuerit, τῶν δόξαν ὑ δεχόμενον, quod de Deo Aristot. *de mund. c. 6.* ità saltem *in bonum transfiguratus*, ut *nihil in eo supereſſet, quod mutandum videretur*, ut Seneca, *epist. 6.* In quem eundem sensum & illa accipi possunt, quæ habentur *l. 3. § 5.* Ὀρθὸν ἂν εἴη χρὴ, ὐχὶ ὀρθούμενον. Et *l. 7. § 7.* Ὀρθός, ἢ ὀρθούμενος. Neque enim ἀδιαφθορίαν sive *pertinaciam* illam Marcus noster in Maximo aut offenderat, aut si offendisset, prædicaret; quâ nihil in natura sua magis laudare ac probare palam profitebatur, portentum illud hominis, Cajus Caligula, ut Sveton. *l. 4. c. 29.* cùm nihil sit hâc magis aut devitandum, aut detestandum; ab eâque Marcus & ipse se cum primis abhorrere docet, *l. 6. § 21.* & alios itidem seriò sedulóque dehortetur, *l. 4. § 12.*

Ὅυτε ὑπομένειν ἂν χρείττονα αὐτῶν ὑποληφθεῖν] Miranda de hominis præstantiâ aliorum omnium consensio, cui nemo qisqam deprehensus est, qi exæquare se aut sus esset. Stupenda etiam, non suspicienda duntaxat, in tanta universorum existimatione, hominis modestia, qi neminem qenqam unqam neglectui aut despectui habuerit.

Καὶ τὸ εὐχαριστικὸς] Nec occurrere alibi vocem hanc existimo; & hoc loco mihi suspecta est planè. Siquidem χαριεντισμὸς sive urbanitas, parum distare videtur, vel ab ἀστειολογία, qam repudiat Marcus suprà § 7. vel à κομψείᾳ etiam, qam non semel damnat *l. 3. § 5.* & 8. & *l. 4. § 51.* unde τὸ χαριεντίζεσθαι καὶ τὸ κομψεύεσθαι à Platone conjunguntur, *polit. l. 4. εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψεύοιμην.* qin & Svidas τὸ καταφρονεῖσθαι exponit per χαριεντίζεσθαι. qod Marco itidem in vitio ponitur, *l. 5. § 5.* forsan tamen existimaverit qis, τὸ εὖ istud adjectum, urbanitatem ità condire posse, ut suo modo, suáque tempestate adhibita, (qod non observant οἱ χαριεντιζόμενοι ἐν μὴ χαριεντι καιρῷ, uti Dionys. Halic. in *Lysia* loqitur) etiam citra Stoicæ severitatis violationem ullam locum suum obtineat. qum τὸ εὐχαρι in Pio prædicet ipse infr. § 16. Xyl. *liberaliter qoque facetum esse.* qod tam à Maximi instituto, qàm & à Marci, puto, ingenio, aberat procul. Verùm ego Marco ipso avtore, τὸ ὑ χαριεντίζεσθαι rescribere non dubitem; atqe ità Marcum ipsum scripsisse, pignore etiam interposito, contendere avsim. τὸ χαριεντίζεσθαι certè in seqiorem partem usurpari, docent, cum ex Aristophanis illo, χαριεντίζειν (πίζειν f.) καὶ καταπαίζειν ἁμᾶ καὶ βωμολοχεύεσθαι. apud Etymologum & Svidam; qi & χαριεντιζόμενοι exponunt εὐτραπελευόμενοι, σκώπτοντες. tum & ex Glossario, ubi χαριεντίζεσθαι, *Carinari. Carinari* autem in Isidori *Glossis* est *illudere.* Et *Carinantes* apud Festum, *probra objectantes*, sive *objicientes.* qibus accedit, qod *Carinare*, Servius *ad Æn. l. 8. obtrectare.* adductis Ennii illis,

--neqe me decet hanc carinantibus cdere chartis.

&, *Contra carinantes verba atqe obscœna profatus.* ubi in priore versu pro hanc, haic, sive hæc Merula; in altero, pro *atqe, aiqè*, sive, *aqè*, Castricomius legendum censet. potrò *Carinare à navium carinis dictum* vult Festus, an hujus mutilator Pavlus; *qod ut infima navis pars carina, ità sortis infimæ homines, qibus scommata id genus jaccre usus esset.* at Jos. Scaliger, & hunc secuti Merula *ad Ennium*, & *ad Strabonem* Casavbonus, *carinari* Latinis eodem modo dictum statuunt, qo Græcis γαυλίζειν. nec indicant tamen unde nominis id tractum velint. à *Carinis* ne loco in urbe sic dicto; an à *navium carinis*, ut ad navtis usitata convitia respiciat, de qibus Flaccus serm *l. 5 at. 5.*

Tum pueri nautis, pueris convicia nauta
Ingerere. nam Festo qæ tribuitur notatio nec navci est. ego sanè à χαριεντίζεσθαι ipso *carinari* vel deductum, vel corruptum, nullus ambigo.

§ 16. Τῷ πατρὶ] *Patrémne* velit naturalem, *Annium Verum*, de qo suprà § 2. an adoptivum, *Antoninum Pium*, ambiget forsan qispiam. Verùm hunc potiùs designatum existimem, cùm qia ille, Marco nostro impube adhuc, excessisse videtur; ut ex Capitolino conjicere est; tum qia hæc eadem (qæ

&

& magna ex parte ſunt principis potiùs, quàm privati hominis, virtutes) pleraque ferè de Pio enunciata deprehenduntur *l.* 6. § 30. idem ſtatuit & Caſaub. *ad Marci vitam.* Interim falſus eſt Theodoretus, ſi Pii gnatum Marcum exiſtimavit, quod verba ipſius ſonare videntur, *therapeut. l.* 9. ubi poſtquam de Hadriano dixerat, Καὶ Ἀντωνῖνος, inquit, ᾧ Βῆρος ὁ ἐξ ἐκείνου. & Acciaiolus, *Antoninum qi Hadriano ſucceſſit, qiqe ex eo genitus eſt Verus.* Marcum enim potiùs quàm Lucium deſignatum opinor, cùm eò loci, tum & operis ejuſdem *l.* 6. ubi Imperatorum Series ità degeritur, Ἀδριανὸς, ᾧ Ἀντωνῖνος ὁ πρῶτος, ᾧ Βῆρος, ᾧ Κόμμοδος. Cæterùm de Vero nevtro verum eſt, ex *Pio* ſuiſſe *genitum.*

Τὸ ἥμερον] De Pio, Capitolin. *Erat moribus clemens, ingenio placidus & mitis. Nulli acerbus, cunctis benignus.* Eutrop. Et Avr. Victor. *Adeò manſuetus, ut inſtantibus patribus, ad eos, qi contra eum conjuraverant, perſequendos, compreſſerit quæſtionem. uſqe eò autem mitis fuit, ut cùm ab inopia frumentariæ ſuſpicionem lapidibus à plebe Romana perſtringeretur, maluerit ratione expoſitâ placare, quàm ulciſci ſodibionem.* Marcum pariter prædicat Galenus in *comment. de libr. ſuis,* ἐυγνάμονά τε ᾧ μέτριον, ἥμερόν τε ᾧ πρᾶον. Clementiam Marci celebrat cum aliis & Capitol. Sed præcipuè Ariſtides & Dio. Ille *orat. in Regem;* Ὦ γὰρ, inqit, πλημμύτης ὁ Σαυλὸς, ἡμερότητι ᾧ ἐπιεικείᾳ διενήνοχεν ἁπάντων βασιλέων. Iſte in *Marco,* ὅτι π, inqit, καθαρεὺς δὲ πάντων, ᾧ χρηστὸς, ᾧ ἐυσεβὴς ἐγένετο, ὡς ἔχαλε τῇ βελῇ μηδένα ἧ Καισάρων συναριθμεῖσθαι πεθνάναι. Μὴ γὰρ γένοιτο, ἔφη, μηδένα ὑμῶν ἐπ' ἐμοὶ, μήτε τῇ ἐμῇ, μήτε τῇ ὑμετέρᾳ ψηφῷ σφαγιάσαι. ᾧ τίλος ἔφη, ὅτι ἂν μὴ τύτο πάθω, σοῦσον ὀφεῖς τὸν θάνατον. Unde in Senatu acclamatum ei refert Vulcat. in *Caſſ. Antonine pie, Dii te ſervent. Antonine clemens, Dii te ſervent.* Vide *ſuprà* § 15. Τὸ συγγνωμονικόν.

Μανθάνων ἀσκήσαντος ὑπὸ ἧ ἐξαπατώντων κολάζεσθαι] Ità *l.* 6. § 30. Τὸ ἀκριβὲς ἧ κατὰ λόγον περιττοῦ ἀνθρώπου. Verùm cave iſtic intelligas ἀκριβολογίαν illam, quam Cajum Imperatorem in ſe maximè probaſſe, ex Svetonio ſuprà monuimus, ad § 15. aut Neronis etiam pervicaciam, dixerim an præcipitantiam obſtinatam, cui illud Caſſio referente, ſubinde in ore, Πρεῖ ὧν ἄν ἀπολέσῃ τι εἴπω, μηκέτι μι αὖθις πύθῃ. Siquidem ut Seneca, *de benefic. l.* 4. *c.* 38. *Hoc verò ſuperbæ ſtultitiæ perſeverantia eſt, Quod ſemel dixi, galecunq; eſt, fixum ratúmq; ſit.* Quomodo apud Antiphanem ille in *Gorgybo,* referente Athenæo *l.* 8.

Ἥτίον γ' ἀποτείλω ἐν, ὧν πρεσβιλέμιλω,
Ἢ Κομμοδείων γλαύκα πρὸς τὸν κεραμέον.

Nec ſtultitiæ tantùm, ſed & inſcitiæ proprium. Syneſ. *in calvit.* de plebe imperita: Καὶ γὰρ ἀμαθεῖς ὄντες, ἰσχυρογνώμονές εἰσι, ᾧ χαλεποὶ πρὸς ἅπαντα ἀπόπτων προλήψεων ὧς' ἂν τις ἧ πατείαν παρελκύσῃ, παρὰ πόδας τὸ κάρτιον. Verùm rationibus veris certisque ſubnixam conſtantiam intelligit in rebus accuratè perpenſis, & veritati æquitatiq; conſentaneè conſtitutis. Rectè Seneca *epiſt.* 23. *Conſtituendum eſt quid velimus, & in eo perſeverandum. Nam illi, qi ex aliis propoſitis in alia tranſiliunt, ave nè tranſiliunt quidem, ſed caſu quodam tranſmittuntur, quomodo habere quidqam certum manſurúmve poſſunt?* Et, *de beat. c.* 8. *Fidens ſit animi: ſed fiducia ejus non ſine ſcientia ſit, non ſine conſtantia. ità maneant illi ſemel placita, nec ulla in decretis ejus litura ſit.* A conſtantia certè laudat Pium Capitolinus; utì mox videbitur. Verùm de argumento iſto habetur elegans ſanè Epicteti diſſertatio apud Arrian. *l.* 2. *c.* 15. ubi inter alia hæc habet. Τοῖς κειθοῖσιν ἐμμένειν δεῖ, ᾧ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀρθοῖς. —— ᾧ θέλεις τὼ ἀρχὼ πρῶτον ᾧ τὸν θεμέλιον, τὸ κεῖμα σκέψαδε, πότερον ὑγιὲς ἢ ὐχ ὑγιὲς, ᾧ ἔτω λοιπὸν ἐποικοδομεῖν αὐτῷ τὼ ἀυτοτέλειαν, τὼ ἀσφάλειαν; ἂν ᾗ σαπρὸν ὑποσύσῃ ᾧ κατασπᾶσον, ὐκ οἰκοδομιμά τι ἔσν, ὅσω ἂν πλέονα ᾧ ἰσχυρότερα ἐπιθῇς, τοσύτῳ θᾶττον καθενεχθήσεται. Vide *ad l.* 8. § 16.

Τὸ ἀκαταδόκητον πρὸς τὰς δοκούσας τιμάς] idem & *l.* 6. § 30. De Pio Victor. *Appetentiâ gloriæ carens & oſtentatione.* Qin &, Capitolino teſte, *menſes Septembrē aiq; Octobrem* cùm *Antoninum atqe Fauſtinum* (ab ipſius uxorisq; ſuæ nominibus) *appellandos decrevisſet Senatus, id Antoninus reſpuit.* quamquam cæteroqin honoris ſibi ſuísve ab eiſdem oblatum delatúmque, quod legitur, aſpernatus. Vide *infrà,* § 17.

Τὸ φιλόπονον] Verùm iſta potiùs Ælii Adriani laus fuerit, de qo Victor: *Immenſi laboris: qippe, qi provincias omnes pedibus circumierit; agmen comitantium prævertens.* Sed & hanc laudem etiam Marco tribuit Dio: Vide *infrà ad illa,* ἐ περιπίσῃ. Capitolinus item verbis illis: *Magno igitur labore, etiam ſuo, gentes aſperrimas vicit.*

Τὸ ἀκριτικὸν ᾧ ἐχόντων τι κοινωφελὲς εἰσφέρειν] De eodem *l.* 6. § 30. Τὸ ἀνεκλείπτως ἀνθιστάνοντων παρρησιαστικῶς τοῖς γνώμαις αὐτοῦ, ᾧ χαίρειν, εἴ τις δεινότερος βάλποι. Optimè Agamemnon *Iliad.* Ξ'. *v.* 107.

Νῦν δ' εἴη, ὅς τις ᾗ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσσοι,
Ἢ νέῳ, ἠὲ παλαιός· ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.

Sophocl. Antigon.

Ἄναξ, σὺ τ' εἰπὲ, εἴ τι καίριον λέγει,
Μαθεῖν, σὺ τ' αὖ τῶν δ'· εὖ γὰρ ἐρρῆσθ' ἀμφοῖν ἔπη.

Et rurſus:

Μὴ νῦν ἐν ἡδονῇ μόνον ἐν σοὶ τὸ φέρειν,
Ὡς φῂς σὺ, κ' ὐδὲν ἄλλο, τῶτ' ὀρθῶς ἔχειν.
Ἀλλ' ἄνδρα, κἂν τις ᾗ σοφὸς, τὸ μανθάνειν
Πολλ' αἰσχρὸν ὑδὲν, ᾧ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.

Et denuò,

Καὶ ᾧ λεγόντων ἓν, καλὸν τὸ μανθάνειν.

Et

Et ibid.

Ἓν σοὶ φρονῆσαι, ξυνὸν λέγω τὸ μὴ δόξαν
Δ' εἶδέναι ἓν λόγοισιν, εἰ κἀφ' ἓν φέρει.

Anacharsis apud Plutarchum in *Sympoſio*, cùm qæreretur, ecqid regem maximè illustrem faceret, respondisse dicitur, Εἰ μόνος φρόνιμος εἴη. *Si ſolus ſapuerit.* qod mihi videtur à ratione qàm longiſſimè diſſitum. Itaque malim, qod Stobæus exhibet *tom. 2. tit.* 48. Εἰ μὴ μόνος φρόνιμος εἴη. *Si non ſolus ſapuerit.* ſi ſapientiâ ſuâ non fuerit conſiſus nimiùm, dum ſe ſolùm ſapere exiſtimat. Qod de Tireſia Homer. *Odyſſ. κ'. v.* 495. de Scipione Cato apud Plut. *in apoph.* Et *Polit.* de Chryſippo alii apud Laërt. *l.* 7.

Ὅτου πέπτωκε τὸ φρονεῖν μόνον.

Et Callimach. hymn.

Μοῦνος πεπνυμένος.

Qalis Creon depingitur à Stratide in *Phœniſſ.* apud Athen. *l.* 14.

Οὐδὲν σωφρονεῖν πάντα θυμὸς αἱρεῖται,
Οὐδὲν πονεῖν.——

Et à Sophocle in *Antigon.*

Οἱ πλεῖστοί σ' ἡγοῦμεθ' ἐξειλέσθαι δίκῃ
Φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς πλεῖστον ἡ τὸν φύντ' ἔχειν;

Siquidem, ut apud eundem Creontem filius patrem prudentior monet;

Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
Ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
Οὗτοι διαπλὶν δίπτυχ' ὤφθησαν κενά.

& Evripidis Αἰολο apud Stob. *tom. 2. c.* 22.

——τίκτει δ' ἀνδρὶ μὴτ' εἶναι φίλον,
Μήτε ξυνοῦναι, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
Πέπτωκεν, ἄλλας τὰς φίλας ἡγούμενον.

Qà qi ſolus ſapit, bis deſipit; dum aliorum conſilia reſpuit & deſpuit, aliorúmq; conſortia abſe abdicat. qibus duobus nihil poteſt eſſe principibus pernicioſius. ſin denique qod Plato *ad Dion. epiſt.* 4. & ex Platone Plut. *de adulat.* & in *præcept. polit.* μόνος ἐρημία ξυοῦσιν. De Marco noſtro Capitol. *Semper ſanè cum optimatibus, non ſolùm bellicæ rei, ſed etiam civiles, priuſquam faceret aliquid, conſuluit.* denique, ſententia illius præcipua ſemper hæc fuit, *Æquum eſt, ut ego tot & talium amicorum conſilium ſequar, qàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem ſequantur.* Optimè L. Æmylius apud Livium *l.* 44. *Non ſum is, qi non exiſtimem admonendos duces eſſe: imò eum, qi de ſua unius ſententia omnia gerat, ſuperbum judico magis qàm ſapientem.*

Τὸ ἀπαραγκάλευτον εἰς τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀκριβοῦν ἑαυτόν] De eodem *l.* 6. § 30. Ὡς ἀνεκτὸν ὂν ἐξετάζειν ἄλλον ἢ παρέχειν. Capitol. *Fuit ſanè ea conſtantiâ, ut ſeptimis & novenis annis in provinciis bonos præſides deponeret.*

Τὸ ἀπαιτητικὸν, καὶ μὴ χρείαν ἐπάγοντας, καὶ ἢ ἀνάγκην] *Diligens agri cultor, nihil, inquit, & omnia hæc cum menſura.* Capitol. Vide *ſuprà* qæ de Apollonio § 8. Seneca, *epiſt.* 89. *Impetus ex dignitate rei cujuſq; concipitur, proinde remiſſior acriorve, prout illa digna eſt peti.*

Τὸ παῦσαι τὰ ἀεὶ καὶ τοῦ ἐραστὰς ἐπὶ μειρακίων] qibus ſcil. cùm Hadrianus, tum & Trajanus nimiopere addicti: uti ex Dione liqet & Capitolino. vide *infrà* § 17. Θεαταῖς.

Ἡ κοινοποιησία] *qod utilitati publicæ omnes cogitationes impendebat.* Kyl. Κοινοποιησία vocabulum compoſitione novâ, vel à noſtro fabricatum, vel à ſuis receptum. hoc enim Stoicis familiare fuiſſe deprehendes, qi in eorum qæ ſuperſunt fragmentis verſatus fuerit, nova ſubinde prout uſus poſtulabat, compoſitionis Grammaticæ ope, comminiſci & procudere vocabula. Inſolens itaq; vox illa; & rei propemodum inſolentis. Nam qod Paulus conqeritur *ad Philip. c.* 2. *v.* 21. Πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν. *Qæ ſua ſunt, plerique qærunt:* (qod *charitatis* eſſe negat idem Apoſt. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 13. *v.* 5. ὁ ζηλοῖ τὰ ἑαυτῶν) in ore ſubinde habentes, vel Davidicum illud *Pſal.* 4. *v.* 6. *Qis nobis commodi aliqid repræſentabit?* vel Theocriticum illud ex *Idyll.* 16.

Αὐτὸς μοί τι γένευσο.——

Et qod Pindarus *Nem.* 1. Gregor. Naz. *in Julian. l.* 1. & Gregor. Preſb. in *vit. Naz.* Τὸ ἀνεῖσθαι πάλιν πᾶν τὸ ἧ δημοσίᾳ ἧ κοινῇ διαφερόντως ὀλίγοις τισὶ καὶ ἐπὶ μικρὸν φέρουσι, Herodian. *l.* 2. hoc eſt, ut Tacit. *Annal. l.* 13. *Private cujuſq; ſtimulatio, vile decus publicum.* Item qod idem *ibid. peſſimum veri affectus venenum, ſua cuiq; utilitas.* Et qod Livius *hiſtor. l.* 20. *Privata res ſemper officiebat, officiuntq; publicis conſiliis.* Dum, Ἐν βραχεῖ ὅσοι μόνοι σκοποῦσιν ὅτι κατὰ σφᾶς τοῦ ἧ πόλεσι τὸ ὠφέλιμον πρόκειται. ἄπτει τὸ ἴδιον μικρὸν ὠφέλημα τοῦ κοινοῦ μεγάλου διαφθορᾶς αἴτιον. Thucyd. *hiſt. l.* 1. &, qod Lyſias *Accuſ. Philon.* Παρεῖλε τῇ τῆς πόλεως κοινῇ ἀκροᾶσθαι, ὅτι τὸ ἐκείνου ἴδιον κακὸν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ ἦλθον, διὰ τὸ καὶ τῷ πόλει κοινὰ εἶναι, καὶ ἐκεῖνα αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. Πόλις δ' ἄρχει καὶ ὁ αὐτὸς λόγος. Eurip. *Heracl.* vide & Ariſtotel. *polit. l.* 2. *c.* 3. Eò igitur laudabiliòr fuerit in Antonino κοινοποιησία illa, qòd in plerisq; rarior: qà potior habetur *prudentia vel rebus vel neceſſitudinibus reſpublica*, ut Liv. *l.* 24. &, *communia propriis præjudicant*, ut Bernard. *de temp. Serm.* 58. ἐγὼ τὰ ἴδια τῶν κοινῶν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων προτιμητέον. Apoſſon. Tyan. *epiſt.* 66. Eam principi ſuo Claudian. his verbis commendat, in *Honor. Coſ.* 4.

——conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, ſed publica vota.

Eam certè in Pio cum primis prædicat Capitolinus his verbis: *Tantâ ſanè diligentiâ ſubjectos ſibi populos rexit, ut omnia & omnes, qaſi ſua eſſent, curaret. itaque provinciæ ſibi ea cunctæ ſponderunt.* Ibid. & in Catone, Lucullo *l.* 2.

——urbi.

—urbi pater eſt, urbique maritus;
In commune bonus.—

In Galba, Plut. in *Galb.* Ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὲν ἦν ἀνὴρ τῷ ἰδίᾳ τὸ κοινὸν πτύειν. In Severo, Galenus ad *Piſon. de theriac.* Νομίζεται τὸ μίγνυσθαι τῇ βασιλείας μέρος, τιμᾷ τὸ κοινῇ συνηθείαν. In Athenienſibus priſcis, Demoſth. *Olynth.* 3. Οὐ γὰρ εἰς ἀκολασίαν ἐτρέφετο, αὐτοῖς τὰ τῆς πόλεως ἀλλὰ τὸ κοινὸν αὐξειν ἐκάστοις ὤφετο δεῖν. In Lacedæmoniis cum primis, Plut. in *Lycurg.* Τὸ δ' ὅλον, inqit, εἶδεν τοὺς πολίτας μὴ βούλεσθαι μήτε ἐπίσκοπους κατ' ἰδίαν ζῆν, ἀλλ' ὥσπερ τὰς μελίττας, τῷ κοινῷ συμφυεῖς ὄντας ἀεὶ, καὶ μετ' ἀλλήλων εἶναι μᾶλλον ἀεὶ τῶν ἄρχοντα, μικρῷ δεῖν ἑξεστὰς ἑαυτῶν ὑπ' εὐδιαπαυσίᾳ καὶ φιλοπρίᾳ, ὅλως εἰ τῆς πατρίδος. vide *l.* 7. § 4.

Cæterùm in diverſum abit & reclamat hîc Xylandro de vocabuli hujus interpretatione par illud in republica literaria honoratiſſimum, Iſaacus Caſaubonus & Clavd. Salmaſius, in eruditiſſimis ſuis *ad hiſtoriam Auguſtum commentariis.* Ille, *Pro tria*, inqit, *Marco vox eſt iſta, eruditiſſimo interpreti minùs intellecta. Sic autem appellat civilitatem, & virtutem illam, per quam cenſeri communi cum cæteris civibus jure æquo animo aliquis patitur. Herodianus vocat* τὸ μέτριον καὶ ἰσόμοιρον. vide pòſt in Δακρυλιχὸν καὶ φίλων. Iſte pariter pro eo vult ſumi quem *communem ſenſum* vocat Juvenalis *l.* 3. *Sat.* 8. verbis iſtis;

Hæc ſatis ad juvenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit & inflatum plerumque Neronc propinqo.
Rarus enim fermè ſenſus communis in illa
Fortunâ.

Significat, inqit, *modeſtiam illam, moderatam, uſitatam, & ordinariam, ut ità dicam, hominis mentem, quæ in commune quodammodò conſulit, nec omnia ad commodum ſuum refert, reſpectúmque etiam habet eorum cum quibus verſatur, modeſtè, modicéque de ſe ſentiens.* Eodémque refert uterque quod in ſequentibus adjicitur, tanquam vocabuli iſtius interpretamentum, de facilitate animi in concedendo amicis, nè ſe comitarentur, aut ſecum convivari cogerentur, ſi id ipſi nollent: quam & in Marco notat Galenus, qi in *comment.* ἀεὶ τὰ συμπόσιον, φιλανθρωπίαν καὶ χρησίμα ἐν τῷ περὶ ἰδίων βιβλίων, μετεσκεύασμένα καὶ εὐσυμποσίλα, nuncupat. Juvenali Senecam adjungere licet, *ad Lucil.* ſuum *epiſt.* 105. *Odium ex offenſa ſic vitabis, neminem laceſſendo gratuitò: à quo te ſenſus communis tuebitur.* De Tho. Moro noſtro Eraſmus *epiſt. ad Ulr. Huttenum*, *Nemo minùs ducitur vulgi judicio: ſed rurſus nemo minùs abeſt à ſenſu communi.* Nec multùm diſtat quod Apoſtolus *ad Rom. c.* 12. *v.* 16. Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. *Communem ſenſum* in Trajano hunc prædicat Plin. in paneg. *Non de tyranno, ſed de cive; non de domino, ſed de parente loquimur. unum ille ſe è nobis putat; nec minùs hominem ſe quàm hominibus præeſſe meminit.* In Marco Eutrop. *hiſt. Rom. l.* 8. *Hic cùm omnibus Romæ æquo jure egit: ad nullam inſolentiam elatus eſt imperii faſtigio.* Etiam poſt imperium collatum & ſuſceptum, τῷ αὐτῷ νῷ καὶ πρόσῳ χαίρων. Ariſtid. *orat. in Marc.* De Clavdio Sveton. *l.* 5. *c.* 12. *In ſemet parcus atque civilis, præ nomine Imperatoris abſtinuit*, nimios honores recuſavit. Sed *c.* 35. *non ſine nota aliqua, jactator civilitatis.* De Pio ipſo Jul. Capitolinus, *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit.* De Marco denique noſtro Capitolinus idem, *In imperio ità civiliter ſe geſſit, ut lenitatem Pii nemo deſideraret.* Et mox; *Cum populo non aliter egit, quàm eſt actum in civitate libera.* Déque eodem Joan. Aventinus *annal. Boior. lib.* 2. *Admodum clemens & civilis erga omnes, adeuntium curiis dextram placidè dabat.*

Καὶ τὸ ἐφεδὸς τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως] Lamprid. de Alexandro Severo: *Cum amicis tam familiariter vixit, ut communis eſſet eis ſæpe conſeſſus, iret & ad convivia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non vocatos. quotidiani igitur illi convivæ imperatorum, etiam non vocati aderant, & adeſſe quodammodo cogebantur, quòd ſine illis eſſe non poſſet princeps.* non tenuit autem hunc morem Marcus, ſed amicos liberabat hac neceſſitate veniendi, & gratiam illis faciebat ſecum convivandi, ubi ipſis collibuerat; Parrem Pium, ut hoc loco ipſe teſtatur, imitatus. quod ſeqiùs tamen interpretati ſunt qidam, & ad mores Marci arrogantes referre conati ſunt, qi faſtigium principis ſervare cuperet. *Dederunt crimini*, inqit Capitolinus, *quod aulicam arrogantiam confirmaverit, ſubmovendo amicos à ſocietate communi atque à convivio.* Salmaſ. *ibid.*

Μήτε συναποδημεῖν] dicere nimirum ſolebat, *Grave eſſe provincialibus comitatum principis etiam nimis parci.* Capitol. Verùm Marcus hac ratione Pium prædicat profectionem communem amicis condonâſſe, ne illis ipſis gravis potiùs ac moleſtus officio minùs neceſſario exiſteret. qo nomine Marcum item commendat Galenus locis parlò ante adductis. Χρηστὸν τ' ὄντα, inqit, καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸν ἐδυνήθη πεῖσαι καλαλείπειν ἐν τῇ Ῥώμῃ μόνον.

Ἀεὶ δ' ὅμοιον αὐτὸν καλαλαμβάνοντες ὑπὸ τῆς ἄλλας χρείας τινὰς ἀναλαμβάνεσθαι] M. Caſaub. de negotiis accipit, qæ cum neceſſaria aliqa occaſione interveniente, priusqam confici poſſent, abrumpere cogebatur, eundem illum, hoc eſt, pariter affectum, pariáque ſentientem, ubi ad illa jamdiu intermiſſa rediret, ſemper deprehenderent. At Xyl. (cui accedo potiùs, ſvadente dictionis ipſius ſerie) de perſonis, amicis puta, familiaribus, miniſtris; qod etiam cum neceſſitate aliqa eum comitati non fuerant,

tant, aut etiam ob cauſſas neceſſarias, qo minùs id poſſent, ab ipſo, cùm aliqò proficiſcereetur diutius forſan abſuturus, relicti, eandem tamen tam abſentes qàm præſentes experti ſint. Vitium illud notaſſe videtur crebrum nimis, à qo Pius immunis fuerit, qo abſentium amicorum rationem nullam aut exiguam ſaltem habere ſolent plerique, qos præſentes tamen colere cum primis præ ſe ferunt. Qò trahit Athenæus *Deipnoſoph. l. 5.* tritum ſermone vulgari illud, quod ille τὸ μεσανδροπαντάπασι ἐν παροιμίαις indigitat,

Τηλοῦ φίλος πολίτης, ἐν ἐσθλὸν φίλος.
Amici, amici non ſunt, qi degunt procul.

Et reverâ ſicut apud Romanos *lege Pompeiâ, ab honorum petitione abſentes ſubmovebantur*; Sveton. *l. 1. c. 18.* ità & pleriſque, bonis etiam candidisque, abſentium bene meritorum qoqe oblivio qandoqe obrepit. Cæterùm qod in Pio Marcus hîc prædicat, Epicuri dogma vult eſſe Laërt. *l. 10.* qi ſapientem dixerit, hùncqe ſolum, Καλεῖν ἕξειν φίλους καὶ παρεῖναι καὶ ἀπόντων ὁμοίως, διά τε ὀλίγ. ὅτε μὴ πρεσκάπτοι, ἔνδια καὶ μάλιστα καὶ ὑπομένει. deſcripſi & qæ ad præſens negotium nihil faciunt, qò loco malè habenti medelam tenarem. Sic vertit Ambroſ. Camaldun. *Gratiámque amicis præſentibus æqè ac abſentibus habiturum ſapientem, ſolum, atque item in itinere: qum tamen cruciatur, & ingemiſcet & ejulabit.* Verùm, qid hoc eſt, *in itinere gratiam habere?* aut qò ſpectat? tum qæ arena ſine calce? aut qàm bella commiſſura illa? *qum tamen cruciatur*, &c. qid enim iſtud ad gratiam amico habendam? vò, uti videtur, reſpexiſſe voluit, qod antè dictum fuerat, Κἂν στρεβλοῦσί δ' ὁ σοφὸς, ἴσθι αὐτὸν εὐδαίμονα. forſan autem illud, διά τε ὀλίγ., ad ſequentia pertinebat; ut ſenſus ſit, *etiam in itinere, ſi qem torqueri viderit, commiſeratione affectum, ſortem hominis deploraturum.* Sed reverâ prioribus illis poſtrema iſta ſic conjungenda avtumno, ut legatur; Κἂν στρεβλοῦσί δ' ὁ σοφὸς, ἴσθι αὐτὸν εὐδαίμονα· ὅτε μὴν στρεβλοῦται, ἔνδια καὶ μύζει καὶ ὀιμώζει. ità ſenſus erit, *ſapientem, etiamſi in tormentis qoqe conſtitutus beatus ſit, inter torqeindum tamen ingemiſcere atqe ejulare.* μύζειν *ingemiſcere.* de Delphino Ariſtot. *hiſt. animal. l. 8. c. 2.* ἔξω ἡ ζῇ πολὺ χρόνον, μύζων καὶ γίνων. atqe indè μυλμός, ὁ γενάμυς. Svid. tum ſubjungenda, μόνον τε χρὴν ἔχειν τὸν σοφὸν &c. qæ ad præſens inſtitutum pertinent.

Καὶ τὸ ζητητὸν ἐκεῖσε— καὶ σπουδαῖον· ἀλλ' ἐς τὸ περαίνειν] Ex conjectura adſcripſi, καὶ ὅτι ἐς περαίνειν, ejuſmodi aliqid exigente ſenſu, & dictionis ſerie. Verùm D. Boorius mavult, ἀλλ' ἐς τὸ πολὺ περαίνειν. qod & Annotator Lugd. cenſuit. D. Jun. ἐς περαιτέρω ἴσθαι & ἀφελεῖσθαι. Illud avtem Merici, ἐπίμονον ἄλλως, qod de *patientia* vult intelligi *in aliis audientiis*, ego concogere non poſſum: ſicut nec, qod ex paternis commentariis adducit, ἀλλ' ἐς τὸ, Περαίνειν &c. niſi alterius cujuspiam dictum citaretur. De Pio pariter iterum Marcus *l. 6.* § 30. Καὶ τὸ περὶ τοῦ Πλάτωνος πραγματευτὴν φιλόπονον καὶ ἐς ὀνεῖνον ἂν ἐν τῇ ὅλως παρῆκαν, μὴ πρόσεχον τῷ μαλακὸν καὶ ἁβρὸν τοῦτον. Ubi vides & ſententiam eandem; & geminam huic, qam nos damus, ſeriem etiam dictionis. De eodem Jo. Xiphilin. Λέγεται δὲ ὁ Ἀντωνῖνος ζηλωτὴς γενέσθαι καὶ μιμητὴς περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα τῆς ἀκειβολογίας ἀφίεσθαι· ὅθεν αὐτὸν οἱ σκώπτοντες καὶ κυμινοπρίστην ὠνόμαζον. Nec hac in parte Pio diſpar Marcus; de qo Caſſius, Διηκριβωμένον τὰς τε πίστεις καὶ τὰς ἀναπείσεις ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο, ὥστε πολλαχόθεν τὸ πρέπον ἀκριβοῦν. —φιλόπονος γὰρ, καὶ ἀκριβῶς πᾶν τοῦτο τῇ ἀρχῇ προσήκειν προσεφέρετο· καὶ ἐνίοτε καὶ παρῄνει ὅτε ἔλεγεν, ὅτε ἔγραφεν, ὅτε ἐποίει· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ περὶ τὸ βραχύτατον ἡμέρας ὅλας ἀνήλισκεν, ἵνα ἀξιῶν τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ὑπαθρεμνίας τι πρᾶξαι. Pertinet avtem huc Platonis illud in *Phædon.* Ἐμοὶ ἔοικεν ἀρὰ καὶ καὶ τοῦτον, τὸ μὴ ῥᾳδίως εἰδέναι ἐν τῷ νῦν εἶναι, ἢ ἀδύνατον εἶναι, ἢ πάνυ χαλεπόν τι. τὸ μὴ τοι καὶ τὰ λεγόμενα ἀρὶ αὐτῶν μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν, καὶ προσαναγκάζειν ἂν παρακολουθοῦντα σκοπεῖν ἀπειρίᾳ τις, πάνυ μαλθακὸς εἴη ἀνθρώπου.

Τὸ διαπρεπὲς καὶ φίλων.] *l. 6.* § 30. τὸ βέλτιον καὶ ὅμοιον ἐν ταῖς φιλίαις. De Auguſto Sveton. *l. 2. c. 66. Amicitias neqe facilè admiſit, & conſtantiſſimè retinuit.* Et de Conſtantio Liban. *Orat. 3.* Ἐς μὲν τὸν πρὸ ἑπτακαίδεκα καὶ ἑκατὸν χρόνον, ἐάσω· ὃς ἡ ἐγγενέσθαι ἅπαξ, ἐν εἰδὼς ἐξαλείφειν· ἀλλ' ἀναλίσκων χρόνῳ τὸ φίλτρον, ἀλλ' ὀλίσθανον τῇ συνουσίᾳ τὸν πόθον. Salonis id motitum, φίλως μὲ ταχὺ κλῶ· ὡς δ' ἂν κλίνῃ, μὴ ἀποδοκιμάζε. Laërt. *l. 7.* De Pio Capitol. *Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter uſus eſt, qàm privatus. Et rurſus; Convivia cum amicis & privata communicavit & publica. Frequentavit & ipſe amicorum ſuorum convivia.* Verùm hæc potiùs ad civilitatem referenda fuerint.

Καὶ μανιῶδες ἀλλήλοιν, μανῆ ἐπιμανές] ſcil. *furor & feſtivum*, ſive *amor inſanus, & præpropera ſatietas*, apud animos verſatiles per vices obtinent, ſibiq; invicem ſuccedunt. ità Thamatem ſororem Amnon Davidis filius, qam pavlò antè inſanè deperierat, explerâ libidine, mox penitiſſimè eſt averſatus. *Hiſt. Reg. l. 2. c. 13. v. 15.* Πτίλωσοὶ δὲ αἱ ἐρωτήσεις καρδίας, inqit Clemens *pædag. l. 2. c. 10.* καὶ σβέννυται μετανοίᾳ τὰ φίλτρα· πέφυκε δὲ πολλάκις τὸ φιλεῖν εἰς τὸ μισεῖν, ὁπότε ἂν ἐξαπατᾷ ἡδονὴ ὁ κόρος. Apud Senecam Tragœdum *Medea*, 3. 1.

Si qæris odio miſera qem ſtatuas modum,
Imitare amorem.—

Ità qod Plato *politic. l. 8.* Τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τὴ πολεῖν, μεγάλων φιλεῖ εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀπλατοῦσθαι. Hoc eſt qod in juvenibus notat Ariſtoteles

Rhetor. l. 2. c. 12. Οἱ νέοι ἡ ἐυμετάβολοι καὶ ἀλίσκεσθαι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, ταχὺ δὲ παύονται. Est autem ἀλίσκεσθαι metaphoricè ab eis translatum, qi cibos statim, ubi minimum libârunt, satiati repudiant. Suid. ἀλίσκεσθαι, ἐυμετάβλητος, ἢ ὁ ταχέως καὶ ἅμα τῇ ἄλωσις κορεννύμενος. qi & Marci verba mox subjungens σωφρονιστικὸν δεῖ εἶ) πρὸς τοὺς φίλους, καὶ μαθαμοῦ ἀλίσκεσθαι. Eum secutj interpretes ad Pii adversùs amicos affectum referunt havd incommodè. quanquam potest etiam latiùs sumi, ut reliquum etiam vitæ institutum respiciat.

Τὸ αὐταρκὲς ἐν παυλῇ] ὡς ὀλίγοις ἀρκέμενος. *l. 6.* § 30. neqe enim assentior Xylandro vertenti, *In omnibus omnia sua in se repositа habebat.* nec ea mens Marci, istîc saltem. malim, vel *modico*, vel *forte contentus.* Epicur. *ad Menæc.* Τὸ αὐτάρκειαν ἡγαθὸν μέγα νομίζομεν· οὐχ ἵνα πάντως τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα· ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ ἔχωμεν τὰ πολλὰ, τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα, πεπεισμένοι γνησίως, ὅτι ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι.

Τὸ φαυλέον] τὸ ἔυδιον τῆς θεραπείας. *ibid.*

Τῶν ἐλαχίστων θεραπευτικὸν] Nec in hoc Pio dispar Marcus, qi *cunabulis* post *puerorum lapsum* culcitras *subjici jussit. unde bodiéq; rete præsenditur.* inqit Capitol. Ità *Philosophia* (ut apud Senecam *epist.* 17. Cicero) *& in maximis opitulatur, & ad minima descendit.* Verùm in Capitol. Salmasius pro *cunabulis*, *funambulis* legendum contendit; qem vise *ss ad Marci vitam.*

Καὶ πᾶσαν κολακείαν ἐπ' αὐτῷ καλλύναι] συκαλλύναι Xyland. Verùm mutatu nihil opus: cùm & σύλλας & καλλύναι simplex, *comprimendi, reprimendiq;* significationem obtineat. ità medicis dicuntur pharmaca qædam καυλίαν σύλλειν, *ventrem supprimere*, ut Alexandro Aphrodisæo, an Tralliano (hoc enim vult Mercurial. *gymnast. l. 1. c. 11.*) in *præfat. problem.* idémq; alibi, αἱμαλῶν ἡ καλύνων· *cùm autem sanguis repressus fuerit.* De Alexandro Mammææ Lamprid. *Salutabatur autem nomine, hoc est, Ave Alexander: siqis caput flexisset, aut blandiùs aliqid dixisset, ut adulator vel abjiciebatur, vel videbatur.*

Τὸ φυλακτικὸν τῆς ἀναγκαίων τῆ ἀρχῆ] Hujus rei documentum esse potest, qòd *salaria multis subtraxit, qos otiosos videbat accipere, dicens, Nihil esse sordidius, qàm si rempublicam ii arroderent, qi nihil in eam suo labore conferrent.* Capitol. qi & de Marco: *In largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus fuit: qod laudi potiùs datur, qàm reprehensioni.*

Καὶ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας] *Sumptus procurabat.* Xyl. *Impensarum ratiocinarium custodiebat.* Cas. qi & de *Imperii ratiocinario* accipit, qod apud se Pius habuerit. de qo & Capitol. *Rationes omnium provinciarum servavit & vestigalium.* indéq; κωμῳδεῖσθαι dictum, qòd in istis exigendis districtiùs ageret. Verùm de diverbii illius occasione suprà diximus. Malim & istic τὸ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας, de *sumptuum erogatione moderandâ & attemperandâ*, qàm de redituum rationibus exqisitè conficiendis interpretari. Pium scil. in illis *condum* magis qàm *promum* se exhibuisse.

Καὶ ἀναμφιλέκτου] Ità *l. 6.* § 30· τὸ μακρόθυμον καὶ ὡς ἐφεξῆς ἐπεῖχε τοῦ δίκαιος αὐτὸν μεμφομένους μὴ ἀντεμεμφιμοίρητος.

Ἐπὶ δὴ τούτων τοιῶν] τόνον istîc *rigorem* significare vult Mericus. Verùm τίνων, non τοιῶν, esset à τίνω· & *rigores* dicere durius pavlò videatur. Xylander πτῶν legit, cui calculum do, operarum mendum merum subesse opinatus.

Μήτι περὶ τοῦ θεοὺς θεοσεβῆσαι] Ità *l. 6.* § 30, de Pio: θεοσεβὴς χαρὰς θεοσεβουμένας.

Μήτι περὶ ἀνθρώπους δημοκοπικόν] qod de eis usurpatur, qi muneribus ac viscerationibus populum demereri studio habent. Plur. *præcept. polit.* Τὸν μὲν ὦν λύκον ἔφασαν περὶ ὄρνεων κρεῖττον δῆμον ἡ καὶ πόλιν ὁπόταν περὶ ὄρνεων ἄγων δεῖ μάλιστα· μὴ, καθάπερ περὶ ἀγυμνάστων περὶ λόγους, (leg. λόγους) λαβὰς ἀμύσσας καὶ ἀτίχνως ζητοῦντες ἐν τοῖς πολλοῖς τῆς γαστρὸς ἕλκειν, ἐυαγχοῦντες, ἢ τὰ βαλανεῖα διδόντες, ἢ πυρίχας τινὰς, ἢ μονομάχων θεάματα παρασκευάζοντες ἀεὶ, δημαγωγοῦσι, μᾶλλον ἡ δημοκοποῦσι. δημαγωγία γὰρ ἡ διὰ λόγου πειθομένων ὄχλων· αἱ δὲ τοιαῦται πλανοδόκαι περὶ ὄχλων, ὑδὲν ἀλόγων ζώων ἄρχας καὶ βουκολήσεως διαφέρουσιν. nec multò pòst idem genus hominum perstringens: Οὐδὲ ἀπείρων ἱρόντων ἰχθυοτάλως ἅμα καὶ θεατάλως ὄζειν ὁ πόλεσι καὶ δήμοις πρὸς ἕνα δ' ἀρετὴν ἐγγινόμενος· αἱ δὲ ὑπὸ θεάτρων, ἢ θεμιστῶν, ἢ μονομάχων ἀδολύνυμοι τιμαὶ καὶ ἀδολοθηρίκτορες, ἐπιμελεῖας ἐοικυῖαι κολακείαις ὄχλων, ἀεὶ τοῦ διδόντι καὶ χαριζομένῳ θεσπεσιολόγοντι ἐφιμερόν τινα καὶ ἀβέβαιον δόξαν. δημοκοπίαν & δημαγωγίαν distingvit, ut illa sit populi favorem muneribus captantium, ista orationibus.

Νῆφον ἐν πᾶσι] *præcipuè sobrium.* Capitol. Verùm hoc restrictius. Apostolus *ad Timoth. ep. 2. c. 4. v. 5.* Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι. Et *ad Thessal. ep. 2. c. 3. v. 6.* γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. De Scipione Polyb. *l. 10.* ἀγχίνους καὶ νήφοντας. qod ob vocabuli insolentiam observo magis.

Παρόντων μὲν ἀνεπιτιθέντως ἁπλῶς, ἀπόντων δὲ μὴ δεινῶς] Ità pavlò pòst, καὶ ἀπόχως, καὶ ἀκολούθως ἐδώκατο. Qod de Aristippo ferè Laert. *l. 2.* Ἀπέλαυε μὲν δὴ ἡδονῆς τῶν παρόντων, ἐν ἐφέξει δὲ πόνου τῶν ἀπόντων. Sensit nimirum, qod idem *ibidem*, ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ὑπάδειν ἡδονῶν, ἄσκησις· ἀ τὸ μὴ χρῆσθαι. De Aristippo tamen Flaccus *l. 1. epist. 17.*

Tentantem majora, ferè præsentibus æqum.

Qod Isocrates Demonico § 19. Ζήτει μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βέλτιστα.

Ἀπορ-

Ἀπόρων ἢ μὴ δεῖξ] τότε γὰρ δόμεδα, ὅταν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι ἀληθῆ. Epicur. *ad Mezac.*

Καὶ τὸ μήτε ἄν τινα εἰπεῖν] rectè Xyl. *Nemo fuit, qi eum esse dicret.* id est, verè dicere posset: per opprobrium scil. neqe enim ἐγκωμιαστικὰ sunt qæ sequntur, ut eruditus interpres Anglicanus opinatur; Sed σκωπτικὰ potiùs καὶ διασυρτικά.

Μήτε ὅτι σοφιστὴς] Alludit ad ἴδιον σοφιστικόν, qem suprà attigerat, § 7. De eodem *l.* 6. § 30. ὁ σοφιστής. Et Capitolin. *Fuit vir formâ conspicuus, ingenio clarus, —Singularis eloqentiæ, nitidæ literaturæ, —& hæc omnia cum mensura, & sine jactantia.* Nam qòd vir doctissimus *Sophistæ*, avt *Scholastici* etiam nomen in meliorem partem hîc accipi lavdísqe loco haberi opinatus est, ab avtoris mente qàm longissimè aberravit. qòd & illud ex *l.* 6. planissimè adstruit. Marci sensum optimè explicabit Plutarch. de avdiend. ubi sophistarum ingenium præcinqe depingens; Ὁ μὲν γὰρ, inqit, Μαλόεις, ὡς ἔοικε, τῆς Διογένους τραγῳδίας ἐφαπτόμενος, ὃν ἔφη καθεῖναι αὐτὸν ἐκ τῆς ὀρομάντων ἐπιφορᾶς ἀμβλῦναι· αἱ δὲ τῶν πολλῶν διαλέξεις καὶ μελέται σοφιστῶν, ἃ μόνον τοῖς ὀνόμασι παρεκπίπτομεν χρῶντες τῶν διανοημάτων, ἀλλὰ καὶ πάνυ φαύλως ἐκμελοίας τινὰς καὶ μαλακύττους καὶ ἀφιέντες ἐφηδύνοντες ἐκβακχεύουσι καὶ ἀφρίζουσι τὸν ἀκροατήν, πάνυ ἡδονὴν διδόντες, καὶ κατατέρψαι δόξαν ἀπολαμβάνοντες. Clemens itaque *strom. l.* 1. Ἡ δὲ σοφιστικὴ, inqit, τέχνη, διὰμεμ, ὅτι φαντασική, διὰ λόγων δόξαν ἐμποιητικὴ ψεύδων, ὡς ἀληθῶν. παρέχει γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πιθανὰ πρὸς ῥητορικήν· ὡς ἐπὶ τὸ ἀγωνιστικὸν ἢ πρὸς ἐριστικήν. ἀπηχοῦς γὰρ ἐν ὁ Πλάτων καταστοχάζεται ὡς ἐπὶ τὸ σοφιστικόν· ὅ, τε Λεοντῖνος ἐπάμυνος, κλευστικόν τινα αὐτὸν ἀποφαίνεται· ἔστι τὸ ὅλον τῆς σοφίας ἔργον πιθανὸν ὑφαιρεθῆναι, καὶ ἐπαγγελματικὴν σοφίαν, ἣν ὑπολάβωμεν. ἐν βραχεῖ ἢ ἀπατεών, καθάπερ τῆς ῥητορικῆς ἀρχὴ μὲν τὸ πιθανὸν ἔργον ἦν, τὸ ἐπιχείρημα· καὶ τέλος, ἡ πειθώ· ὅτω τῆς ἐριστικῆς ἀρχὴ μὲν, τὸ δόξαν ἔργον ἦν τὸ ἀγώνισμα· καὶ τέλος, ἡ νίκη. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον καὶ τῆς σοφιστικῆς ἀρχὴ μὲν τὸ φαινόμενον ἔργον δὲ ἴδιον τὸ μὲν ἐν ῥητορικῆς, δεξόμενον φαινόμενον· τὸ δὲ ἐν διαλεκτικῆς, ἐραστικόν· τέλος δὲ αὐτῆς ἡ ἔμπλεξις. Vide Platonem in sophista, qi totam illam dissertationem satis prolixam in hoc genus animalium definiendo insumpsit, cujus instituti rationem prodit nobis Plutarchus, insignem nimirum nugarorum istorum per Græciam eo seculo feracitatem, qi acceptâ à juventute potissimùm pecuniâ sapientiam edocturos sese pollicebantur, cùm nihil minùs qàm qod profitebantur præstarent. Sic enim ille *Platon. qæst.* 1. Καὶ γὰρ ἀνὴρ ἐν πύξαις, τότε φοιτῶν σωφρονῶν σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· καὶ τότοις οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον, ἀπήμαντες ἐπαιρῶντο, καὶ δόξοσοφίας, καὶ λόγων ζήλῳ, χολὴν καὶ διαφθορὰς ἀπεφεύγοντες ἐν ἔθεσι καὶ φιλοτιμίαις ἄγοντες, κρεῖττον ἢ καὶ χρήσιμον ἐπ' ὀπῶν. Itaqe Dio Prus. *orat.* 4. Evnuchis istos confert, qos, ut illa apud Comicum, *aiunt mulierum esse amatores maximos, sed nihil posse;* saltem, siqid qàm maximè moliti fuerint, nihil procreare, est certo certius. Vide *suprà ad* § 7. & *ad l.* 9. § 29.

Μήτε ὅτι ὀικογλυὴς ὑδρέλος] Ὀικογλυὴς ad verbum, qi Hebræis יליד בית *Jerem. c.* 2. *v.* 14. qanqam Mericus noster glossema esse merum censet, qod è margine in textum irrepserit. Verùm de hoc alii viderint. Servi interim, ut Mosis Græcus interpres, *Genes. c.* 17. *v.* 13. vel sunt ἀργυράνητοι, vel ὀικογλυεῖς. eandem habes distinctionem apud Tragicum in *Oedipo Rege*; ubi opilio regius ἦν δ' ἕλος, οὐκ οἰκητὸς, ἀλλ' ὀικογραφεύς. Hi Latinis *Vernæ, vernulæ, vernaculi*, qod hic noster usurpavit. De Macrino Capitol. *In vernaculis vel avlicis, tam impius, tam asper, ut servi illum sui non Macrinum dicerent, sed Macellinum.* Seneca de *benefic. lib.* 6. *cap.* 11. *Alter apud proximum circulatorem resedit, & dum vagus atqe erro vernaculæ congregatur & ludit,* &c. Horum avtem, cùm sub oculos ipsorum educarentur parvuli, petulantiâ & procacitate oblectabant sese familiariter patroni. Talis ille, qi Senecæ *epist.* 12. *Non cognoscis me?* inqit. *Ego sum Felicio, cui solebas figillaria afferre, Philositi villici filius, deliciolum tuum.* Martial. *l.* 14. *epigr.* 54.

Si qis plorator collo tibi vernula pendet,
Hæc qatiat tenerâ garrula fistra manu.

Et de Erotio *vernula* sua, sic enim appellat *l.* 5. *epigr.* 38. *Deflere non te vernulæ pudet mortem? ibid. ep.* 35.

Inter tam veteres ludat lascivа patronos,
Et nomen blæso garriat ore meum.

Seneca *de provident. cap.* 1. *Cogita filiorum nos modestiâ delectari, vernularum licentiâ; illos disciplinâ tristiori contineri, horum ali avdaciam.* Indè *vernæ procaces* dicti Horatio *Serm. lib.* 2. *Sat.* 6. & *vernilitas* avri τῆς βωμολοχίας. Martial. *lib.* 1. *epigr.* 42.

Urbanum tibi, Cæcili, videri.
Non es, crede mihi. qid ergo? Verna es.

Et *l.* 10. *epigr.* 3.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis.

Cicero *Bruto.* § 172. *Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetissimum, cum familiari nostro Q. Granio dicacitate contendere. Sed Tincam, non minùs multa ridiculè dicentem, Granius obruebat nescio qo sapore vernaculo.* Ammianus *hist. l.* 17. *Julianum appellantes loqacem talpam, literionem Græcum, & huc congruentia plurima atqe vernacula jactantes.* De Vitellio Svetonius *l.* 9. *c.* 14. *Nullis tamen infensior qàm vernaculis & mathematicis.*

ricis. qam ſcripturam tamen ſolicitat Joſ. Scaliger, propugnat Juſt. Lipſius. De mancipiis pariter Senec *de Sap. conſtant. c.* 11. *Nos mancipiorum noſtrorum urbanitas, in dominas contumelioſe, delectat eorum audacia. inde demum ſibi in conviviis jus facit, ſi cepit à domina.* Qùd autem ex Epicteto *diſſert. l.* 4. *c.* 2. ἰδιώτου τινὸς ἀνθρώπου, ſive *offenſum atque abſequioſum* hominem, vir doctus hic deſignari exiſtimavit, nullâ idoneâ ratione nitì videtur; eùm iſtud τὸν ἄφρονα magis qàm *vernulam* ſapiat; & procacem potiùs, ac pro *vernulanum* more leviculè ſe gerentem Marcus voluiſſe videatur; ſive ut Plautinâ lingvâ loqar, ex *Mil.* 4. 2.

Cavillatorem facetum magìs qàm convivam commodum.

Meliùs certè Annot. Lug *dicaculus, qales ſunt vernulæ.*

Μάτην ἔστι σχολαστικὸς] *homo de ſchola*, Xyl. atque ità Cicero *de Orat. l.* 2. *homo de ſchola, atque à magiſtro, & Græcis litteris eruditus.* De Maximinis patre & filio Alexander Mammææ in *epiſt. ad matrem*, quam Capitol. in *Max. min.* exhibuit; *Sed timeo, nè ſoror mea Græcis munditiis erudita, barbarum ſoccrum ferre non poſſit; quamvis ipſe adoleſcens & pulcer, & ſcholaſticus, ad Græcas munditias eruditus eſſe videatur.* Qo loco, *barbaro ſcholaſticus* opponitur, hoc eſt, cultu liberaliore ſtudiiſq; imbutus litterariis. prom. cl. Caſaub. adnotavit. Verùm iſtic τὸν ἀνδρὰ πεπαῖχθαι, ἢ *virum maturo à* σχολαστικὸν *diſtrahi* ut eum deſignet qi *in ſcholis ſub præceptore* adhuc *agat*, aut agere etiam opus habeat. indè Plutarcho *de audiend.* μελέτους σχολαστικὰς· qo loco notat, τοὺς τῶν ἡλικιωτῶν ἢ πανηγυρικοὺς ἐν ταῖς σχολαστικαῖς μελέτοις φασὶν ὁ τῶν φιλοσόφων μελαγχολικοὺς. Vel ejuſmodi etiam, qi *pro ſcholaſtico ſe venditet*, qod *in mundialibus ſcripturibus* (ità avtor loqitur) in *epiſt. ad Salon.* reprehendit Salvianus. *Omnes*, inqit, *in ſcriptis ſuis cauſſas tantùm egerunt ſuas, & propriis magis laudibus, qàm aliorum utilitatibus conſulentes, non id facere adniſſunt, ut ſalubres ac ſaluriſori, ſed ut ſcholaſtici ac diſerti haberentur.* Facitqe huc, qod ſequitur, τὸ ἀκροαματικὸν. Qin & *ſcholaſticus* qandoq; pro *declamatore* ſive *rhetore* adhibetur, qi in *ſchola*, tanqam in *ſcena*, confictas cauſſas controverſiásq; tractat, & ab *oratore* diſterminatur, qi in foro judiciario veras agit. Virgilius iſtorum diſciplinis vale-dicens;

Ite hinc inanes Rhetorum manipli; ite hinc
Inflata rore non Achaico verba;
Et vos, Sile, Albuti, Arquíq;, Varróque,
Scholaſticorum natio madens pingvi,
Ite hinc, inanis cymbalon juventutis.

Tacitus, an Fabius, *de cauſſ. corrupt. elogent. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qi rhetores vocantur.* Eas mox ex Ciceronc, *ludum impudentiæ* nuncupat· additqs ſimul: *Deducimur in ſcholas, qibus non facilè dixerim, utrùmne locus ipſe, an condiſcipuli, an genus ſtudiorum plus mali ingeniis afferant. nam in loco nihil reverentiæ, ſed in qem nemo niſi imperitus æqè intrat. in condiſcipulis nihil profectûs, cùm pueri inter pueros, & adoleſcentuli inter adoleſcentulos pari ſecuritate dicant & audiantur. Ipſa verò exercitationes magna ex parte contrariæ —— ſuaſoriæ, & controverſiæ. —Sequitur autem ut materiis abhorrenti à veritate declamatio qoq; adhibeatur.* In eandem ferè mentem Petronius in Satyric. iſtorum exercitamenta inſectando; *Hæc ipſa tolerabilia eſſent, ſi ad eloqventiam ituris viam facerent: nunc & rerum tumore, & ſententiarum tenuiſſimo ſtropitu, hoc tantùm proficiunt, ut cùm in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos, & ideò ego adoleſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, qia nihil eorum quæ in uſu habemus, aut audiunt, aut vident; ſed piratas cum catenis in litore ſtantes, ſed tyrannos edicta ſcribentes, &c. ——ſed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factáq; quæ papavere & ſeſamo ſpargúntur. qi inter hæc nutriuntur, non magìs ſapere poſſunt, qàm bene olere, qi in culina habitant.* & qæ ſeq. Fabius ipſe denoq; *inſtitut. l.* 12. *c.* 11. *Nam ut de noſtris potiſſimùm ſtudiis dicam, qid attinet tam multis annis, quanqam in more eſt plurimorum (ut de iis, à quibus magna in hoc pars ætatis abſumitur, taceam) declamitare in ſchola? eùm facile ſit modico tempore imaginem veri diſcriminis, & dicendi legem comperiſſe, qod non dico, qis ſit unqam omittenda dicendi exercitatio; ſed quia non ejus ſpecie conſenoſcendum. cognoſcere enim, & præcepta vivendi perdiſcere, & in foro nos experiri potuimus, dum ſcholaſtici ſumus.* indè *ſcholaſticæ epiſtolæ* Plinio *l.* 9. *ep.* 2. qæ ficta habere argumenta, & exercendi ſtyli cauſſâ exarentur. *Miſſe fortè volumus ſcholaſticas tibi, atqs (ut ità dicam) umbraticas literas mittere.* Plinius idem *l.* 2. *ep.* 3. de Iſæo. *Diebus & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loqitur. annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantùm eſt qo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut meliùs. nos enim, qi in foro verſqe litibus verſamur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. ſchola & auditorium, & ficta cauſſa, res inermis & innocua eſt.* At non ſum ramen ejuſmodi iſta, qæ virtutum naturam, vel arguant, vel deceant. Eſt enim is, qalem Romanum ſapientem Fabius deſcribit, *inſtit. l.* 12. *c.* 2. *qi non ſecretis diſputationibus, ſed rerum experimentis, atqe operibus, ſe verè civilem virum exhibeat.* Marci interim mentem genuinam iſta miſi clariſſimè aperiant, ego nihil video. Neqe enim laudi, qod eruditus interpres Angl. exiſtimavit, ſed vitio, qod & annotator Lugd. obſervavit, vituperio ſaltem, *ſcholaſtici* nomen iſtic tribuitur. Qanqam reticere religio eſt, qod Epictet. habet *diſſert. l.* 1. *c.* 21. Ὁρᾷς ὅτι, ὅτι σχολαστὴν σε δεῖ γενέσθαι (τοῦτο τὸ ζῶον, ᾧ πάντες καταγελῶσιν) εἰσφέρεις ἐπιστολὴν περὶ σεαυτοῦ

αὐτῶν ἀγωμένων ποιεῖν] Hoc nimirum vocabulo vulgò perstringebantur, qi ad studia severiora animum ferìò advertebant. Verùm tamen qi Scholasticis tricis totos se dederent, pro stolidis stultisq; idem habebat. Sic enim *l.* 3. *c.* 26. Ἄρχειν οὐκ ἴσασι τὸ σφῶν βελτίστων καὶ σφῶν μαθεῖν.

Περιεσόμενοι ἑαυτῶν καὶ σφῶν ἑαυτῶν καὶ ἄλλων] *Qi & scipsum regere & alios posset.* Xyl. & Cas. contrà quàm Tarquinius ille, *qi nec se nec suos regere potuit:* ut Cicero *de fin. l.* 3. Vide *supra ad* § 15. Verùm articulum σφῶν expungere videntur illi, qod ego nolim. Verò, *& suis & aliorum rebus præfici dignus*, vel, *rebus & propriis & alienis administrandis idoneus.* Hoc est, qod Xenophon in *Oeconom.* Οἰκονόμου ἀγαθοῦ ἔργον εἶ ἂν εἴη τὸν ἑαυτοῦ οἶκον καὶ τὰ ἄλλα ὅσα, εἰ ἐπιτρέποι τις αὐτῷ, διοικεῖν ἂν, εἰ βέλοιτο, ἐν οἷς, ὥσπερ καὶ τὸν ἑαυτοῦ.

Τὸ πιστὸν σφῶν ἀληθῶς φιλοσοφοῦντων] qibus *honores & salaria detulit.* Capitol. Vide *supra ad* §. 4.

Τοῖς δ' ἄλλοις] Qales Epictetus olim dixerat philosophos, ἀνδρὶ τῷ περίεργα μὲν μὴ λέγειν, ἃ δ' ἂν λέγειν, ἃ *factis procul, verbis tenùs.* Gellius *noct. Attic. l.* 17. *c.* 19. de qibus festivè Isidorus Pelus. *l.* 5. *ep.* 28. Εἰ τις ἐν λόγοις φιλοσοφοῖ, ἔργοις ἀφιλόσοφος ὀφθείη, ἀνάξιος ἂν εἴη ὁ λόγος τῶν τοιούτων περιεῖναι. avt etiam qales Herodes Atticus dixerat, *nihil habere philosophi, præter barbam & pallium.* Gell. ibid. *l.* 9. *c.* 2. de qibus Fabius *instit. l.* 1. in *præfat. Nostris temporibus sub hoc nomine maxima in pleriſqe vitia latuerunt. non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi laborabant; sed vultum & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum, pessimis moribus prætendebant.* Tales avtem, utì videri possit, nonnulli, imò non pauci etiam, sub Marco obrepebant, Τῷ τῆς φιλοσοφίας σχήματι κατηρεφόμενοι, (ut Dionis in *Vespas.* verbis utar) cùm philosophiæ titulo vitia obtegerent sua. Testis Dio idem in *Marco*, παμπληθεῖς, inqit, φιλοσόφων ἐπλάτυνθο, ἵν' ὑπ' αὐτῇ πλείστους κρύπτωσι. Indè factum, ut *fama fuerit, qòd sub Philosopborum specie qidam rempub. vexarent & privatos. qod ille tamen purgâsse dicitur.* Capitol.

Οὐκ ἐξωνοῦντο] Ità *l.* 6. § 30. Οὐκ ὠνοῦντο. *Apollensi* tamen *Chalcidensis avaritiam mercedibus notavit.* Capitol. Vide *supr. ad* § 8.

Τὰ εὐθύμιον καὶ εὐχρεῖ ἐκ κακοπαθείας.] De Lacyda philosopho paritar Laërtius *l.* 4. Ἀνὴρ σκυθρωπὸς καὶ δύσχρεις δ' ἄλλως καὶ εὐθυμότατος. *Vir erat gravissimus, in congressibus tamen facilis & festivus.* Idem de Pio Marcus, partem alteram qod attinet, dictione temperatâ: εὐχρεῖ, ἀκαλακάστως. *festivus, sed non immodicè*, sive *ad fastidium usque.* contrà qàm Cicero, de qo Plutarch. Ἡ δὲ ἐξ ἀστείων καὶ σκωμμάτων καὶ πρὸς παιδιὰν εὐτραπελία, ὑπερβολὴν μὲν ἐδόκει καὶ γλαφυρείαν ἀφεῖσθαι καὶ αὐστηρᾶς καλοκἀγαθίας ἐλάμβανε δόξαν. *immodico urbanitatis abusu multos offendit.*

Τὸ τῆς ἰδίας σώματος ἐπιμελείας ἀμέτρως] Galen. *de valetud. conserv. l.* 3. de Antonino Pio an Marco, Ὁ γὰρ, ὧν ἴσμεν, αὐτοκρατέρων ἐπιμότατα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἀφικόμην. Ἀντωνῖνος, &c. De Socrate Xenophon *comment. l.* 1. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ σώματος αὐτός τε οὐκ ἠμέλει, τοῖς τε ἀμελοῦσιν οὐκ ἐπῄνει. Vide ea quæ sequntur.

Διὰ τὴν ἰδίαν περιοχλοῦσαν, εἰς ὀλίγα ἰατρικῶν χρήζειν] De Andronico Imperat. Nicetas Chon. *l.* 2. *c.* 13. Ἦν δὲ τὴν τοῦ σώματος φυλὴν εὐρυὴς, ἀγχίδυ τὸ εἶδος, ὄρθιος ἀναβαίνων, τὴν ἀλκὴν ἠρωϊκὸς, καὶ τῷ ἐμφύτῳ γήρᾳ τὴν ῥώμην νεοειδὴς, ὑγιεινότατός τε ἀνθρώπων, ὅτι μηδ' ὁπωσοῦν ἀρρωστίαις ἑαλωκὼς ἦν, μηδὲ ἀκρατὴς ἔχων κοιλίας, ὡς ζωπυρότητι καὶ τόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὁμοίως ἥρως, μᾶλλον τοῖς ὁπλίταις ἀφήκοντο τῷ πυέλῳ δὲν ἐφ' ἁρμογάνοντα τὰ αὐτὰ ἐνθύσκοντο. ἀλλ' εἰ πολὺ πλημμελὴς εἴη τοῦ σώματος μέγεθος καὶ νωθείᾳ καὶ τῷ βραχέως ἐσχολῆν ἀσκεῖσθαι, ἀλλ' ἀμφὶ ἄρτι καὶ ἄρτι κεφάλαια, κλινίσιος τῆς ἡμέρας, ὀπωρινῶν τοῦ θεραπείαν τοῦ σώματος· ὑπὲρ ὧν αὐτοδότῳ ἐχρήσατο πόνῳ, εἰ μὴ ἄπαξ ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ εἰς τοῦτο σφῶν ἰατρῶν τότε ἐπισχυσάντων ἔχοντα, φαιδρόν, εἰ καὶ μὴ δι' εὐσταλείαν καλλίπλοον, ἀλλ' ὑπ' ἀσφαλείας χάριν τὸ ἀνύσιμον χρεῶν περιεσκευασμένος φάρμακον. De Aureliano pariter Vopiscus; *Convivium de assaturis maximè fuit. vino* [russo, Salm.] *rufo maximè delectatus est. medicum ad se cùm ægrotaret, nunquam vocavit; sed ipse se inedià præcipuè curabat.* Et de Tiberio Sveton. *l.* 3. *c.* 68. *Valetudine prosperrimâ usus est, tempore qidem principatûs penè toto, propè illas: quamvis à trigesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consiliove medicorum.* Indè Tacit. *annal. l.* 6. Ludere *solitum* refert *medicorum artes, atqe eos qi post tricesimum annum ad internoscenda corpori suo utilia vel noxia alieni consilii indigerent.* qod tamen Plutarchus commemorans in *præcept. salubr.* Ὡς ἀνὴρ ἐξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ πρόσω ἰατρῷ χεῖρα, καλαγέλαστός ὄτι. qo loco frustra Lipsius τριάκοντα legi postulat, qasi vitiati sint codices; cùm pari modo dictum illud avtor idem exhibeat in *libello de sene politico*, nec scopus loci aliter legi permittat. fuerit itaqe scriptoris potiùs ἀμάρτημα μνημονικὸν, qàm excriptoris σφάλμα γραφικόν. Plato certè, *politic. l.* 3. Τὸ ἰατρικὸν δεῖσθαι, ὅτι μὴ πεπαιδότων ἕνεκα, ἢ πόνων ἐπιτείνων νοσημάτων ἀσθενούντων, ἀλλὰ δι' ἀργίαν τε καὶ διαίτην τοῦ δηλοῦσθαι, (Συρακούσιαν τρυφὴν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὅλον καὶ Κοισυδίαν κόρον καὶ τὴν τοιαύτην σίτων) ῥυπαρῶν τε καὶ πεπαιμένων ἀφυῶν

ὥσπερ λίμνας, ἐμπιπλαμένους, φύσας τε καὶ κατάῤῥους νοσήμασιν ὀνόμαζε τὰ πάθη τοῦ κομψοῦ Ἀσκληπιάδου, ὑπ. αἰσχρὸν δοκεῖ; Multùm hac in parte valet proba corporis ipsius constitutio. Philo *de vit. Mos. l.* 1. Τὰ ἐγκρατῆ περὶ σωμάτων καὶ πᾶσι τοῖς μέρεσιν εὐκίνητα, φρονήσεων ἀπαλλάττει τοῦ ἀλείπτου, ὑδὸν ἢ βραχέα παρέχοντας πρὸς εὐπρέπειαν· ὥσπερ καὶ γεωργὸς τὰ εὔκλαστα καὶ τὰ εὐχυῆ δένδρα, βελτιώσεως δ' ἕνεκα. Nec minùs tamen temperantia, sedulóq, tutela. Seneca *epist.* 58. *Illud simul cogitemus, si mundum ipsum, non minùs mortalem quàm nos sumus, providentia periculis eximit, posse tandem aliquatenus nostrâ quoque providentiâ longiorem prorogari huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars major perit, posuerimus regere & coercere.* Plato ipse ad senectutem se diligentiâ pertulit. *Erat quidem corpus validum ac forte fortitus, & illi nomen latitudo pectoris feceras: sed navigationes ac pericula multum detraxerunt viribus: parsimonia tamen, & eorum quæ aviditatem evocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutem, multis prohibentibus caussis.* Huic & Gorgiam Leontinum adjungere licet, de qo Clearchus *vitarum l.* 10. referente Athenæo *dipnosoph. l.* 12. Ὅτι διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν, καλὸν ἐγγηροίλα τὴν φρονοῦν συνέλαυσαν.

Ἡ φαρμάκων καὶ ἐπῳδημάτων ἀυτός] Svidas, qi per præceptionis formulam, transcripsit ista, vocúlis duabus avctiorem dedit. ἐντὸς καὶ ἐκτὸς, ut illud ad *pharmaca*, istud ad *epithemata* referatur.

Τὸ παραχαρακτικὸν ἀβασάνου] Contrà qàm Dionysius Siculus ille, de qo Plut *de tranqil.* ἐν ἠρέμα μέγιστος ὢν ἀφ' ἑτέτε τυρέννων, ἀλλ' ὅτι φιλοζώει τὸ παντὶ μὴ βέλτιον ἡδὺ μηδὲν, μηδὲ πανάλως ἐν τῇ διαλόγῳ Πλάτωνος, ὀργισθεὶς καὶ ἀποξυσθεὶς, τὸν μὲν εἰς τὰς λατομίας ἐνέβαλε, τὸν δ' ἀπέδοτο πέμψας εἰς Αἴγινων. Contrà qàm Hadrianus, de qo Cassius, & ex Cassio corrigendus Svidas; Φιλοπαίγμων τε ἀπάντων ἐγένετο, καὶ ἐπ' ἔτος καὶ τἄλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπιτηδευτὴς καὶ ἐδίν ὅ, τι ἂν εἰρηνικὸν, καὶ πολεμικὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγεν. ἐν τούτων δὲ καὶ ἀφ' ὧν τινι ἐφιλονείκουν, πολλὰς μὲν καθεῖλε, συνέχυσε δὲ καὶ ἀπέλυσε βαλόμενος πάντων ἐν ἐριδεῖναι, ἐμέσον τοῦ ἔν τινι ἐπαίνου. professores omnium semper, ut doctior, risit, contempsit, contrivit; cúmque eis ipsis professoribus & philosophis, libris vel carminibus invicem edidit, sæpe certavit. Capitolinus in vita *Hadriani*; qo loco & Favorini festivum dicterium refert, qi arguentibus amicis qòd Hadriano de verbo qodam reprehendenti sine causa, cessisset; *Non recte suadetis*, inqit, *qi non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qi habet triginta legiones.* Idem tamen, Philostrato referente, tria ista paradoxa dictitabat sibi in vita contigisse; Γαλάπης ἂν, ἀλλ' οὐ ἐγὼ· Εὐτυχὴς ἂν, μαχόμενος χρηστὸς βασιλεῖ διαφθορᾶς, καὶ ζῆν.

Ἡ περὶ τὴν ἐξ ἱστορίας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων τινῶν περιόδων] transponenda illa περὶ τὴν, legendúmqe τὴν περὶ ἐξ ἱστορίας νόμων, liqet. Verùm & deesse vocula aliqa videtur, cui articulus prior innitatur. Itaqe ἐμπειρίαν post περιόδων supplet D. Junius: qi & ἱστορίας nomine non *historiam* vult intelligi, sed *peregrinationem* & *locorum dispectorum lustrationem*. ego *notitiam* opinor qoqo modo acquisitam. ità Marcus ipse cepit *l.* 4. § 21. ἡ ἱστορία τῆς ἀληθείας. & *l.* 9. § 3. ἴσον τὸ ἔκστον ὕστερ, καὶ τὸ τρίτον, ταῦτα ἰσοφάσια. & *l.* 10. § 15. ἱστορίαν, ἰσορροπίαν.

Οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐπιτηδεύων φαίνοιτ'] nihil enim putidius affectationis affectatione, imitationisqe ostentatione. Contrà verò qod Plut. *Sympos. l.* 1. *c.* 1. ὃ μόνον ἐκπέμπειν ἀδικίας ὄζειν, ὡς φησι Πλάτων, μὴ ὄνλα λίκνων, ἀλλὰ καὶ δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ συνίστασι ἄκρας, φιλοσοφύλα, μὴ δοκεῖν φιλοσοφεῖν. Vide *l.* 7. § 60. σοὶ τὸ ἀντιπηδᾶτω.

Τόπους καὶ πράγματα τοῖς αὐτοῖς ἐναλλαττόμενον] Seneca Lucilio *epist.* 69. *Mutare te loca, & de alio in alium transilire nolo. primùm qia tam frequens migratio, instabilis animi est. coalescere otio non potes, nisi desinas circumspicere & errare. ut animum possis continere, priùs corporis tui fugam siste. deinde plurimùm remedia continuata proficiunt. interrumpenda non est qies.* Et *epist.* 2. *Ex his qæ mihi scribis, & ex his qæ audio, bonam spem de te concipio. non discurris, nec locorum mutationibus inquietaris. ægri animi ista jactatio est. primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere, & secum morari: nusqam est, qi ubique est. nihil æqè sanitatem impedit, qàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem, in qo crebrò medicamenta tentantur. non convalescit planta, qæ sæpè transfertur. nihil tam utile est, qod in transitu prosit.*

Ἔστι θεατρικὸν ἐπιτήδευμα] Et istìc Marcus Pii æmulus, *Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit: Et gladiatorii muneris sumptui modum fecit. temperavit etiam Scenicas donationes.* Capitol.

Καὶ ἔργων κατασκευαῖς, καὶ δαπάναις] *in operum extructionibus, congiariisqe.* Xyl. illis siquidem *magnificentiam*, istis *munificentiam* suam Imperatores Romani ostentare ac venditare solebant. Cæterùm vir doctiss. Patr. Junius *operum distributiones* mavult intelligi.

Καὶ τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν, περὶ αὐτὸ ἢ τὸ Νον περιχθῆναι δεδρακότος.] Xyl. legisse videtur: καὶ τοῖς τοιούτοις [καὶ] ἀνδράσι περὶ αὐτὸ ἢ &c. Meric. καὶ τοῖς τοιούτοις· τοῖς ἀνδράσι, &c. qi & δεδρακότος pro δεδρακότας legi posse suspicatur. D. Boot. καὶ τοῖς τοιαυτοτρόποις, ἀνδράσι περὶ αὐτὸ τὸ Νον περιχθῆναι δεδρακότος· &c. ut genitivus ἀνδράσι ab ἔμφρον, qod præcessit, regatur. Salmas. καὶ τοῖς τοιούτοις. tum aliâ orationis facie, ἀνδράσι· ἢ περὶ·

περὶς αὐτὸ τὸ Νον πρ. Λαβρηλ. Vel etiam, ἢ τοῖς τοιούτοις. περὶς αὐτὸ τὸ Νον, &c. ut suprà. De sensu satis constat: Moderatum fuisse Pium in iis omnibus exhibendis, qibus animi hominum plausúsque capiari solent: hominémque ejusmodi qi respiceret ad id quod agi oporteret, non ad gratiam gloriámve qæ indè conseqeretur. De T. Aristone Plin. min. *l.* 1. *ep.* 22. *Ornat hæc magnitudo animi, qæ nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert: rectéque facti, non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit.* hoc est, quod Naso *Tristium l.* 5. *eleg.* 14.

—*pretium cui virtus ipsa petitum.*

Plinius idem ipse, *l.* 1. *ep.* 8. *Majore animo honestatis in conscientia qàm in fama reponitur.* Liberaliter satis de se *ad Constantium* in *Claudio* Trebellius; *Testis est, tua conscientia, & vita mea, nihil unqam cogitásse, dixisse, fecisse gratiosum.* De se id perhibenti fidem habeat, qi volet. Interim qod de Pio Marcus hîc, pro viri optimi charactere Epictetus habet, *dissert. l.* 3. *c.* 24. ὡς διὰ ὅτι ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, ἄλλην ποιεῖ τὴν δίαιταν, ἀλλὰ τῷ πυνθάνεσθαι καλῶς; Vide *lib.* 3. § 12. & *lib.* 9. § 42.

Οὐκ ἐν ἀυτοῖ λούεται] *Non utebatur alieno tempore balneis.* Xyl. qomodo illi, qi, ut Flaccus *l.* 1. *epist.* 6.

—*crudi tumidique lavantur.*

Pers. *Sat.* 3.

Turgidus, hic epulis atque albo ventre lavatur,
Gutture sulphureas lentè exhalante mephites.

Et Juven. *Sat.* 1.

Pœna tamen præsens, cùm tu deponis amictus
Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.

Vult leviſſe semper horâ balneari, & sibi commodâ & ils qi circa ipsum. Casavb. ad Capitol. de illud, qod exhibet Basil. omittit Salm. & Lugdun. retinet Casavb. ego vel expunxerim, vel, si retinere visum, ἀκαίρῳ legerim; qomodo Græc. *Psal.* 119. *v.* 146. περίφαυσα δὲ ἀκαίρᾳ. Sed illud, puto, potius

Οὐχὶ φιλοκαλοῦμαι] ἀλλ' ἐρωμένως, οὐ δι' ὀπώρου, φραμοῦ, ἀδῶτι, προφῆ, ἀκηρεσίᾳ. *l.* 6. § 30. De Augusto Sveton. *l.* 2. *c.* 73. *Instrumenti ejus & supellectilis parsimonia apparet etiam nunc, reſiduis lectis atque mensis, quorum plerasque vix privatæ elegantiæ sunt. nè toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili & modicè instrato.*

Οὐ περὶ τὰς ἐδωδὰς ἐπιτονής.] *non circa victum curiosus, aut studiosus.* anxius, Xyl. ἐπίτονος, ἐπιτηδευτὴς. Hesych. ὀπιτευτὴς, vox insolentior, qalia apud Marcum non pauca.

Οὐ περὶ σωμάτων ἀέρας] *non de formæ corporis elegantia anxius.* Xyl. qem & Casi sequitur. de Pio ipso uterqe accepit. ut sit idem qod priùs de eodem dixerat, ὁ περὶς καλλωπισμὸν τὸ ἰδίον σῶμα ἐπιμελητὴν. Ego aliter prorsus velle existimo, nec idem (qod Marcus non solet) repetitum. Verto itaqe *non circa corporum*, id est, famulitii & servitiorum, *speciem.* σώματα enim pro *servis* sive *famulis* dicebant. Antholog. *l.* 1. *c.* 12.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀναλίσκειν,
Ἀγχαπος οὐ πενίλιν ὄζιν ἑταιρεύειν.
Corpora multa alere, ac simul ædes condere multas,
Multam ad pauperiem perbreve pandit iter.

Corpora. i. e. *Servos.* In eam mentem accipio Menandrianum illud qod ad *l.* 3. § 3. pleniùs exhibebitur,

Ἀνοῖξ' τι δέξη, καὶ κάλλει τῷ σωμάτων.

Harpocration in Παν δήμος, ex Nicandri *Colophoniac. l.* 6. ait Solonem σώματα ἀγοραῖα ἐνεργασίαν, ἐπὶ ζεύγης ζῆσαι διὰ τὸν πλοῦν, &c. qo nomine à Philemone Comico in *Delphis* laudatur, referente *l* 13. Athenæo. Aristoteles *Rhetor. l.* 1. *c.* 5. externam felicitatem constituit ἐν εὐδοξίᾳ φίλων καὶ σωμάτων, μὴ δουλείαν φυλακτικῶς τε καὶ ἀφελητικῶς τίνων. mox σωμάτων illud qasi explicans qid velit, ἀνδραπόδων, inqit, πλῆθει, καὶ μεγέθει, καὶ κάλλει διαφερόντων. ut fruſtra sit Pollux, qi *l.* 3. *c.* 7. § 2. σώματα ἁπλῶς, inqit, ὡς ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα. Romanorum autem curiositatem, an luxuriem, in servitiis speciosissimis undiqe conqirendis, excolendis, disponendis, tangit inter cæteros, Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 55.

Flos Asiæ ante ipsum pretio majore paratus,
Quàm fuit & Tulli census pugnacis, & Anei,
Et nè te teneam, Romanorum omnia Regum
Frivola.——nescit tot millibus emptus
Pauperibus miscere puer. Sed forma, sed ætas
Digna supercilio.——

Et Seneca *epist.* 95. *Transeo puerorum infelicium greges: qos post exacta convivia, aliæ cubiculi contumeliæ expectant. transeo agmina exoletorum, per nationes colorésque descripta, ut eadem omnibus levitas sit, eadem primæ mensuræ lanuginis, eadem species capillorum, neqis cui rectior est coma, crispulis misceatur. transeo pistorum turbam, transeo mistrorum, per qos signo dato ad inferendam cœnam discurritur. Dii boni! qantum hominum unius ventri exercent!* Gregor. Naz. *de amor. pauper. orat.* 16. Παῦλας ἢ παρασάγγας τοῦ μὲν ἐν κόμῃ καὶ ἐφέδρῃ, ἀνύτας τὰς κομᾶς, καὶ δηλυδρίας, καὶ τῇ χλιδῇ περίττων χέρα ἀπεργασαμένους πλείστου ἢ ὄσον συμφέρει, λίχνοις ὀφθαλμοῖς κεκοσμημένους. τοῦ δὲ τὰς κύλικας, ἐν ἄκροις δακτύλοις ἔχοντας, ὡς δεῖν τε ἐναρτήσασθαι καὶ ἀσφήξασθαι· τοῦ δὲ ὑπὲρ καρδίης ἄνθεον τοῖς ῥίπτοις συρίζοντας, καὶ τοῖς ἐν χεροῖν αὐλοῖς τὸ πλῆθος ἅδοντας σαρκῶν ἀναλίσκοντας.

Ἡ ὑπὸ χωλὴ στοὰ] *locus iste,* inqit, clariſſ. Salmasius, *in hoc scripto corruptissimus.* Itaqe Mericus noſter, lacunâ contextui suo interjectâ, ut depositum, consultò prorsùs omisit. Στοὰ pro *comitatu* Xylander accepit. Sed & Annotator

Lugdun. qi πόλ& legi posse dat. frustra. cùm de vestitu agatur. Salmas. ad Capitol. ἐπιχώριον&, legit. Casavb. ἐπὶ χωρίου, retinet. de sensu utrique convenit, placuisse Pio vestem τὴν ἐπιχώριον, *indigenam*, non exoticam, sive τὴν ἀπὸ χωρίου, hoc est, *qualis vulgò fiat*, & qidem ἀπὸ τῆς ἐπαύλεως, *è villa propria*, & ferè *de reditibus Lanuvinis*. ità Casavb. *ad vitam Pii*. De Augusto istiusmodi qiddam Sveton. *l.* 2. *c.* 73. *Veste non temerè alia quàm domestica usus est, ab uxore & sorore & filia neptibúsque confecta.* De se Seneca, *de tranqill. cap.* 1. *Placet non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa; sed domestica & vilis, nec servata nec sumenda solicitè.* De Pio Capitolin. *Visus est sanè ab amicis & cum privatis vestibus.* &c. Cæterùm editio Lugdun. pro χωρίου nobis Λαυίου exhiber. Hoc si non sit typothetarum mendum, qod suspicari forsan qis possit, *Lorium* villam designat, in qa Pius & educatus, & versatus plurimùm, cùm palatium ibi construxisset, & tandem etiam defunctus est, avtore Capitolino. Hanc avtem sequendo lectionem, Salmasius mavult, ἡ ἐπὶ Λαυίου χωρίου ut de *toga* accipiatur, qâ *in secessu Lorinæ villæ* uti solitus erat. eam togam ipsi venisse dicit ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως. de qa proximè videndum.

Ἀνάγκαια ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως] τὸ κάτω istud Casavb. omittit. D. Boot. legit, διαγωγὴ ἐπὶ ἀγροῦ κατ' ἀγρὸν ἐπαύλεων. id est, *commoratio ruri in villis*. ut κατ' ἀγρὸν adjectum sit, qò *villæ* istæ à *suburbanis* distingverentur. Conſtat avtem è Capitolino, Pium in agris atqe propriis fundis plurimùm vixisse, etiam postqam imperium tenuit. ἐπαύλεις certè hîc, non *casas*, ut Xyl. vertit, sed *villas*. Philo in *vit. Mosis l.* 1. λείας ἢ πολλῆς ἄγαν ἐπιποθήσαντες, ἐκ τῶν βασιλείας, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν κατ' ἀγρὸν ἐπαύλεων. Idémque *de vit. contempl.* τὰ μὲν ἐν ἀσφαλείαις αἱ ἐν κύκλῳ παρέχουσιν ἐπαύλεις τε καὶ κῶμαι. *Credidi aliqandò*. inqit clariss. Salmasius, *vicum hoc nomine Romæ appellari, in qa vulgares togæ fiebant ac venum ibant. citeriorie & ulteriorie vici mentio apud Sextum. qidni & similiter inferior & superior ex ratione situs? dicit igitur hunc Imperatorem, cùm Lorii esset, usum esse vili ac vulgari togâ, qales venibant in vico inferiore Romæ. an potius ἡ κάτω ἔπαυλις villa aliqa rustica infra Lorium, ubi ejusmodi togæ fiebant? ἔπαυλις certè villam, & etiam pagum significat. qicqid sit, oportet vilem esse & vulgarem togam, non imperatoriam, qa in Lorii secessu utebatur. hæc enim exempla affert, ut ostendat, ἐν ἐπαυρωτῷ fuisse τὸ ἐμπόριον ὑφὰς καὶ χρόαν.*

Καὶ ἧδ' ἐν Λανυβίῳ] Casavb. nihil mutat; & ad vestis materiem refert, sive locum unde ea peteretur, ut suprà visum. At Salmasius, *Notas*, inqit, *qibus in locis qem habitum usurpare solitus fuerit*, itaqe lectionem duplicem proponit. vel ut legatur, ἐλάττων ἐν Λ. τὰ πολλὰ, τῷ φελόνῃ δὲ T. π. ἐχρῆσατο velitqe Marcus *Sine tunica Lanuvii egisse Pium: more, ut videtur, antiqi Catonis, qi solo campestri accinctus, super id togam accipiebat; & qidem etiam cùm prætor jus redderet, ut ex Val. Maximo constat l.* 3. *c.* 6. *&* Asconio. *qod idem in Catone minore etiam Plutarchus notat*, κατασὰς εἰς τὸν ἀγορᾶν ἀναπόδυτος καὶ ἀλύτων, ἐξεστηκὼς μὴ ἧδ' σωφρόνων. Vel etiam ἐν χιτῶνι Λανυβίῳ τὰ πολλὰ, sive χιτῶν ἐν Λ. τὰ π. *ut in sola tunica secessum illum Lanuvinum transegisse dicatur; qomodo plerumqe Romani ruri solebant & in provinciis: Hinc tunicata qies, tam sæpe Martiali commendata & laudata l.* 10. *ep.* 51. Hæc ille.

Ἐν Λανυβίῳ] *Lanuvium* Italiæ opidum juxta viam Appiam situm, de qo Strabo *l.* 5. ubi Λαυίου pro Λανυίου Casavbonus reposuit. *In villa* interim *Lanuvina natum Antoninum Pium*, avtor est Capitolin. &, *è municipio Lanuvino ortum*, Victor Avrelius. qanqam Casavb. in Capit. codices Manuscriptos *Lavinii* exhibere testatur, eundémqe locum existimat designari, ubi avtor idem de Mareo: *Ex Asia & Syria reverso, exinde Lavinium profectus est.* Certè *Lanuvium* & *Lavinium* idem esse utrumqe Jos. Scaliger contendit, Car. Sigonio *ad Livii l.* 8. refragante, & renitente.

Τῷ τελώνῃ ἐν Τύσκλοις παρατυχὼν ἐν ἐχρήσατο] *Inter Lanuvinos plerumqe Tusculano publicano utebatur, etiam deprecante.* Xyl. ut ad *comitatum* referatur. Annot. Lugd. *lego*, inqit, παραιτούμενος&. *qasi excusans & deprecans utebatur.* Salmas. τῷ φελόνῃ ἐν Τύσκλοις, aut Τύσκλοι, παραιτησάμενος ἐχρήσατο. *cùm in Tuscos, an Tusculanos, ægros secederet, non jam tunicatus ibi agebat; ut Lanuvii, sed pœnulam superinducbat: qod cùm faceret, excusabat tamen se, & qasi veniam deprecabatur. hoc est, qod ait;* παραιτησάμενος ἐχρήσατο. *Pœnula*, inqit Nonius, *est vestis, qam suprà tunicam accipimus. eâ adversùm pluviam maximè munire se solebant.* Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 78.

--fremeret sævâ cùm grandine vernus
Juppiter, & multo stillaret pœnula nimbo.

Indè Varroni petitus jocus *in virga divina*, dum virtutis τὸ αὐταρκὲς prædicat; *Non est qærenda homini, qi habet virtutem, pœnula in imbri.* contrà planè qàm Lucil. *l.* 15. qi *pœnulam per imbrem itor obeunti, sapientiâ ipsâ utiliorem* esse pronunciat. certè etiam sapienti, vel in imbre vel in frigore, Stoicis ipsis fatentibus, saltem εὐχρηστὸς futura est: qum ut Philo *de provident.* apud Evseb. *præpar. l.* 8. *c.* ult. ὑετῶν μὲν ὄντος ἀνάγκη τὸν σοφὸν, εἰ ἐν ἀγρῷ ἄδηλοι, κατακλύζεσθαι βορᾶς ἢ ψυχῆς καταπίπτοντος, ῥίγει πεδύσεως καὶ ψύχει. Sed & L. Galbæ, cuidam pœnulam roganti, *Non possum commodare, domi manet*; cùm cœnaculum ejus perplueret. alteri

item

item ejusdem usum poscenti, *Non pluit? non est opus tibi: si pluit, ipse utar.* Refert Fabius *instit. l. 6. cap. 4.*

Καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος] Xyl. qem & secutus est Mer.) cum sequentibus conjungit, dum sic reddit; *Omnibus in ejus moribus nihil inerat inhumanum.* Verùm præcedentia potiùs clavdere videntur. Itaque D. Boot. legit, καὶ πᾶς ὁ τρόπος τοιοῦτος. *Totius denique vitæ facies erat, qualem suprà depinximus.*

Ἕως ἱδρῶτος] *Suspecta* ista & *salebrosa* Xylandro. Sed immeritò. est dictum proverbiale, à medicis mutuatum, qo exercitii modum illi mensurámque justam ac legitimam in affectibus qibusdam præscribunt. Memini V. cl. Tho. Plaifirum adolescente me sacræ Theologiæ apud Cantabrigienses nostros professorem, Apostoli verba *ad Hebr. c. 12. v. 6.* enarrantem ex Avrore medico (cujus nomen jam excidit) protulisse monitum aliqod istiusmodi, *Ad ruborem, non ad sudorem;* cùm Apostolus de fidelibus eo loci dicere visus sit, *Ad sudorem, non ad sanguinem.* Qò videri possit allusisse, qod de Diogene Cynico Laërtius, Xeniadæ, domini sui liberos exercuisse, οὐκ ἀθλητικῶς, ἀλλ' ἐρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας, *non athletico more, sed qantum ad ruborem bonámque corporis habitudinem conduceret.* nisi qòd ἐρύθημα ibi colorem vividum valetudinis indicem potiùs designare doceat adjuncta εὐεξία. Hoc proculdubio Marcus hîc voluit, Pium nulla in re nimium fuisse. ità *lib. 6. § 29.* ὡς ἐπ' ὀλίγον ἔσασθαι.

Οὐδὲν ἀπλῶς] Indè forsan *Pius* dictus, qòd verè naturâ clementissimus; & nihil temporibus suis asperum fecit. Siqidem & *sub Adriano, cùm consilia illius adesset, mitiorem sententiam semper ostendebat, & principatûs sui initio cùm multi accusarentur, & ad supplicium nominatim etiam deposcerentur, neminem tamen interfici passus est, cùm diceret, non oportere se principatum suum factis ejusmodi auspicari. Sin & deinceps, seditiones ubicunq; factas, non crudelitate, sed modestiâ & gravitate compressit.* Capitol. & Xiphil.

Ἐνμφόνως ἑαυτοῖς] De eodem *l. 6. § 30.* Τὸ ὁμαλὲς παντα χοῦ. & de Apollonio supr. § 8. Τὸ ἀεὶ ὅμοιον. Qod de historia Lucian. Χρὴ ὅμοια τὰ πάντα καὶ ὁμόχροα εἶναι, καὶ σωλῆδον τῇ καταλῇ τὸ ἄλλο σῶμα, ὡς μὴ χρυσῶν μὲν τὸ κεφάλαιον εἴη, ξύλινος δὲ πάντα γελοῖον ἐκ ῥαχῶν παῖδα, ἢ ἐκ λιμάτων σαπρῶν συγκεκαπυωμένον, καὶ ἡδονὴς ὀσυνίην, καὶ χρείην ἀεὶ τὰς κήμας. De poemate Horat. in *art.*

Denique sit qodvis simplex dumtaxat & unum:
Primo nè medium, medio nè discrepet imum.

& de persona idem,

——servetur ad imum
Qalis ab incepto processerit, & sibi constet.

De Stoica philosophia Cicer. *de finib. l. 5. Mirabilis est apud Stoicos contextus rerum. respondent extrema primis, media utrisq;, omnia omnibus.* De vita Senec. *epist. 20. Exigit philosophia, ut ipsa inter se vita unius, sine actionum dissensione, coloris sit.* Idémq; *ep. 23. Verum bonum unde subeat, interrogas? ex placido vitæ & continuo tenore unam prementis viam.* Et, *ep. 31. Huc & illud accedat, ut perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi.* Et, *epist. 120. Virtutem ostendit constantia, & omnium inter se actionum concordia; qando idem semper qis est, & in omni actu par sibi.* Et mox: *Magnam rem puta, unum hominem agere: præter sapientem autem nemo unum agit. cæteri multiformes sunt. modò frugi tibi videbimur & graves, modò prodigi & vani; alternis Catones, alternis Vatinii mutamus subindè personam, & contrariam ei sumimus, qam exuimus. hoc ergò à te exige, ut qalem institueris præstare te, talem usq; ad exitum serves.* Et, *ep. 35. Ante omnia hoc cura, ut constes tibi.* Hoc est qod Zeno voluit, cùm finem statueret, Τὸ ὁμολογουμένως ζῆν, *i. e.* κατ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν. ut Stob. *tom. 1. l. 2. tit. 4. § 5.* Vide suprà ad § 9. Sed & *l. 11. § 27.* Ambros. *epist. 82. Vetus dictum est, Adsuesce unus esse: ut vita tua qandam picturam exprimat, eandem servans semper imaginem, qam acceperit.* Optimè Aristoteles, *Ethic. Nicom. l. 9. c. 4.* Ἔοικε γὰρ, καθάπερ εἴρηται, μᾶλλον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. ἔστι γὰρ ὁμογνωμονεῖ ἑαυτῷ, καὶ ἓν αὐτῷ ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν. De Adriano contrà Aur. Victor: *Varius, multiplex, multiformis, ad vitia atqe virtutes qasi arbiter genitus; impetus mentis qodam artificio tegens.* Et Æl. Spartian. *Idem severus, latus; comis, gravis; lascivus, cunctator; tenax, liberalis simulator; savus, clemens; & semper in omnibus varius.* De Avidio item Cassio Vulcatius: *Fuit his moribus, ut nonnunqam trux & asper videretur, aliqando mitis & lenis; sæpe religiosus, aliàs contemptor sacrorum; avidus vini, interrim abstinens; cibi appetens, & inediæ patiens, veneris cupidus, & castitatis amator.* At de Epaminonda & & Agesilao Plutarch. *lib. de adulat.* Πλείστοις ὁμιλήσαντες ἀνθρώποις καὶ τόποις καὶ βίοις, τὸ ἀρχαῖον ἦθος αὐτοῖς παντα χοῦ, καὶ σολῆ. καὶ διαίτῃ, καὶ λόγῳ καὶ βίῳ διεφύλαττον. Et de Platone; Ἐν Συρακούσαις, ὅτε ἐν Ἀκαδημίᾳ· καὶ πρὸς Διονύσιον, ὅτε πρὸς Δίωνα.

Τὸ περὶ τοῦ Σωκράτους] De Socrate Xenophon *memorial. l. 1.* Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα (τὰ ἀφροδίσια) φαυλοτέρως ἐμοὶ ἔτω παρεσκευασμένῳ, ὥστε ῥᾷον ἀπέχεσθαι τῶν καλλίστων καὶ ἡδιστάτων, ἢ ὀλίγοις τῶν αἰσχίστων καὶ ἀσελγεστάτων. ἐκεῖ μὲν δὴ βρόσιον καὶ πόσις καὶ ἀφροδίσιον ὕπνος κατεκοιμᾶτο· καὶ ὥστε ἐδὲν ἂν ἧττον ἀρκοῦντος ἦν τοῦ πολλὰ ἐπὶ τέτοις πραγματευομένου, λυπεῖσθαι δὲ πολὺ ἔλαττον. Atqe hunc locum forsan præ oculis habuit Marcus, cùm ista scriberet. Καὶ

Καὶ ἀπέχεσθαι κ) ἀπολαύειν] Quod de se Apostolus *ad Philip. c. 4. v. 12.* Οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι, οἶδα κ) περισσεύειν· ἐν παντὶ κ) ἐν πᾶσι μεμύημαι, κ) χορτάζεσθαι κ) πεινᾶν, κ) περισσεύειν κ) ὑστερεῖσθαι. quod suprà, παρόντων μὲν ἀπολαύειν, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι.

Τὸ δὲ ἰσχύειν κ) ἔτι καρτερεῖν] ἔτι qid hîc velit, nullus video. ἐπικαρτερεῖν forsan scripserat Marcus, vel quod usitatius est, ἐγκαρτερεῖν, ut mox ἐνίσχυσεν.

Οἷον ἐν τῇ νόσῳ τῇ Μαξίμου] Istud an ad superiora respectum habeat, quod Xylander censuit, ambigi potest. commodè posse vix videtur. Ego itaq; tanquam distinctum qid posui. De Demonacte Cynico refert Lucianus, quòd cùm cætera ἀπαθὴς planè videretur, μόνον αὐτὸν λύπα φίλου νόσῳ ἢ θανάτῳ· ὡς ἂν κ) τὸ μέγιστον δοῦλον ἐν ἀνθρώποις ἀγαθὸν, τὴν φιλίαν ἡγεμόνον. Tale quippiam in Pio Marcus forsan adverterat. & οἷον forsan legendum fuerit.

§ 17. Παρὰ θεῶν] Piè Marcus noster hîc divinæ procurationi plurima adscribit, qæ fortunæ pleriq; solent tribuere.

Πάππου] *Avus paternus, Annius Verus* (de qo *supr.* § 1.) *maternus, Calvisius Tullus.* Jul. Capitol.

Γονέας] Vide *suprà ad* § 2, 3.

Ἀδελφὸν] *Habuit & sororem natu minorem, Annium Corificiam.* Capitol.

Διδασκάλους] qorum *suprà* meminerat: § 5,6,7. &c. qibus & alios adjicere licet ex Jul. Capitolino. Origenes *ad Celsi. l. 3.* Καὶ Ἕλληνες δ φήσει, κ) ἐν τοῖς νομιζομένοις εἶναι σοφωτάτοις, κ) πολλὰ τῶν εὐλογίαν ἐχόντων αἰτίαν· οὐ μὲν διδασκάλων τυγχάνει, κ) τὰ πεπραγμένα τοῖς χρόνοις ὄντων κ) ἐν τοῖς ἑαυτῶν αἱρέσεσι διδασκόντων· κ) μὲν ἀναγραφῆς τῆς ἐν βιβλίοις. πολλοῖς δὲ κ) τὰ τῆς ἀναγραφῆς τοιούτοις μεγάλοις, ὡς μηδὲ φαντασίαν ἐπιλαμβάνειν ἐν χρεττόνων λαβεῖν· ἀλλ' ἀεὶ κ) ἐν ἐρωτικῆς ἡλικίας, ἤτοι ἐν παιδικοῖς ἔτι ἀκολάστων ἀνδρῶν, ἢ διανοητοῦ, ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ κωλύσῃ τῶν ψυχῶν ἀναβλάπτῃ καλοκαγαθίᾳ. τὰς δὲ περὶ τούτων αἰτίας, πάντως μὲν εἰκὸς ἔτι ἐν τοῖς τῆς προνοίας λόγοις σκοπεῖν δ αὐτὰς εἰς ἀνθρώπους, ὐκ ἐυχερές. Vide sectionis istius verba novissima, deprehendes cum Origenianis istis qàm svavissimè concinere. De Platone Plut. in *Mario*: Πλάτων μὲν ἔν ἔδη πρὸς τὸ τελευτᾶν χαίροντα, ὑμεῖς τὸν αὐτὸν δαίμονα κ) τῶν τυχῶν, ὅτι φρόνιμον μὲν ἀνθρωπον, εἶτα ἔλλην, εἶτα Βάρβαρον, εἶτ' ἄλογον τῇ φύσει θηρίον γενόμενον πρὸς δ τούτοις, ὅτι τοῖς ζωγράφοις χρῶνται ἀπλοῦν ἡ γένεσις αὐτῶν. At Lactantius *institut. l. 3. c. 18. Plato* aiebat *se* gratias agere naturæ; *Primùm* qòd homo natus esset, *potiùs* qàm mutum animal: deinde qòd mas, *potiùs* qàm fœmina; qòd *Græcus*, qàm *Barbarus*: *postremò*, qòd *Atheniensis*, & qòd temporibus *Socratis*. Qo concendit ipse, immeritò tamen; *Nunqam* qicqam dictum esse in rebus humanis deliriùs. Idémq; *ibid. c.* 19. ubi Socratem acriùs, & in qibusdam iniqiùs irritat pavlò, perstrinxerat; *In* cujus temporibus natum se homo *sapiens* gratulatur. Qod autem in Platone tantopere exagitat Lactantius, id is à Socrate accepisse videtur; qi, ut Dio Prus. *orat.* 64. Ἐπὶ πολλοῖς αὐτὸν ἐμακάριζε, κ) ὅτι ζῷον λογικὸν, κ) ὅτι Ἀθηναῖος. Socrates à Thalete; qi, ut Laërt. *l.* 1. Ἔφασκε τριῶν τίνων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ· πρῶτον μὲν, ὅτι ἄνθρωπος ἐγενόμην, κ) ὐ θηρίον· εἶτα, ὅτι ἀνὴρ, κ) ὐ γυνή· τέταρτον, ὅτι Ἕλλην, κ) ὐ Βάρβαρος. Postremum tantummodo de suo addidit Plato. Nec reticendum qod Judæi habent in precibus suis virorum peculiaribus: *Benedictus esto, Domine Deus, qòd me virum creâsti, non mulierem: qòd Israelitam, non alienigenam.*

Σχεδὸν ἅπασα ἕξειν] supplendum, ἀγαθὰ, qod excidisse existimem. ut sit [ἀγαθὰ] ἕξειν ἅπασα ἕξιν.

Τῶν θεῶν ἡ εὐπρέπεια] Digna Christiano qovis providentiæ divinæ, qâ factum fuerit, ut nè peccatis occuparetur, cùm peccare prona dispositio non deesset, agnitio. Agnoscit ipse de se, qod Deus Abimeleco; *Ego te cohibui, nè peccares, Genes. c. 20. v. 6.* Habent his paria è nostris; Bern. *de temp. serm. 79. Prima miseratio* qod à multis adhuc peccatis *in* seculo *positum custodivit. qis enim non videat, qòd* sicut *in multis cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata, nisi omnipotens pietas conservâsset?* Qi & argumentum idem tractat fusiùs, *de diver. serm.* 13. Augustin. homil. 23. *Hic multa commisit, & multorum debitor factus est: ille gubernante Deo pauca commisit. cui deputat ille, qod demisit, huic & iste deputet, qod non commisit. Adulter non fuisti in vita illa tua præterita, plenâ ignorantiâ? Hoc tibi dicit Deus tuus; Regebam te mihi, servabam te mihi, ut adulterium non commiteres. Suasor defuit? ut suasor deesset, ego feci. Locus & tempus defuit? & ut hæc deessent, ego feci. Affuit suasor; non defuit locus; non defuit tempus: ut non consentires, ego terrui. Agnosce ergò gratiam ejus, cui debes & qod non admisisti. Mihi debet iste, qod factum est & dimissum vidisti: mihi debes & tu, qod non admisisti. Nullum est enim peccatum qod facit homo, qod non possit facere alter homo, si desit rector à qo factus est homo.* Piissimè, & ad nostri mentem pleniſſimè.

Περόπωσεν πλημμελῆσαί τι] Lugd. περόπωσι. qod probare non possum. Xyl. *qòd nihil deliqi.* pleniùs rectiùsq; Cas. *qòd nihil temerè aut præcipitanter deliquerim.* περόπαω, *præcido, præceps feror.* indè περοπῆς, *præceps:* & περοπῶς *præcipitanter, temerè, inconsideratè.* Vide *l.* 3. § 9. ἀπερισκέπτως. alioqi suspicari qis posset, scripsisse Marcum περὶφθαρται. Sicut pavlò inferiùs, τὸ φθαρτὸν τοῦ προφέρειν ἐν ἀξιώματι κατασῆσαι.

Μὴ πλέον ἐπτεφλιᾶναι παρὰ τῇ παλαιῇ τὸ πάππου] Siquidem *in domo avi sui Veri educatus est* in ætate teneriore, ut̀i Capitol. docet. Pari avtem ratione gratulatur Alcmon Poeta sibi, in *epigrammate* (qod Alexandro Ætolo *exercit. in Solinum* Salmasius vindicat) apud Plut. *de exilio*, qòd origine Lydus cùm esset, Sardibus tamen diutius educatus non sit, ubi lusus forsan sacerdos, avt Gallus tympanotriba evasisset; sed Spartam nactus puerilis indolis formatricem, ubi Musarum disciplinis initiatus & enutritus fuerit.

Καὶ τὸ πρὸ ὥρας διαῶσαι] ὥρα *flos ætatis*, ut *Ver anni*. unde Periclis illud ab Aristotele *rhetor. l. 1. c. 7. & l. 3. c. 10.* lavdatum, Τῶν νεότητα τῷ ἀπολωλέκοτι ἐν πολέμῳ ὅτως ἠφανίδς ἐν τῇς πόλεως, ὡς ἔφη εἶπε τὸ ἔαρ ἐκ τῦ ἐνιαυτῦ ἐξέλη. Tempestas nimiùm qàm lubrica, & lapsibus exposita. Præsertim ubi natalium splendor, status honestior, educatio delicatior, res lavtior, & forma venustior accesserint. Πολλοὶ γὰρ διὰ τὸ κάλλος ἔφθ τοῖς ὡραίοις παροξυνηκότων διαφθείρονται. Socrates apud Xenophont. *memorial. l. 4.* Indè Juven. *Sat* 10.

I nunc, & juvenis specie lætare tuâ, qem
Majora expectant discrimina.——

Τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδραθλῆσαι] Lugd. πρὸς ὥρας. perperam. Verùm aliud hìc ὥρα, ab eo qod suprà. ὥρα enim istìc, non tam *flos ætatis*, qàm ὁ καιρὸς, *tempus opportunum* & *idoneum* rei alicui vel aggrediendæ, vel absolvendæ. Timon Phliasius de Dionysio Heracleota, qi & Metathemenos dictus, qòd ætate devergente à secta Stoica ad Epicuream transiisset, apud Athen. *l.* 13.

Ἡνίκ' ἔχελω διώσω, νῦν ἀοχέτας ἠδυώδς.
Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη τι γαμεῖν, ὥρη τε πίτναδς.

Ità Thales, referente Stobæo *tom. 2. tit.* 68. Conjugium svadentem matrem elusit, natu minor cùm esset, ἔπω καιρός· *nondum tempus*: provectior factus, οὐκέτι καιρός· *non amplius tempus* esse, sive nuptiis *idoneam ætatem* jam præteriisse, respondendo. Beneficii ergò non contemnendi loco ducit Marcus, qòd non præmaturè se rebus venereis dederit. hoc est enim hoc loco τὸ ἀνδραθλῆσαι, *virum fieri*, sive virilitatis specimen dare. qomodo γυναῖκα γίνεδς, *mulierem fieri*. Ità Democritus dicitur puellam, qam pridiè παρθένον, cùm nocte proximâ vitiata esset, postridiè γυναῖκὸς nomine salutâsse. Laërt. *l. 9.* & Cicero objurgantibus, qòd puellam virginem homo sexagenarius duxisset, *Cras*, inqit, *mulier erit*. Fabius *institit. l. 6. c. 4.* Clarissimè Hesych. Ἀνδραποδίς, συγγενίδς. &, Ἀνδραθεῖσα, ἀνδρὶ συνοικήσασα, διαχωρισθεῖσα i. e. *virum experta*, ut Flaccus; *devirginata*, ut Petronius. In hunc sensum usurpavit Hippocrates in *lib.* περὶ παρθενίων. Locus est insignis, sed ab Anutio infeliciter tentatus, & sub correctionis prætextu corruptus planè. Verba sic habent: Αἱ δὲ παρθένοι, ὀκόσην ὥρην γάμε παρεμένωσαι, τῦτο μᾶλλον πάσχεσι. ea contra editorum priùs omnium consensum solicitat vir doctissimus, & cui Medicorum pater princeps; ille alioqi plurimùm debet, & ex Regio MS°. ὥρας rescribi postulat. Vertit avtem, *Virgines, qibus propè nuptiarum tempus instat ut viro conjungantur*. explicat in *Oeconomia*; *qæ ad nubiles annos & virilitatem prope accedunt. b. e. qæ propè sunt maturæ viro, & virilitatem avt maturam viro ætatem ingrediuntur*. Verùm primò, *virilitatem*, sive *virilem ætatem*, de virgine dictam nusqam deprehendi existimo. Tum ἀνδρῶδς Græcis, ubi de muliere usurpatur, non *viro maturam* esse, sed *virum experiri* significat. Porrò cùm ὀκόσην ὥρην γάμε dixisset, qid opus erat, ἐν τῷ ἐπείγεσθαι, qod idem prorsus valeret, τὸ παρεμένειν, subjicere? qod concisa nimis respuit dictio Hippocratica. Deniqs aliud est ἀνδρῶδς, aliud παρανδρῶδς, ut̀i mox indicabitur. Nihil igitur mutatum ego qidem velim, sed admissâ lectione jam olim receptâ, commatisqs notulâ duntaxat post γάμε, interstitâ, sic verterim. *Virgines qibus nubendi tempus adest, ni virum experiantur, affectui isti magìs fiunt obnoxiæ*. Atqe hanc esse genuinam Hippocratis mentem, è seqentibus planè perspicuum fit. Siqidem ubi incommoda ea recensuerat, qæ ex affectu isto virginibus jam *viro tempestivis*, ut Horatius loqitur, qas ἀνδρῆς ὡραίας Græci dicunt, obtingere consveverunt, remedii loco subjungit, Κελεύω δ' ἔγωγε τὰς παρθένους ὀκότων τὸ πεῖραν πάσωσιν, ὡς τάχεσα ξυνοικῆσαι ἀνδρέῃσιν· λυ γὰρ κυήσωσιν, ὑγιέες γίνεσθαι. εἰ δὲ μὴ, αὐτέων ὅμα τῇ ἥβῃ, ἢ μηκέτ' ὕστερον ἀλώσεται, ἐπὴν μὴ ἀνδραθῶσι. Præcipit sic affectis, ut qàm primùm nubant. siqidem indè futuram conceptûs spem; qi malo isti medeatur: qod nisi virum expertas affectaturum est probabile. ità τὸ ἀνδραθλῆσαι est, Hippocrate ipso interprete, ἀνδρὶ συνοικῆσαι. τῷ ἀνδρῶδς verò q. e. virum experiri, eodem avtore, opponitur τὸ παρανδρῶδς. h. e. *à viro præteriri, neglectim haberi*, & *viri*, sive *thalami*, ut Marcus, *nuptiarum*, ut Flaccus, *expertem esse*. & παρθένοι παρανδρέμεναι, qas ἀπημέρους φῆ γάμων Anaxandrides dixit, referente *rhetor. l. 3. c. 10.* Aristotele. Nihil certius, nihil clarius.

Ἀλλ' ἔτι χ' ὑπολαβεῖν τὸ χρόνε] *Sed tempus expectavi*. Xyl. sed nec ὑπολαβεῖν ejusmodi aliqem habet significatum; & ἔτι illud aliud prorsus innuere videtur. Rectiùs M Cas. *Sed longiùs etiam, qàm necesse erat, distuli*. Ità ὑπολαβεῖν τὸ χρόνε erit de tempore, qod liberum datur, aliqid sumere, qo cùm possis frui, nolis tamen. Phrasis duriuscula, fateor, & insolens. Sed ea proculdubio Marci mens istìc, non qam Xyl. voluit.

Δυνατὸν ὄζιν ἐν αὐλῇ βίῳ τα] Ità *l.* § 16.

Δυνα-

Δωματίν ἄλλα καὶ ἓν ζῆν ἐν αὐτῷ] qem locum vide.

Ἐσθήτων σημειωτῶν] five σημειωδῶν, ut Lugd. qod uſitatius eſt, & eodem recidit. utrumqe enim *veſtes notabiles & inſigniores* five *ſplendidiores* deſignat. Hoc eo, qoniam, ut Jeſus noſter, *Luc. c. 7. v. 25.* Οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. Ἐσθῆτας σημειώδεις, inqit, Annotator Lugd. Vocat *imaginibus textas, pictas, palmatas, χρυσοσήμους, auro vel purpurâ clavatas.* De Avguſto Sveton. *l. 2. c. 73. Togis uſus eſt neqe reſtrictis, neqe fnſis; clavo nec lato, nec anguſto.* De Antonino Pio Capitol. *Viſus eſt ſanè ab amicis cum privatis veſtibus, & domeſtica qædam gerens.* Et de Alexandro Severo, Lamprid. *Gemmas de calceamentis & veſtibus tulit, qibus uſus fuerat Elagabalus. veſte albâ uſus eſt, nec auratâ, penulis togisque communibus.*

Μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶν δέ τινων] Juſt. Lipſius ad Tacit. *annal. l. 1. principatûs inſignia* intelligi vult, inter qæ *ignis prælatio.* Herodian in *Commodo* de Lucilla ſorore ejus, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. Et de Marcia ejusdem Concubina, πάντα ὑπῆρχεν, ὅσα σέβας, πλὴν τοῦ πυρός. De Pertinace, Καλλίστην ὁπὸ τὸ σωμάδριον, ὅτι τὸ πῦρ ἰδίους ἑαυτῷ προπεμπεύσει, ὅτέ τι ἄλλο τῆς βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι. Qibus addas licet & ex eodem de Nigro, καὶ προπεμπόντος τὸ πυρός. Eum *ignem lampadem* fuiſſe adfirmat ex hoc Marci noſtri loco; qarum uſum, ut *in Deorum cultu*, ſic & *in Imperatorum*, extitiſſe. Accedit huic & Annotator Lugdun. *Lampadas*, inqit, vocat, *qæ præferebantur Imperatoribus, ut ignis Regibus Perſarum.* Corippus de adventante Imperatore in theatrum,

--prænuncius antè
Signa dedit curſor, poſita de more lucerna.

Verùm Meric. Caſavbonus in adverſum contendit; *lampadésqe & ſtatuas* five *imagines* eodem refert, ad *ſimulacra* ſcil. *lampadas manibus geſtantia*, de qibus Lucret. *l. 2.*

Si non aurea ſunt juvenum ſimulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur.

Et Lucretio prior, poetarum princeps, *Odyſſ. η. v. 100.* Alcinoi avlam deſcribendo,

Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι, ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
Φαίνοντες νύκτας κατ' δώματα δαιτυμόνεσσιν.

Ubi Evſtath. χρύσειοι κοῦροι, ἀνδριάντας exponit. Ideò avtem Marcum τοιῶν δέ τινων adjeciſſe, *ut à vulgaribus, qæ in ædibus plebeiis etiam plerisqe reperiuntur, imagines haſce diſtingveret.* Ego verò inter ſummos iſtos viros arbitrum me nevtiqam interponam: aliorum, uter Marci mentem attigerit propiùs, per me judicium fuerit.

Ἐγγυτάτω ἰδιώτου συστῆναι ἑαυτόν,] De Marco Capitol. *Adoptatus in æviicam domum, omnibus parentibus ſuis tantam reverentiam, qantam privatus, exhibuit. erátqe hæud ſecùs rei ſuæ qàm in privata domo parcus ac diligens; pro inſtituto patris volens agere, dicere, cogitare.* Et Ariſtid. *orat. in regem:* Ἐπιδείξει, ὅτι καὶ ἰδιώτου ὄντα καὶ βασιλέα, ὅλον τε ὄντ' τὸν αὐτὸν εἶ) διὰ τέλους. τοιοῦτον μὲν ὂν τῆς βασιλείας παραλαβὼν ἑαυτὸν, οὕτε δικαίων ἀξιωθεῖσαν ταύτης· ἐν ᾗ τῇ ὑπ' ἐκείνου ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ νῷ τε καὶ τρόπῳ χρώμενον. De Pio pariter Capitolinus; *Imperatorium faſtigium ad ſummam civilitatem deduxit. nec omninò qicqam de vitæ privatæ qalitate mutavit. vindemias privati modo cum amicis egit. qum ſibi & filiis honores peteret, omnia qaſi privatus fecit. qin & Senatui tantum detulit Imperator, qantum cum privatus eſſet, deferri ſibi ab alio principe optabat.* De civilitate hac qam in Avguſto lavdat Sveton. *lib. 2. c. 51.* Vide Caſavbonum ibidem. Sed & qæ ſuperiùs ad § 16. κοινονομοσυνῶν.

Καὶ νὴ διὰ τοῦτο ταπεινότερον] Lugd. νὴ δία. Sed legendum, μὴ διά. Sive ut M. Caſ. νὴ δία μὴ διὰ τοῦτο. Rem qod attinet; *nihilo demiſſior?* imò tantò major, tantò avguſtior. Siqidem, ut ſcitiſſimè, ſed & veriſſimè, Plinius in *panegyr. Qi nihil ad avgendum faſtigium ſupereſt, hoc uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe demittat, ſecurus magnitudinis ſuæ.* neqe enim ab ullo periculo fortuna principum longiùs abeſt, qàm humilitatis. De Pio Capitolinus, poſtqam *civilitatem* ejus deſcripſerat, ùtqe ſpecies imperatorias ſuperfluas à ſe amandaverat; *& tamen*, inqit, *ingenti avtoritate apud omnes gentes fuit.*

Ἀδελφῶ] Marci fratrem hunc adhuc qærimus, nec reperire hactenus potuimus.

Δυναμένῳ μὲν διὰ ἦθος ἐπιτυχεῖν με] At tantùm ab eo abfuit Lucius, ut Marcum moribus ſuis ad rem bene gerendam excitaret; ut contrà *poſt illius obitum Marcus ſolus rempublicam tenuerit, multò melior & feracior ad virtutes: qippe qi nullis Veri jam impediretur avt ſimulatis calliditatis ſeveritatis erroribus, avt his, qibus præcipuè diſplicebat Marco jam indè à primo ætatis ſuæ tempore, vel inſtitutis mentis pravæ, vel moribus.* Capitolin.

Τιμῇ καὶ σοργῇ ἐυφραινοντός με] *Honorem* qidem *Marco exhibuiſſe Lucium, ſi ſuſciperet, obſcœnum, ut legatum proconſuli, vel præſidem imperatori* (ad qæ verba videndus Salmaſ.) avtor eſt Capitol. qi de *amore* tamen idem negare videtur.

Ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεγνώσθην] Senec. *de brevit. vit. c. 14. Dubitare ſe Fabianus noſter aiebat, an ſatiùs eſſet nullis ſtudiis admoveri, qàm his implicari.* Ipſe Senec. *ibid. c. 13. De illis nemo dubitabit, qin operosè nihil agant, qi in literarum inutilium ſtudio detinentur.* Idémqe *epiſt. 88. Iſta liberalium artium conſectatio moleſtos, verbosos, intempeſtivos*

tempestivos, sibi placentes facit; & ideò non discentes necessaria, quia supervacua didicerunt. Vide *suprà ad § 7.*

Hanc sortem] *Filios.* Habuit *Verum*, quem superstitem amisit; *Commodum*, cui imperium reliquit, parùm pro omnibus dissimillimum; & *Antoninum* huic geminum, qi quadrimus est clarus; cùm tamen parem aliorum cursu Commodo Mathematici promisissent. *filias* plures, quarum Commodus tres superstites reliqit. Cæs. Capitol. Lamprid. Vulcat. *Lucillam & sorores.* Lampr. in *Com. Fadillam.* Vulcat. nominat.

Μὴ ἀρκῶ, μηδὲ κἂν τὸ σωμάτιον διάσωσω] Et fuit revera Commodus *formâ corporis justâ*, ut Lampridius, sed *ingenio* moribúsque planè distortissimis.

Τὸ μοι ὀκνῆσόν με ποιεῖσθαι ἐν ἐπιστολαῖς καὶ συνόδοις] Τὸ μοὶ Lugd. perperam. Vide *suprà* § 7. De re Musica perinde Philippus Macedo, qi filio, qem scitè admodum canere acceperat, *An non te tui pudet*, inqit, *qi nôris tam bellè canere?* Vide Strationici dictum à Ptolomæo reprehensi, ad *l.* 4. § 31. Psaltæ item cujusdam ad Philippum, an Antigonum, ad *l.* 6. § 35.

Τοῦ μὲν ἐπιεικοῦς οὐκέτι ἔσται] pro μὰ, μὲ adscripsi, sensu exigente.

Ἀποκλείσωσι] de qo suprà § 8.

Ῥώσεως] supr. §. 7.

Μάξιμον] supr. §. 15.

Τοῦ κατ' ἐμὲ βίου] vide supr. ad § 9.

Ἐπιφρίξω] *Perstringe.* Xyl. *efficacior.* Cas. *ἐρρήθη* crebra apud autores Græcos vocabulorum horumce ab scriptoribus permutatio occurrit. Ego tamen illic nihil moveo.

Ἐπινοίας] *Cogitationes injectas.* Xyl. *ἐπιπνοίας* malim, atque ita Cas. *inspirationes.*

Μηδὲν πολλοῦ ἄξιον ἦν] Lugd. *ἦν δὲ.* qod & sensu posset, qia ἦ alterum sequitur. Vide ad *l.* 2. § 9.

Τὰς ἐν ἕξει θείᾳ ἐνεργούσας καὶ μονονοχὶ ὁρωμένας] Plato *Phædro*, philosophiam esse ait, θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσιν. Cicero, *Tusc. l.* 1. *Philosophia quid est aliud, nisi, ut Plato ait, donum, ne ego, immortale Deorum?* Senec. *epist.* 90. *Deorum immortalium munus est, quòd vivimus; philosophia, quòd bene vivimus. itaq; tantò plus nos huic quàm deis, quantò majus bonum est bona vita quàm vita, pro certo deberemus, nisi ipsam dei philosophiam tribuissent.* Hæc ea reruleris, quòd διδασκαλίας noster dicit: ἐνορμίσεις verò pro occasionibus singulatim *suggesta* intellexerim. Hinc formulæ illæ apud Homer. *Iliad.* τ'. *v.* 485. & ψ'. *v.* 270.

——θεὸς ἐμοῖσιν ὄρμαῖς.

& *Odyss.* π'. *v.* 10.

——τὸ δ' ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε θάρσος.

Ità in sacra pagina de Artaxerxe Memore Esdræ *c.* 7. *v.* 27. *Indidit eum animo Regis rem Dei.* & Nehemiæ *c.* 2. *v.* 12. & *c.* 7. *v.* 5. *Indidit Deus meus animo meo.* Vide ad *l.* 2. § 11. ἐνορμίσεις verò καὶ διδασκαλίας ità distinguere videtur, ut illæ per signa quædam obscuriora, ista per indicia clariora, qdà discrètè præcipiendo qid facto opus sit, præcedant. Galen. *de optim. sect. c.* 11. ex Empiricorum sententia: Τὰ καταλαμβανόμενα, ἃ μὴ αὐτοῖς καταλαμβάνεται, οἷς τὸ ἐφ' ὅσον· ἃ δὴ ἐνορμήσεις, οἷς τὰ δηλοῦντα τινὰ καταλαμβανόμενα· ἐνδείξεις δὲ οἷς καταλαμβάνεται ἐνίοτε ὑπὸ τῶν ἐνορμήσεων, aperte distinguit.

Τὸ δύσκριτόν μοι τὸ σῶμα] Αὐτὸς μὲν γὰρ ἀδυνὶ λίαν τὸ σῶμά ἐστι. Dio. *Habuit enim corpus valetudinarium.* qod studio intentiori Capitolinus adscribit. *Tantum*, inqit, *operis & laboris studiis impendit, ut corpus afficeret, atq; in hoc solo puritia ejus reprehenderetur.* Sed & Cassius, Ἐκ τῆς πολλῆς, inqit ἀσχολίας τε καὶ ἀσυνηθείας ἀδυνάτως τὸ σῶμα ἔχε· καὶ τοι τοσαύτην δοξάζει ἐπ' ἀρχῆς χρησιμωθῆναι, ὥστε καὶ ἐπιφορμαχεῖν, καὶ σὺν ἀγελαίοις ἐν ὄρει κυνηγετεῖν ἐπὶ ἔτη. Et mox; Οὕτω ὀξύθυμος καὶ χρηστὸς πλείστου παρὰ πᾶσιν, οἷς ἐπαίνου τῶν ἡγεμονίαν ἐκέκτητο. qui postrema illustrans, qod adjecit hìc Marcus, ἐν τῷ τούτου βίῳ. Nec tacendum qod apud Svidam scripsit innominatus, ubi de Marci corpore imbecillieri dixerat, subjungit, Καὶ τοῦτο ἐξ ἀδιηνεκοῦς καρδιακοπαθείας ἐνόσει. Tribuit autem hoc Cassius theriaci, qod qotidiè sumebat, beneficio. De qo videri poterit Galenus, qi hunc Marci morem diligentiùs narrat, *de antidot. l.* 1, *c.* 1.

Μὴ ἁπλοῦς] ἁπλοῦς eo sensu, qo Apostolo ad *Cor. ep.* 2. *c.* 7. *v.* 11. Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 10. Μηδὲ μέλοι ἁπλοῦσθαι πρὸς πλοῦν γαμετῆς τὸ παράπαν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. Prov. *c.* 6. *v.* 29. Οὐκ ἀθῷος ἔσται πᾶς ὁ ἁπλούμενος αὐτῆς. qisqis eam attigerit, haud futurus est insons. de uxore alienæ. Eadem mente Σίγειν & διηγεῖσθαι usurparunt. Plut. *Alex.* Παρθένων καὶ γυναικῶν ἁπλῶς καὶ ὡραίας ἀπεῖχε γυναικός. —ἀλλ' Ἀλέξανδρος ὅτε τύπον ἔδωκεν, ὅτε ἄλλως ἐγκρατὴς γυναικῶν περὶ γάμους, πλὴν Βαρσίνης.

Βενεφικίων] Et pallatis aulicis videtur ista fuisse.

Θεοδότου] ex numero exoletorum iste. Vide *suprà.* § 16.

Τὸ χαροποίητον Ῥοῦφον, μανίην πλέον πρόξαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων] Faciunt huc, Abigajelis Davidem Nabalis infensum minitantis interpellatio, Regisq; ipsius tum mulierculæ, tum & Deo ipsi eo nomine benedicentis acclamatio, *Historiæ Reg. l.* 1. *c.* 25. *v.* 31, 32, 33. Atq; hoc est, qod Apostolus monet, *ad Ephes. c.* 4. *v.* 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. de qo loco alibi diximus.

Μὴ λοιπὸν ὑπὸ πολλῶν τοῦ τεκόντος] Obiisse videtur,

videtur ex Capitolino, Marci mater, antequam filius imperium Pio defuncto adiret: quâ tamen ætate fato concesserit, incertum.

Ὀνήσου μετ' ἐμοῦ τὴν τηλαλεῖαν ἅπαν] Capitol. *Ab Adriano adoptatus, jussúsque in Adriani privatam domum migrare, invitus de maternis hortis recessit.*

Ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα] Quòd nec defuerit unquam, unde aliqid poscenti se subveniret; nec eò fuerit redactus, ut ab aliis flagitare cogeretur, pro magno ducit beneficio. Agnoverat nimirum illud Servatoris nostri; Μακάριόν ἐστι διδόναι, μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. Act. c. 20. v. 35. & quod optimum quemque censere Gregorius Naz. asserit *orat. pro pauper.* Τὸ εὐπορεῖν τῷ πάσχειν πιθανώτερον καὶ ἀσφαλεστέρον χεῖρας ἔλεσθαι.

Τῇ γυναῖκα τοιαύτῃ] *Habuit uxorem Anniam Faustinam consobrinam suam.* Capitol. Et reverâ, qualis istic depingitur uxor, numinis donum, haud è minimis, haud è multis, censeri meritò possit. Verùm an ejusmodi Marci nostri Faustina extiterit, licèt Pii filia, Marcus ipse viderit. Certè si vera narrant Cassius & Capitolinus, nihil minùs illa fuerit.

Τὸ ὀπτασίαν τροφῶν εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι] Ità Philippus Macedo *epist. ad Aristotelem.* Ἴδοι γενοίμην μὲν ὑὸν πολλῶν ἐν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, ἐκ ὅτου ὀπτὴ τῇ μητρὶ τῇ παιδὸς, ὡς ὀπτὴ τῇ κτίσει σωὶ πλείαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ πατρὸς καὶ τῆς ὅλης περιμάτων διαδοχῆς. *Filium mihi genitum scias; quo nomine Diis gratias ago, non tam proinde, quia natus, quàm quòd eum nasci contigerit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut à te edoctus eruditúsque, dignus evadat, qui & nobis, & rebus à nobis susceptis succedat.* Refert Gellius *l. 9. c. 3.* Commodum autem Marcus & *suis præceptis, & etiam magnorum atque optimorum virorum operâ erudire conatus est. habuit literatorem Græcum, Oneficratum; Latinum, Capellam Aristium: orator ei Anteius Sanctus fuit. Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt.* Lamprid.

Τὰ δ' ὀνειρόπτων βοσθήματα] De remediis istiusmodi per insomnia indicatis superstitiosa multa in *sermonibus sacris* Aristides; sed & Cicero *de divinat. l. 1.* tangit & noster, *l. 9. § 27.*

Καὶ τότε ἐν Καιήτῃ ὥσπερ χείρῃ] locus mutilus; quod & Xylander monuit. *forsan,* inqit in *notis,* ὥσπερ χείρῃ *quomodo utaris.* At in versione, *sicut Chræsæ:* ac si loci alicujus nomen proprium esset. qò inclinat & Mericus; sed ut viri, non loci, appellatio sit, & χείρῃ legatur. qasi dicat Marcus; *Cajetæ, qæ in regione Campana maritimum est opidum, se Deis vota facientem, fausta retulisse;* prout & *Chrysæ Phœbi sacerdoti olim contigerat supplicanti παρὰ Διὸς πυλωφοίσβοιο θυλόεντος. Il. α'.* Eruditus vir D. Bootius χείρῃ legendum suspicatur: χεῖρας idem qod χρησμὸς, ut χρηματισμὸς interdum pro χρηματισμὸς dicitur. ut sensus sit, *qemadmodum sibi divinitùs remedia ad qosdam morbos monstrata fuerunt, ità etiam cùm Cajetæ aliquandò ageret versaretur in periculo alicujus morbi alterivéve casûs, auxilium, qo eum depelleret, ostensum fuisse, idqe tanqam oraculo, cùm aliàs in ea urbe oracula nulla edi solerent.* Idem ferè vult Annotator Lugd. qi legit, καὶ τοῦτο ἐν Κ. ὥσπερ χρησμόν. ac vertit, *Hócqe Cajetæ, tanqam oraculum qoddam.* Clariss. Salmas. *fine aliqo* διορθώσει (qales Marcus istic loqitur) ὀνείρου *sanum fieri locum vix posse* censet. *conjecturam* tamen *duplicem* adjungit. legendum scil. vel, καὶ τότε ἐν Καιήτῃ εὐτυχῆσαι, ut *loci* meminerit, in qo monitum illud à numine acceperit: vel, καὶ τοῦτο ἐν Καιήτῃ, ὡς ἀσκληπιείου, ut & *remedii* præcepti mentio fiat, qod *circumlinere* sibi aliqid jussus sit. In re tam ambigua ipse statuere nihil avsim.

Ὅπως τε ἐπεθύμησα] [τὸ] ὅπως τε ἐπεθ. sic ut in præcedentibus passim. Salmas. forsan, τὸ, ὅπως ἐπεθ. ut τε ex τὸ factum sit.

Ἀπαναθίσου ὅτι τοῦ συγγεγραφῆς] Lugd. ἀπαναθίσου. forsan ἀπαναθῶς. usitatiùs autem ὅτι τοῖς συγγεγράφοις diceretur. Sed & Thucydides *l. 1.* ναθίως ὅτι τῷ ἰδίᾳ, dixit. Epictet. *dissert. l. 2. c. 6.* ἐκ ἦν τοσοῦτος, τοσοῦτον μὴ ἐκπονέναι, τοσαῦτα δ' γεγεμφόναι, τοσοῦτῳ δ' χείρων παρακαθῆσθαι γεγονότι ὑ πολλῶ ἀξίῳ. Verùm ἀπαναθῶς, qo Marcus hic usus videtur, disertius est vocabulum. Significat enim *desidem & ignavum assidere.* Pollux *l. 3. c. 24.* inter *ignaviam* ac *desidiam* denotantia vocabula, ἀπαναθῶς & ἀπαναθίζεσθαι collocat. Verus Edictum Censorium ex Svetonio *de clar. Rhetor.* à Gellio *l. 15. c. 11.* exhibitum: *Renunciatum est nobis, esse homines, qi novum genus disciplinæ instituerunt; ad qos juventus in ludum conveniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras: ibi homines adolescentulos totos dies desidere.* hoc est, qod Marcus, ἀπαναθῶς.

Θεῶν βοσθῶν καὶ τύχης δεῖται] Expressisse videtur, qod Plato *de leg. l. 4.* & ex Platone Maximus Tyr. *orat. 3.* & Stobeus tom. 2. *tit. 58.* Θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεὸν τύχη καὶ καιρὸς τ' ἀνθρώπινα διαπεραίνουσι ξυμπάντα. qanqam τύχης nomine *providentiam divinam* intelligere videtur, vel *casus* potiùs *fortuitos* rerúmqe contingentiam providentiâ divinâ dispositam & gubernatam. qomodo & Solomon Rex usurpavit, *Eccles. c. 9. v. 11.* qo loco, qod Plato τύχη καὶ καιρὸς, Solomon עת ופגע dixit. Stoici enim omnia fato fieri statuebant; & fortuita etiam qæ dicuntur, eodem referebant. Ità Aristoteles Rhetor. *l. 2. c. 19 § 8.* Ἐν δ' ἐκπολεμεῖ βέλτιον ἦθος τῇ εὐτυχίᾳ, ὅτι φιλόθεοι εἰσι, καὶ ἔχουσι ἐλπὶς τὸ θεῖον πως πεποιῆσθαι, διὰ τὰ γινόμενα

μᾶλλον ἀγαθὸν ὑπὸ τῆς τύχης. Vide & Marcum *l.* 3. § 11. Plinius minor. *lib.* 4. *epist.* 8. *Sed nimirum quæ sunt in manu hominum, & mihi & multis contigerunt. illud verò, ut adipisci arduum, sic etiam sperare nimium est, quod dari non nisi à Diis potest.*

Τὰ ἐν Κυάδοις] Ambigi potest, utrùm ad antecedentia lemma istud, an ad subsequentia pertineat. Ex usitata siquidem formula, si antegressa spectaret, dicendum videatur, τὰ ἐν Κυάδοις· *apud Quados ista*; concepta nimirum, vel conscripta sunt. Illud autem, Τὰ ἐν Κυάδοις. hoc est, *Quæ apud Quados*, agenti scil. concepta & conscripta; tituli præfixi potiùs, quàm subjunctæ clavsulæ significationem præ se fert. Atque in hanc partem hoc in loco M. Casaubonus accepisse videtur; in libro proximò exeunte illam alteram secutus. Ipse interim eâ disceptatione in medio relictâ, ad hunc locum libro primo terminum dare nihil qicqam dubitavi: cùm & huc usque serjem qandam continuam, qæ hîc planè incidi-tur, avtor ipse tenuerit, miscelam deinceps meram exorsus; & sectiuncula illa ipsa, à qa liber secundus in hactenus excusis inchoatur, ad proximè præcedentia respectum habeat satis clarum.

Κυάδοις] *Quadi* Germaniæ populus, de qibus Ptolemæus *geogr. l.* 2. & Tacitus in *tractatu de morib. German.* Adversùs istos Marcomannis junctos non sine prospero successu bella gessisse Marcum nostrum, avtores sunt Dio Cassius & Jul. Capitolinus. Sed & Lucian. in *pseudomanti*, cujus hæc sunt verba, ὅτι θεὸς Μάρκῳ ἦλθε τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κυάδοις συμπλέκεται. Eam expeditionem celebriorem reddiderunt Christianorum suppliciis impetrati cœlitùs imbres, cùm exercitus siti ferè confectus jam esset. Meminere Tertull. *ad Scapul.* & *in apolog. c.* 5. & ex eodem atqe Apollinario Evseb. *hist. Eccles. l.* 5. *c.* 5. & *Chron. l.* 1. & 2. Niceph. Callist. *l.* 4. *cap.* 12. Zonar. *Annal. tom.* 3. Xiphilinus in *Marc.* Oros. *hist. l.* 7. *c.* 15. Otho Frising. *chron. l.* 3. *c.* 25. Jo. Aventin. *annal. Boior. l.* 2. alii. qanqam istud Cassius, Arnuphis Ægyptii, vel Juliani, ut apud Svidam alius nescio qis, Magicis procurationibus, Marci ipsius precibus Capitolinus, moribus pietatiqe Clavdianus, Christiano nomini iniqiores, adscribant. Videatur Scalig. *ad Evseb. chron.* & Xiphilin. *supr. ad* § 6.

Ad Librum II.

§ 1. Ὡδὶ φωνήσειν] δεῖ, (ut *l.* 3. § 1.) χρὴ, μέμνησο, (ut *l.* 8. § 13.) vel tale qid, subintelligendum. qod cùm in scriptis istiusmodi est frequentissimum, rum nostro istîc cum primis familiare. Cæterùm Xyl. εἰώθει legit, vertitqe, *solebat is sibi prædicere.* Sed monentis potiùs qid velit, qàm qid assveverit narrantis, dictio videtur. qin nec in persona tertia, qam dicunt Grammatici, de se Marcus loqi assoleret.

Σωτηδέξομαι ἀνείργῳ, ἀχαρίστῳ] Seneca, *de ira l.* 2. *c.* 10. *Placidus sapiens & æqus erroribus, non hostis, sed corrector peccantium, hoc qotidiè procedit animo; Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi avari, multi furiis ambitionis agitati. Omnia ista tam propitius aspiciam, qàm ægros suos medicus.*

Παρὰ τῶν ἀγροίων] creberrimè istud inculcat noster, utì in locis collatis videre licet. vide *infr. ad* § 13. Sed & Epictetum latiùs idem differentem, *l.* 1. *c.* 18. & *c.* 28. Lactant. *instit. l.* 5. *c.* 8. *Mali sunt ignoratione recti & boni.*

Ἐγὼ δὲ πεπονηκώς] Ità *l.* 3. § 11. ἀλλ' ἐγὼ ὢν ἀγροῖκος. qod & urget vehementiùs, dilemmate usus. *l.* 7. § 26. Vel inscitiâ rerum pari & ipse laboras; & pariter affecto ignoscendum: vel perspicaciâ majore imbutus es; & caliganti æqior esse debes. Vide & *infr. ad* § 13.

Τῷ φύσιν τὸ ἀγαθὸν, ὅτι κλῆρον, καὶ τὸ κακὸν, ὅτι αἰσχρόν] Imò solum illud bonum, hoc solum malum esse. Sic enim statuunt Stoici, apud Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Hecato *de bonis l.* 3. & Chrysip. *de honesto*; Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι· καὶ τὸ πᾶν ἀγαθὸν καλὸν εἶναι· καὶ ἰσοδυναμεῖν τὸ ναῦν τὸ ἀγαθόν. & Seneca, *epist.* 76. *Unum est bonum, qod honestum.* De Helvidio Prisco Tacit. *hist. l.* 4. *Doctores sapientiæ secutus est, qi sola bona, qæ honesta; mala tantùm, qæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteràqe extra animum, neqe bonis, neqe malis annumerant.* Vide *infr. ad* § 11.

Συγγενικῷ, καὶ αἱματικῷ καὶ κοσμικῷ τῷ αὐτῷ] Ità *l.* 12. § 26. Ὅσον ἡ συγγένεια ἀνθρώπου πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἃ γὰρ αἱματικὴ καὶ σπερματικὴ, ἀλλὰ νοὸς κοινωνία. Non hac duntaxat, avt præcipuè ratione: sed & istâ tamen. Pavlus Apost. apud Lucam *Act. c.* 17. *v.* 26. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων. Et Lactant. *instit. l.* 6. *c* 10. *Si ab uno homine, qem Deus finxit, omnes orimur, certè consanguinei sumus.* Itaqe τὸ μισεῖν

μόνον hîc subintelligendum, cujus frequens passim Ellipsis. Xenoph. cupedit. *l.* 3. Οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντι. *Hominem Dominum nullum, sed Deos solos adoratis.* Ità supplet Christus apud Matth. *Evang. c.* 4. *v.* 10. Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. quod omissâ particulâ illâ Moses dixerat, *Deut. c.* 6. *v.* 13. *Dominum Deum tuum adorabis, eidémque servies.* Paulus *ad Rom. c.* 4. *v.* 9. Ὁ μακαρισμὸς οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; *Beatificatio ista ad circumcisos (solos) an & ad præputiatos pertinet?* Quod Castellio, cùm minùs adverteret, perperam reddidit; *Hæc beatitudo in circumcisionem ne cadit, an potiùs in præputium?*

Ἀλλὰ νοῦ] Synes. *de providentia.* Ἔστι δὲ ὁ μία ψυχὴν καὶ σωμάτων συγγένεια. ὁ γὰρ τῶν αὐτῶν ἐπὶ γῆς ἐκτροφῶν γονεῖσιν, τοῦτο προσήκει ψυχαῖς, ἀλλὰ τὸ ἐκ μιᾶς ῥιζώσης πηγῆς· qi tamen fontes, unde deriventur animæ, duos statuit; terrestrem alterum, alterum cœlestem; indè Osiridi, Typhoni hinc animam contigisse. At contrà Lucret. *l.* 2. & Lucretio σύμψηφος Lactant. *institut. l.* 6. *c.* 10. eodem, qò Marcus istìc collineans; *Si ab uno Deo*, inquit, *inspirati omnes & animati sumus, quid aliud quàm fratres sumus? & quidem conjunctiores, qòd animis, quàm qi corporibus.* itaq; non errat Lucretius, cùm dicit;

Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi:
Omnibus ille idem pater est.——

Subjungit Lact. nostro consentiens: *Ergò pro beluis immanibus habendi sunt, qi hominibus nocent.* —*Ob hunc enim necessitudinem germanitatis docet nos Deus, malum nunquam facere, semper bonum.* Idémq; *l.* 5. *c.* 8. ex Cicerone *de legib. l.* 1. *Sicut unâ eadémq; naturâ, mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohæret ac nititur: sic omnes homines inter se naturâ confusi, pravitate dissentiunt; nec intelligunt se esse consanguineos, & subjectos omnes sub unam eandémque tutelam. qod si teneretur, Deorum profectò vitam homines viverent.*

Καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχον] θεία ἀπόμοιρα i. e. *portiuncula divina*, ὁ νοῦς. i. *mens*, sive *anima rationalis* hîc dicitur. sicut infrà § 4. τῷ τὸν κόσμον διοικοῦντι ἀπόῤῥοια. & *l.* 5. § 27. τῷ Διὸς ἀπόσπασμα. de qibus, suis locis dicetur. Eadem Epictet. differt. *l.* 1. *c.* 1. Τοῦ Διὸς μέρος. Senecæ *epist.* 92. *Dei pars est. & de otio sapient. Divini spiritûs pars ac velut scintilla qædam.* Horat. *Serm. l.* 2. *Sat.* 2.

——*divinæ particula auræ.*

qo modo Ammianus, tanqam ex Physicorum sententia, *l.* 21. *Sol mens mundi nostras mentes ex sese, velut scintillulas, diffunditat.* Et Manilio Astron. *l.* 2.

——*pars ipsa deorum est.*

Plutarch. *qæst. Platonic. l.* 1. Ἡ δὲ ψυχὴ νοῦ μεταλαχοῦσα καὶ λογισμοῦ, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὅσον αὐτοῦ, ἀλλ' ὅπ' αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονε. Seniùs Augustinus, *epist.* 157. *Animam, Dei non particulam esse, sed creaturam. & de anim. orig. lib.* 2. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 3. *ab illo, non de illo factam.* qem & amplius vise sis *de civit. Dei l.* 12. *c.* 24. Tertull. *de resurrect. c.* 7. *Deus animæ suæ umbram, spiritûs sui auram, oris sui operam, vilissimo alicui commiserit?* Animam loqitur humanam corpori inditam. Pulcerrimè Gregor. Naz. Augustino sensu consentiens, qamvis modo loqendi dispar, *apologet.* § 33. Περὶ ψυχῆς οὐ σαφῶς, τίνα ἐν θεῷ καὶ θείαν, καὶ τῆς ἄνωθεν συγγενείας μετέχουσαν, καὶ πρὸς ἐκείνῳ ἐνεργοῦσαν, εἰ καὶ τῷ χείρονι συμπλέκεται. Modestissimè Epiphanius, *in ancorat.* § 55. Οὔτε μέρος θεοῦ λέγομεν εἶναι τὴν ψυχὴν, ὅτε ἀλλότριον τοῦ ἐμφυσήσαντος· (ità enim legendum arbitramur, qod ἐμφυτεύσαντος vulgò legitur) πᾶσα γὰρ τὸ παράπαν τῶν ποιητῶν θεὸν μόνον ἐγνωκεν. Sed & Synesius *epist.* 105. τὸν νοῦν indigitat τὴν ἐν τῇ ψυχῇ μοῖραν τὴν θείαν.

ι Οὔτε βλαβῆναι γὰρ πρὸς ἀνθρώπου δύναμαι] Argumentum à nostro crebriùs repetitum, utì in collatione indicatum, nostris etiam non insoleas, qi lædi neminem, nisi à sese, posse contendunt. Habes à Joanne Chrysost. fusè pertractatum, Edit. Savill. *tom.* 7. *orat.* 2. cujus titulus; Ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα παρελάβαμεν οὐδεὶς δύναται. Inter exteros verò Maximus Tyrius *dissertationem* eadem de re ingeniosam admodum instituit, numero 21^m. qâ & Socratis dictum illud celeberrimum lavdat, à Platone in *apolog.* positum, à Plutarcho *de tranqill.* ab Epictet. *enchiridio extremo*, & *dissert. l.* 1. *c.* 29. & *l.* 3. *c.* 23. à Clemente *Strom. l.* 4. repositum, à Thrasea etiam apud Dionem in *Nerone* usurpatum. Ἐμὲ γὰρ Ἄνυτος καὶ Μέλητος ἀποκτεῖναι μὲν δύναιντο, βλάψαι δὲ οὔ. *Me Anytus & Melitus occidere qidem possint, sed ladere non possunt.* In eundem hunc sensum & Dominus noster de suis apud Lucam *Evang. c.* 21. qibus etiamsi prædiceret, fore ut morte ipsâ multarentur (καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν § 16.) subjicit tamen, nihil indè ad ipsos damni, nè vel minimum qidem, rediturum. καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. *nec capillus de capite vestri cujusqam periturus est.* v. 18. οὐ γὰρ βλαβήσῃ, inqit Maximus, ἀγαθῷ ἀνδρὶ γὰρ πονηρῷ βλαβῆναι. qod Plato, οὐ γὰρ θεμιτὸν ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. *neque enim jus fasq; patitur, ut vir bonus qispiam ab improbo qoqam lædatur.* Vide ad *l.* 9. § 4. Itaq; cum nostro consentiens planè Joan. Chrysost. *in Matth. orat.* 87. Ἐι δὲ οὐδὲν πάσχει δεινὸν, πόθεν ὀργίζῃ τῷ μηδὲν τι παθόντι κακόν; *Si mali nil pateris, cur ci succenses, qi te malo non affecit?* Julianus denique *de Cynicis. orat.* 2. Κἂν τις ἕτερος ἔχῃ πρὸς αὐτὸν ἐγκλήματα, ὅμως, πλὴν πρὸς θεούς. ἐκείνῳ μὲν οὐκ ἔστιν ἐχθρός· οὐδὲ

ὑπὸ γὰρ βλακείας· αὐτὸς δὲ αὐτῷ, βαρύτιλον ὀπτῆς εἰς τίμημα τῷ τοῦ χρείττονος ἀγνοίᾳ, ἔρημος τῆς ἐκείνου φρονήσεως.

'Αιχρῷ γάρ με ὑδὶς περιβάλλει] αἰχρῷ περιβάλλειν, ut & χαλῷ περιβάλλειν, *infrà* § 11. metaphora ab amictu sumpta, qi corpori circumjicitur, φάος; corpus ipsum involvitur. qalis illa Psalmæ *Psal.* 103. *v.* 18, 19. ὑπεδύσατο κατάρας ὡς ἱμάτιον. —ἠμπίσθητο αὐτῷ ὡς ἱμάτιον, ὃ περιβάλλεται. *turpi*, inqit, *aliqo nemo me involverit.* qia virturem scil. nemo eripere cuiqam potest, in qa sola τὸ καλὸν, & in cujus solius privatione τὸ αἰσχρὸν Stoici collocant. Λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶ· εἶ δὲ τοῦτο ἀρετή. Laërt. *Zenon.* & Senec. *de vit. beat. c.* 22. *Sapientibus noſtrùm unum bonum est virtus.* &, *de constant. c.* 5. *Unum malum illis est turpitudo.* Vide Cicer. *Parad.* 1. qi & idem *ad Attic. l.* 10. *ep.* 4. *Nihil esse bonum, niſi quod honestum: nihil malum, niſi quod turpe sit.* itaqe τὸ αἰσχρῷ περιβάλλειν, & τὸ καλῷ περιβάλλειν, Marco noſtro idem sunt. Maximus Tyr. *orat.* 2. 'Αδικία δέ ἐστιν ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ. τὸ δὲ ἀγαθὸν τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἀρετή; ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον. ἐκ ἀδικηθήσεται τίνων ὁ τὴν ἀρετὴν ἔχων· ἢ ἐκ ἔστιν ἀδικία, ἀφαίρεσις ἀγαθοῦ. ὑδὲν γὰρ ἀγαθὸν ἀφαιρετόν, ὑδὲ κατόκλητον, ὑδὲ ἐλεητὸν, ὑδὲ λυπηρόν. Eodémqi Chrysostomus, in argumento hoc, telo pugnat. Telephus Accianus apud Macrob. *Saturn. l.* 6. *c.* 1.

—*nam si regnum à me fortuna atq; opes*
Eripere qivit, at virtutem non qiit.

Ἀπεὶς γὰρ περιαίσιον ὑ γίνεται. Epictetus apud noſtrum *l.* 11. § 36. *Prædo virtutis nullus est.* Itaqi Maximus: 'Αγὴρ ἀγαθὸς ἢ δίκῃ κατεγέλαστος γίγνεται ἀκραιφνὴς, ὁρῶν τοὺς ἀδίκους ἐπ' αὐτὸν ὁρμωμένους στρατῷ, ὁπλίτας τὸ σῶμα, σφῶν δ' ὑδέν. ἀλλὰ ἢ αἰτιαζόμενον ἐκείνων, βοῶντας τὸ τοῦ 'Αχιλλέως, *Iliad* ι'. 604.

—φονῆς ἢ τεκμῶρ Διὸς αἴσης.

ἢ ἀφαιρεμένων τὰ χρήματα, περιόντος ὡς παίζοντα ἢ ἀσραγάλας ἀφαιρουμένου· ἢ ὑποδυνείται, ὡς ὑπὸ πυρετῷ ἢ λίθῳ, ὑδὲν ἀγανακτῶν πρὸς τοὺς ὑποδεδυκότας. Senec. *de constant. sap. c.* 5. *Injuria propositum hoc habet, aliqem malo afficere: malo autem sapientia non reliqit locum. unum enim malum illi est turpitudo: qa introire eò, ubi jam virtus possidet, non potest. injuria ergò ad sapientem non pertinet. nam si injuria alicujus mali patientia est; sapiens autem nullius mali est patiens; nulla ad sapientem injuria pertinet.* Vide ad *l.* 8. § 1.

Οὔτε ὀργίζεσθαι τοῦ συγγενοῦς δυνατὸν, ὅτε ἀποχθεῖσθαι αὐτῷ] Epictet. *Enchirid. c.* 42. Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὸν μὲν φορητὸν, τὸν δὲ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇ, οὐκ ἀντέχου αὐτοῦ μὴ λάβωμαι, ὅτι ἀδικεῖ. οὐ γὰρ λαβὴ ἔστιν αὐτοῦ ἡ φύσις· ἀλλὰ ἐκείνην μᾶλλον, ὅτι ἀδελφός, ὅτι σύντροφος, καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ' ὃ φορητόν ἐστιν. Idem *dissert. l.* 3. *c.* 10. Οὐκ ἔστι τὸν μοι προσκεῖσθαι χθιζὸν τὸν ἀδελφόν. ὑ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκείνου ὄψεται. ἐγὼ δ' ὡς ἂν προσενεχθῇ αὐτὸς, οὕτως δεῖ χρῆσθαι τοῖς πρὸς ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ ἐμόν ἐστι, ἐκείνου δ' ἀλλότριον· τοῦτο ὑδεὶς κωλύσει δυνάμενος· ἐκεῖνο κωλύσεται. vide *l.* 5. § 22.

Γεγόναμεν πρὸς συμβίωσιν] Qod *l.* 4. § 3. τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. & *l.* 8. § 56. Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. & *l.* 5. § 16. πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν. & *l.* 7. § 13. πρὸς μίαν τινὰ συμβίωσιν. Vide *infrà ad* § 2. Senec. *de ira l.* 1. *c.* 5. Homo in adjutorium mutuum generatus est. & epist. 95. *Natura nos cognatos edidit, cùm ex eisdem & in eadem gigneret. hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit: illa æqum justúmq; composuit: ex illius constitutione miserum est nocere càm lædi: & illius imperio paratæ ad juvandum manus. iste versus & in pectore & in ore sit:*

Homo sum: humani nihil à me alienum puto. Ter. *Heaut.* 1. 1. *Habemus in commune, qòd nati sumus. Societas noſtra lapidum fornicationi simillima esset, qæ casura, niſi invicem obstarent; hoc ipso sustinetur.*

'Ως πόδες] Ideò, πῶν τὸ ὑπόπτου ἐξ ἀνάγκης ἀρετὴν ἔχει τοῦ πόδας. Aristot. *de animal. incess. c.* 8. & *hist. anim. l.* 1. *c.* 5. & *problem. l.* 10. *q.* 18. & 23. Hierocles Περὶ τοῦ πρὸς φιλαδελφίαν apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 81. Οἱ ἀδελφοὶ τρόπον τινὰ τὰ αὐτοῦ μέρη τυγχάνουσιν, ὥσπερ οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ τὰ σκέλη, καὶ αἱ χεῖρες, καὶ τὰ λοιπά. ὥσπερ οὖν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ αἱ χεῖρες, εἴτε ἕκαστον ἰδίαν ψυχὴν καὶ νοῦν λάβοι, ἀδύνατοι ἂν τὰ λοιπὰ πάσῃ μηχανῇ διὰ τὴν εἰρημένην κοινωνίαν, τῷ μηδ' αὐτὰ τὸ ἴδιον ἔργον διά τε τὴν παρόντων κακῶν δίκην τῶν ἑτέρων παρουσίαν· οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς ἀνθρώπους φιλεῖν, καὶ τὴν ψυχὴν (forſan ψυχὴ μιᾶς. Vide *ad l.* 4. § 4. *annot.* 1. & § 29. *annot. ult.* & *l.* 9. § 8. & *l.* 12. § 30.) ὁμολογοῦντας ἔχειν, μιᾶς πεφυκότας σωτῆρος, ὥσπερ τοῦ ἑνὸς σώματος μέρη τοῖς ἀδελφοῖς. καὶ γὰρ αὖ καὶ πλεῖόν τι πρὸς τὸ μέρη συλλαμβάνειν ἀλλήλοις ἀδελφοὶ πεφύκασιν. ὅτι τε γὰρ ὀφθαλμοὶ μὲν ὁρῶσιν ἀλλήλοις παρόντες παρόντα, καὶ χεὶρ σωζόμενα παρούσῃ χειρὶ παρούσα· ἡ δὲ ἀδελφῶν σύμφραξις ἀλλήλοις πολυχρήστως πως ἔχει· προφῆναι γὰρ τὰ κοινῇ διαφέροντα, καὶ διεγηκότες σώματα, μέγα δ' ὑπάρχουσιν ἀλλήλοις ὄφελος, κεἰ μεῖον ἢ τὸ διάστημα. Ità enim locus ille insignis, sed fœdissimè vitiatus, ex parte saltem restitui poterit. Basil Cæs. epist. 68. Ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι πλέον ἡμεῖς τῆς ἑνὸς ἑκάστου πρὸ ἀδελφῶν οἰκειότητος διέμεθα, ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα πρὸ χειρῶν τῆς ἑτέρας. ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς, τὸ ἀναγκαῖον τῆς κοινωνίας ὁ κύριος ἡμᾶς ἐδίδαξεν· ὅταν πρὸς αὐτὰ ταῦτα ἀποβλέψωμεν τὰ μέλη ἡμῶν, ὅτι ἓν ὑδὲν ἑαυτῷ

ἑαυτῷ πρὸς ἐπιμέλειαν αὐτάρκεις. ὅτε γὰρ ἂν πρὸς ἀσφαλῶς βαδίσητε, μὴ συμπεσεῖσθον τοῦ ἑτέρου· ὅτ' αὖ ὀφθαλμὸς ὑμᾶς ἴδοι, μὴ κοινωνὸν ἐχων τὸν ἕτερον, καὶ μετ' αὐτοῦ συμφώνως προσβάλλων πρὸς ὁρατούς. καὶ ἀκοὴ ἀκριβεστέρα, ἢ δι' ἄμφοιν τοῖν ποδοῖν τὸν φωνὴν ἐκχωμένη· καὶ ἀντίληψις κρατιστέρα τῇ κοινωνίᾳ τῶν δακτύλων. καὶ ἁπαξαπλῶς ἔστιν ὅτε τῶν ἐκ φύσεως, ὅτε τῶν ἐκ προαιρέσεως κατορθωμένων ὁρῶ, ἀνὰ τὰς τῶν ὁμοφύλων συμποίας ἐπιτελούμενον. Cæterùm de usu manûm Marcus, de necessitate Basilius loqitur.

Ὡς χεῖρες] De manibus Galen. *de usu part. l.* 1. Σύμμαχον ἑτέρᾳ τὴν ἑτέραν ἡ φύσις ἐποίησε ταύτῃ ἄρα καὶ πρὸς ἀλλήλας πανδίκαιον· ἀλλήλων γὰρ ἕνεκα γεγένηται. Indè nata proverbialia illa Menandrianum apud Gnomologum;

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν·
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.
Servat virum vir, civitatem civitas:
Digitum lavátque digitus, & manum manus.

Epicharmeum apud Æschinem in *Axioch.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 10.

Ἀ χὴ χεὶρ τὰν χεῖρα νίπτει· δὸς τι, καί τι λάμβανε.
A manu manus lavatur: da qid, & qid accipe.

quanquam qod Stob. *νίπτει*, Æsch. *νίζει* habet. Erasm. & Grot. *νίζει* malunt. ut sit, *A manu manus fricatur.* sive ut vulgò efferri solet, *Manus manum fricat.* Denique Evripideum illud in *Heraclid.*

——μιᾶς δ' χειρὸς ἀδυνὴς μάχη.
Invalida pugna est, una quam gerit manus.

Virgilius an Septimius in *Moreto*:

Admovet indè manus operi, partitus utrique;
Lævæ ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
Interdum fessæ succedit læva sorori,
Alternátque vices.——

Ὡς βλέφαρα) qæ ad oculi tegmen & tutelam amicè consprirant.

Ὡς οἱ σίγλοι τῶν ὀδόντων] qi veluti in mola *catillus* & *meta*, mutuas sibi invicem operas jugiter præstant.

Τὸ ἓν ἀντιπεφάσθαι ἀλλήλοις παρὰ φύσιν] Senec. *de ira l.* 2. *c.* 31. *Illud ante omnia cogita, fœdam esse & execrabilem vim nocendi, & alienissimam homini, cujus beneficio etiam sæva mansuescunt.* Apud Xenophontem *commentariorum l.* 2. Socrates fratres duos dissidentes his verbis alloqitur. Νῦν μὲν ὅτου διαλεγόμεθα, ὦ Σώστρατε καὶ σὺ Χαρμίδη, εἰ τῶ χεῖρε, ἃς ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ συλλαμβάνειν ἀλλήλαις ἐπίνοησεν, ἀφεικέναι τούτω, τρέποιντο πρὸς τὸ διακωλύειν ἀλλήλω· ἢ εἰ τῶ πόδε θεῖα μοῖρα πεποιηκότε πρὸς τὸ συμβρίζειν ἀλλήλοιν, ἀμελήσαντε τούτω, ἐμποδίζοιεν ἀλλήλω. ὅκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη καὶ κακοδαιμονία τοῖς ἐπ' ὠφελείᾳ πεποιημένοις ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι καὶ μὴ ἀδελφῷ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ μείζονι ὠφελείᾳ ἀλλήλων, ἢ χεῖρε καὶ πόδε, καὶ ὀφθαλμὼ, καὶ τἆλλα ὅσα ἀδελφὰ ἔφυσεν ἀνθρώποις.

§ 2. Σαρκία ὅτι, καὶ πνεύματον καὶ τὸ ἡγεμονικόν] Eandem distributionem habes sæpiùs repetitam. *l.* 3. § 16. & *l.* 6. § 32. & *l.* 12. § 3. Idem ferè aliis verbis Apost. *ad Thessal. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 23. Τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. qo loco τὸ σῶμα est qod Marco hic σαρκία· ἡ ψυχὴ, qod πνεύματον· τὸ πνεῦμα, qod τὸ ἡγεμονικόν.

Ἄφες τὰ βιβλία] Vide *infrà ad* § 3. sed & Epictet. *dissert. l.* 4. *c.* 4.

Μηκέτι σαυτῷ] Ità *l.* 4. § 3. σοὶ παντὸς μὴ σαυτῷ, μηδὲ κατενλείνυ. qod eleganter admodum sic expressit Pers. *Sat.* 5. *v.* 154.

En qid agis? duplici in diversum scinderis hamo.
Hunccine an hunc sequeris? subeas alternus oportet
Ancipiti obsequio dominos; alternus oberres.

Οὐ δίδοται] *Non datum est.* Xyl. at Lugd. *Non licet.* nam qòd Νὲ studе, reddidit Annotator Lugd. &, μηκέτι σπούδαζε, mavult legi; à Marci mente alienum est. M. Cas. *Non est futurum. non dabitur.* qod exponi vult ex illis *l.* 3. § 14. Μηκέτι πλανῶ. ἃ γὰρ τὰ ὑπομνηματά σε μέλλει ἀναγνώσεσθαι, &c. *Noli te fallere. neqe enim futurum est ut Commentariorum tuorum & excerptorum, vel alienorum de antiqitus gestis rebus scriptorum, evolvendi & perlegendi copia tibi supperat.* & est reverâ probabilis satis expositio. Videatur tamen an non forsan ἐρωτηματικῶς legi debeat, ἃ δίδοται; *annon datur? annon est in potestate tua positum*, ut hoc facias? hoc est, ut distractione & perturbatione omni immunem te reddas. Ità *l.* 4. § 1. τὸ δυνατὸν καὶ δεδόμενον. & *l.* 9. § 29. ὅρμησον, ἐὰν δίδωται. Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 26. δίδοταί σοι τοῦτο; & ἐφ' ὅσον ἂν δίον τε ᾖ, καὶ ἐφ' ὅσον ἂν δίδηται· & Rufus Thrasæa apud eundem *l.* 1. *c.* 1. ἃ θέλεις μελετᾶν, ἀρκείσῃ τῷ δεδομένῳ; hinc δόσις φυσικὴ. *l.* 4. § 19. qâ nimirum

——*natura beatis*
Omnibus esse dedit, siqis cognoverit uti.

Clavd. *in Ruffin. l.* 1. Occurrit nimirum objectioni vulgari illi, de qa Seneca, *epist.* 104. eodémqe planè, qo Seneca, modo occurrit. *Totiens*, inqit hic, *mihi occurrunt isti, qi non putant fieri posse, qicqid facere non possunt, & aiunt nos loqi majora, qàm qæ natura humana sustineat. At qantò ego de illis meliùs existimo? ipsi qoq; hæc possunt facere; sed nolunt. Deniqe qem unqam ista destituere tentantem? cui non faciliora apparuere in actu? non qia difficilia sunt, non audemus; sed qia non audemus, difficilia sunt.* Qem vide ampliùs *ad l.* 6. § 19. Eodem planè sensu Hebræi Doctores in *Patrum dictis c.* 3. § 15. הרשות נתונה *Potestas data est.* τοῦ αὐτεξουσίου scil.

Λύθρος] Ità *l.* 3. § 3. γῆ καὶ λύθρος. & *l.* 8. § 37.

§ 37. χεδοὺν πᾶν τοῦτο, ἢ λύθρον ἐν θυλάκῳ. Evſtath. *ad Il.* ζ. λύθρον, ὁ τῶ αἵματος μιασμὸς ἀναμεμιγμένῳ τῇ κόνει· cruor pulveri commiſtus. dictum à λύω, unde & λύμα, τὸ κάθαρμα· per theta ſcribi, ut à λύτρον diſtingvatur. Eadem ferè & *ad Il.* λ. & *ad Odyſſ.* χ. Utrumqe avtem, & λύθρος & λύθρον dici monet idem *ad Il.* ϟ. pleniùs pavlò Heracleo in *Schol. ad Il.* υ. Τὸ μὲν κονιορτῶ ἢ ἱδρῶτος ἐνθρώπειον αἷμα, λύθρος καλεῖται· ſanguis pulvere & ſudori commiſtus. itaqe de athletis uſurpat Clem. Alex. *Strom. l.* 2. Verùm iſtîc potiùs eſt Marco idem qod ἰχὼρ αἱματόεις, Oppiano *κυνηγ. l.* 2. *v.* 279. *ſanies cruenta.* σῆψις γὰρ αἵματος, ἰχὼρ. Clem. Alex. *protrept.* qanqam *cruorem* vult tantum & *ſanguinem* ipſum: ſed qem ad rei vilitatem exprimendam ſic nuncupat.

Κεροχύφαντον] *reticulum* malim cum Xylandro, qàm cum H. Stephano *peplum.* tum qia κροκύφαντον τῷ καιρυφάλῳ idem ſtatuit Evſtath. *ad Iliad.* χ. tum qia ſeqitur mox, ἐκ νέρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλέγμάτιον. κροκύφαντον avtem dictum vult Schol. *ad Ariſtoph. Veſp.* ὅτι διὰ κρόκης ὑφαίνεται. Ex qo Svidas corrigendus, apud qem perperam legitur, ὅτι διὰ κρόκου ὑποφαίνεται. Verùm illis omnibus conſtanter, contrà qàm noſtro, κροκύφαντον formâ maſculâ dicitur. *Reticuli* verò nomine, nec *omentum*, licet id Polluci νέρων πλέγμα dicatur; nec *cutem* ipſam, cum Merico noſtro, deſignari iſtîc exiſtimo; ſed *contextum* illum integrum, (cute tamen non exclusâ prorſus; ſiqidem τὸ δέρμα ἐκ φλεβὸς καὶ νέρου, καὶ ἀρτηρίας, *cutis* etiam ex iſtis conſiſtit, Ariſtot. nom. *de ſpir. c.* 5.) qi per corpus totum permeat, *venarum, nervorum, arteriarum* intercurſantium, ſibîqe invicem implexorum, qo corporis moles qaſi continetur & conſtringitur: ὃ δὴ καὶ περιεχάζουσι τῷ τῆς κύρλης πλέγματι· inqit Plato in *Timæo.* ad qæ verba forſan & Marcus reſpexerit, ubi πλεγμάτιον idem nuncupat. de eo loco videri poterit Galenus in explicatione eorum qæ *in Platonis Timæo* medicè ſunt dicta.

Ἄνεμος] *Anima* ergò *ventus* ſive *ſpiritus* & *flatus* Stoicis: qod confirmat Laërt *l.* 7. & Plut. *de Philoſ. placit. l.* 4. *c.* 3. Ità Marcus denuò, *l.* 6. § 14. ἴσον ἢ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἢ ἐκ τῆς ἀέρος ἀνάπνευσις. Qin & Tertull. *de anim. c.* 5. *Et Stoicos allego, qi ſpiritum dicunt animam: penè nobiſcum. penè*, inqit: non prorſus. nec hoc tamen, qaſi noſtri non & *ſpiritum* dicant, ex Salomone *Eccleſ. c.* 12. *v.* 7. & aliis: ſed qia aliâ ratione ſive *ſpiritum* ſive *flatum animam* nos dicimus; non tanqam aëreum qiddam ſit, ut Marcus iſtîc, qalis ſpiritus ille qem ſpirando trahimus; ſed *ſpiritum*, qia propriam qandam habet *naturam corporis expertem, & mundanæ molis elementis omnibus excellentiorem ſubſtantiam*, ut Avguſtin. epiſt. 28. *flatum*, qia *Deo eſt inſufflante* creata, ut ex Moſe *l.* 1. *c.* 2. *v.* 7. idem *de Civit. Dei l.* 13. *c.* 24. qo etiàm loco, nè Stoicis calculum dare ſuum videretur, qi de ſubſtantia divina mentem ſaltem derivatam tradiderunt, ſubjungit: *ſicut avtem nos poſſumus non de noſtra natura, qâ homines ſumus, ſed de iſto aëre circumfuſo qem ſpirando & reſpirando ducimus ac reddimus, flatum facere, cùm ſufflamus: ità omnipotens Deus non de ſua natura, neqe de ſubjacente creatura, ſed etiam de nihilo potuit facere flatum, qem corpori hominis inſerendo inſpirâſſe vel inſufflâſſe commodiſſimè dicitur, incorporeus incorporeum, ſed immutabilis mutabilem, qia non creatus creatum.* Lactantius certè contrà planè qàm Marcus hîc, *de opific. Dei c.* 17. *Animam qi ventum putant, hoc fallunturs, qòd ex aëre ſpiritum ducentes vivere videamur. Varro itaqe definit: Anima eſt aër conceptus ore, defervefactus in Pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus. hæc apertiſſimè falſa ſunt. Anima non eſt aer ore conceptus qia multò prius gignitur anima, qàm concipi aer ore poſſit.* Et hoc contrà qàm Stoici, qi à partu animam in corpus inſinuari ſtatuebant; qod & Lactant. *ibidem* monet; & Plut. *de Stoic. contradict. c.* 38. Vide *l.* 12 § 24. Attamen in *Carminibus* Orpheo attributis dicitur, πλὴ ψυχλὴ ἐν τῷ ὅλῳ ἑστῶσα, ἀναπνέόντων φερομένῳ ὑπὸ πᾶν ἀνέμων. Ariſtot. *de anim. l.* 1. *c.* 5. Latinis etiam *Animus* & *Anima* παρὰ τὸν ἄνεμον. Serv. *ad Æn. l.* 1. & Pſevdo-Cypr. *de dupl. Martyr.* Qin & *animas ventis tribui* multis docent, Joan. Zinzerling. in *promulſ. critic.* & Mevrſ. *critic. Arnob. l.* 1. *c.* 3. ad illa Arnobii; *Nunqid ſuas animas expiraverunt venti? Animam* enim dictam, *qod corpus animat*, ut Pſevdo-Avguſt. in *defin. orthod. c* 20. & *de ſpir. & anim. c.* 9. præpoſterum eſt planè; cùm contrà hoc ab illo ducî diciqe manifeſtum ſit. Vide ampliùs ad *l.* 5. § 4.

Ἡδέως ἄγες] *in horas.* Xyl. & § 5. *Singulis horis.* idem. *Singuli horarum momentis.* Caſ. *omni tempore, jugiter.* ut *l.* 8. § 53. Hinc tractum illud in tibicines, ſive ſubulones dicterium, cujus *l.* 8. meminit Athenæus:

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν·
Ἀλλ' ἅμα τῇ φυσῆν καὶ νέῳ ἐκπέτεται.
Eſt tibicinibus mens cœlitus indita nulla:
Nam ſimul ac inflant, avolat illa ſimul.

Ἐξεμέσσιον] Ità Maro *Æn. l.* 9. *v.* 354.
Purpuream vomit ille animam.—

idem enim ipſum in morte ſemel fieri, qod in reſpiratione fit jugiter, vult Marcus noſter, *l.* 5. § 4. ſicut avtem *animam evomere*, ità *ſpiritum expuere* dixere. Seneca *de ira l.* 3. *c.* 43. *Fam ipſum ſpiritum expuimus interim, dum trahimus.* qæ tamen verba aliter diſtingvit Lipſius. Idem (ſi idem, nam Marco potiùs tribuunt hayd pavci) in *Thyeſte v.* 244.

Ferro peremptus ſpiritum inimicum expuat.

& *Troad. v.* 1168.

ubi hanc anilis expiam loti moram.

Unde & in *Herc. Oetæo v.* 1467. Jo. Zimmerling. *promulſ. c.* 14. vocabulum idem reſtituendum contendit, pro eo quod *expulit* vulgò legitur,

Ictus ſagittis qi tuis vitam expuit.

Varro, ἐκ ἐξαγωγῆς· *Andromeda vincta, & propoſita ceto, non diburt patri ſuo, homini ſtupidiſſimo, in eo expuere vitam?* Val. Item Flaccus *Argonaut. l.* 3. *v.* 97.

- purpureum ſingultibus expuit aurum.

quod Statius *Thebaid. l.* 5. *v.* 262. *animam ſingultare* dixit;

Semineces pueri trepidas in limine vitæ
Singultare animas.—

Epiphanius verò in *Anacorat.* § 76. etiam *mentem expuere* dixit verbis illis: Οἱ λέγοντες, ἡμεῖς ἤ χρεὶς τὸν νοῦν ἔχομεν, (*Corinth. ep.* 1. *c.* 2. *v.* 16.) τὸν αὐτοῦ νοῦν εἶχον, καὶ ἐκ ἐξεπτύσαμεν. Cæterùm *purpureum animam vomere* dixit Maro pro eo quod Homerus, αἷμα ἐμέειν, *ſanguinem vomere* dixerat *Iliad. ε. v.* 11. itaque Servius notat *ſecundùm eos dictum, qi volunt ſanguinem eſſe animam.*: *cùm alibi aliorum opinionem ſequatur, qi dicunt ſpiritum eſſe animam: ut eſt,*

—in ventos vita receſſit.

Καὶ πάλιν ῥοπώψιον] quod ψυχορροφεῖν uno vocabulo dici poſſit. quanquam id alio ſenſu uſurpari monet Suidas, ἀντὶ τοῦ τὸν ψυχὸν ἀναπνεῖν. pro *animam*, id eſt, *ſanguinem, exurbere.* quomodo Ariſtoph. in *nebul.* de cimicibus, qos Corinthios, cùm κόρεις vellet, per jocum nuncupat;

Δάκνει δ' ἐξόρπωντες οἱ Κορίνθιοι,
Καὶ τὸν ψυχὸν ἀναπίνουσι.

Hinc autem delirium Stoicum de animæ natura refutantem Plutarchum *de commun. notit. c.* 41. vide ad *l.* 3. § 16. Quod autem dicit καὶ πάλιν ῥοφήσιον, id in *anigm.* 72. de utre ſic extulit Sympoſius;

Non ego continuò morior, dum ſpiritus exit:
Nam redit aſſiduè, quamvis & ſæpe recedat.

Ὃ δὲ ἀνανοήσῃ] forſan ἀνανόησον, *animadverte, conſidera.* niſi ſi ἀνανοεῖς hoc ſignificatu reperiatur alicubi. nam contrarium prorſus paſſim obtinet.

Ἵνα μὴ] Senec. *ep.* 76. *Perge Lucili, & propera, nè tibi accidat, quod mihi, ut ſenex diſcas: imò ideò magis propera, quoniam id nunc aggreſſus es, quod perdiſcere vix ſenex poſſis.* Et, *epiſt.* 19. *Si potes, ſubduc te iſtis occupationibus: ſin minùs, eripe. Satis multum temporis ſparſimus; incipiamus in ſenectute vasa colligere. in freto vivimus; moriamur in portu.* Et, *ep.* 68. *Utinam quidem hoc propoſitum ſequi olim fuiſſet animus tibi: utinam de vita non in conſpectu mortis ageremus. Sed nunc quoque non moremur. quod facere ſolent, qi ſeriùs exeunt & volunt tempus celeritate reparare, calcar addamus: Et quando, inquis, tibi proderit illud, quod in exitu diſcis, vivere in quam rem in hanc, ut exeam melior.* Præclarè Epicurus ipſe, *epiſt. ad Menæc.* Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γήρων ὑπάρχων, κοπάτω φιλοσοφῶν. ὅτε γὰρ ἄωρος ἑδεῖς ὅστις, ὅτε πάρεστι, πρὸς τὸ κτῆσιν ψυχῆς ὑγιείας. Ὁ δὲ λέγων, ἢ μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὥρας, ἢ παρελήλυθέναι τὴν ὥραν, ὅμοιός ἐστι τοῦ λέγοντος, πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μὴ παρεῖναι τὴν ὥραν, ἢ μηκέτι εἶναι. [τὴν ὥραν Clem.] ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νέῳ [νεωτέρῳ Cl.] καὶ γέροντι· τῷ μὲν ὅπως γηροβοσκῶν νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς διὰ τὴν χάριν [χαρὰν f.] ἣν γεγόνοτων· τῷ δ', ὅπως νέῳ ὄντι καὶ πάλαι ἦ, διὰ τὴν ἀφοβίαν τῆς μελλόντων. Refert Laërtius *vit. lib.* 10. & Clemens, *ſtrom. l.* 4. vide ad § 4.

Μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς δουλεύειν] *mentem*, inquit, *nè patiaris ſervire* vel *corpori* nimirum, vel *cupiditatibus.* Ἡ γὰρ νοερὰ ἐθέλει πειρᾶσθαι καὶ μὴ κατακρατεῖσθαι, εἴτε ἀνθρώπῳ, εἴτε ὀρμητικῇ κινήσει. Noſter *l.* 7. § 55. hoc eſt autem δουλεύσαι· Petr. *ep.* 2. *c.* 2. *v.* 19. Itaque noſter *infrà* § 16. Τὸ ἑλκύειν ἑαυτὸν ἡ τὸ ἀνθρώπου ψυχὴ, ὅταν ἡσυχῇ ἡδονῆς ἢ πόνου. τοῦτο γὰρ ἡ παλαιὰ ὄξη καὶ ὑποκαταλιπόμενον τῷ ἐν σοὶ δευτέρῳ μέρει τῆς ἀπιστίας καὶ ἀπιτῆ μοίρᾳ τῆ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἡδοναῖς. Idem *l.* 11. § 18. *Extrema autem eſt ſervitus, cùm animæ vitiis deditæ rationis propriæ poſſeſſione ceciderint.* Boeth. Conſol. Et, ἀνδραποδιζόμενοι, οἱ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύοντες. Iſidor. *Pel. l.* 2. *ep.* 147. Itaque Joan. Chryſoſt. *tom.* 8. *orat.* 13. Εἰ τις κρατεῖ μὴ ἀνθρώπων, δουλεύει ἡδοναῖς, ἐγὼ γ' ἂν πάντων ἀνθράπων δουλικώτερον ἔφησα. Et Clemens Alex. *ſtrom. l.* 2. Τὸ ἡδυπαθεῖν καὶ παραχαράσσειν τῆς παιδιᾶς, ἐφάπτη δουλείας. Κακίᾳ γὰρ παρὰ κακίαν δουλεία. Socrates apud Xenoph. *memorial. l.* 4. Hoc voluit Seneca ubi dixit, *ſibi ſervire, graviſſima ſervitus eſt. Prooem. l.* 3. *quæſt. nat.* Qi & idem, *epiſt.* 65. *Nem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod eſt illi materia, id nobis corpus eſt. Serviant ergò deteriora melioribus.* Plato *Phædon.* Ἐγγίγνεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ δεῖ ψυχῇ καὶ σώματι, τῷ μὲν δουλεύειν καὶ ἀρχεσθαι ἢ φύσις προσάπτει, τῇ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. ἢ ὃ δοκεῖ σοι, τὸ μὲν θεῖον εἶναι ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν πεφυκέναι, τὸ δὲ θνητὸν ἀρχεσθαι καὶ δουλεύειν;—καὶ δὴ τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ δεῖ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὁμοιότατον εἶναι ψυχὴν τὴν δ' ἀνθρωπίνῳ καὶ θνητῷ καὶ ἀνοήτῳ καὶ πολυειδεῖ καὶ διαλυτῷ, καὶ μηδέποτε κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον αὖ εἶναι σῶμα. Viſe noſtrum ulterius *l.* 3. § 3. & *ad l.* 8. § 3.

Καθ' ὁμιλῶ διαπνέοντες] *L.* 6. § 16. κατ' ὁμιλῶ ſimpliciter. & *l.* 3. *c.* 16. ὀρμητικῶς. ὁμιλῶ ἐκπνέοντος, *vim non communicans*, vertit Il. Caſaub.

ad

ad Perſ. Sat. 5. eámque intelligit, qæ, ut Perſius, *--extrinſecus intrat & nervos agitat.* Xyland. *alicno impetu raptari.* atque eſt illud reverâ, τὸ νευροσπαστικῶς· de qo mox dicetur. Verùm ὁρμὴ ἀκοινώνητος videtur potiùs *motus*, ſive *impctus*, avt *impulſus* ejusmodi denotare, *qi à naturæ communis generiſve humani communione ac commoditate alieni ſint.* qod & Mer. Caſavbonus advertiſſe videtur, qi *affectus motúsque neutiqam ſociabiles* vertit. Inculcat enim Marcus paſſim, eſſe hominem ζῶον κοινωνικὸν *l.* 3. § 4. & *l.* 5. § 16. 30. & *l.* 9. § 9. actiones ejuſdem motúsque exigit, ut ſint ὁρμαὶ καὶ πράξεις κοινωνικαὶ *l.* 9. § 23. & *l.* 11. § 37. damnat ubique τὸ ἀκοινώνητον. *l.* 3. § 5. *l.* 7. § 72. *l.* 9. § 9. 23. & *l.* 11. § 8. denique *l.* 7. § 55. Πρεσβύτερον, inqit, ἐμέσω τὸ ἐξῆς τῇ καλασκευῇ· κατασκάψαι ἢ τὰ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ ἓν προηγούμενον ἐν τῇ ἀνθρώπων κατασκευῇ, τὸ κοινωνικόν ἔστι. vide *ſuprà ad* § 1.

Νευροσπαστεῖσθαι] *neurospaſtorum more impelli*, & in diverſa motu alieno moveri. Vocabulum à noſtro ſæpe uſurpatum; utì ex locis collatis patere poterit; tractum à *ſigillaribus* ſive *neurospaſtis*, qæ cùm per ſe ἀκίνητα exiſterent, verticillis qibusdam nervisqe movebantur. horum meminit & noſter *l.* 7. § 3. dum res ludicras contemptúqe digniſſimas recenſet; ad qem locum de eis uberiùs & opportuniùs dicetur. De uſu vocabuli ad rem Ethicam tralati videatur Caſavbonus *ad Perſii* illud *Sat.* 5. *v.* 128.

Te nihil impellit, nec qicqam extrinſecus intrat,
Qod nervos agitet?--

qod ex Horatio expreſſum monet, qi *Serm. lib.* 2. *Sat.* 7.

Tu mihi qi imperitas, aliis ſervis miſer, atqe
Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

vel ex Platone potiùs ab utroqe deſumptum; cujus hæc verba, *legum l.* 1. Τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ μηχανοί τινες ἐνθσαι, ἀσπερ τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλοις ἀνθέλκουσιν, ἐναντίας ἕσαι, ἐπ' ἐναντίας πράξεις. Hinc & Tertulliano *adv. Valentin. c.* 18. *ductus ſigillarius. Ad qa*, inqit, *occultò nihil ſentiens ejus, & velut ſigillario extrinſecus ductu, in omnem operationem movebatur.* Et *motus ſigillarius* eidem, *de anima, c.* 6. *velut ſigillario motu, ſuperficiem intus agitante.* Gellius, in Favorini *adversùs Genethliacos* diſſertatione, *l.* 14. *c.* 1. comprehensâ; *Ut planè homines, non, qod dicitur, λογικὰ ζῶα· ſed ludicra & ridenda qædam νευροσπαστα eſſe videantur, ſi nihil ſuâ ſponte, nihil arbitratu ſuo faciunt; ſed ducentibus ſtellis & avrigantibus.* vide *ad l.* 10. § 37. Qod avtem hoc loco dixit Marcus, κατ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον νευροσπαστεῖσθαι, ipſe optimè explicat *l.* 3. § 5. ubi vetat, ἐνορᾶν μήτε ἀκοινώνητον, μήτε ἀνθελκόμενον. hoc eſt enim τὸ νευροσπαστεῖσθαι, qod ἀνθέλκεσθαι ὡσανεὶ νεύροις ποιν, ut Plato. Dio Pruſ. *orat.* 30. μίαν πάθη ἔχειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὑπὸ τούτων ἀεὶ κατατινόμενος καὶ σπαράττεσθαι.

Μηκέτι τὸ εἱμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχεραίνει] hoc eſt, qod Rufus ſuprà apud Epictetum, ἀρκεῖσθαι τῷ δεδομένῳ. & *l.* 3. § 4. ἀπαγορεύειν τὰ συμβαίνοντα καὶ ὑπονεύοντα. qod avtem hîc μὴ δυσχεραίνειν, idem *infrà* § 5. μὴ δυσαρεστεῖν, dixit.

Ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι] *vel impendens ſubterfuge.* Xyl. qem & Mer. ſeqitur. at ὑποδύεσθαι, eſt *ſubire*; qod eſt *ſubterfugiendi* verbo prorsùs adverſum. forſan ergò ὑπεκδύεσθαι legerant; qod eſt *clam elabi*. verùm non eſt iſtud in cujusqam poteſtate ſitum, ut effugiat τὸ εἱμαρμένον· ſed nec τὸ μέλλον ὑπεκδύεσθαι commodè ſatis diceretur. malim ergò, ὑποδείσασθαι, *nec futura paverc*; ὑποδὺς enim ὑπόφοβον. Svid.

§ 3. Τὰ περὶ θεῶν φερόμενα μυθώδη] Ἄξιον γὰρ θεὸν ὑπὲρ ὑπονοῆσαι φθόνον. Infrà *l.* 6. § 44. qalem tamen fingebant ſibi Epicurei.

Τὰ τῆς τύχης ἢ ἄνευ φύσεως καὶ συλλήψεως] *non ſine natura avt conſilio*, etiam *fortuita* qæqe. itaqe Ariſtot. phyſic. *l.* 2. *c.* 6. Ἔστι τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη αἴτια, ὧν ὂν ἢ νοῦς γίνεται αἴτιον, ἢ φύσις, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς αἴτιόν τι γένηται τούτων αὐτοῖς. Et *c.* 5. Ὅσα τε ὑπὸ διανοίας, καὶ ὅσα ὑπὸ φύσεως προσχθεὶν, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς γένηται, ὑπὸ τύχης φαμὲν εἶναι. Ità τὸ ὑποκείμενον, ſive ſubjectum caſus fortuiti cujusvis eſt, vel à natura, vel à conſilio profectus actus aliqis. Caviſſim verò rerum omnium primam ſummámqe ſi ſpectemus; illius providentiâ diriguntur ac gubernantur, etiam qæ maximè fortuita videntur. qod de ſorte ipſa, qâ nihil incertius, rex ſapientiſſimus pronunciat, *Prov. c.* 16. *v.* 33. Deum ergò, ac diſpoſitionem divinam ſi ſpectemus, qod Senec. *de provid. c.* 5. *veniunt cuncta, non incidunt.* qod & idem Marcus mox.

Συλλήψεως καὶ ἐπιπλοκῆς] Vide ad *l.* 3 § 11. σύλληψιν, & § 16. συλλαβόντος.

Πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ] Ità de prima principéqe mente, *l.* 6. § 36. πάντα ἐκεῖθεν ἤρτηται. de providentia divina *l.* 8. § 27. ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσι πᾶσι. Vide & *l.* 9. § 35. de fato Liban. *orat.* 31. μίζω τε καὶ ἐλάττω, πάντα ἐκεῖθεν. Apoſtolus pariter de Deo, *ad Rom. c.* 11. *v.* 36. Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Et *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 18. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. Lavdat itaqe cum primis Chryſippus Homericum illud, *Il. ὁ. v.* 109. de Jove enunciatum;

Τῷ ἔχεθ' ὅπλιζαν ὕμνοι καλὸν πίμπλησιν ἐκάστῳ
Ἢ ἀγαθόν.--

Pendet ab hoc, qodcunqe malúmve bonúmve qibúsqs
Immiſſum fuerit.--

Plut. *de Stoic. contrad. c.* 47. qanqam ἢ ἀγαθὸν illud apud Homerum non habetur, ſed videtur eſſe Chryſippi; cui non infreqens illud, Homericis à ſe lavdatis de ſuo aliqid liberaliùs adjicere.

Πρέπει ἡ κὴ ἀναγκαῖον] *Neceſſarium*, & quod nos: qia *hanc rerum conditionem mutare non poſſumus*, ut Seneca *epiſt.* 107. & quod Naturam ipſam quoque. ſi Stoicis credimus, *quæ aliter non poteſt*, ut noſter hîc *l.* 4. § 9. tum qia *artifex materiam mutare non potuit*, ut Seneca *de provident. c.* 5. tum qia *nec aliter univerſi commodo conſuli*, ut Chryſippus *de natur. l.* 2. apud Plut. *de Stoic. contradict. c.* 31. & *de commun. notit. c.* 13. Vide *infrà* ad § 11.

Τὸ τοῦ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον] Quæ ſibi invicem adverſa ſunt, ad totius tamen bonum & incolumitatem conſpirant & conducunt. Τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, κὴ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον. Ariſtot. nomine avtor *de mundo c.* 5. qem latiùs hoc *ibidem* proſeqemem vide ſis. Sen. *epiſt.* 107. *Contrariis rerum æternitas conſtat.* Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 12. Διέταξεν ὁ θεὸς τίνες τὴ κὴ χειμῶνα, κὴ φορὰν κὴ ἀφορίαν, κὴ ἀρετὴν κὴ κακίαν, κὴ πάντας τοὺς τοιούτους ἐναντιότητας ὡσὲρ συμφωνίας τοῦ ὅλου. De malis, & malitiâ etiam ipſâ, Chryſipp. *de juſtit. l.* 1. Κακίαν ἡ κακόλυτα ὄφαι, ὅτι δυνατόν ἐστιν, ὅτ' ἔχει καλῶς ἀρετὴν ὅλην & *de diis l.* 2. Ὅτι τὰ κακὰ ὑπονόημεται κὴ τὴν Διὸς λόγον· ἤτοι ὅτι κολάσεις, ἢ κατ' ἄλλην ἔχεσίν πως πρὸς τὰ ὅλα οἰκονομίαν. Et *de natur. l* 2. Γίνεται κὴ ἢ κακία πως κὴ τὸν φύσικὸν λόγον· κὴ ἵν' ἁπλῶς εἴπω, οὐκ ἀχρήστως γίνεται πρὸς τὰ ὅλα. Refert Plut. de Stoic. contradict. *c.* 31, 32. qi ſubjungit tamen Δεινὸν τοῦτο, τὸ κὴ γίνεσθαι τῶν κακῶν κὴ κολάζεσθαι κὴ τὸν τοῦ Διὸς λόγον. Non abhorrent tamen etiam noſtri. Avguſtinus apud Proſp. *ſent.* 140. ex *Civit. Dei l.* 11. *c.* 18. unde & Proſper corrigendus. *Nullum Deus vel angelorum vel hominum crearet, quem malum futurum eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet, quibus eos bonorum uſibus commendaret, atque ità ordinem ſeculorum tanquam pulcerrimum carmen, etiam ex quibuſdam quaſi antithetis honeſtaret.* Videri poſſunt, quæ de eodem argumento habet idem *ibid. c.* 22. Idem *de Geneſ. ad lit. l.* 11. *c.* 9. à Petro Longobard. *ſent. l.* 2. *diſt.* 21. § 1. lavdatus. *Cur eos creavit, quos tales futuros eſſe præſciebat? quia ſicut prævidit, quid mali eſſent facturi, ſic etiam prævidit, de malis factis eorum, quid boni eſſet ipſe facturus.* Et in *Enchir. c.* 96. *Quamvis ea quæ mala ſunt, in quantum mala ſunt, non ſint bona: tamen ut non ſolùm bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Nam niſi eſſet hoc bonum, ut eſſent & mala, nullo modo eſſe ſineretur ab omnipotente bonoque cui proculdubio quàm facile eſt quod vult facere, tam facile eſt quod non vult eſſe non ſinere.* Videatur Magiſter *Sent. l.* 1. *diſt.* 46. § 4. — 10. Avg. idem deniq; *adv. Jul. l.* 5. *c.* 3. *Non enim quenquam malorum Deus temerè ac fortuitò creat, aut quid de illis boni operetur ignorat, cùm & hoc ipſum bonum operetur, quòd in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem ſeculi præſentis exornat.* Vide ad *l.* 5. § 8.

Οὐ μέρος εἶ] Ità paſſim noſter. Vide *infrà* ad § 9. & ad *l.* 7. § 13.

Παλλὶ ἡ φύσις μέρει ἀγαθόν] Vide *l.* 4. § 23. & *l.* 10. § 20.

Σώζεσθ ἡ κόσμον αἱ μεταβολαί] Elegantiſſimè Avtor *de mund. c.* 5. Τῶν ὅλων μέρος, τὰ μὲν γίνεται, τὰ δ' ἀκμάζει, τὰ δ' φθείρεται κὴ αἱ μὲν γενέσεις ἐπαναστέλλουσι τὰς φθοράς· αἱ δ' φθοραὶ κωφίζουσι τὰς γενέσεις. μίαν δ' ἐκ πάντων περιγενομένων σωτηρίαν διατελεῖ, διαπεφιλημένων ἀλλήλοις, κὴ τότε μὲν κρατούντων, τότε δ' κρατουμένων, φυλάττει τὸ σύμπαν ἀφθαρτον δι' αἰῶνος. Maxim. Tyr. *diſſert.* 25. Ἃ δ' ἡμεῖς καλοῦμεν κακὰ κὴ φθορὰς, κὴ ἐφ' οἷς ὀλυρόμεθα, ταῦτα ἀ τεχνίτης κάλει σωτηρίας τοῦ ὅλου· μέλει γὰρ αὐτῷ τοῦ ὅλου. τὸ δ' μέρος ἀνάγκη κακοῦσθ ὑπὲρ τοῦ ὅλου. qem & vide ulteriùs *ad l.* 4. § 46. Tertull. *de pallio c.* 2. *Diverſa in unum; ex demutatione diverſa ſunt. Denique diverſitatis diſcordiam vices fœderant. ità mutando erit mundus omnis, qi & diverſitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Idem *apologet. c.* 48. *Lux quotidie interfecta reſplendet, & tenebræ pari vice decedendo ſuccedunt. Sidera defuncta revivi-ſcunt. Tempora ubi finiuntur, incipiunt. Fructus conſumuntur, & redeunt. Certè ſemina, non niſi corrupta & diſſoluta, fœcundiùs ſurgunt. omnia pereundo ſeruantur: omnia de interitu reformantur.* Et *de reſurr. c.* 12. *Reverâ fœnore interitu, injuriâ uſurâ, damno lucro, univerſa conditio recidiva eſt. Quidcunq; converteris, fuit: quodcunque amiſeris, nihil non iterum eſt. Omnia in ſtatum recidunt, cùm abſceſſerint: omnia incipiunt, cùm deſierint. ideò finiuntur, ut fiant. nihil deperit, niſi in ſalutem.* Vide noſtrum, *l.* 5. § 8. & *l.* 6. § 15. & *l.* 8. § 18. & *l.* 12. § 23.

Τῶν ἡ ἐπὶ βιβλίων δίψαν φίλον] Ità ſuprà § 2. Ἄφες τὰ βιβλία. Iſidorus Sophiſta Damaſcio referente, apud Photium *codic.* 242. Βιβλίων τὸν ὁμαδὸν παρῃτεῖτο, πλανοδοξίαν μᾶλλον ἄττον ὄντα, ἢ πολυνοίας. *Librorum copiam repudiabat, tanquam opinionis magis quàm mentis augendæ inſtrumentum.* Senec. *de tranq. c.* 9. *Quò mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus, vix totâ vitâ ſuâ indices perlegit? onerat diſcentem turba, non inſtruit: multòque ſatius eſt paucis te autoribus tradere, quàm errare per multos.* Idem *ad Lucil. epiſt.* 45. *Librorum iſtic inopiam eſſe vereris. non refert quàm multos, ſed quàm bonos habeas; qi quò deſtinavit pervenire cupit, non per multa vagatur. non ire iſtud, ſed errare eſt.* & *ep.* 88. *At enim delectat artium notitia multarum. Tantum itaq; ex illis retineamus, quantum eſt neceſſarium. an tu exiſtimas reprehendendum, qi ſupervacua uſu ſibi comparat, & pretioſarum rerum pompam in domo explicat; non putas eum, qi occupatur in ſupervacua literarum ſupellectile? Plus ſcire velle quàm ſit ſatis, intemperantiæ*

rantiæ genus est. & *ep.* 2. *Illud vide, nè ista lectio multorum avtorum, & omnis generis voluminum, habeat aliqid vagum & inſtabile. certùs ingeniis immorari & innutriri oportet, ſi velis aliqid trahere, qod in animo fideliter ſedeat. nuſqam eſt qi ubiqs eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. idem accidat neceſſe eſt eis, qi nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim & properantes transmittunt. non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qi ſtatim ſumptus emittitur. nihil æqè ſanitatem impedit, qàm remediorum crebra mutatio. non venit vulnus ad cicatricem, in qo crebrò medicamenta tentantur. non convaleſcit planta, qæ ſepe transfertur. nihil tam utile eſt, qod in tranſitu proſit. diſtrahit animum librorum multitudo: itaqs cùm legere non poſſis quantum habueris, ſat eſt habere quantum legas. ſed modò, inqis, hunc librum evolvere vola, modò illum. Faſtidientis eſt ſtomachi, multa deguſtare: qæ ubi varia ſunt & diverſa, inquinant, non alunt. probatos itaqs ſemper lege: & ſi qando ad alios divertere libueris, ad priores redi.* Epict. *diſſert. l.* 1. *c.* 26. Νῦν μὲ δυσκολίους τινὲς τὴν ψυχὴν κρίλαπίνειν, σωπάζοντες ἐπηρεάζουσες, ὀπιθάλουσαι ἐδέιν. Διὰ τοῦτο ἐμῖσον, ἢ ἀπεσῖσον. Et Polyb. *hiſt. l.* 3. Ἀγνοῶσι παρεμπλήσιόν τι πάσχοντες τοῖς λιχνοῖς ἐπὶ δειπνῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πάντων ἀπογλυκάνοντες ἐπὶ παρεκκειμένων, ἔπι κατὰ τὸ παρὸν ἡδέως ἀλυσιτελῶς ἐπολαύουσι ἐπὶ βραχυτάτον, ἵνα εἰς τὸ μέλλον ἀφέλιμον ἐξ αὐτῶν τῷ ἀκάδοσιν καὶ τὸ προφῦ νομίζοντας, πᾶν ἐπὶ πάνυ τοὐναντίον. ὅτε τῷ ἀναγνωσιν τὸ παρεμπλήσιον ποιοῦντες, ὅτε τῆς παραυτίκα διαγωγῆς ἀλυσιτελῶς, ἔτε τῆς εἰς τὸ μέλλον ὠφελείας σοχάζοντας.

Ἴλεως ἀλυθῶς] Ità *l.* 4. § 48. ἵλεων κατιλῦσαι. & *l.* 5. § 33. Τί ὁ ἀκμήνες ἵλεως, & *l.* 8. § 47. ἀπὸ ἐμπνὸς καὶ ἵλεως. & *l.* 12. § 36. ἵλεως ἀπὸ. De Socrate Plato in *Phædon.* & ex Plat. Plut. *de malit. infelic.* καὶ ὡς λαβὼν, (cicutæ poculum, qo interiit, vult) καὶ μάλα ἵλεως, —μάλα εὐχερῶς καὶ εὐμόλως ἔξῃσι. De Cephiſodoro à vulnere moribundo, Plut. idem *de Socrat. genio* Τῷ Πελοπίδᾳ τὴν δεξιὰν ὀρέξαντα, καὶ τοὺ ἄλλου ἀπαναμάνου & ἄμα ἵλεως ἐξέπνευσαν. Apul. *de Philoſoph. Jam ille diem mortis ſuæ propitius, nec invitus expectat.* Senec. *epiſt.* 30. *Magnares eſt hæc & diu diſcenda, cùm adventat hora illa inevitabilis, æqo animo abire.* & *ep.* 61. *Bene mori eſt libenter mori.* Vide *l.* 3. § 5. ἕυλυτ.

Εὐχερέστερ τοῖς ἄλλοις] qod elegantiſſimilitudine expreſſit *l.* 4. § 48. Ὥσπερ ἐλαφρὰ πτερὰ ἔχουσιν ἀμυδρὰν, ἐπιρρέπειν ὀφείλουσαν τὴν ἐνδεχομένην, καὶ χρὴν εἶδῆναι τὴν φυσικὴν δύναμιν. Præclariſſimè in hanc ſententiam Clemens *Strom. l.* 4. Ἀπολιπὼν δὲ τὴν ὄμπνον καὶ τὴν κλίνην, καθάπερ καὶ τὸν χιτῶνα, ἀφεσακότως παρῆμεν τῷ ἀσφαλεῖ τὸ βίε ἀναπαύσεως & ἀμοιρὰς ὀπίσω κατ' ὀλίγον ἀφορμῶν ἐπιστρεφόμενος· ἐυχερεστέρας μὲν ἐπὶ τῇ παροιμίᾳ, εὐλογῶν δ' ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ. Sed & Epictet. *diſſert. l.* 2. *c.* 18. Τί δ' ὁ νόμος ὁ θεῖος; τὰ ἴδια τηρεῖν, ἀπ' ἀλλοτρίων μὴ ἀπλεονεκτεῖν· ἀλλὰ δεδωκόσι μὲν χαίρειν, μὴ ἀδικεῖσθαι δ' μὴ ποθεῖν· ἀφαιρουμένε δέ τινος, ἀποδιδόναι εὐλύτως, καὶ αὐτόθεν χάριν εἰδότα, ὅ ἐχρήσατο χρόνῳ. & *l.* 3. *c.* 26. Οὐχὶ ἐκεῖνός σε εἰσήγαγεν, ὡς συμπολιτεύσοντα ἑαυτῷ καὶ συναρτάζοντα πρὸς ὀλίγον ὅ θέλεις ἔν, ἕως δέδοταί σοι, θρασύμβ & τῷ πομπῷ καὶ τῷ παυήγυρει, εἶτα ὅταν σ' ἐξάγῃ, πρόθυμος ἀκολούθησας, καὶ εὐχαριστήσας ἐκεῖθεν ὧν ἤκουσας καὶ εἶδες; Vide & qæ Epictet. idem *l.* 3. *c.* 5. *ad l.* 6. § 30. repræſentanda.

§ 4. Μάνυσον ἐκ πόσου ταῦτα ἀναβάλλῃ] *diſtulerìs iſta.* Xyl. rectè. Sincerum enim vas incruſtant, Lugdunenſis editor, dum ἀναβάλλῃ exhibet; annotator, dum ἀναβάλλεις ſubſtituit. Democritus apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 29. Τὸ ἀεὶ μέλλειν ἁπλέας ποιεῖ τὰς τελέσεας. *Cunctatio jugis actiones imperfectas facit.*

Ἀεὶ δ' ἀμβολίηρὸς ἀνὴρ ἄτηισι παλαίει.

Dilator nunqam non conflictabere damnis.

Heſiod. *oper. l.* 1. & ex Heſiodo Epictet. *l.* 2. *c.* 18. Epicurus apud Stob. *ibid. tit.* 16. Γελοίαμβ ἄπαξ, δὶς οὐκ ἔστι ψυχῆς· δεῖ δ' τὴν αἰῶνα μιᾶκτ' ἔδ. οὐ δ' τῆς αἰῶνος οὐκ ὀνινάμεν, ἀναβάλλῃ τὴν χαρὰν· ὁ δ' πάντων βίᾳ & μελλησμῷ παραπόλλυται. *Semel nati ſumus: bis naſci non licet. ſed finiri æquum neceſſe eſt. Tu verò cùm nec craſtini ſis dominus, tempus (qod datur) tempeſtivum differs, ità cunctorum vita cunctatione differditur.* Dum ut Manil. *l.* 4.

Victuros agimus ſemper, nec vivimus unqam.

ſcitéq; ac feſtivè Flaccus *epiſt.* 2.

——*qi rectè vivendi prorogat horam,*
Ruſticus expectans dum defluat amnis. at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.

Senec. *epiſt.* 45. *Multos ipſa tranſiit vita, dum vitæ inſtrumenta conquirunt. nullius non vita ſpectat in craſtinum. qid in hoc ſit mali qæris? infinitum. non enim vivunt, ſed victuri ſunt. omnia differunt. etiamſi attenderemus, tamen nos vita præverteret: nunc verò cunctantes, qaſi alicna tranſeuntis, & ultimo die finitur, omni perit.* Idem *de vit. brev. c.* 9. *Maxima jactura vitæ, dilatio eſt. illa primum quoqe extrahit diem: illa eripit præſentia, dum ulteriora promittit. maximum vivendi impedimentum eſt, expectatio, qæ pendet ex craſtino. perdis hodiernum. qod in manu fortunæ poſitum eſt, diſponis: qod in tua, dimittis. qò ſpectas? qò te extendis? omnia qæ ventura ſunt, in incerto jacent, protinus vive.* Spectant horſum Martialia illa toties repetita, qibus ille tamen ad vitam ἀπολαυστικὴν ſuos neqiver inſtigat, monita ſ. *l.* 1. *ep.* 16.

Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, Vivam:
Sera nimis vita eſt craſtina: vive hodie.

Et *l.* 5. *ep.* 60.

Cras te victurum, cras dicis, Poſtume, ſemper.
Dic mihi, cras illud, Poſtume, quando venit?
Cras vives: hodie jam vivere, Poſtume, ſerum eſt.
Ille ſapit, qiſquis, Poſtume, vixit heri.

&, *Quàm vivere, cùm ſciat, moratur? ibid. ep.* 21.

&, *--properat vivere nemo ſatis. l.* 2. *ep.* 90.

& *l.* 8. *ep.* 44.

Titulle, moneo, vive ſemper: hoc ſerum eſt.
Sub pædagogo ceperis licèt, ſerum eſt.
At tu, miſer Titulle, nec ſenex vivis.

Vide ad § 2. γέρων ἔι. Nigrinus pariter, referente Luciano, Παρύνει τοῖς συυοῦσι, μὴ ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὅσῳ τοῦ πολλὰς ποιεῖν, περιστοιμίας ὀειζομένους ἑορτὰς, ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τοῦ μὴ ψεύσεσθαι, καὶ τοῦ τὰ δέοντα ποιήσειν. ἥξειν γὰρ ἀμέλλητον εἶναι πρὸς τὸ καλὸν ὁρμώμενον. *Præcipiebat auditoribus ſuis nè bonum differrent, id quod multi faciant, præſtituentes ſibi diem certum aliquem, feſtum puta ſolenne conventúmve celebrem, ad quem nihil amplius mentiri, eáque quæ oporteat exeqi incipiant. poſtulabat enim ut ſemotâ cunctatione omni, quod honeſtum eſſet, aggrederentur.* Sed & dilationem geminam tangens taxánsque Gregorius Naz. *orat. de Bapt.* Τί τὸ καὶ τὸ σκέπτη, καὶ περιφασίζῃ περιφάσεις ἐν ἁμαρτίαις; μόνῳ τὰ φῶτα· τὸ πάσχα μοι τιμιώτερον· πρὸ πεντηκοστῆν ἐνδέχομαι. Basilius Cæſ. *exhort. ad Bapt.* Τί ὀκνεῖς, καὶ βυλόμενος; πειρασὶς διὰ βίου; καταίσχυνε μέχρι γήρως; πίρυσι, τὸν παρόντα καιρὸν ἐξεδέχω· νῦν πάλιν, ἀναβολὰς τὸν ὀπόταν. ὅρα μὴ ἐυρεθῇς μακροτέρας τῆς ζωῆς τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος· ὡς ὅιδας, τί τέξεται ἡ ὀπῦσα· μὴ καταγέλα τὰ μὴ σά. Epictetus denique *enchir. c.* 50. Ἂν πίνων ἐμέλησῃς, καὶ βαδυπότῃς, καὶ ἀεὶ ὑβριόσεις ἐξ ὑβριόντων πεπῆς, καὶ περιόσεις ἐν περιόντων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ὑπ' ἄλλων ὀείζῃς, μεθ' ὧν περιέξεις σαυτὸν, λήσεις σαυτὸν ὃ περιόφας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. Vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 8. § 22.

Ὁποσάκις περιστοιμίαν λαβὼν, ὃ χρῆ αὐτῆς] *Nihil adeſt*, inqit Xylander, *ad quod illud αὐτῆς referri poſſit.* itaque mutila eſſe ſuſpicatur iſta. Sed immeritò. Adeſt enim ad quod referatur, περιστοιμία collectivè ſumpta. éſtque tranſitio à numero ad numerum haud inſreqens. Sic enim Pythagoras in *aur. carm.*

Βυλοῦ δ' οὖν ἔργα, ὅπως μὴ μωρὰ πέλητα.

Evripid. *Helen.*

--ὅστις ἐν πατρὸς χρηστὸν γεγὼς,
Εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τὸν τρόπον.

Syneſ. in *laud. Calvit.* Εἰ δ' ἐν ἡ παροιμία σοφὸν πῶς δ' οὐχὶ σαφὲς, φεῦ ὧν Ἀειστέλης φησὶ, ὅτι παλαιαὶ εἰσὶ φιλοσοφίαι; ἰσχναλείμματα; &c. Liban. *in Florent. orat.* 14. Διαφθείρει δ' ὧδε γλυκερῶτατα· ὡς ἐγὼ πολλοὺς εἶδον ἐν σμίλῃ εἰς ἔργον ἄεργίας, ὁμωμότας ἐν αὐτῇ τὰ πάντα εἶναι σοφίσματα. Epiphan. *hæreſ* 67. § 4. Αἱ ἐλιῶδαι αἱ καλλίαι, διδόμεναί τινι πυρέσσοντι, πικραὶ ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ φαίνονται. Dio, an Xiphilinus, in *Severo*: Δυσεὶς πόλις κυρίως, ἢ ὁ λίμην μεγάλως ἐκτρέφει. Marcus ipſe *l.* 4. § 50. ἢ εἴ τις τοιοῦτος, ὃν πολλὰς ἐξήνεγκα. & *l.* 5. § 6. ubi dixerat. ὁ δέ τις πρόπον τινὰ ἐδὲ ὅιδεν. --&, ἄνθρωπος δ' ὑπονοήσας. Subjungit, ἐν τούτοις ἂν εἶη δεῖ. Virgil. *Æn. l.* 8.

Fulmen erat, toto genitor qæ plurima cælo
Deſicit in terras.--

Terent. Evnuch. 1. 2.

--eunuchum dixti velle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ.--

Et in prologo.

Si qiſquam eſt, qi placere ſe ſtudeat bonis
Quàm plurimis, & minimè multos lædere;
In his poetæ hic nomen profitetur ſuum.

Cicer. pro Milone: *Si tempus eſt ullum hominis necandi, qæ multa ſunt.* In ſacra pagina, Rex Pſaltes *Pſalm.* 127. *v.* 5. de liberis agens, qos ſagittis ſuperiùs contulerat: *Beatus vir ille, qi pharetram ſuam iſtis impleverit: non confundentur, ubi cum adverſariis ſuis in porta diſceptabunt.* Et *Pſalm.* 140. *v.* 9. *Nè concedas improbo deſiderium ipſius; cogitationem ſceleratam ejus nè provehas: alioqi efferent illi ſeſe.* Rex Parœmiaſtes *c.* 24. *v.* 24. *Dicentem improbo, Juſtus es, execrabitur populus:-- corripientibus verò illos, pulcrè erit.* Pavlus denique *ad Timoth. epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 15. Σωθήσεται δὲ διὰ τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ. &c. quod poſterius membrum non ad *liberos*, utì Hieronymus voluit *ad Salvin.* & *adv. Jovin. l.* 1. *q.* 1. ſed ad *mulieres* ipſas referendum eſſe, claret per ſe ſatis, & ab interpretibus pleriſque tum antiqioribus tum & recentioribus agnoſcitur. Nihil itaque opus, cum Annotatore Lugd. pro αὐτῆς iſtîc αὐτοῖς reponere: *non uteris*, inqit is, *illis, qæ in aliud tempus differs.* imò, *non uteris occaſionibus & opportunitatibus ad iſta tibi divinitùs conceſſis.* Vide *l.* 4. § 29. Neqeo tamen manum de tabula, niſi & ſi Petri illud ex *epiſt.* 2. *c.* 3. *v.* 1. cùm tam geminum ſit Marci huic, qàm eſt ovum ovo, lac lacti, adjecero: ταύτην ἤδη δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν. *Secundam hanc epiſtolam ſcribo, in qibus*, vel, *qibus, mentem ſinceram vobis monitione repetitâ ſuſcito.*

Τίνα κόσμον μέρος ἐῖ] Idem ferè *ſuprà* § 3. & *infrà* § 9. & *l.* 10. § 6. Vide *adl.* 3. § 4. & Caſavb. *ad Perſ. Sat.* 3. *v.* 72.

--humana qâ parte locatus es in re.

Τίνα διοικοῦντες τὸν κόσμον ἀπόροια] ſecundùm partem potiorem dictum hoc, mentem videlicet, qam θείαν ὑπόνοιαν ſuperiùs dixerat, § 1. Ità Sapientiâ Pſevdo-Solomoni, ſive is Philo, ut veteres qidam, ſive alius qis fuerit, dicitur. *c.* 7. *v.* 15. ἀπόροια.

ἀπόῤῥοιαι τῆς τῦ παντοκράτορος δόξης. Et Clemens Alex. in *hortat.* Πᾶσιν γὰρ ἁπλῶς ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς ἀεὶ τὸν λόγυς ἐνδιατρίβυσιν, ἐπέσκηλαί τις ἀπόῤῥοια θείκη. Idémque *Strom. l.* 5. ex Platonis sententia; ἐν τῇ ψυχῇ θείας μοίρας ἀπόῤῥοιαν ὑπάρχειν.

Ὅσος ἐστὶ σοὶ ἀπεγεγραμμένος τῦ χρόνυ] Ità Job. *c.* 7. *v.* 1. *Annon est tempus præfinitum homini?* id enim עבא designat, à re militari tractum vocabulum. atque ità reddidit Junius *ibid. c.* 14. *v.* 14. Idem *c.* 14. *v.* 5. *Præcisi sunt dies hominis: & penes Deum numerus mensium ejus: ipse terminos vitæ illius constituit, quos transgredi nequeat.* Fuscus apud M. Senecam *Suasor.* 2. *Statuta nascentibus in finem vitæ dies est.* L. Senec. *ad Marc. consol. c.* 20. *Fixus est cuique terminus; manebit ubi positus est; nec illum aut diligentia aut gratia promovebit.* Idémque *Herc. fur.*

Certo veniunt ordine Parcæ:
Nulli jussu cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.

Vide *ad l.* 8. § 20. & *l.* 12. § 23.

Ὦ, ἐὰν εἰς τὸ μὴ ἀπαυθεάσαι χρόνον] Legendum transpositis voculis, ὦ ἐὰν μὴ εἰς τὸ ἀπαυθεάσαι χρόνον, vel, ὦ ἐὰν εἰς τὸ ἀπαυθεάσαι μὴ χρόνον. Vulgaris siquidem lectio avtoris menti ex diametro est adversa. Est autem τὸ ἀπαυθεάζειν, αἰθρίαν ἢτοι εὐδίαν ἄγειν, *serenare*, sive *nubibus discussis serenitatem inducere*: cui opponitur συννεφεῖν, quod est τὸ νέφη συνάγειν, *nubes cogere & obducere*, sive obnubilare. docet id Svidas ex Aristophanis isto;

—τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;
Ἀπαυθεάζει τὰς νεφέλας, ἢ συννεφεῖ;
—*Jupiter qid nunc agit?*
Cœli faciem serenat, annc obnubilat?

ἔστι γὰρ ἡ αἰθρία ὑμῖν ἄλλο πλὴν ἀὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνύμενος, ἀντὶ τοῦ ὁμίχλη. Avtor *de Mund. ad Alex. c.* 3. De mentis serenitate Marcus noster hîc usurpavit; eodem qo de Superis sensu Lucret. *l.* 2.

—*prob sancta Deûm tranquillâ pectora pace,*
Quæ placidum degunt ævum, vitámque serenam!

Et de sole, sed nimium qàm soli tribuens, Plinius *l.* 2. *c.* 6. *Hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat.* id est, ἀπαυθεάζει. Sicut contrà *caligare* Pacuvius de tristitia dixit, in Atalanta,

Qid istuc? vultum qæ caligat tristitas?

ità lege, pro eo qod apud Nonium perperam editur, *alligat tristitias.* qo loco legendum & *Tristitas* (non *Tristitias*) pro *tristitia.* & δαδολᾶν Apollonius apud Philostratum *l.* 1. *c.* 5. de vino, δαδολᾶν τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέρα. *Sudum ac serenum mentis obturbare*, sive *turbidum ac nubilum reddere.* Et Boethius *consolat. l.* 1. *c.* 7.

Nubila mens est,
Hæc ubi regnant.

Et de vultu qidam apud Gellium *l.* 1. *c.* 2. *Ac ne oris quidem aut vultûs serenitatem Stoici hominis unqam ullâ posse ægritudine obnubilari.* Deniqe αἰθρίαν καὶ γαλήνην eodem sensu in eodem argumento usurpavit Marcus, *l.* 8. § 28. Miror avtem qid editori Lugdunensi in mentem venerit, ut qæ Xylandrum rectè verterat, *Qod qidem tempus si non impenderis tranqillitati animi parandæ*; corrumpere voluerit sic reddendo, *Qod q. t. si otiosus intra parietes consumpseris.* Verùm non uno in loco bonum ille Xylandrum noxâ istiusmodi afflixit.

Ὀιχήσεται καὶ οἰχήσῃ] Senec. *de vit. brev. c.* 9. *Clamat ecce maximus vates, & velut divino furore instinctus, salutare carmen canit;*

Optima qæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit.——

qid cunctaris? inqit, qid cessas? nisi occupas, fugit: cùm occupaveris, tamen fugiet. itaque cum celeritate temporis, utendi velocitate certandum est. volut ex torrente rapido, nec. semper casturo, citò hauriendum est. & *ad Lucil. epist.* 108. *Egregium illud Virgilii;*

—fugit irreparabile tempus.

Et, *Optima qæque dies—* &c.

Prima fugit—

Nunqam dies dicit ire, sed fugere: qod currendi genus concitatissimum est. qid ergò cessamus nos ipsi concitare, ut velocitatem rapidissimæ rei possimus æqare? Vigilandum est: nisi properamus relinqimur. agit nos, agiturque velox dies. inscii rapimur. omnia in futurum disponimus; & inter præcipitia lenti sumus.

Καὶ αὖθις ἥξεται] Cicero *de finib. l.* 2. *Non potest esse sæpius dies, qi semel fuit.* Lucret. *l.* 1.

—fugit irrevocabilis ætas.

Et Virg. *Georg. l.* 3.

—fugit irreparabile tempus.

Et *Æneid. l.* 10.

—breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ.
—ur, Stygis irremeabilis unda.

Eidem *l.* 6. *Ovid. art. l.* 3.

—eunt anni more fluentis aquæ.
Nec qæ præterit, cursu revocabitur undâ:
Nec qæ præterit, hora redire potest.

Avson. *epigr.* 13.

Nec revocare potes, qi periere, dies:

Avgustin. *in Psalm.* 38. *Momentis transvolantibus cuncta rapiuntur: torrens rerum fluit: nihil de præterito revocatur.* Seneca *epist.* 123. *Fluunt dies: & irreparabilis vita decurrit.* Et *de vit. brev. cap.* 8. *Nemo restituet annos; nemo iterum te tibi reddet. ibit, qâ cepit, atas, nec cursum suum revocabit aut supprimet.* Avdaciùs paulò, deniqe, Phædrus *fab.* 89.

—*tempus*

—*tempus elapſum ſequel*
Non ipſe poſſit Juppiter reprehendere.

Quod autem illi de *tempore* in univerſum, de *occaſione*, quæ eſt, ut Cicero *de invent. l. 5. pars temporis habens in ſe alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem*, haud minùs aptè dici poteſt. Polidipp. *antholog. l. 4. c. 14.* εἰς Καιρὸν ἐπίγραμμα.

Ἡ δ' κόμη τί κατ' ὄψιν ἀναπλάσσουσι λαικᾶδες.
Νὴ Δία, τὴν ὀπίσθην πεὸς τί φαλακρὸν πόλις;
Τὸν γὰρ ἅπαξ κλωσοῖσι παρεδρεύοντά με ποιῶν,
Οὗτος ἐὰν ἡμείρων λεγέτω ἐξόπισθεν.

Calliſtratus item *imagin. 6.* Ἡ χρὴ τοῦ μετώπου κόμην· τὰ γὰρ ὄπισθεν πλοκάμων ἐλεύθερα. ὅτι περισσὸν καὶ αὐτὸ, λαβεῖν ῥᾴδιον· παρελθόντα δὲ, ἢ ἤδη πραγμάτων ἀκμὴ συνεξέρχεται, καὶ οὐκ ἔστιν ὀλίγῳ μηδένα λαβεῖν τὸν καιρόν. Salubriter ergò Gregor. Naz. Δεῖ μὴ περιεῖδε τὸν καιρὸν, ἅπαξ παρελθόντα φυγόντα.

§ 5. Φεύγοντες σπεύδοις] *enixè curato.* Caſ. ut cùm φεύγοντε conjungatur. at Xyl. *ut fortiter peragas*, tanquam ſi ad περάτων, quod ſequitur, referatur. & huc potiùs accedo.

Ὡς Ῥωμαῖος καὶ ἄρδην] Caſavb. *ad Perſ. Sat.* 1. adductis iſtis noſtri verbis, in quibus tamen, Ὁ Ῥωμαῖος legit, (quod γεφυρὸν an μνημονικὸν σφάλμα fuerit, incertum eſt) *Mollia*, inquit, *fatua, dictáque nec Romano nec maſculi ſpiritûs viro conveniunt.* Noſter *infrà l. 3. §. 5.* Ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔστω περιστάτης ζάυ ἄρρην καὶ Ῥωμαῖος. & *l. 4. §. 3.* Βλέπετε ἐὰν, καὶ ὅρα τὰ περίγραμμα, ὡς ἀνήρ. Vide & Gilbert. Cognatum *adag.* Ἀνὴρ Ῥωμαῖος & Gvil. Xylandrum *ad Plut. Paul. Æmylium.* Caſſiodor. *l. 2. ep. 3. Vixit inter nos, non conſuetudine peregrinâ; ſed gravitate Romanâ.* Nec *gravitatis* tantùm, ſed *ſtrenuitatis* nomine prædicantur *Romani.* unde Cordi Cremutii illud, qi C. Caſſium *Romanorum ultimum* dixit. Tacit. *l. 4.*

Τὸ ἐν χερσί] i. e. τὸ παρὸν, *id quod in manibus*, vel *præ manibus eſt.* ut *infrà l. 3. § 12.* & *l. 6. § 2.* Livius, *l. 4. Cùm tantum belli in manibus eſſet.* & *l. 26. omittere id quod in manibus erat, bellum coegerunt.* Plin. min. *l. . ep. . Non vacat, quia vindemiæ in manibus.* Senec. *de benefic. l. 4. c. 1. Nihil tam neceſſarium, aut magis cum cura dicendum, quàm quod in manibus eſt.* Plaut. Bacchid. 4. 3. *Reddidi patri omne aurum, mihi quod fuerat præ manu.* Atqui eſt reverâ Τὸ παρὸν μόνον *in manu noſtra.* Senec. *ſupr. ad § 4. de brev. vit. c. 9. Quod in manu fortunæ poſitum eſt, diſponis; quod in tua, dimittis.* Quod autem ἐν χερσὶ hìc Marcus, Pindarus τὸ ἐπὶ ποδὸς, & τὸ παῖς ποδὸς dixit. Vide *ad l. 4. § 21.* quod Terent. *Adelph. 3. 3. quod ante pedes eſt*, dixit: *Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt.*

Ἁπλότητα σεμνότητος] commendat *gravitatem ſimplicem ac genuinam*; cui opponitur ἡ κεκάλλας καὶ βαρύτης, ut Plut. *de audiend.* quam & σεμνότητα πεπλασμένην, Iſocrates in *Archidamo*; ἐπίπλασιν τῆς σεμνότητος ἐπάγεσθαι, Clemens dixit, *pædag. l. 3. c. 11.* i. e. *gravitas ficta*, ſive *cultûs ſeveritas aſſimulata*, ut Ammian. *l. 14.* ſive *callida ſeveritatis ſimulatio*, ut Capitol. in *Marc.* quâ *nihil ineptius* pronunciat Petronius. ità *frontem aſſeverare*, dixit Apuleius, *metamorph. l. 8.* i. e. *fictæ ſeveritatis perſonam inducere*, ut Caſſiod. *l. 1. ep. 4.* ità enim malim, quàm *inducere*, quòd vulgati exhibent. De Sexto *ſuprà l. 1. § 9.* τὸ σεμνὸν ἀπλάστως. De P. Craſſo Cicero in Bruto § 282. *Erat ſine arrogantia gravis, & ſine ſegnitie verecundus.* De Perſeo Rege contrà Polybius apud Svidam, κεῖται τῷ σχήματι σεμνὸν ἐπακριβῶς. *Vultûs ſpeciem præ ſe ferebat ad ſeveritatem compoſitam.* Vide *ad l. 3. § 2.* Et de Ariſtippo Tertullian. *apolog. c. 46. Ariſtippus in purpura ſub magna gravitatis ſuperficie nepotatur.* Plut. in *Pericle.* Τὸν δὲ τῷ Περικλεῖ τὸ σεμνὸν καὶ δυσκοινώνητον καὶ ὑπερφρόνημα τοῖς πολλοῖς ἀφελόντας, ὁ Ζήλων παρεκάλει καὶ αὐτὸς τοιοῦτον δοξοκομπεῖν, ὡς τῆς πρεπούσης αὐτῷ πρὸς καλῶν ἀποπίπτοντα τινα λεληθότως ζῆλον καὶ σωφροσύνης.

Ἂν ὡς ἑκάστῳ τῷ βίῳ ἑκάστῳ φράζειν ἐργῇς.] Pulcerrimum plurimiq; momenti monitum, quod & *infrà* denuò inculcatur, § 11. Ὡς ἤδη λυσιτελοῦντας ἐξιέναι τοῦ βίου, ὅταν ἔληται ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. Et *l. 3. § 12.* Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς εὐσεβῶς, ἐρρωμένως &c. καὶ τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα φυλάσσειν ἐσώτατα τηρῇς, ὡς εἰ καὶ ἤδη ἐκπεπλευκὼς εἶης. Et *l. 7. § 29.* συνάπτον τῷ ἑκάστου ῥοπῇ. In eandem ſententiam Zalevcus in *legum* ſuarum *proœmio*, apud Stob. *tom. 2. tit. 42.* Δεῖ ἕκαστον παρ' ἑκάστου πράξιν διὰ συνοικείων τὸν τῆς τελειότητος κανόνα, ὡς δὴ παρόντα. ὅτου γὰρ ἂν μάλιστα τῷ καλῷ καὶ τῷ δικαίῳ φρονῇ. Seneca *epiſt. 114. Quicquid facies, reſpice ad mortem.* Idémq; de ſe *epiſt. 61. Hoc animo tibi hanc epiſtolam ſcribo, tanquam cùm maximè ſcribentem mors evocatura ſit. paratus exire ſum.* Vide & *ad. l. 3. §. 12.*

Ἀπὸ τῆς αἰρούσης λόγου] ἀπὸ τῆς κρείττονος λόγου. *à meliore ratione.* reſcribi poſtulat Annot. Lugd. nam interpres uterq; τῆς αἰρούσης illud inſuper omnino habuit. Verùm nec mutandum quicquam, & vertendum, *à dictante ratione*, ſive *à rationis dictamine.* Uſitatum eſt λόγου αἰρεῖ. i. e. ἀξιοῖ, *dictat, poſcit, exigit.* Vide *ad l. 4. § 19.* Reſtituenda vox eadem apud Epictetum *enchir. c. 50*, ubi διαφορᾶται λόγου, ἀντὶ τοῦ αἱρεῖται, perperam legitur. Vide *ad l. 3. § 4.*

Συμμαιοσεμνύῃ] quod *l. 3. § 16.* συγκλωδόμυα.

Ὅρᾳς ὡς ἐλίζα] Antiſthenes apud Laërt. *l. 6.* Τῷ ἀρετῷ φησὶ ἔργων δεῖν, μήτε λόγων πλείστων δεῖσθαι, μήτε μαθημάτων. Hinc Alexandro Diogenes

ogenes apud Dionem Prus. *orat.* 4. Καὶ σὺ, ἐπεὶ ὦν ἐστω πάντως, ἐὰν τύχῃς ἐπιφανὴς ἀνὴρ, ἱκανός σοι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, πρὸς τὸ σωιδεῖν τὸ πρᾶγμα καὶ πῶ τέχνῃ, καὶ ὧδε ἐπ δύσῃ ποικίλων σοφισμάτων ἢ λόγων. Senec. *epist.* 106. *Paucis opus est ad mentem bonam literis.* Et *epist.* 94. *Infinita, inquis, præcepta sunt. Falsum est: nam de maximis & necessariis rebus non sunt infinita. tenues autem differentias habent, quæ exigunt tempus, loca, personas. sed his quoque dantur præcepta generalia.* Fabius *institut. l.* 12. *c.* 11. *Brevis est institutio vitæ honestæ beatæq; si credas. (cedas* f. siquidem in voluntate plurimum positum contendit*) longum enim facit operam, quod repugnamus.* De Antonio Niceph. Callist. *hist. eccles. l.* 8. *c.* 40. Γεόμμελα δὲ μὴ μανθάνων, ἀλλὰ τὸν εἰδότα διὰ θαύματος εἶχε. νῦν δ' ἀγαθὸν, ὡς γεγραμμένων προσόντων καὶ σοὶ τούτων ἐυρεθῶ, μᾶλλα ἐπαινεῖ. μηδὲ γὰρ εἰ τούτων ἀνάπλεως, τῆ τοῦ ἐρρωμένως ἔχοντος. Vide *l.* 7. § 66.

Ἔυρυν καὶ θεοῦν βιῶσαι βίον] ἔυρυν βίον dixit, & istic, & *l.* 10. § 6. pro *vita beata, prospera, in qa omnia ex voto succedant & quasi fluant;* metaphora ab eis qæ secundo flumine feruntur. Ità Stoici reliqui. Jo. Stob. eclog. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 5. Zenonem ait εὐδαιμονίαν finiviſſe ἔυροιαν βίου· eâq; definitione usos etiam Cleanthem, Chrysippum, corúmque posteros. Chrysippus certè πρὸς τὸ τέλος, referente Laërtio *l.* 7. in *Zenon. Cit.* Ἔτερα δ' αὐτὸ τοῦτο τῶν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετῶν καὶ εὐροίας βίου, ἔτι δὲ πράξεις κατορθώσεις καὶ πῶ συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος πρὸς τὸν τῶ ὅλω διοικητὴν βούλησιν. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 4. Οὐκ ἄλλως τὸ ἔυρυν καὶ ἀπαθὲς περιγίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ ἐν ὀρέξει μὲν μὴ ἀποτυγχάνοντι, ἐν ἐκκλίσει δὲ μὴ περιπίπτοντι. Et mox: Ἡ ἀρετὴ ταύτῃ ἔχει πῶν ἐπαγγελίαν, εὐδαιμονίαν πάντοτε, καὶ ἀπάθειαν, καὶ εὐροίαν. Inde verbum εὐροεῖν istis oppidò qàm familiare; Vide *infrà ad l.* 5. § 34. & *l.* 10. § 6.

Θεοειδῆ] i. e. θεοειδῆν. *Vitam divinam, divinæ parem.* Ità Homer. *Odyss.* ζ'. *v.* 121. & *v.* 576. θεὸς θεοειδὴς, *mens divina, Deo similis.*

——κῆρ ἐοικὼς δῖα θεοειδὴς.

& Δυμὸς θεοειδὴς. *Odyss.* τ'. *v.* 365. *animus divinus;* ——θεοειδέα θυμὸν ἔχοντα.

& Apollon. *Argonaut. l.* 2. ἄνδρες θεοειδεῖς, *homines divini, Deo similes,* in istis;

Ζεὺς αὐτὸς τὸ ἕκας' ἐπιδέρκεται· ἐσθλὸν μὲν ἀνδρὶ Λήμνῳ ἔμμορον, οἵ τε θεοῖσι, καὶ ἀνθρώποισι.

Et Marco perinde βίος θεοειδὴς, *vita divina, ei qæ deorum est par prorsus.* Vide hac in parte typhum Stoicum *ad l.* 3. § 7.

§ 6. Ἄγεσθε, ὦ ἄνδρες αὐτοὶ, ὦ ψυχαὶ] Pravâ sanè dictio, depravatáq; proculdúbio lectio. neqe enim è fæce hominum quisquam, nedum Marcus noster, ut *ipsa seſe contumelia afficiat; animam* sanus horretur suam. legendum, vel ἄγεσθε, vel, quod magis, ἄγεσθον. ut scripsierit, non adhortantis sit. Nam quòd lectionem receptam secutus, quasi εἰρωνικῶς dictum M. Casavb. accipit, mihi nevtiqam vero simile videtur. Marcus siquidem nusquam ironiis usus deprehenditur. Plato *de legib. l.* 5. Τιμᾷ δὲ τῷ ψυχῷ αὐτῆ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμῶν ὧδε ὀρθῶς δοκεῖ ἔχειν, qo loco, & qibus rationibus animas suas contumeliosè habeant plerique, cùm honorare videantur, multis disserit docétqe, qo modo & noster *infrà* § 16.

Ἔυ γὰρ ὁ βίος ἐκάστῳ] M. Casavb. legendum avtumat, Ἔυ γὰρ ὁ βίος ἐκάστῳ [παρ' ἑαυτῷ] vel etiam, repetito qod mox sequitur, [αὐξομένῳ ἑαυτόν.] ut sensus sit, *felicitas cujusque pendet à seſe;* vel, *felicitas cujusque in eo consistit, ut reverentiam sui habeat.* Verùm nec video, qomodo verba ipsa hunc sensum exhibere possint: & proclivior mihi ac germanior emendatio futura videtur, si legamus, prout ad marginem ex conjectura adscripsimus, φέρει γὰρ ὁ βίος ἐκάστῳ. Pers. *Sat.* 5. *v.* 153.

Vive memor leti. fugit hora: hoc quod loquor inde est.

Naso *Fast. l.* 5.

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis.
Et fugiunt fræno non remorante dies.

& *Amor. l.* 1. *el.* 8.

Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas:
Et celer admiſſis labitur annus equis.

i. e. qàm concitatissimè ac contentissimè fugit. Itáq; *Metam. l.* 10. subjungit, idem planè locutus,

Et nihil est annis velocius——.

& *el.* 11. *Dum loquor, hora fugit.——*

Qod Horat. *Carm. l.* 1. *Ode.* 11.

——dum loquimur, fugerit invida
Ætas: carpe diem, qàm minimùm credula postero.

Silius *bell. Pun. l.* 15.

——curritq; mortalibus ævum;
——fugit hora, rapitq;
Tartareus torrens.——

Pulcerrimè Anacreon. *carm.* 4.

Τροχὸς ἁμαλὸς γὰρ ὅια,
Βροτοῖς πρέχει κυλιόμενος.
Rota nam velut curulis,
Properat volucris ætas.

Sen. Herc. fur.

Properas curſa vita citato:
Volucrique die rota præcipitis
Vertitur anni.

Idémque, si idem utriusq; avtor, *epist.* 99. *Respice celeritatem rapidissimi temporis: cogita brevitatem hujus spatii, per qod citatissimi currimus.* Qin & *ad Marc. Consol. c.* 10. qod ad nostri mentem proximè accedit: *Rapina rerum omnium est, (miseri, nescitis?) & fuga, vivere.* Vide *supra ad* § 4. οἰκειότητα. Hoc si minùs placuerit, habeas D. Arn. Boctii ingeniosam sanè; nec temerè aspernandam, conjecturam, ut legatur; Ἔυ γὰρ ὁ βίος ἐκάστῳ. *Unicè enim:*

enim est unicuiq; vita: nec altera ulla, istîc saltem, expectanda. Epicurus suprà. Γεγόνασιν ἀπαξ· διὸ οὐκ ἔστι γενέσθαι;

Nec nasci bis posse datur. —— Silius *l.* 15.

id quod Evripides voluit, ubi dixit in *Alcest.*

Ψυχῇ μιᾷ ζῆν, ἢ δυοῖν ὀφείλομεν.

Vnam agere vitam, non duas nobis datur.

Quem & in *supplic.* idem pluribus conquestum suprà monuimus. Verba ipsa, qia ad lectionem istam illustrandam cum primis faciunt, exhibere istîc nevtiqam pigebit.

Ὅιμοι· τί δῆτα βεβίωσιν οὐκ ἔστιν τόδε,
Νέοις δὶς εἶδ', ἢ γέρουσιν; ἀλλὰ συμβαίνει
Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα.
Ἀιῶνα δ' οὐκ ἔχεσιν· εἰ δ' ἦμαρ νέοι
Διὶς ἢ γέροντες, εἴ τις ἐξημάρτανεν,
Διπλᾶ βίᾳ λαχόντες, ἐξορθώμεθ' ἄν.

id est, vertente Grotio:

Proh fata: cur non est datum mortalibus
Duplici juventâ, duplici senio frui?
Intra penates siqid habet incommodè,
Fas seriore corrigi sententiâ:
Hoc vita non permittit. at qi bis foret
Juvenis senéxque, siqid erratum foret
Priore, id emendaret in cursu altero.

Idémque *ibid.* ——τῆτο γὰρ μόνον βροτοῖς
Οὐκ ἔστι τἀνάλωμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν,
Ψυχλὼ βεβίωται χρημάτων δ' εἰσὶν πόροι.
--*unicum mortalibus*
Hoc est, semel qod perditum recipi negit,
Hæc vita: reliqa copia est reparabilis.

εἰσὶ δέ τινες, οἱ τὸν παρόντα μὴ βίον ἢ ζῶσιν ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ, ὡς ἕτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, ἢ τὸν παρεῦλα ἢ ἐν τούτῳ ἀπολειπόμενον ὁ χρόνος ὀίκατον. Antiphon. apud Stob: *tom.* 2. *tit.* 16. ubi leg. forsan ἀπολειπόμενον. Gesn. παραλειπόμενον. Qibus adjici possunt & Bionis errorem hunc corrigentia illa ex *Idyl.* 5.

Εἰ μὲ γὰρ βιότου διπλόον χρόνον ἀμὶν ἔδωκαν,
Ἢ Κρονίδας, ἢ Μοῖρα πολύτροπος, ὡς ἀνύσας
Τὸν μὲ ἐς εὐφροσύναν ἢ χάρματα, τὸ δ' ἐπὶ μόχθῳ,
Ἦν τάχα μοχθήσαντι πολὺ ὕστερον ἐλαὰ δ' ἀχάς·
Εἰ δ' ἅτοι κατένυσσαν ἴσον χρόνον ἐς βίον ἐλθεῖν
Ἀνθρώποις, ἢ τὸν μὲν βραχὺν ἢ μίνοα πάντων,
Ἐς πόσον, ἃ δειλοί, καμάτῳ κ' εἰς ἔργα πονεύμεν;
Nam si vivendi nobis geminata dedisset
Tempora seu Fatum, seu Fuppiter, esset ut ævi
Altera lætitiæ pars, altera dicta labori,
Responsura quies tandem sudoribus esset.
Sin vitæ spatium miseris mortalibus unum
Concessêre Dei, modicóque id fine coercent,
Qid juvat in tristes animos impendere curas?

Grot. Itaque Lucian. *de merced. conduct.* ἵνα ἄλλον ὁ ματαιὸς ἐμαυτῷ βιώσομαι βίον, τὸν παρεῦλα τοῦτον ἄλλῳ βεβιωκώς; Attamen, ut scitè Martial. *l.* 10. *epigr.* 23.

Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis, vitâ posse priore frui.

Cæterùm clariss. Salmasius lectionibus hisce omnibus præfert, βροχὺς ὁ βίος ἐκάστῳ. qomodo Hippocrates *aphorism.* 1. Sed & Marcus ipse *l.* 4. § 26. Ego in medio ista lectori relinqo.

Οὔτις δέ σοι κακὸν δίνυσεν] qod *suprà* § 2. dixerat; γέρων εἶ. tanqam ipse le alloqatur. Et *l.* 10. § 15. ὀλίγον ὅτι τὸ ἐναπολειπόμενον τοῦτο.

Μὴ αἰδεμόνη σεαυτοῦ] De Catone Plutarchus in *Apophtheg.* Μάλιστα δ' ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αἰδεῖσθαι ἑαυτόν. μηδὲν γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. Unde emendandus Stobæus, *tom* 2. *tit.* 31. apud qem pro μηδένα, μηδὲν legitur. Theophrast. *ibid.* Αἰδοῦ σεαυτὸν, καὶ ἄλλον οὐκ αἰσχυνήσῃ. Musonius itidem: Αἰδοῦς παρὰ πᾶσιν ἄξιος ἔσῃ, ἐὰν παρὰ τὸν ἄρξαντα σεαυτὸν αἰδεῖσθαι. Omniúmqe optimè Democritus: Φαῦλον, κἂν μόνος ᾖς, μήτε λέξῃς, μήτε ἐργάσῃ. μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον σεαυτὸν αἰσχύνεσθαι. Idémque *ibidem tit.* 46. Μηδὲν τῶν μᾶλλον τοῦ ἀνθρώπου αἰδεῖσθαι ἑαυτοῦ· μηδὲ τῶν μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακὸν, εἰ μέλλοι μηδεὶς εἰδήσεσθαι, ἢ εἰ πάντες ἄνθρωποι. ἀλλ' ἑαυτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι, καὶ τῶτον νόμον τῇ ψυχῇ καθεστάναι, ὥστε μηδὲν πιεῖν ἀνεπαίδευτον. Qod Isocrat. *ad Demonic.* Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἐλπίζε λήσειν. καὶ γὰρ ἂν τοῦ ἄλλους λαθῇς, σαυτῷ γε συνειδήσεις. *Qid autem proderit non habere conscium, habenti conscientiam?* Ex Seneca Lactant. *institut. l.* 6. *c.* 24. At verò, ut Diphilus, si Stobæo *tit.* 24. referenti, Philistio, si Maximo *c.* 40. fides;

Ὅσις γὰρ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται
Συνειδὼς αὐτῷ φαῦλον διαπεπραγμένῳ,
Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται;
Qi non veretur ipse semet, conscius
Sibi mali facinoris, qod commiserit,
Hic qomodo alios nescios reverebitur? Grot.

Vide *l.* 12. § 4. & Galenum *ad l.* 10. § 9.

§ 7. Πρίασθαί τί σε τὰ ἔξωθεν ἐμπέπλουκε] Scriptura mendi manifesta. Meric. Cas. transpositâ unâ voculâ legere videtur, Τί σε διασπᾷ σε; *cur te distrahant?* &c. Ego malim, restitutâ qæ excidit negante particulâ, (qia seqitur καὶ) [Μὴ] σε διασπάτω σε &c. *nè distrahant* &c. qod & Xylandrum secutum video. Sic. *l.* 8. § 1. ἄλλο μηδὲν σε διασπάτω. Et *l.* 4. § 3. Ἀλλὰ τὸ δοξάριόν σε διασπάσει. Et *l.* 7. § 20. Ἐμὲ ἓν μόνον διασπᾷ. Basil. Cæsar. *in Psal.* 45. Τίς γὰρ μεσιτὴν τοῦ τοῦ κόσμου, καὶ ἐμβαλύνων τοῖς διασπασμοῖς τῆς σαρκὸς, δώσατε τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις συμφέρειν, καὶ τῇ ἀκριβείᾳ τῶν τηλικούτων θεωρημάτων ἁρμόσει; Interpretes Græci *Eccles. c.* 1. *v.* 13. τὸ יִתֵּן reddunt περισπασμόν. Latinus, *distentionem.* eò qòd *in varias solicitudines mens hominis distenta lanietur.* Hieron. Vide *suprà* § 2. μυρίαι σπουδαί.

Καὶ χαλῶ πάρεχε σεαυτῷ] καὶ, ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ copulativa

copulativa loco adversativæ. Sic in *Evang.* Matth. *c.* 12. *v.* 43. ζητεῖ ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ ἱσχύει. requiem quærit, sed non invenit. & *c.* 16. *v.* 4. γενεὰ πονηρὰ σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. generatio prava signum requirit: verùm signum illis non dabitur. Luc. *c.* 4. *v.* 2. καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασεν. Nihilque per dies illos comedebat: sed eis consummatis postea esuriit. & *c.* 20. *v.* 19. Καὶ ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν. Quærebant manus ei injicere; verùm à populo metuebant sibi. *Act. c.* 7. *v.* 42, 43. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι; — καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. Num victimas hostiasque obtuliſtis mihi? — Sed Molochi tabernaculum bajulâſtis. Plato Theætet. adducendus *infrà ad* § 13. πάσαν πάντη φύσιν ἐρεύνωμεν ἅπῃ ἐχάστη ὅλη, εἴς τε ἅπῃ ἕκαστα ἔφυ αὖτ' ἐπισκοποῦντες. *Omnem ubique universè totius naturam perscrutans; verùm ad eorum quæ sint propè, nihil sese demittens.* Senec. *epist.* 57. exhibendus *ad lib.* 4. § 21. *Permeare non posse, & statim spargi.* pro, *sed statim spargi.*

Παῦσαι ῥεμβόμενος] Sic *l.* 4. § 22. Μὴ ἀποῤῥεμβεῖσθε. & *l.* 3. § 4. πιεῖ ἀποῤῥεμβεσθῆς. ῥεμβεῖς & ἀποῤῥέμβεσθε à re instituta, vel etiam *absque certa re ulla institutâ, temerè huc illuc divagari.* Jo. Chryſoſt. *in epiſt.* 1. *ad Timoth. homil.* Τοῦ νοῦ πολλάκις ἀλλαχοῦ ῥεμβομένου, ἢ χεὶρ αὐτόματος ἔλκεται. *Mente sæpenumero alibi divagante; sponte interim movetur manus.* Plutarch. *de curioſit.* Δεῖ δὲ μὴ καθάπερ θεράπαιναν ἀνάγωγον, ἔξω ῥεμβεσθαι τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ἀποπεμπωλίω χρῆσθαι τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ πράγματα, συνυγχάνειν αὐτῆς ταχὺ καὶ διαγγέλλειν ἅτα πάλιν ἐντὸς εἰδῇ τὸ λογισμὸς καὶ θεωρῆσαι αὐτό. Idémque eodem, quo noſter hic ſenſu, quâ à corpore ad animum transtulit, *de continuat. notit. c.* 13. Νῦφων δὲ ὑδὲ εἰς ὅτι πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ ῥεμβόμεθα πάντες ἀχθομενοῦντες καὶ κακοδαιμονοῦντες. Expreſſit avtem pulcrè, quod noſter hic, Senec. *de tranquill. c.* 12. *Circumcidenda eſt concurſatio,* [*circumcurſatio* potiùs] *qualis eſt magnæ partis hominum, domos, & theatra, & fora pererrantium, alienis ſe negotiis offerunt, ſemper aliquid agentibus ſimiles, horum ſi aliquem exeuntem domo interrogaveris; Quid tu? quid cogitas? reſpondebit tibi; Non mehercule ſcio: ſed aliquos videbo, aliquid agam. ſine propoſito vagantur, quærentes negotia: nec quæ deſtinaverunt, agunt; ſed in quæ incurrerunt. Inconſultus illis vanúsque curſus eſt: qualis formicis per arbuſta repentibus; quæ in ſummum cacumen, deinde in imum, inanes aguntur.* Idémque *epiſt.* 95. *Vita ſine propoſito vaga eſt.* i. e. ῥεμβὸς, ut Marcus *infrà* § 17. Vitam avtem iſtiuſmodi graphicè itidem depinxit nobis Ennius in *Iphigenia* à Gellio *l.* 19. *c.* 10. laudatus, quem à Scriverio, Salmaſióque emaculatum reſtituimúsque exhibemus.

Otio qui neſcit uti, plus habet negotii,
Otii minùs, quàm cùm eſt negotium in negotio.
Nam cui quod agat inſtitutum eſt, is nullo negotio
Id agit; ſtudet ibi, mentémque atque animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit, quid quidem velit.
Hoc ità eſt, neque nunc domi nos, neque nunc militiæ ſumus.
Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet.
Incertè errat animus; præter propter vita vivitur.

h. e. ut vir clariſſ. ἀκριβῶς.

Τῶν ἐτέρων περιφορὰν φυλακτέον] D. Jun. παραφορὰν mavult: quomodo de Maximo *l.* 1. § 15. dixerat, καὶ μανίαν παράφορον. παραφορὰ reverà *mentis errorem, halucinationem, deliriam, deſipientiam* creberrimè denotat: unde & à Gesnæro pro *leviori mentis emotione;* & à Fœſio, pro *graviore* etiam in medicorum libris ſumi obſervatum eſt. Cæterùm & περιφορὰν nihilo minùs pro *errore, mentisque obturbatione* uſurpari Budæus teſtimoniis haud pavcis comprobat. inter quæ illud eſt ex Græcis Solomonis interpret. *Eccles. c.* 2. *v.* 12. ἰδεῖν σοφίαν καὶ περιφορὰν καὶ ἀφροσύνην. Et rurſùs ibid. *c.* 2. *v.* 2. τῷ γέλωτι εἶπα περιφορά· *riſum reputavi errorem.* Vulg. quibus & adjici poteſt illud, *c.* 7. *v.* 26. γνῶναι ἀσεβεῖς ἀφροσύνην καὶ περιφορὰν. itaq; nihil forſan mutandum fuerit.

Μὴ ἐχνίης σκοπόν] *Infrà* § 16. inter ea, quibus animæ contumeliam ſibi facit, hoc ponit, Ὅταν παράξῃ τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν ἐπ' ἄλογα σκοπὸν ἀφῇ. Perſ *Sat.* 3. *v.* 60.

Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis aream?
An paſſim ſequeris corvos teſtâque, lutóque,
Securus quò pes ferat, atque ex tempore vivis?

Metaphora ἀπὸ τῆς ἀσκοπα πεζόντων, ut Lucian. in Ὑπνῳ. quod nos dicimus, **to ſhoot at rovers,** ſeu **at random.** Vide Caſavbon. *ad Perſ.* & *infrà ad* § 16. & *ad l.* 10. § 37.

§ 8. Παρὰ τὸ μὴ ἐφιστάνειν, ἢ ἐν τῇ ἄλλῃ ψυχῇ] Cohibere vult τὸ ἀλλοησιοεπίσκοπον, uti Petrus loquitur, *epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 15. ut iſtic, ſic *infrà* § 13. & *l.* 3. § 4. & *l.* 4. § 18. & *l.* 7. § 55.

Τῶν τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας] *Qui ſuiipſius animi motibus non obſequitur.* Xyl. imò, *qui motus non aſſequitur.* quod & M. Caſavbonum obſervâſſe video. παρακολουθεῖν, ſicut & ſimplex ἀκολουθεῖν, eſt eorum, quæ dicuntur avt aguntur etiam, *ex animadverſione obſervationéque diligenti, intelligentiam conſequi.* Id unico tantùm, cùm frequentiſſimum ſit, ex Galeni ſcriptis loco firmatum fuerit, quem *ad l.* 5. § 5. *infrà* exhibebimus. Qin & Xyl. ipſe τὸ παρακολουθεῖν *intelligere* vertit. *l.* 7. § 24. Et Sextus Empir *adv. diſciplin. l.* 1. *c.* 13. duo iſta ἐν τῷ παραλλήλῳ poſuit: Ποῦ γὰρ

γάρ τις δύναται περὶ ἀφροσυνῶν γραμματικῶν Ἡρακλειτον σωιήναι, ἢ Πλάτωνι παρακολουθῆσαι; Indè Marco *l.* 5. § 9. ἡ παρακολουθητικὴ καὶ ἐπιστημονικὴ δύναμις. Vide & *l.* 7. § 4.

§ 9. Τίς ἡ περὶ ἕλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμή] Vide *suprà ad l.* 1. § 9. Laërt. *Zenon. Citt.* Φύσιν δὲ Χρύσιππος μὲν ἑξακύει, ἢ ἀκολούθως δεῖ ζῆν, τοῦτ' ἔστι κοινῶς, καὶ ἰδίως ἢ ἀνθρωπίνως. Ὁ δὲ Κλεάνθης ἢ κοινῶς μόνως ἐνδέχεται φύσιν, ἢ ἀκολουθεῖν δεῖ, ἤτοι δὲ τῶν ὅλων. Conciliat utrumque Marcus noster, qi idem planè utrumque statuit esse, *juxta naturam propriam & juxta communem vivere.* Vide *l.* 5. § 3.

Καὶ ὁποῖόν τι μέρος ἑκάστη τῶν ὅλων] Vide *suprà ad* § 3. & Casaubon. *ad* illud *Persii Sat.* 3. *v.* 12.

—*gem te Deus esse*
Jussit, & humanâ quâ parte locatus es in re.

Οὐδεὶς ὁ κωλύων] hoc passim inculcat, *bonam mentem nihil impedire posse.* Ità *l.* 1. § 17. μηδὲν κωλύειν κατὰ φύσιν ζῆν. & *l.* 3. § 12. οὐδεὶς ὁ τοῦτο κωλύσει δυνάμενος. & *l.* 4. § 49. μὴ κωλύσει δίκαιον εἶναι, μεγαλόψυχον, σώφρονα, ἔμφρονα; &c. & *l.* 5. § 29. οὐδείς με κωλύσει πρᾶξαι ἃ θέλω. & *l.* 6. § 58. κατὰ λόγον τῆς σῆς φύσεως βιῶναι σε οὐδεὶς κωλύσει. & *l.* 9. § 10. εἰπὲ τίς ὁ κωλύων. & *l.* 8. § 47. τίς ὁ κωλύων διορθοῦσθαι τὸ δόγμα; & *l.* 12. § 25. τίνα ὑπόληψιν τίς κωλύσει ἐνδέλλειν; & aliis verbis *l.* 8. § 41. τὰ τῆς νεὸς ἴσως οὐδεὶς ἄλλος εἴωθεν ἐμποδίζειν. Et *l.* 11. § 9. Οἱ ἐπισφαλῶς πεφύκοντες περὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς προφάσεως ἀπερρέφασι τὸ ἀνυπόστατον. Et *l.* 12. § 8. οὐδεὶς ἄρα ἄλλα ἐμποδίζεται· qod & ipsum *l.* 5. § 34. & *l.* 10. § 32. Νοῦς καὶ λόγος διὰ παντὸς τοῦ ἀντιπίπτοντος ἄτους παρδιεξοδεύσας δύναται, ὡς πέφυκε, καὶ ὡς θέλει. Hoc est autem verè liberum esse. Epict. *dissert. l.* 1. *c.* 12. Ἐλεύθερός ἐστιν, ᾧ γίνεται πάντα κατὰ προαίρεσιν, καὶ ὃν οὐδεὶς δύναται κωλῦσαι. Et fastuosiùs, vixqe piè satis idem *ibid. c.* 1. τοῦτο προαίρεσιν ἔχει· ὁ Ζεὺς νικῆσαι δύναται.

Ἧς μέρος εἶ] Idem *suprà* § 3. & 4. & *infrà* § 16. Apud Laërtium *Zenon. Citt.* Chrysippus *de finibus:* Μέρη γάρ εἰσιν αἱ ἡμέτεραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου.

§ 10. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος] *Philosophicè Theophr.* Xyl. rectè. φιλοσόφως· id est, φιλοσοφίας ἀξίως. utì ipse se Marcus mox explicat. itaqe ut cum Annot. Lugd. φιλόσοφον ὁ Θεόφραστος legamus, qod svadeat nihil est. nec est commoda satis loqendi formula.

Ὡς ἄν τις κοινότερον ταῦτα συγκρίνειε] *qatenus ex communiore hominum sensu & sententiâ vulgari ista qis inter se contulerit.* Ità Senec. *epist.* 59. *Permitte mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam revoca.* & *epist.* 82. *Malè nunc sic accipe, qemadmodum à populo dici solet.* Hoc autem ideò Marcus istìc, qia Stoici *peccata omnia paria* prorsùs esse statuebant. Eodem modo *l.* 6. § 45. κοινότερον ἢ πρὸς τὸ συμφέρον ὅτι περὶ μέσων λαμβανέσθω. Contrà *l.* 4. § 10. καθὸ γενόμενα ἰδίως.

Βαρύτερα τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημμελήματα] Idem multis contendit Aristoteles *Ethic. Nicomach. l.* 7. *c.* 6. nimirum, ὅτι ἧττον αἰσχρὰ ἀκρασία ἡ περὶ θυμῶ, ἢ ἡ περὶ ἐπιθυμιῶν· καὶ ὅτι αἰρόμεν ἡ περὶ ἐπιθυμίας ἀκρασία, τῆς περὶ τὸν θυμόν.

Ὁ γὰρ θυμώδης μετὰ πόνου λύπης] Ità Aristot. ubi priùs ὁ μὲν ἑκὼν ἐκβίζεται λυπούμενος· ὁ δ' ὀργὴ ποιῶν πᾶς, ποιεῖ λυπούμενος· ὁ δ' ἐκβίζων, μετ' ἡδονῆς. Et *Rhetor. l.* 2. *c.* 2. Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, &c. & *ibid. c.* 5. Ἡ ὀργὴ μετὰ λύπης.

Ὀρθῶς εἴρηται] Ità qod Flaccus *Serm. l.* 1. *Sat.* 1.

Quis paria esse fere qæcunt peccata, laborant,
Cùm ventũ ad verum est: sensus morésq; repugnant,
Atqe ipsa utilitas, justi qoqe mater & æqi.

Τὸ μετ' ἡδονῆς [Hoc argumento contendit Septimius noster, gravioris esse reatûs, adulterium perpetrâsse, qàm pœnarum metu abnegâsse Christum. *de pudicit. lib. extremo. Urget nos dicere rei indignitas. contaminata potiùs corpora revocabis qàm cruentata? qæ pœnitentia miserabilior, titillatam prosternens carnem, an verò laniatam? qæ justior venia in omnibus caussis qam voluntarius, an qam invitus peccator implorat? nemo volens negare compellitur; nemo nolens fornicatur. nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa: negat, qod libet, cogi. negationem porrò qanta compellunt ingenia carnificis, & genera pœnarum? qis magìs negavit, qi Christum vexatus, an qi delectatus, amisit? qi cùm amitteret, doluit; an qi cùm amitteret, risit?*

Ὁ μὲν ἀσυνδικημόνως] Ἐπὶ φαινομένῃ γὰρ ἀδικίᾳ ἡ ὀργή ἐστιν. Aristot. *Ethic. Nicom. l.* 5. *c.* 8. & *Eudem. l.* 4. *c.* 6. Itaqe qod ex Aristarcho Athenæus *dipnosoph. l.* 13. ex Chæremonis *Therside* Svidas; ex Menandri *Olynthia* Zenobius *paræm.* à Demosthene etiam, vel qisqis is est, in *orationis adversùs Nexaram* ingressu ipso, usurpatum;

Οὐχ ὡς ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.
Ut non qi prior incipiat, sed se vindicans.

iratus qisqe facere videtur, qod facit. hoc autem excusationis defensionisqe satis justæ speciem præ se ferre videtur. Demosth. idem ipse, ἀνεπίφθονον αὐτὸ τιμωρεῖσθαι τὸν ὑπάρχοντα. Plato *Gorg.* δικαίως χρῆσθαι τούτοις (armis scil. viribúsqe) ὅταν τοὺς πολεμίους ἀδικῶνται, ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας. Belisarius apud Procop. *Vandalic. l.* 2. necessarios adoriri coactus, ἔγωγε ἢ τὸ κακὸν παραλυπεῖν τινα ἢ, ἄρχειν ὁ τῆς μάχης ἄρχοντες αὐτοὶ, ἀλλ' ἀμυνόμενοι ἐς τὸν κίνδυνον καθεστάμεθα. Thucyd. *l.* 2. δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι, ὅπερ καὶ ἐκεῖνοι ὑπῆρξαν. Ideo & Aristoteles ubi suprà, *intemperantiam iracundiâ*, non ἁμάρτημα tantùm, sed & ἀδικώτερον, pronunciat.

Φερεκύδης

Φδόμφθ ὁπὶ τὸ πρόξαι πνα κατ' ἐπιθυμίαν] pessimo consilio ista à superioribus avulsa cum periocha seqente commisit editor Lugd. qâcum nihil commune habent.

§ 11. Ὡς ἤδη δυνατὸν ἐξιέναι τοῦ βίου] Vide *suprà ad* § 5. & *infr. ad l.* 3. § 8. Ex Pythagoræ præceptis illud erat, ζωλεῖν ὀσημέρα τὸ σῶμα τοῦ δεσμόν. (leg. τὸν σωμάτων δεσμόν. qod alii, τὰ σώματα ἀεὶ σωθδιωθία ἔχειν) eo significans, ὡς ἀποθνήσκειν ἐθ' ἡ τελευτὴ ἡ δεῖν ἀεὶ σωεσπουδακότας τὸν χρόνον ἀξιωθῆναι τῆς ἐκεῖ πορείας. Porphyr. apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 40. Senec. *epist.* 93. *Non ad eum diem me aptavi, qem ultimum mihi spes avida promiserat, sed nullum non tanqam ultimum aspexi.* & *epist.* 101. *Sic formemus animum, tanqam ad extrema ventum sit. nihil differamus: qotidiè cum vita paria faciamus. Vita nostra non prominet, sed in se colligatur.*

Ἐξιέναι τοῦ βίου] qod ἐξιέναι τοῦ ζῆν, & ἐξελθεῖν simpliciter. *l.* 5. § 29. Plin. *l.* 3. *ep.* 9. *Videtur voluisse exire de vita, cùm defendi non posset.*

Ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν] Plato apolog. οὗ ἀποθνήσκουσι, ὁ θάνατος. Et Plut. *ad Apollon.* Ἀποθνήσκειν ἀεὶ ποιοῦσιν ὁ θάνατος, ἢ τῆς εἰς κοινὸν πατρίδα πορείας. qi & Socratem dixisse perhibet, παραπλήσιον εἶναι τὸν θάνατον, ἥτοι τοῦ βαθυτάτου ὕπνου, ἢ ἀποδημίας μακρᾶς ἢ πολυχρονίου, &c. Joan. ὁ χρυσορρήμων de statuis orat. 5. Τί ποτέ ἐστι θάνατος; ἀποδημία ἀφόκαιρος· ὕπνος μακρότερος τοῦ σωμάτος. Simocrat. *epist.* 25. Ἐπὶ μακρὰν ἀποδημίαν οἱ τεθνηκότες ἐστάλησαν. De Proteo philosopho Marcellinus *histor. l.* 29. *cùm mundo digredi statuisset.* Et de Constantio *l.* 22. *mundo citius digressurum.* De Demonacte Lucian. πάντων ἀποχήμενος, ἀπηλθε τοῦ βίου. Tertull. *de patient. c.* 9. *Profectio est, qam mortem putamus.* Hieron. *ad Salvin. Sic extulit, ut cum profectum crederes, non amissum. Non emori, sed emigrare.* Idem *in Nepotian.* ut de Metello Velleius *hist. l.* 1. *de vita migrare potiùs qàm mori.* Et, *abiit, non obiit.* Ambros. de Theodos. *Mors siqidem migratio est.* Cicer. *Tusc. l.* 1. *aut finis, aut transitus.* Senec. *epist.* 65. imò, *non finis, sed transitus.* Cyprian. *de mortal. Non est exitus, sed transitus.* qomodò Christus apud Joan. *cap.* 13. *v.* 1. μετάβασιν αὐτοῦ τὸν θάνατον καλεῖ, uti observant Jo. Chrysost. & Theodoret. Et *exitus* tamen, sed sensu suo; qomodo ἔξοδος dicitur, Lucæ *c.* 9. *v.* 31. & Petro *epist.* 2. *c.* 1. *v.* 15. *Excessus* scil. *de corpore.* ut Tertull. *de resurr. c.* 43. Itaqe qod dubitanter Senec. *ep.* 63. *Fortasse qem putamus perîsse, præmissus est.* Sed avdentiùs *epist.* 99. *Qem putas perîsse, præmissus est.* Et *ad Marc. c.* 19. *Dimisimus illos; imò consecuturi præmisimus.* Fidentissimè nostri; nec immeritò, firmiore fulcro subnixi; *Præcesserunt, non decesserunt.* Avg. *de diverss. serm.* 43. *præmissi, non amissi.* Idem *epist.* 6. & 120. Clavdam locum hunc Cypriani monito in *orat. de mortal. Non sunt lugendi fratres nostri accessione dominicâ de seculo liberati; cùm sciamus eos non amitti, sed præmitti, recedentes præcedere; ut proficiscentes & navigantes desiderari eos debere, non plangi.* Vide & *infrà ad* § 17. & *l.* 11. § 3.

Κακῶ γάρ σε οὐκ ἂν ἀφελοίην] Consimili phrasi *suprà* dixerat, § 1. ἀλλῷ γάρ με οὐδεὶς πειράλλει. Deum avtem neminem posse malo afficere statuunt Stoici, qia ipse bonus. Noster *l.* 6. § 1. Ὁ τῶν ὅλων ὑσίαν διοικῶν λόγος, ἀδεμίαν ἐν αὐτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακὸς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνου. Est reverâ Deus non ἀγαθὸς duntaxat, sed μόνος ἀγαθός. Matth. *c.* 19. *v.* 17. qod Hermes Trismeg. *Pœm. c.* 6. Τὸ ἀγαθὸν ἐν οὐδενὶ, εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ θεῷ· μᾶλλον δ' τὸ ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ Θεός. Et Tertull. *adv. Marc. l.* 2. *c.* 6. *Bonus naturâ Deus solus. qi enim qod est sine initio habet, non institutione habet illud, sed naturâ.* Meliùs multò qàm Senec. *epist.* 95. *Dii immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi; & pars naturæ eorum est, esse bonos.* Portò *cùm Deus optimus, diabolus pessimus, non magis à bono aliqid mali, qàm à malo boni aliqid potest editum videri.* Tertull. *de patient. c.* 5. Porphyrius item, *de abstin. ab esu animant. l.* 2. Δεῖ ἐμπεδῶς πιστεῦσαι, ὅτι ὅστε τὸ ἀγαθὸν βλάπτειν ποτε, ὅστε τὸ κακὸν ὠφελεῖν. ὁ γὰ θρασύστατος, ὡς φησὶ Πλάτων, τὸ ψεύδεσθαι, ἀλλὰ τῷ ἑκόντι· οὐδὲ τὸ δίκαιον τὸ βλάπτειν· τὰ γὰ ἐναντία οὐδὲ τὸ αὐτὸ ἐκ ἂν ποτε γένοιτο. δικαιότατον δ' ὑπὸ φύσει πάντων τὸ θεῖον, ἐπεὶ οὐδὲ ἂν ἦν θεῖον. Senec. *epist.* 95. *Qa caussa est Diis beneficiendi? natura. errat, si qis putat illos nocere velle: non possunt. nec accipere injuriam qeunt, nec facere. Lædere etenim lædique conjunctum est. Summa illa ac pulcerrima omnium natura, qos periculo exemit, nec periculosos qidem fecit.* Et *de ira l.* 2. *c.* 27. *Qædam sunt, qæ nocere non possunt, nullámqe vim nisi beneficam & salutarem habent: ut Dii immortales, qi nec volunt obesse, nec possunt. natura enim illis mitis & placida est, tam longè remota ab aliena injuria, qàm à sua. Itaqe Deos nemo sanus timet. furor est enim metuere salutaria.* Idem *de benef. l.* 4. *c.* 19. Cavtè tamen, & *cum grano salis*, qod dicitur, ista admittenda. Nam ut Senec. idem *epist.* 95. *Hi nec dant malum, nec habent: Cæterùm castigant, & coercent, & pœnas irrogant, & aliqando specie mali puniunt.* Itaqe Deus & ob majestatem suspiciendus, & ob bonitatem verendus, & ob justitiam etiam formidandus est. Qi & (qia justus) qod Tertull. *adv. Marc. l.* 2. *c.* 2. *tunc maximè est optimus, cùm tibi non bonus. sicut sol tibi, etiam qando non putas, optimus & utilis; & cùm acrior & infestior, rationi tamen suæ par est.* Verùm Marcus istic *malum* Stoico more pro *vitio* accepit, qod illis *solum malum*, non *summum* tantùm.

mirúm. In qem sensum & Jacobus Apost. c. 1. v. 13. dixit: Ὁ θεὸς ἀπόπειρός ἐστι κακῶν· πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.

Ἢ ἤ εἴ τι] Ex conjectura adscripsi, εἰ ἤ ἤτοι. at Annot. Lugd. vult εἰ ἤ ἔτι, si jam non sunt. vel, ἤτοι, inquit, certè non sunt. Verùm sensus proclivis est, si verò, vel non sunt, vel nulla eis de nobis est cura. ἤτοι, & ἢ apud Marcum passim sibi invicem respondent.

Τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῆς;] In eandem sententiam l. 6. § 10. Τί γὰρ ἐπιθυμῶ εἰναλίῳ συγκρίμαπι καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρίβειν;

Ἀλλὰ καὶ εἰσί] *Esse Deum*, sive *Deos*, ut ille pro suo ritu loqui amat, unde conflet, vide l. 12. § 28.

Καὶ μέλει αὐτοῖς περὶ ἀνθρωπείων] Observat Brissonius formulam illam receptam (utpote quæ è naturæ ipsius penetralibus prodierat) quâ *Deos esse* proclamabant. *Est cœleste numen. Est magne Jupiter.* Manlius apud Liv. l. 8. & l. 3. *Pro se quique, Deos esse, & non negligere humana, fremunt.* Ità constanter Stoici. Quò magis miror Theophilum Antioch. ad Autolyc. l. 2. dicere; Ἔνιοι μὲν τῆς Στοᾶς αἱρέσεως καὶ τὸ ἓξ ὅλου θεὸν εἶναι, μηδενὸς φασι φροντίζειν τὸν θεὸν, πλὴν ἑαυτοῦ. in qa sententia etiam Chrysippum affirmat cum Epicuro planè consensisse. Cæterùm in adversum prorsus Stoici unanimiter concedunt, & contendunt etiam acerrimè adversùs Epicureos, qos hoc nomine perstringunt & oppugnant passim. Senec. *præfat. ad quæst. nat. l.* 1. *Nec hæc intra vulgum dementia est?* (ἄνοιαν & Theophilus nuncupat) *sapientiam quoque professos contigit. Sunt qi putent sibi ipsis animum esse, & quidem providum ac dispensantem singula, & sua, & aliena: hoc autem universum, in qo nos quoque sumus, expers esse consilii, & aut ferri temeritate quadam, aut naturâ nescientе quid faciat.* At non sic ὁι ἐν τῆς στοᾶς. Ἄκλεον γὰρ θεὸν οὐδὲ ὑπνώσαι ῥᾴδιον· inqit noster l. 6. § 44. Epictetus *dissert. l.* 1. *c.* 12. ubi varia aliorum de diis judicia retulerat, primum asserentium, μηδ' εἶ τὸ θεῖον· secundum, εἶ μὲν, μὴ προνοεῖν ἢ μηδενός· tertium, εἶ, καὶ προνοεῖν, ἀλλὰ περὶ μεγάλων καὶ ἐφαπλῶν· quartum, καὶ περὶ ὅλων, καὶ περὶ ἑκάστων, (ἀνθρωπίνων, leg. ex Stob. *tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 6.) εἰς κοινὸν ἢ μόνον, καὶ ἡνίκα ἢ κατ' ἰδίαν ἐκάστε. ultimo loco illud, qod Stoicorum est, Ulyssis apud Homerum verbis, à Socrate alicubi usurpatis proponit, ὅτι οὐκέτι σε λήθω κινύμενος. Verùm legendum κινυμένῳ, tam ex Stobæo, qàm & ex Homero. Sic enim Minervæ Ulysses *Iliad. κ'. v.* 278.

——ἦ τέ μοι αἰεὶ
Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταο· οὐδέ σε λήθω
Κινύμενος.——

ubi Evstath. ex priscorum sententia; κινυμένῳ, ὁ ἐστι, νῦν κινήμενός καὶ διαλογιζόμενος. Et certè de Socrate Xenophon *memorial. l.* 1. Σωκράτης ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα, καὶ πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα· πανταχοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις περὶ πάντων ἀνθρωπείων πάντων. Qin & Socrates idem in Platonis *Phædone*; Τόδε γέ μοι δοκεῖ ἓν λέγειν, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐν τῷ τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. Et *de legib. l.* 10. qem locum ob oculos videtur habuisse Epictetus, cùm superiora illa differeret, qandoqidem ibi etiam variæ illæ & recensentur & refutantur sententiæ, Ἀλλ' οὐδὲν τάχ' ἂν ἴσως εἴη χαλεπὸν ἐπιδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσὶ θεοί, οὐχ ἧττον ἢ περὶ μεγάθει διαφερόντων. ἤκουσι γάρ που, καὶ παρὰ τοῖς γυμνοῖς δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετὴν, πλὴν περὶ πάντων ἐπιμελεῖσθον ὁπωστανοῦν αὐτῶν ὅσον κέκτηνται. Et pòst: Οὐκοῦν δὴ τά γε ἀνθρώπινα πράγματα τῆς τε ἐμψύχου μετέχει φύσεως ἅμα, καὶ θεοσεβέστατον αὐτὸ ὄζει πάντων ζώων ἄνθρωπος. θεῶν γε μὴν κτήματα φαμὲν εἶ πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα; ἆρ' οὖν καὶ τὸν ὑφηγητὸν ὅλον. πῶς γὰρ οὔ; ἦ που τίνυν σμικρὰ ἢ μεγάλα τις φαίη ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς. ἀμέτερος γὲ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη πρέπτον, ἐπιμελέσταις γε ὄσι καὶ δεέσοις. Deniq; in Epinom. hoc pro fundamento statuitur; Ὡς εἰσὶ θεοὶ, ἐπιμελούμενοι πάντων, σμικρῶν καὶ μειζόνων. Verùm de istis, qia eos advocârat Epictetus, ad Stoicos redeamus. Epictetus loco superiùs adducto : Ἐι μὲν εἰσὶ θεοὶ, πῶς ὀρθὸν τέλος, ἕπεσθαι θεοῖς; εἰ δ' εἰσὶ μέν, μεμνῆσθαι δ' ἐπιμελούμενοι, καὶ ὥσπερ πόλεις ἔσας; ἀλλὰ καὶ ὄντων, καὶ ἐπιμελουμένων, εἰ μεμνῆσθαι διάδοσις εἰς ἀνθρώπους ὀρθὴν ἐξ αὐτῆς, καὶ νὴ Δία γε καὶ εἰς ἐμέ, πῶς ἔτι καὶ ὑγιὲς ὄζει; Senec. *de benef. l.* 6. *c.* 23. *Cogitavit nos antè natura qàm fecit: nec tam leve opus fuimus, ut illi potuerimus excidere.* Naturæ nomine *Deum* vult. Ipse se explicet, *epist.* 95. *Deus ipse humano generi ministrat, ubique & omnibus præsto est.* Et mox: *Nunqam satis perfectum erit, nisi qualem debet Deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem.* Et rursùm: *Primus est Deorum cultus, Deos credere. deinde reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qa nulla majestas est: scire, illos esse qi præsident mundo, qi universa vi suâ temperant, qi humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum.* Qo loco cave, *interdum* illud aliter qàm pro *interim* accipias. In eandem, sed plenìus, sententiam Avgust. *Confess. l.* 3. *c.* 11. *Bonus omnipotens sic curat universos tanqam singulos, sic singulos tanqam solos.* Et Gregor. Rom. *in Job. l.* 25. *c.* 19. *Sic intendit singulis, acsi vacet à cunctis; & sic simul intendit omnibus, ac si vacet à singulis.* Qod pressiùs Aristides in *Panathen.* πάντων, ὡς μίαν ἑκάστων, ἑαυτοῦ. Nec eleganter minùs è nostris qidam, [Barn. Potter in *cons. funebr.* & Georg. Hacvil.

Harvil. *in Pſal.* 102. *v.* 2.] qi providentiam divinam ſimilem dixerunt εἰκόνι τεχνικῶς πάνυ γεγραμμένῃ, τὴν πᾶσι τοῖς βλέπουσι φάνταν ὁρᾶσθαι, ut Gregor. Naz. *orat in Athan. epitaph.* hoc eſt, *imagini ex artificio concinnatæ, ut in aſtantium unumquemque oculos defigere videatur*; imò ſic aſtantium unumquemque intueri videatur, acſi ipſum ſolummodo intueretur. Balbus deniqe ex Stoicorum ſententia, (nam de Chryſippo, qem hac ipsa de cavſsa taxat Plutarchus, tanqam qi numen κυνόσσημον faciat, dicetur *ad. l.* 7. § 32.) apud Ciceron. *de nat. Deor. l.* 2. *Nec verò universo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à diis immortalibus conſuli & provideri ſolet.* Vide *ad l.* 1. § 4. 17. & *l.* 6. § 30.

Ἐκ αὐτῆς τὸ πᾶν εἶναι] Humanis viribus nimium qantum hac in parte Stoici videntur tribuiſſe: ſed nec iſti ſoli. Cicero *Paradox.* 2. ex Stoicorum mente: *Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qi eſt totus aptus ex ſeſe, qiqe in ſe uno ſua ponit omnia.* Et *ad Luc. famil. l.* 5. *ep.* 13. *Hanc laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene aut malè vivendi ſuſpenſas habere rationes.* Senec. *epiſt.* 31. *Unum bonum eſt, qod beatæ vitæ cauſſa & firmamentum eſt, ſibi fidere.* Excuſatius hoc forſan, ſi eo ſenſu ſumeretur, qo Plato dixit in *Epitaph.* Ὅταν γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, ἢ μὴ ἐκ ἄλλου ἀνθρώπου αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ ἦν, ἢ ἔμελλεν προξενήσων πολλὰς ἀνάγκας καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄρτια παρεσκευάσθαι ζῆν, —δὰ τὸ αὐτῷ πεπιστεῦσθαι. id eſt, vertente Cicerone *Tuſcul. l.* 5. § 36. *Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia, qæ ad beatè vivendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu aut contrario, pendere ex alterius eventis & errare coguntur; huic optimè vivendi ratio comparata eſt;* —*qòd ſemper in ſeipſo omnem ſpem reponat ſui.* Qanqam religioſiùs Julian. *in Conſtant. orat.* 2. Ὅταν ἀνδρὶ εἰς τὸν θεὸν ἀνήρτηται πάντα, &c. *Cui viro ex Deo apta ſunt omnia,* &c. Verùm ulteriùs progreditur Seneca, non ut *hominum* tantùm *opes operámqe*, ſed ut *numinis* etiam *opem* excludat. *Turpe eſt*, inqit, *etiamnum Deos fatigare. qid votis opus eſt? fac te ipſe felicem.* Et rurſus, *Hoc eſt ſummum bonum, qod ſi occupas, incipis Deorum eſſe ſocius, non ſupplex. Quomodo, inqis, iſto pervenitur? Tutum iter eſt, jucundum eſt, ad qod natura te inſtruxit. dedit tibi illa, qæ ſi non deſerueris, par deo ſurges.* & *epiſt.* 41. *Facis rem optimam, & tibi ſalutarem, ſi, ut ſcribis, perſeveras ire ad bonam mentem. qàm ſtultum eſt optare, cùm poſſis à te impetrare? non ſunt ad cælum elevanda manus.* &c. Idem tamen *epiſt.* 10. *Votorum tuorum veterum licèt Dijs gratiam facias; alia de integro ſuſcipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis.* Hoc eſt qod Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 356.

Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.

qi ſubjicit tamen *v.* 363.

Monſtro qod ipſe tibi poſſis dare. Scnica certè
Tranqillæ per virtutem patet unica vitæ.

Et Flaccus *l.* 1. *epiſt.* 18.

Hæc ſatis eſt orare Jovem, qi donat & auſert,
Det vitam, det opes: æqum mi animum ipſe parabo.

Sed & Cotta Academicus apud Ciceronem *de Nat. Deor. l.* 3. *extremo*; qo loco latiùs iſta diſſerunatur: *Judicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam à Deo petendam, à ſcipſo ſumendam eſſe ſapientiam.* Et rurſus; *Atqe hoc qidem omnes mortales ſic habent; omnem commoditatem proſperitatémqe vitæ à diis ſe habere: virtutem autem nemo unqam acceptam Deo retulit.* Impiè planè, falſóqe. Qanqam in eandem ferè mentem Synef. *de provident.* Μικρὰ ἂν ἐνίκλεις τοῖς θεοῖς, ἄκαδεν, ὦ ἐθέλοις, ἀνωμάλως σώζεσθαι. αὐτὸς γάρ τις ἕκαστος ἑαυτῷ τὸ πίστον (τὸ εὐδαίμονος εἶναι) ταμίας, ἀγαθὸς εἶναι βουλόμενος. Pium magis qod Marcus *l.* 9. § 40. etiam ad iſta manum nobis ſuam numen porrigere. In qam ſententiam & Seneca ipſe *epiſt.* 41. *Bonus vir ſine Deo nemo eſt. an poteſt aliqis niſi ab illo adjutus exurgere? ille dat conſilia magnifica & erecta. in unoqoe bonorum virorum,*

Qis Deus incertum eſt, habitat tamen Deus.

(qod non ex *Naſon. metam.* utì Lipſius opinatur; ſed ex *Maronis Æn. l.* 8. ſumptum eſt) niſi qòd in ambiguo religioſe videatur, de numine ipſo divino, an de animo humano cœlitus indito, qem & cum noſtro *Deum* familiariter appellat, intelligi hæc voluerit. Vide *l.* 5. § 10. Certè, qod Plut. *de Stoic. contradict. c.* 27. ex fundamentis à Stoico etiam dogmate deſumptis: Ἐπεὶ ὁ θεὸς ἀρετὴν μὲν ὁ δίδωσιν ἀνθρώποις· ἀλλὰ τὸ καλὸν αὐθαίρετον ἔχειν πλοῦτον δ' ἢ ὑγίειαν χρεὼν ἀφθόνως δίδοσθαι ἐκ θεοῦ. *Deus ſi non virtutem hominibus largiatur, ſed eam ſibi ipſo tribuens mortales; opes verò corporisqe valetudinem citra virtutem largiatur; næ ille hominibus nihil qicqam prodeſt.* Veriſſimum nihilominus, qod noſter *infrà l.* 8. § 56. & *l.* 9. § 40. *Non eſſe in alia cujuſqam poteſtate, ut malum miſerúmve qenqam faciat.* Οὐδεὶς γὰρ ὁ παραζῆναι ἀναγκάζων, nemo ſiquidem eſt, *qi cogere qenqam poſſit, ut recti boniq; rationem tranſgrediatur. l.* 5. § 10. nec verum certúmve minùs, *Nullius cujuſqam felicitatem ab aliorum dictis, factis, perpeſſionibus pendere* qod & Marcus *infr.* § 17. eis verbis voluit; ἀνεπόδεκτον τὸ ἄλλου πταίσματι, ἢ μὴ &c.

Μὴ δυνατὸν ἦν] Obſervat Mer. Caſaub. tecte tangere iſtic, & ex parte corrigere Marcum, Stoicum dogma qoddam minùs pium, & potentiæ divinæ imminutivum, qo cenſebant illi ideo bona malaq; externa hæc qibusvis ex æqo obvenire, qòd Deus aliter iſta diſponere neqibat. Ità Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 1. Ὅταν ἦν ἡ ἄξιον, τὸ κρεῖττον ἁπάντων

ἀπάντων ϗ χωριστὸν ὁι θεοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν τῇ χρῆσιν τῇ ὀρθῇ τῶν φαντασιῶν, τὰ δ' ἄλλα ἐκ ἐφ' ἡμῖν. ἔφαγε ὅτι ἐκ ἤθελον; ἐγὼ μὲν δοκῶ, ὅτι εἰ ἐδυνάμην, καὶ ἐκεῖνα ἂν ἡμῖν ἐπέτρεψαν· ἀλλὰ πάντως ἐκ ἐδυνάσατο. Senec. *epist.* 58. *Mittamus animum ad ea quæ æterna sunt; miremur in sublime volitantes rerum omnium formas, Deúmque inter illa versantem & providentiam, quemadmodum quæ immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat à morte, ac ratione vitium corporis vincat.* Et *de benef. l. 2. c. 29. Quicquid nobis negatum est, dari non potuit. —magna accepimus, majora non cepimus.* Vide *supra ad § 3.* πεφυκεν δὲ ϗ ἀναγκαῖον.

Δόξα ϗ ἀδοξία] *Famam & infamiam in mediis* ponit. Vide *ad l. 4. § 19.* Stoici ἀπροφόρως φασὶν εἶναι τὸν σοφόν. ἴσως γὰρ ἔχει πρός τε τὸ ἔνδοξον ϗ ἄδοξον. Laërt. *l. 7.* in *Zenon.* & ex Laërtio corrigendus Svidas; qi pro τὸ, τὸν exhibet.

Πόνος ϗ ἡδονή] Gregor. Nyss. *orat. catachet. 8.* Ἐκεῖνο τῇ φύσει μόνον δῆλον ἀγαθὸν, ὃ ἡ αἴσθησις ἐκ ἐφάπτεται ϗ μόνον ἐκεῖνο καλὸν, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνυπόστασις. πόνος γὰρ ϗ ἡδονὰς τὸ καλὸν ϗ τὸ κακὸν κεῖνται, τῆς ἀλόγου φύσεως ἰδιὸν ὄντων, ἐφ' οἷς τὸ ἀληθῶς καλὸν ἢ κακὸν σκοπεῖται, διὰ τὸ μὴ μέλειν αὐτὰ τῷ ϗ διανοίᾳ, χάριν οὐκ ἔχει.

Πάντα ταῦτα ὁπόσα συμβαίνει τοῖς τε ἀγαθοῖς ϗ τοῖς κακοῖς] Idem *hominum sapientissimus; Eccles. c. 9. v. 2. Omnia justis & sapientibus, quæ aliis omnibus, contingunt; & unus idemque est bonis atque malis eventus. Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.* P. Syrus apud Senec. *de tranqill. c. 11.* & *ad Mart. consol. c. 9.* Senec. ipse *ibid. c. 17. Moveret hoc me, si esset cuique pro moribus fortuna, nunquam mala bonos segerentur. Nunc video exempto discrimine, & eodem modo, malos bonósque jactari.* Nimirum, ut Hieron. *adversus Jovin. l. 2. q. 4. In eodem mari navigantibus eadem tranquillitas est, eadem tempestas.* Piè prudentérque Avgust. *de Civit. Dei lib. 1. cap. 8. Placuit divinæ providentiæ præparare in posterum bona justis, quibus non fruentur injusti; & mala impiis, quibus non excruciabuntur boni. illa verò temporalia bona & mala utrisque voluit esse communia, ut nec bona cupidiùs appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur; nec mala turpiter evitentur, quibus & boni plerumque afficiantur.* qibus gemina ferè habet Gregorius Rem. *pastor. l. 3. c. 1.* Hom. *Odyss. ζ. v. 188.* apud Stob. *tem. 1. l. 1. tit. 3.* reponendus:

Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ἄλφεσιν ὀλυμπιος ἀνθρώποισιν
Ἐσθλοῖς, ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἑκάστῳ ἐθέλῃσιν.

Divitias pariter justisque malisque supremus
Juppiter ipse sui pro numinis arbitrio dat. Grot.

Οὔτ' ἄρ' ἀγαθὰ, οὔτε κακὰ] Concludit hinc, externa ista nec in *bonorum*, nec in *malorum* esse numero habenda, qia promiscuè possunt vel *bonis* vel *malis* contingere. Isocrat. *ad Demon.* § 32. Τοσούτῳ χείττων δικαιοσυνη χρημάτων, ὅσῳ ἐκείνων μὲν τοῖς φύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδυνάτον μεταλαβεῖν. Vult ille bonum istud præstantius esse, Stoici *solum* & *singulare*. Senec. *epist. 71. Summum bonum est, qod honestum est. & qod magis admireris, unum bonum est, qod honestum est. Cætera falsa & adulterina bona sunt.* qod & latiùs prosequitur *epist. 76.* & *85.* Idem *epist. 120. Hæc duo (bonum & honestum) apud alios diversa, apud nos tantùm divisa. ista duo qidem facimus, sed ex uno. nihil est bonum, nisi qod honestum est. qod honestum, est utiqe bonum. Bonum putant aliqi esse, qod utile est. itaqe hoc & divitiis, & eqo, & vino, & calceo nomen imponunt: tanta est apud illos vilitas boni, & adeò usqe ad sordida descendit. Nihil nobis bonum videtur, qo qis & malè uti potest. Vides autem divitiis, nobilitate, viribus qàm multi malè utantur.* & *epist. 117. Id medium atqe indifferens (hoc est, nec bonum nec malum) vocamus, qod tam malo contingere qàm bono potest; tanqam pecunia, forma, nobilitas.* Et *epist. 87. Qod bonum est, bonos facit: fortuita bonum non faciunt. ergò non sunt bona.* qod idem & Cicero *Paradox. 1. Potestne bonum cuiqam malo esse? aut potest qisqam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? atqi ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, & obsint probis.* Et rursus *ibidem*; *Verum est ergò, qod contemptissimo cuiqe contingit, bonum non esse.* E nostris Basil. Cæsar. *in Psal. 1.* Τέτων ὑδὲν ὄντων ἀγαθὸν τῇ ἑαυτῆς φύσει, ἃ μόνον καθ' ἡδονὴν ἔχει τὴν πρὸς τὰ ἐναντία περιστολὴν, ἀλλ' ὅτι μηδὲ ἀγαθὰς δύναται τὰς κεκτημένους ἀποτελεῖν. Augustin. *concion. solenn. 236. Bona sunt ista, unde facias bene; non qæ te faciant bonum. non qæ bonum faciunt, sed unde bonum fiat.* Vide *l. 4. § 39.* & *l. 5. § 10.* & *l. 8. § 1.*

§ 12. Πάντα ταχέως ἐπιφανίζεται] Ità *l. 4. § 14.* Ἐπιφανιδίου τοῦ γυμνασιάρχου. & *l. 6. § 9.* Πᾶν τὸ ἔντυχον ἐπιφανίζεται τάχιστα τῇ ὅλῃ οὐσίᾳ. & *l. 9. § 33.* Πάντα ὅσα ὁρᾷς ταχέως φθαρήσεται, ϗ οἱ φθειρόμενα αὐτὰ ἐπιδόντες ταχέως ϗ αὐτοὶ φθαρήσονται.

Ἡ τοῦ πύρρου διάκρισις] Ità *l. 6. § 13.* Δεινὸς γὰρ ὁ πύρρωνος παραλογισμός. Vide & *l. 12. § 24.*

Ὧν αἱ ἀποβλήσεις ϗ αἱ φοραὶ, τῇ ὑποδοχείῳ] supplendum, παρέχουσι, χαρίζονται, aut aliud ejusmodi. Ista enim malim, quàm cum Anton. Lugd. ἀφαιροῦσι, *auferunt*. nisi si utrumque, qod & potest, supplere libuerit. Vide *infrà § 17.* & *l. 3. § 4.*

Τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτοῖς] *qibus*, tanqam larvis horrendis, *instructa mors imaginationi nostræ semet objicere assolet.* Sensuum prægnans vocabulum. Vide *l. 1, § 7.* φαντασιοκλήτους. Ità Epictet. *dissert.*

ſert. l. 2. c. 6. Ποίαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ γλυφῆναι φαρῖναι; τὸ ὀστέϊνον ἢ μάχαιρά ὅστιν, ἢ τροχός, ἢ θάλασσα, ἢ κεφαλὴ, ἢ πύρωσις. τί σοι μέλει, πῇ ὁδὸν καταξῇς εἰς ἅδου; ἴσα πᾶσαί εἰσιν. εἰ δὲ θέλεις ἀκοῦσαι τ' ἀληθῆ, σωτηριωτέρα, ἣν πέμπει ὁ πύρωσις. ὑδέποτ' ὑδεὶς πύρωσις ἐξ μισί τινα ἔσαξε· πυρετὸς ὀ κ' ἐπιαστικὸ πολλάκις. ὑόφος δὲ ταῦτα πάντα, κ' κόμπος κενῶν ὀνομάτων. qibus gemina habet & l. 4. c. 7. Quod autem de morte iſtic Marcus, de rebus qibuſvis externis idem *infrà l. 6.* § 13. ὅτως δεῖ παρ' ὅλον τὸν βίον πυεῖν, κ' ὅτι λίαν ἀξιοπρόσιτα πράγματα φαντάζεται, ἀπομιμῆν αὐτὰ, κ' τὴν ἰσοτέλειαν, ἐφ' ἣ συμβύνεται, φυλαξεῖν. Plutarch. *de exil.* τούτων (ὧν ἡ φύσις ὐδὲν ἔχει κακὸν, ἀλλὰ ὅλον κ' πᾶν τὸ λυπεῖν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπίπλασαι) δεῖ, καθάπερ τοῖς δεδοικόσι τὰ φασματεῖα παιδίοις, ἐγὼς κ' τοῦ χεῖρα πιόντες κ' ἀναστρόφοντες ἐδίζεσθαι καταφρονεῖν, ὅτως ἐγὼς ἁπλῶς κ' συρεῖσθαι τὸν λογισμὸν, τὸ σαθρὸν κ' τὸ κενὸν κ' τερατωδιῶδον ἀποκαλύπτειν. Senec. *ep.* 24. *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre qid in qaqe re ſit: ſcies nihil eſſe in iſtis terribile, niſi ipſum timorem. qod vides accidere pueris, hoc nobis qoqe majusculis pueris evenit. illi qos amant, qibus aſſeverunt, cum qibus ludunt, ſi perſonatos vident, expaveſcunt. Non hominibus tantùm, ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua. Qid mihi gladios & ignes oſtendis, & turbam carnificum circa te frementium? tolle iſtam pompam, ſub qa latet, & ſtultos territas. mors es, qam nuper ſervus meus, qam ancilla contempſit. qid tu rurſus mihi flagella & oculeos magno apparatu explicas? qid ſingulis articulis ſingula machinamenta, qibus extorqeantur, aptata, & mille alia inſtrumenta excarnificandi particulatim hominis? ponę iſta, qæ nos obſtupefaciunt. jube conticeſcere gemitus, & exclamationes, & vocum inter lacerationem eliſarum acerbitatem. nempe dolor eſt, qem podagricus ille contemnit, qem ſtomachicus ille in ipſis deliciis perfert, qem in puerperio puella perpetitur.* Et epiſt. 14. *Timetur inopia; timentur morbi; timentur qæ per vim potentioris evenium. ex his omnibus nihil magìs nos concutit, qàm qod ex aliena potentia impendet. magno enim ſtrepitu & tumultu venit. naturalia mala, qæ retuli, inopiæ atqe morbi, ſilentio ſubeunt, nec oculis, nec auribus qidqam terroris incutiunt. ingens alterius mali pompa eſt: ferrum circa ſe & ignes habet, & catenas, & turbam ferarum, qam in viſcera immittat humana. cogita hoc loco carcerem & cruces, & equleos, & uncum; & adactum per medium hominem, qi per os emergat, ſtipitem; & diſtracta in diverſum actis cruribus membra; illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam; qicqid aliud præter hæc, commenta ſævitia eſt. non eſt itaqe mirum, ſi maximus hujus rei timor eſt, cujus & varietas magna, & apparatus terribilis eſt. nam qemadmodum plus agit tortor, qò plura inſtrumenta doloris expoſuit; ſpecie enim vincuntur, qi paticntiâ reſtitiſſent: ità ex his, qæ animos noſtros ſubigunt & domant, plus proficiunt, qæ habent qod oſtendant. illæ peſtes non minùs graves ſunt; famem dico & ſitim, & præcordiorum ſuppurationes, & febrem viſcera ipſa torrentem. Sed latent. nihil habent, qod intentent, qod præferant. hæc, ut magna bella, aſpectu paratúqe viccrunt.* Idem *qæſt. nat. c. 59. Contemne mortem, & omnia, qæ ad mortem ducunt contempta ſunt; ſive illa bella ſunt, ſive navfragia, ſeu morſus ferarum, ſeu ruinarum ſubito lapſu procidentium pondera. numqid amplius facere poſſunt, qàm ut corpus ab anima reſolvant? hæc nulla diligentia vitat, nulla felicitas domat, nulla potentia evincit.* Et *ibid. l. 6. c. 32. Qid ad me qàm ſint magna, qibus pereo? ipſum perire non eſt magnum.* Vide *ad l. 7.* § 68.

Φύσεως ἔργον] Ità *l. 11.* § 34. ευσικὸν ἔργον. *l. 4.* § 5. φύσεως μυσηρὸν. Et *l. 9.* § 3. φυσικὸν ἐνέργημα. Senec. in *qæſt. natur. l. 6. c. 32. Mors naturæ lex eſt: mors tributum, officiúmqe mortalium.*

Παιδίον δεῖ] Senec. *ep.* 110. *Talis eſt animorum noſtrorum confuſio, qalis Lucretio viſa eſt.* (*l. 2.*)

Nam veluti pueri trepidant, atqe omnia cæcis
In tenebris metuunt: ità nos in luce timemus
[*Interdum, nihilo qæ ſunt metuenda magìs, qàm*
Qæ pueri in tenebris pavitant, fingúntqe futura.]

Qid ergò? non omni puero ſtultiores ſumus, qi in luce timemus? & epiſt. 36. *Denique finem faciam ſi hoc unum adjecero, nec infantes,* [fatuos. f.] *nec pueros, nec mente lapſos timere mortem: & eſſe turpiſſimum, ſi eam ſecuritatem nobis ratio non præſtat, ad qam ſtultitia perducit.* Vide eundem ſuprà ex epiſt. 24. & de *Conſtant. c. 4. ad l. 8.* § 48. Vide & ad *l. 4.* § 3. ὡς ἀνὴρ. Epictet. *diſſert. l. 3. c. 24.* Πρὸς ταῦτα χρὴ θεῶν εἰς τὴν πόλιν ταύτην εἰσηγμένος, κ' ἤδη ἤδη ἀνδρὸς ἔργων ὀφείλων ἀπλεῖν, πτέρας ὑπηρέτης κ' μάμμην, κ' κόμπλει σε κ' ἀποδηλώει κλαίουσα γυῖαια ωωρά; ὅτως ἐξέπτης παιδὶν παιδίον ὢν ὑπνον; ὐκ οἶδ' ὅτι ὁ τὸ παιδία ποιῶν, ὅσῳ φρεσβύτερος, τοσούτῳ γελοιότερος; Vide *l. 11.* § 23. Idem *ib. c. 19.* ὅτω κ' αὐξηθέντες φανόμεθα παιδία. παῖς γὰρ ἐν μικτοῖς, ὁ ἀνὴρ ἐν γραμματικοῖς, ὁ ἀγεώμετρος ἐν ζίῳ, ὁ ἀπαίδευτος.

Καὶ συμφέρειν αὐτῇ] qia ſcil. rerum natura rerum mutationibus iſtis conſtat; ut *ſup.* § 3. Et ſicut Muſa rhetor, referente M. Senec. *præfat. controv. l. 5.* de nobis, *Mortibus vivimus*; ità mortibus mundus renovatur vigétqe, utì noſter *lib. 6.* § 15.

Πῶς ἄπληστα θεῷ ἀνθρώπε. κ' χρὴ τί αὐτῇ μέρος] Pendent à ſuperioribus iſta; ut novam iſtinc ſectiunculam ordiri nevtiqam ſit conſentaneum.

Hæc enim quæ sequuntur, ex eorum sunt numero, quæ Marcus nobis diligentiùs considerandâ in periocha istâ proponit: quâ nimirum parte homo Deum attingat, &c. neque enim opus est, ut receptam cum Annot. Lugd. lectionem solicitemus, & ἀντιστρόφους legamus, θεὸν ἀνθρώπῳ, quinam & Marcus *l.* 12. § 2. de Deo, μόνῳ τῷ ἑαυτῆς νοερῷ μόνῳ ἅπτῃ ἢ ἀφ' ἑαυτῆς, &c. Plut. *Numâ*, ὡς ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνάμενον ἄλλως ἢ νοήσει. Dionysius ὑποβολιμαῖος *de divin. nomin. c.* 1. Τοῖς ἀφθάρτοις καὶ ἀγενήτοις ἀφθάρτως καὶ ἀγενήτως συναπτόμεθα, κατὰ τὸ κρεῖττον τοῦ καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἔνωσιν. Epictet. *differt. l.* 1. *c.* 3. Διὸ ταῦτα ἐν τῇ ἡμέρᾳ πᾶσι ἐγκαλεῖ, τὸ σῶμα μόνῳ, κοινὸν ὄφος τὰ ζῶα, ὁ λόγος ἢ καὶ ἡγεμών, κοινὸν πρὸς τοὺς θεούς. De anima rationali Galen. in *hortator. c.* 2. Ὧ, μόνῳ πᾶσι ἐν ἡμῖν κοινωνήσαντες θεοῖς. Et *ibid. c.* 7. Τὸ δὲ πᾶσι ἀνθρώποις γνῶναι, δι' ὃ παῖδες, ὁπόκωφοι θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις; τοῖς μὲν καθόσον λογικὸν ὄφι, τοῖς δὲ καθόσον ἔνυπτον. βέλτιστε δὴ δεῖ τῆς πρὸς τὰ κρείττονα κοινωνίας ἀπολαύομεν, ὑπομελήσεως παιδείας. ἧς τυγχάνει, τὸ μέγιστον πᾶσι ἀγαθῶν ἔχουσι. Porphyr. apud Eusch. *præparat. Evangel. l.* 3. *c.* 9. Ψυχὴ μὲν ἔν λογικὴ καὶ ἀθάνατος, καὶ νῦς ἁπλοῦς ἐν ἀνθρώπῳ φύσει, ἓν μοι δοκεῖ λόγους εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑποστῆσαι θεοῦ, καθόσον ἄυλος καὶ ἀσώματος, νοερός τε καὶ λογικὴ τοῦ ὄντως ὄντος θεωρητική. Festivè Clem. *Strom. l.* 3. de homine; Ἔοικεν δ' ὅμως, Καστάλιον θεστηρικῶν πλάσματα, ἐκ λογικῆς καὶ ἀλόγου συνεμβρύου, ψυχῆς καὶ σώματος· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα, χοῦς τε ἐργάζεται, καὶ ἀποδύεται εἰς γῆν. τίτεται δὲ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν θεόν, ἢ γε δὴ τῆς φιλοσοφίας ἡ ἀληθὴς παιδαγωγία.

Καὶ ὅταν πῶς ἔχῃ διακεῖται] Vel *præterea quomodo afficitur ea tacta pars illa.* Verùm versionis rationem nullam dat, unde qui legerit ariolemur. M. Casaub. legit διαλύηται vertitque, *quomodo pars ea afficitur, quando diffundi videtur.* addit & conjecturam alteram, legi posse, ὅταν πῶς ἔχει ἢ διάκειται, ut posterius vocabulum sit prioris ἐξηγητικὸν, vel à Marco ipso, vel à glossematario aliquo. D. Boot. ὅταν πῶς ἔχον διάκειται. *quomodo se habeat & afficiatur pars ista.* Ego malim, transpositis vocibus locisque iuis redditis, quò sensus constet, καὶ πῶς ἔχῃ ὅταν διακῆται, *quomodo se habeat anima, ubi permearverit, sive pertigerit*; ad Deum ipsum nimirum, vel ad locum eum, quicunque ille tandem fuerit, sibi divinitùs destinatum, postquam à corpore sejuncta fuerit; εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυθεῖσα τόπον, uti Æschines in *Axiocho.* vel etiam cum Merico, ὅταν διακῆται, sed sensu diverso; *ubi diffusa & dissipata fuerit*, corporis nimirum compage solutâ. Marcus lucem præfert, qi *l.* 4. § 21. ὑπὸ πόνου τομμώσασα μεταβάλλουσι καὶ χάνται. Senec. *ep.* 88. *Innumerabiles sunt quæstiones de animo. unde sit; quis sit; quando esse incipiat; quàm diu sit; an aliunde aliò transeat, & domicilium mutet, ad alias animalium formas aliásque conjectus: annon amplius quàm semel serviat, & emissus vagetur in toto: utrùm corpus sit, annon sit; quid sit facturus, cùm per nos aliquid facere desierit: quomodo libertate suâ usurus, cùm ex hac effugerit cavea: an obliviscatur priorum, & illic nósse se incipiat, cùm de corpore abductus in sublime fecesserit.* Varias autem hac in parte Stoicorum sententias (neque enim satis ipsis inter se conveniisse videtur) apud Lipsium legas licet, *Physiolog. Stoic. l.* 3. *cap.* 14. Ambiguè noster ubique ferè. Sed & Seneca, & Socrates ipse; uti ostendemus ad *lib.* 4. § 16. Salmas. interim titulum fuisse ista suspicatur tractatûs alicujus, qi jam perierit, inseqemis.

§ 13. Καὶ τὰ ὑπόλοιπα γαῖα, φησὶν, ἐφέρπων] Pindari verba sunt, à Socrate in Platonis *Theæteto* de genuino philosopho usurpata, cujus verba *infrà ad l.* 11. § 2. sunt exhibenda. Usurpârunt & post Socratem ex Platone Porphyr. *de abstin. animal. l.* 1. Galen. *hortator. ad artes c.* 1. Clemens Alex. *Strom. l.* 5. Et ex Clem. Eusch. *præpar. Evang. l.* 13. *c.* 13. Theodoret. *therap. l.* 12. Verùm aliter illi omnes quàm noster istîc; qi non virtuti, sed vitio dat, quòd istorum curiosi homines, vitæ mentisque suæ inspiciendi ac discutiendi negligentiores existant. Pari ferè modo artes illas, quæ *liberales* vulgò dicuntur, exagitat Seneca *epist.* 88. *Metiri me geometres docet latifundia. potiùs doceat, quomodo metiar, quantum homini sit satis. Numerare docet me Arithmetica, & meritiæ commodare digitos. potiùs doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes: non esse felicitorem, cujus patrimonium tabularios fatigat: imò quàm fœlicissimus futurus est, si quantum habeat, per se computare cogatur. Quid mihi prodest scire agellum in partes dividere, si nescio cum fratre dividere? quid prodest colligere subtiliter pedes jugeri, & comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si triste in me facit vicinus potens, & aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis? at ego discere volo, quomodo totus hæredis amittam.* Et reverâ, ut Augustin. *Confess. l.* 5. *c.* 4. levissimè inflexus. *Dubitare stultum est, qui fidelis homo, quamvis nec saltem septentrionis gyros noverit, melior sit, quàm mensor cœli, & numerator syderum, & pensor elementorum, & negligens sui.* cùm ille, *tui*, dixerit, Deum allocutus.

Τὰ ἐκ τῶν πρὸ πολλοῦ ψυχαῖς δεδεγμένων ζητήσεως] Vel physiognomonias notat, qi ex indiciis externis de aliorum ingeniis conjecturam facere profitentur: vel innatum illud generi humano virium perstringit, qo in alienos affectus cordisque recessus intimos induere sese pleriqe gestiunt; *curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum*

sum ad corrigendam suam, ut scitè Avg. *confess. l.* 10. *c.* 2.

Πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον] Opportunum itaque hic monitum illud Homericum *Odyss. Σ. v.* 392.

Οἷη τοι ἐν μεγάροισι κακὸν φρεσὶν ἀγλαὸν ἦτορ.

qualem versum Socrates præ omnibus semper rebus sibi cordi esse dicebat, ut Gellius scripsit *noct. Attic. l.* 4. *c.* 6. eidémque in ore crebrum fuisse, tradidit Demetrius Byzantius, utì Laërt. *l.* 2. qò à naturæ rerum aliarum physicâ speculatione abduceret homines ad ethicæ sive moralis philosophiæ studium, qâ animum cujusque propriam discutiendi, dignoscendi, corrigendi, perpoliendi, modus methodúsque commonstratur. qin & eo fine usurpatum, à Diogene, prodit Diocles apud Laërt. *l.* 6. in *Menedem. Cynic.* ab Aristippo, Eusseb. *præpar. Evang. l.* 1. *c.* 5. Lavdant & Plutarch. in *præcept. Salub.* & de *Commun. notit. c.* 10. Sext. Empir. *de philosoph. l.* 1. *c.* 1. & *l.* 10. *c.* 1. Dio Prus. *orat.* 40. Oximè Plut. *de Curios.*

Τί τ' ἀλλόφρων, ἄνθρωπε βασκαίνεται,
Κακὸν ἑαυτῷ, τὸ δ' ἴδιον παρελθόνος;
μισεῖσθαι ἄξιον, οὐ μισεῖσθαι δέον
τοῦτον πολυπραγμονοῦντα.

Τῷ ἔνδον ἑαυτῷ δαίμονι] *Mentem* cujusque nunc *dæmonem*, nunc & *Deum* dicit. Sic *l.* 3. § 3. Ὁ μὲν γὰρ θεὸς καὶ δαίμων. & § 16. τὸν ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα. & *l.* 5. § 27. ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ παρατέτακε καὶ ἐπιμένει ὁ Ζεὺς ἕδρανον. & *ibid.* § 10. τὸν ἐμὸν θεὸν καὶ δαίμονα. & *l.* 3. § 5. ὁ ἐν σοὶ θεός. Plato in *Timæo*: Τὸ δὲ δὴ περὶ τὸ μεταπίπτειν παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἶδος διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα ἔνδον ἑκάστῳ πεφυκὸς τοῦτο. ὃ δὴ φαμὲν ὀχεῖν ἡμᾶς ἐπὶ κορυφῆς τὸ σώματι, φυτὸν ἡμῶν τὸ πρὸς οὐρανῷ συγγενὲς ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρον, ὡς ὄντας φυτὸν, οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον.

Καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν] Plato *Timæo* post superiora illa: Τὸν δὴ περὶ θεραπείαν τοῦ θείου, ἔχοντά τε αὐτὸν ἐν μάλα καλῷ κεκοσμημένον τὸν δαίμονα ξυμφέρον ἐν αὑτῷ, διαφερόντως ἐνδιάγειν φύσει. θεραπεία δὲ πάντη παντὸς μία, τοῖς οἰκείας ἑκάστῳ τροφὰς καὶ κινήσεις ἀποδιδοῦσα· τὰ δ' ἐν ἡμῖν θείῳ ξυγγενεῖς εἶδοι κινήσεις, αἱ δὴ πάντες διανοήσεις καὶ περιφοραί· Apul. *de Socrat. gen. Si cotidiana eorum ara dispungas, invenies in rationibus multa prodigè profusa, & in semet nihil, in sui, dico, dæmonis cultum.* Et Senec. *epist.* 41. *Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorúmque nostrorum observator & custos. hic prout à nobis tractatus est, ità nos ipse tractat.*

Καθαρὸν πάθος] τοῦτον *v. v.* Svidas in Ἐπαίτ. qi & mox θεῦ pro θεὸν. Affectus autem Stoicos pronùs sustulisse, nulli non notum.

Καὶ εἰκαιότητα] Ἐπαίτ. μωρίαν, ἀνοησίαν. Svid. adductis Marci verbis hisce.

Φίλα δὲ συγγένειαν] Eum nimirum, de qa superiùs § 1. Sed & *l.* 9. § 27. φύσει γὰρ φίλοι. Et *l.* 11. § 8. φύσει συγγενῆ καὶ φίλον.

Τέλειον τινα ἁλίσκεσθαι] Ità *l.* 7. § 26. *Ubi qis in te peccaverit, cogita statim apud te, qid illud fecerit, qod bonum malúmve ratus, id culpæ admiserit: τοῦτο γὰρ ἰδὼν ἐλεήσεις αὐτόν. hoc enim perspecto, misereberis hominis*, qòd tali nimirum opinione imbutus sit. Et sunt revera improbi homines ὀίκτου μᾶλλον ἢ φόβου ἄξιοι, (contrà qàm de rebus suis Andocides *orat. de reditu.*) *miseratione potiùs qàm indignatione digni. Nam sicuti corporum langvor, ità vitiositas qidam est qasi morbus animorum. cùm itaque agros corpore minimè dignos odio, sed potiùs miseratione judicemus, multò magìs non insequendi, sed miserandi sunt, qorum mentes omni langvore atrocior urget improbitas.* Boeth. *Consol. phil. l.* 4. *c.* 4. Et Hilar. *in Psal.* 118 § 7. *Sanctus qisque cùm cæditur, non humilitatis suæ qi cæsus est, sed insolentiæ ejus qi cædit, miseretur: ut à vesano filio pater, ut ab amente ægroto medicus contumeliam passus, dolorem, non ex eo qòd perpessus fuerit, sentit; sed ob id, qòd ille qem sanum esse cuperet, injuriam sibi vesanus intulerit.* Libanius itidem *orat.* 12. Τὸν παραφρονοῦντα ἄνθρωπον, ὑ κελεύειν νόμῳ, ἀλλ' ἐλεεῖν, καὶ πειρᾶσθαι τέχνῃ τῇ περὶ ἰατρῶν ἀπαλλάττειν. ὥσθε ἡ πόλις τὸν μαινόμενον, ὥσθ' ἕλκωμα νόσου πάθῳ, πῶς τὸν νόσον κατηγορεῖ. Stoicis autem improbi omnes amentes habentur. Ità Epictetus *disserr. l.* 1. *c.* 18. Πεπλάνηνται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. χαλεπαίνειν οὖν δεῖ αὐτοῖς, ἢ ἐλεεῖν αὐτούς; qasi diceret, istud potiùs. Et Marcus *l.* 7. § 25. *Dei ἐν συγγνώσεσιν ignoscere oportet.* Sed & *l.* 1 § 15. τὸ συγγνωμονητικὸν; à Maximo, qi & Stoicus ipse, didicisse se profitetur. Verùm cavè istìc & cum restrictione aliqa, τρόπον τινὰ ἁλίσκεσθαι, id est, *modo qodam miserenda* dixit, nè in dogma Stoicum peccare videatur, qod statuit ἁλίσκεσθαι τὴν πάθος, καὶ συστολὴν ἄλογον, *misericordiam esse ægritudinem sive perturbationem, contractionémque animi, à ratione alienam.* itaque τὸν σοφὸν ἐλεήμονα μὴ εἶναι· *Sapientem non esse misericordem.* Laërt. *lib.* 7. in *Zenone.* de qo & Lactant. *instit. lib.* 3. *c.* 22. *Illud satìs est ad coarguendam hominis errorem, qòd inter vitia & morbos misericordiam posuit.* Cicero *orat. pro Muren.* ex Zenonis sententia, *cujus inventorum æmuli sint Stoici, Neminem misericordem esse, nisi stultum & levem.* cùm Plato & Aristoteles contrà docuerint, *Viros bonos esse misereri.* Qin & Evripid. contrà prorsus qàm Stoici, in *Antiopa* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3.

Ἔνεστι δ' οἴκτου, κἂν δίκῃ τις ἐλεεῖν,
Σοφὸν δ' ἀνδρῶν τὸ μὴ ἐν ἄχθεσιν
Τοῖς μὴ δικαίως τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν.

Non imperiti mentis est misereßere,

Sed eſt viri ſapientis, noxæq; imminet,
Cùm ſapere ſeſe qi putant: ſapiunt nimis.

Et Senarius Græcus,

Ἀνθρὸς πονηροῦ σπλάγχνον ὁ μαλάσσεται.
Miſereſcere hæud ſcit impii cordis rigor.

Nec incelebre, aut inſcitum, Phocionis illud apud eundem, *tit.* 1. Οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, ὅτι ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σύνεσι ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον· Nec è templo aram, (ad quam miſeris & vexatis receptus ſit,) *nec ex vita humana tollendam miſericordiam.* Iſtâ ſiquidem ſublatâ, quod Plinius *l.* 7. *c.* 19. *Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam naturæ inſitæ & inflexibilem, affectúque humanos adimit.* Verùm Stoicorum dogma iſtud Seneca clariſſimè explicat, *de clement. l.* 2. *c.* 4, 5. *Miſericordiam plerique ut virtutem laudant, & bonum hominem vocant miſericordem: hæc autem vitium animi eſt. Eſt enim vitium puſilli animi, ad ſpectum alienorum malorum ſuccidentis. itaque peſſimo cuique familiariſſima eſt.* Et mox: *Miſericordia eſt ægritudo, ob alienarum miſeriarum ſpectum: ægritudo autem in ſapientem virum non cadit.* Denique *c.* 6. *Miſericordia vitium eſt animorum, nimis miſeriæ faventium: quæ ſi à ſapiente exigit, propè eſt, ut lamentationem exigat, & in alienis funeribus gemitus.* Porrò iſta, qia durius aſperiúsque dicta videri poterant, mitigare conatur idem *ibidem*, ubi ſubjicit, *c.* 5. & 6. *Sapiens ergò non miſeretur: qia & ſine miſeria animi non ſit. Cæterùm omnia, quæ qi miſerentur, dolentes facerent, hic libens & alacri vultu faciet. Succurret alienis lacrymis, non accedet: dabit manum naufragò, exuli hoſpitium, egenti ſtipem: donabit lacrymis maternis filium, & catenas ſolvi jubebit, & ludo eximet, & cadaver etiam noxium ſepeliet. at faciet iſta tranquillâ mente, vultu ſuo. Ergò non miſerebitur ſapiens, ſed ſuccurret, ſed proderit in commune concilium natus ac publicum bonum, &c.* Item Plut. *de tranqill.* Ἐγὼ γοῦν φιλοσόφων τινὰς ὁρῶ τὸν ἔλεον ἀφαιροῦντας ἀνθρώπου γνωρίσματα, ὡς καλὸν τὸ βοηθεῖν, καὶ συμπαθεῖν καὶ συναλγεῖν τοῖς ἀναξίοις· ὃ δὲ μεῖζόν ἐστιν, ὑπὸ τούτων ἀφαιρούμενον φαύλους τὸ ἦθος ἀποφαίνουσιν ἀδυμεῖν καὶ διαφορεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ διαφυλάττειν ἀνδρὸς τὴν κρᾶσιν. Scilicet talem volunt eſſe ſapientis affectum, qalem noſtri *miſericordiam* divinam prædicant. Qi, ut auctor libri *de patient.* ſub Auguſtini nomine, ſive Hugo is de S^o. Victore, ſive alius qis eſt, *c.* 2. *Zelat ſine aliqa molleſtia, irraſcitur ſine aliqa perturbatione, miſeretur ſine aliqa dolore, patiens eſt ſine ulla paſſione. Sic tamquam naſtra, illa cogitamus, in illo nulla ſunt.* Videatur Anſelm. *proſolog. c.* 8. & Thom. Aqin. *ſumm. l.* 1. *q.* 21. *a.* 3. Qin & Aug. ipſe *de morib. Eccles. Catbol. l.* 1. *c.* 27. *Quæ illa omnia, qibus lujuſcemodi malis incommodave reſtituit, qi officioſe atque humaniter præbent, miſericordes vocantur, etiamſi ſapientes nisq; adeò ſint, ut jam nullo animi dolore turbentur. nam qis ignoret ex eo appellatam eſſe miſericordiam, qòd miſerum cor faciat condolentis alieno malo?* Qanqam reverâ *miſericordia* potiùs dicta, *qòd cordi ſit alicna miſeria.* Zanch. *de natur. Dei, l.* 4. *c.* 4. *q.* 1. Verùm pergit Avg. *Et qis non concedat ab omni miſeria liberum eſſe debere ſapientem, cùm ſubvenit inopi, cùm veſtit nudum, cùm peregrinum tecto excipit, cùm oppreſſum liberat, cùm denique humanitatem ſuam uſque ad ſepulturam porrigit mortuorum? etiamſi id faciat mente tranquilla, nullis aculeis doloris inſtinctus, ſed adductus officio bonitatis, miſericors tamen vocandus eſt. hoc enim nihil obeſt nomen, cùm abſit miſeria.* Verùm & ea Græco vocabulo abeſt. qod & Zanchius obſervavit, itaque de nomine tantùm controverſia eſt. Veruntamen mox Stoicos obliqè perſtringens, qibuscum tamen de re ipſa conſentire planè videtur; *Stulti verò*, inqit, *cùm miſericordiam qaſi vitium devitant, qia officio ſuâ ſponte moveri nequeunt, ſi nec perturbatione commoventur, congelaſcunt potiùs rigore inhumanitatis, qàm rationis tranquillitate ſerenantur. Itaque multò prudentiùs Deus ctiam ipſe miſericors dicitur: qi qemadmodum dicatur, reſtat intelligere iis, qi ſeſe idoneos religione ſtudióq; præſtiterint.* Videt, uti Senecæ gemina ferè, qoad ſenſum, loqatur de vocabuli uſu duntaxat Senecæ nevtigam concedens. Nam qod *retract. l.* 1. *c.* 7. de ſapientibus qod hîc dictum eſt, *non ſic accipiendum* monet, *qaſi definierit, in hac vita eſſe tales ſapientes, qandoqidem non, cùm ſint; ſed etiamſi ſint, dixerit.* Nec hoc à Stoico dogmate abhorrere prorſus videtur, qi, *qis ſapiens ſit, aut fuerit*, inqit Cicero *Academ. l.* 4. *nec ipſi ſolent dicere* qiqe *ſapientem*, vel ſapientis ideam potiùs, *talem nobis delineare, qalem nemo mortalis eſt unqam conſecutus*, ut idem *de amicit.* Ἐγὼ δὲ οὐδέποτε γέγονεν, οὐδὲ γένοιτο, ut Plut. *de Stoic. contradict. c.* 13. Qanqam avdentiùs Senec. *de ſapient. conſtant. c.* 7. *Non eſt, qod dicas, ità ut ſolet, hunc ſapientem noſtrum uſqam inveniri. non fingimus iſtud humani ingenii vanum decus, nec ingentem imaginem falſæ virtutis concipimus, ſed qalem confirmamus, exhibuimus & exhibemus.* Non te certè, Seneca; qod & ipſe alibi fateris. Ad veritatem propiùs acceſſere illi, qi (Stobæo referente *collectan. tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8.) χρὴ τοὺς φαύλους ἔχειν τινὰ χειμῶνα νομίζειν· hoc eſt, *primis temporibus*, ante lapſum nimirum primævum, *ſapientem exiſtimant qendam extitiſſe.* Verùm hæc unumqe ſe habeant, paucis hinc inserim, cur noſter iſthîc oratione ſuſpenſâ uſus, πρέπον ἦν, non ἁπλῶς, ἁλεεινὰ dixerit.

Δι' ἀγνοιαν] Vide *ſupr.* § 1. & *l.* 11. § 18. Polyb. *hiſt.* 12. Δεῖ τοὺς μὲ κατ' ἀγνοιαν παραπίπτοντας, διδόναι συγγνώμην τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀπολογίαν οὐκ ἔχουσι. Sic Perſ. *Sat.* 3.

——*caret culpâ, neſcit qid perdat.*——

Verùm

Verùm in istis distinctiones quasdam adhibet Aristotel. *Ethic. l.* 3. *c.* 1. primò siquidem distinguit mel τῆς ἀγνοίας. Ἄγνοεῖ μὲν ὃν πᾶς ὁ μοχθηρὸς, ἃ δεῖ πρᾶττειν, καὶ ὧν δὲ ἀφεκτέον· καὶ διὰ τοιοῦτον ἁμάρτημα ἀδικοι καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται. τὸ δ' ἑκούσιον βούλεσθαι λέγομεν, ὅταν εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον· οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια, αἰτία τῷ ἀκουσίῳ, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας. οὐδ' ἡ καθόλου· ψέγονται γὰρ διὰ ταῦτα· ἀλλ' ἡ περὶ ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ πράξις· ἐν τούτοις γὰρ καὶ συγγνώμη· ὁ γὰρ τοῦτον τὸν ἄγνοῶν, ἀκούσιος πράττει. Secundò distinguit inter τὸ δι' ἄγνοιαν, καὶ τὸ ἀγνοοῦντα πράττειν. Ἕτερον γάρ, inquit, ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν, τὸ ἀγνοοῦντα πράττειν· ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος, οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων· οὐκ εἰδὼς γε, ἀλλ' ἀγνοῶν. Clemens Marco σύμφωνος planè *Strom. l.* 4. Κἂν μισῶσι τὸν ἁμαρτάνοντα πᾶς, ὅτι γε οὐκ οἶδε τὸν ἄγνοιαν αὐτοῦ, ἀκατάψηφον τῆς ἀμαθίας τὴν γνώμην αὐτοῦ. Epictet. *l.* 1. *c.* 28. Τί χαλεπαίνεις αὐτῷ, ὃν πεπλάνηται παλαίπωρος ἀπὸ τῶν μεγίστων; ἐγὼ δ' ἐκεῖνο ἔλεγον μᾶλλον ἐλεεῖς, ὡς τὸν τυφλὸν ἐλεοῦμεν, ὡς τὸν χωλὸν, ὅταν τὸν τὰ κνημοπλήκτα πεπονθότας καὶ ἀπηγχωνωμένους; Obiter monendum, apud Svidam hinc restitui posse vocem ἐλεεινὸν, quæ periochen istam recitanti in Δείλων, excidit; sicut & in sequentibus negativa.

Οὐκ ἐλάττων ἡ πήρωσις αὐτῶν] quâ laborant ii, quos πεπτωκυίας φησὶ διανοίας Philosophus dixit, *Ethic. l.* 2. *c.* 9. Hæc est illa sive πήρωσις sive τυφλότης, non corporis, sed *mentis cæcitas*, de quâ & noster *infrà l.* 4. § 23. τυφλὸς, ὁ καλαμῶν τῷ νοερῷ ὄμματι· quam & sacra pagina passim tangit. Esai. *c.* 6. *v.* 9, 10. & *c.* 42. *v.* 18, 19. Matth. *c.* 13. *v.* 13, 15. & *c.* 15. *v.* 14. Joan. *c.* 9. *v.* 39, 40. & *c.* 12. *v.* 40. Luc. *Act. c.* 28. *v.* 26, 27. Pavl. *ad Ephes. c.* 4. *v.* 18. Petr. *ep.* 2. *c.* 1. *v.* 9. Joan. *Apoc. c.* 3. *v.* 17. Eam Marcus non immeritò corporeâ illâ nihilo minorem, imò majorem deteriorémq; multò, pronunciat. Καὶ γὰρ ἔστι, τὸ κακιστον ἡδὺ ἐν αὐτοῖς, ἀδύνατα πεπόρωται, ὡς ῥαθυμεῖν ἀφροσύνῃ καὶ δόξαν. Philo *de provident.* apud Evseb. *præpar. Evang. l.* 8. *c.* 14. Ἄγνοια γὰρ κακοπλοίας τῆς ἐν τῷ σώματι πήρωσιν ἐπιφέρουσα τῇ ψυχῇ, πάντων ἁμαρτημάτων αἰτία γέγονεν. Idem *de ebriet.* Epictetus etiam *dissert. l.* 1. *c.* 18. ubi eandem, quam Marcus hîc, causam agit: Ἀλλ' ἀκούεται τὸ πεπλανημένον καὶ ἐξηπατημένον ἀπὸ τῶν μεγίστων, καὶ ἀνελευθερωμένον, ὡ τοῦ ὅταν τοῦ διαφερόντως ἀπὸ λαμπρῶν καὶ ἀπὸ ἀγαθῶν καὶ ἀπὸ καλῶν μὴ ἀπολαύειν. τῶς ἐπιστρέφειν τοῦτον; καὶ ἐκεῖνο ἔμοιγε δοκεῖ ἂν τὸν τυφλὸν μὴ ἀπολαύειν, καὶ τὸν κωφόν; μείζων γὰρ βλάβη ἡ ἀπὸ μείζων. Flaccus *l.* 1. *epist.* 10.

Non qi Sidonio concedere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certiùs accipiet damnum, propiúsve medullis;
Quàm qi non poterit verum distinguere falso.

Contrà Antonius Didymum ob cæcitatem corpoream tristiùs pavlò se habentem, cùm tamen mentis acumine cumprimis polleret, *Miror*, ait, *prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formica & muscæ & culices habent; & non lætari illius possessione, quam Sanctis soli & Apostoli meruerunt. Ex qo pervides,* (Hieronymi sunt *ad Custinianum*) *qod multò melius sit spiritu videre, qàm carne; & illos oculos possidere, in qos peccati festuca non possit incidere.* Vide *l.* 3. § 14.

§ 14. Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον· εἰ καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον· καὶ τὸ ἀπεβαλλόμενον ὅτως ἀκαιρίαν ἀναιρεῖται] Corrupta ista esse monitu nihil opus. corrigere forsan haud ità proclive fuerit. Svidas in Ἀκίρατον (pro qo tamen, Ἀκαιρίαν substituendum esse liqet) sic habet: Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον· καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον· καὶ τὸ ἀπολλύμενον ὅτως ἀκαιρίαν φαίνεται. Qid si legerimus? Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον· καὶ τὸ ἀπολλύμενον ἓν ἴσον. καὶ τὸ ἀπεβαλλόμενον ὅτως ἀκαιρίαν ἀναιρεῖται. ab avtoris mente certè ista nevtiqam discedunt: hoc enim vult; *Nihil refert, vitam qà diutissimè protrahat, an brevissimè defungatur. idem siquidem prorsus est, qod uterqe ipsorum tam superando vivit, tam moriendo amittit; atqe idipsum punctum temporis insecabile durancas. qam enim tempus præsens idem utrique sit, nec amitti possit nisi qod in præsentiarum habetur; idem necesse est id sit, qod uterqe moriendo amittit. Illud autem est insecabile qiddam, & hoc igitur.* Ità *l.* 12. § 26. Τὸ παρὸν μόνον ἀνθρώπου ζῷῃ, καὶ τοῦτο ἀποβάλλει. Communicavi conjecturam hanc meam viro clariss. D. Salmasio, qi de aliis locis reqisitus, pro liberalitate sua, & de isto sententiam suam responso inseruit. cui probari cùm videam, non jam amplius pro mera conjectura habeo.

Ἐν ταὐτῷ ἓν κείμενα] Ità *l.* 9. § 33. Καὶ ὁ ἐφαλοῦρος ἀποδανὼν ὡς ἴσον ἐστερήθη τοῦ ἐνιαυτοῦ. Sen. *quæst. nat. l.* 6. *c.* 32. *Hæc omnia ferè constanter, si cogitaveris nihil interesse inter exiguum tempus & longum. bona sunt qos perdimus. puta dies esse, puta menses, puta annos: perdimus illos, nempe perituros. qid, ero te, refert, num pervenisse ad illos? finis tempus, & avidissimus sui deserit. nec qod futurum est, meum est, nec qod fuit: in puncto fugientis temporis pendeo: & magni est modicum fuisse.* elegantèr Latinus ille sapiens dicenti cuidam, *Sexaginta annos habeo* Hor, *inqit, dicis sexagenus, qos non habes? nè ecthoc qidem intelligimus incomprehensibilis vitæ conditionem & sortem temporis semper alieni, qòd annos annumeramus amissos.* Qæ postrema satvere possent superioris clavlulæ lectioni vulgatæ, quam Mer. Casavb. etiam admisit, εἰ μὴ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον τε *tempus præteritum, qod jam amissum*

ſum eſt, inæqale eſſe concedatur, cùm longius hic, illis brevius extiterit: ſi id Marci illatio ullo modo pateretur. Verùm is illud tantùm amitti, qod habetur, contendit: & utrumq; *inſecabile* eſſe concludit, & qod amittitur & qod habetur.

'Αγελεῖον] *Infrà* § 17. Τῦ ἀνθρωπίνου βίου ἡ χείρων σῖμὰ. & *l.* 3. § 10. Μόνον ζῇ ἕκαστον τὸ παρὸν· τῦτο τὸ ἀγελεῖον· τὰ γὰρ ἄλλα ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδήλῳ. Senec. *de brev. vit. c.* 10. *Singuli tantùm dies, & hi per momenta præſentes ſunt. & ibid. In tria tempora vita dividitur; qod eſt, qod fuit, qod futurum eſt. Ex his qod agimus breve eſt, qod egimus certum, qod acturi ſumus dubium.* Et in hoc igitur ſenſu verum eſt, qod Poeta neſcio qis, apud eundem. *ibid. c.* 2.

Exigua pars eſt vitæ, qam nos vivimus.

qod eſſe ex Menandri *plocio* traductum, unde illud Stobæo *tom.* 2. *tit.* 108. lavdatur,

Μικρόν τι τοῦ βίου κῆτινὸν ζῶμεν χρόνον,

docet Janus Rutgerſius. *Var. lect. l.* 4. *c.* 17.

'Ο γὰρ ἂν ἔχει, πῶς ἄν τις τῦτο αὐτῦ ἀφέλοιτο] Hinc proverbialia illa, Plavt. *Aſinar. act.* 1. *ſcen.* 1. *v.* 79.

——— *maximas nugas agis.*

Nudo detrahere veſtimenta me jubes.

Tène ego defraudem, cui ipſi nihil eſt in manu? Apul. *fabul. Mileſ. l.* 1 *Qid viatori de ſumma paupertate latroncs auferre poſſunt? an ignoras, inepte, nudum nec à decem paleſtritis deſpoliari poſſe?* Joannes ille oris avrei *in Matth. homil.* 83. *noc à centum.* Ἢ ἂν αἰώνιος, inqit, τῆς παρεμφάσεως λεγέσης, ὅτι τὸν πάντα κῆ χρόνον· ἀλλ' ἕκαστον ὑμῶν σωτηλδόντες ἀωάρτια ὑποδύσαι πυτί.

Πάντα ἐξ αἰδίου ὁμοειδῆ] Ità *l.* 6. § 37. Πάντα ὁμοχρῶ κῆ ὁμοειδῆ. & § 46. ἀεὶ τὰ αὐτὰ κῆ τὰ ὁμοειδῆς. & *l.* 9. § 35. ἐξ αἰῶνος ὁμοειδῶς ἐγίνετο, κῆ εἰς ἄπειρον τοιῶδ' ἕτερα ἔσται. & *l.* 7. § 1. πάντα συνῴδα, κῆ ὑδὲν καινόν. & *l.* 12. § 26. πᾶν τὸ γινόμενον ἴσον ἀεὶ ἐστιν, κῆ ὁμοῖον, κῆ νῦν πανταχῦ γίνεται. Idem tractat argumentum & *l.* 4. § 32. & *l.* 10. § 27. Lucret. *l.* 3.

——*eadem ſunt omnia ſemper.*

'Αναπυλίμφια] Sic *l.* 9. § 28. Ταὐτὰ δέ τα τῦ κόσμου ἐγκύκλια, ἄνω κάτω, ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα. Ariſtot. *Phyſic. l.* 4. *c.* 14. & *Problem. l.* 17. *q.* 3. Καθάπερ φασὶ, κύκλον ἔστι τὰ ἀνθρώπινα. qo loco & Alcmæonis illud feſtivum commemoratur, πῶ ἀνθρώπους διὰ τῦτο ἀπόλλυσθαι, ὅτι ὐ δύνανται πρὸ ἀρχῆς τῷ τέλει προσάψαι· hoc eſt, ἐπαναλήψεσθαι πάλιν ὑπὸ τῶν ἀρχῶν, κῆ συνεχῆ ποιεῖν. itaqe *circulationem* iſtam intelligendam de rebus, non numero, ſed ſpecie iiſdem recurrentibus. & Plato *Timæo*: τῦτο ἅμα πᾶν, ὅδ' ὁ προχῦ ἀπεφηνάμην, γίγνεται. Senec. *epiſt.* 24. *Nullius rei finis eſt: ſed in orbem nexa ſunt omnia: fugiunt ac ſequuntur. diem nox premit, dies noctem: aſtas in autumnum definit, autumna hyems inſtat, qæ vere compeſcitur. omnia tranſeunt, ut reverantur. Velut in orbe aut pilâ, motu ordo mutatur, & qæ ſequebantur præcedunt, & qæ occidebant oriuntur; omnia, qomodocunqe ierint, in idem revertuntur.* Idem *de benef. l.* 5. *c.* 8. Tertull. *de reſurr. c.* 12. pòſt ſuperiùs exhibita *ad* § 3. *Totumhic orbis revolubilis rerum, &c.* Tacit. *annal. l.* 3. *Rebus cunctis ineſt qidam velut orbis.* Et Avrel. Victor. in *Aurelian. Cuncta in orbis modum vertis nihilqe accidere, qod rurſum naturæ vis ferre nequeat ævi ſpatio.* ità reſtituit ſententiam optimam, peſſimè habitam Cl. Salmaſius *ad Spart. Sever.* Sophocl. *Trachin.* Ἐπὶ πᾶσι γὰρ χρόνος πᾶσι κυκλῦται, ὥσπερ ἀρχὴν φορᾶς κἀλδοῖ. Et Ariſtot. *Ethic. l.* 1. *c.* 10. Τὰς πύκας πολλάκις ἀναπυλεῖν ἀεὶ πρὸ αὐτάς.

'Ουδὲν διαφέρει] *Nihil*, inqit, *refert per breve aliqod temporis ſpatium, an in perpetuum iſta videriſqare?* qia nimirum, ut *l.* 6. § 36. Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ ἀϊδίου ἐγένετο, κῆ ὅσα εἰς τὸ ἄπειρον ἔσται. πάντα γὰρ ὁμοχρῶ κῆ ὁμοειδῆ. Ità *l.* 9. § 37. Ἴσον τὸ ἐναλον ἔτος, κῆ τὸ τεσσαρακοστὸν πλόνου ἢ ἑλδόνου χρόνου, ὑδὲν διαφέρει. Ità qod Senec. *ep.* 101. *Nihil intereſt inter diem & ſeculum.* Vide & *l.* 3. § 7. & *l.* 7. § 49. Menander *ſuppoſititio*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 122.

——τῦτον ὃν τρόπον ἅπαλον λέγω,

Ὅστις διαφέρει ἀλύπως, παρθένε,
Τὰ σμικρὰ ταῦτ' ἀπωλδεν, ἢδεν ἄλλην τινὰ·
Τὸν ἥλιον, τὸν κάτω τε καὶ τὸν ἄνω, ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ. ταῦτα κἂν ἕκαστον ἐπὶ βιώσεται,
Ὅσοι παρῆλα· κἂν ἐπιστρὸν σφόδρ' ἀλίγως,
Σεμνότερα τούτων ἕτερα ὐκ ὄψει ποτέ.

i. e. vertente Grotio,

——*hunc credo felicisſimum,*
Qi cùm ſpectârit, Parmeno, placidè Deûm
Auguſta dona, redit citò unde venerat:
Fubar, inqam, ſolis publicum, nubes, aqas,
Ignem. namqe annos qinqis centum vincerit,
Eadem videbit: ſtq, licèt ævi brevis,
Tamen iſtis nihil eſt conſpicari pulcrius.

Ità Epictet. *l.* 2. *c.* 16. conqerenti exuli qòd Athenas non videret: Πότε ἦν Ἀθλῶας πάλιν ὄψομαι, κῆ τίνι ἀκρόπολιν; τάλας ὐκ ἀρκεῖ σοι, ἃ βλέπεις καθ' ἡμέραν; προῆλθόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ἰδεῖν τῦ ἡλίου, τῆς σελήνης, ἢ ἄστρων, τῆς γῆς ὅλης, τῆς θαλάσσης;

Ὁ τάχιστα περιξόμενος] Deprehenditur vox eadem hæc *l.* 3. § 10. de qa liceat mihi bona cum venia diſſentire ab Henr. Stephano, licèt rerum Græcarum peritiſſimo; qi περιξόμαι vult eſſe *futurum ſecundum*, ſive *paulò pòſt futurum*, ut Grammatici vulgò nuncupant, à ἥκω: eósqe notat, qi thema fingunt inavditum, περιήκομαι nimirum, cujus futurum ſit περιξόμαι. Qm tamen nevtrum horum neceſſarium ſit ad vocabuli iſtius analogiam ſtatuendam.

dam. Siquidem, ut monet Eustathius *ad Iliad. μ.* *more Syracusanis familiari, ex præteritis præsentia sæpenumero formantur.* Sic κέκληγα κεκλήγω, πέπληγα πεπλήγω, ὄτυπα ὀτύπω, πέπτηκα πετάομαι. Sicut ergò ἐσήκω ἐσήξω, & in media voce, ἐσήξομαι. Unde Sopater *epist. ad Hemeter.* apud Stob. *tom. 2. tit. 46.* Τίς ὢν ὕπω κτᾶ ζημιώδη λόγον πεπράγατο, ὃς κτᾶται πᾶσαν πύχιν καὶ περιμάτων μετέχειν ἀσφαλῶς ἐσήξεται; & Marcus *l. 10. § 36.* ἀδὲς ὅστις ὕπως εὐπρόμος, ᾧ ἐπιδηήσοντι ἢ παρεσήξοντα πινες ἀσαλεύτως τὸ συμβαῖνον κακόν. Ità πεπόνηκα πεπόνηξα. Unde Marcus *l. 7. § 22.* ὡς μετ' ὀλίγον ἀμφότερα πεπόνηξεται. (ut πεπόνηξα illud in Aristoph. *Acharn.* cur sit Stephano suspectum, nihil ampliùs exstat. qod & apud Svidam avtor innominatus.

Τοῖς δ ὑπόπτοις φόβου, ὡς αὐτίκα πεπονήξοντες.] Et in voce media πεπονήξομαι. *l. 4. § 37.* Ἤδη πεπονήξη. Et *ibid. §. 47.* Ἔτι τίς σοι δοκεῖ εἶναι, ὃν αἴσιον πεπονήξη. unde participium πεπονήξόμενος, qo noster etiam non semel usus est. Clemens *Strom. l. 4.* Ὑπακούων ταῖς ἐντολαῖς βιώσεταί τι, καὶ ἐὰν δέῃ, πεπονήξεται· ὅσῳ ἂν εἴη διὰ δικαίου ζωοτομηθῆναι. Qod & Tatian *adv. Græc.* τῶν μόνον (Deum vult) ἀρνεῖσθαι κελεύομεν, ἃ πειθόμενοι, πεπονήξομαι δ μᾶλλον. Lucian. *Anthlog. l. 1. c. 12.*

Ὡς πεπονήξόμενος, ἢν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσι·
Ὡς δ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κλεδόνων.

§ 15. Πᾶν ἀπόλειψις] Et πάντα ἀπόλειψις. Nihil istis apud nostrum crebriùs occurrit. ità *l. 12. § 8. 22. 26. & l. 4. § 3.* Ὁ βίος ἀπόλειψις. *& l. 3. § 9.* Ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν. Senec. *epist. 78. Omnia ex opinione suspensa sunt.--tam miser est quisque, quàm credit.* Vide *ad l. 8. § 47.*

Δῆλα] δηλοῖ, forsan; *ostendunt, probant hoc.* Ità de Marco nostro Herodianus: Δηλοῖ δ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτῶν, ἢ γραφέντα. Mendum par apud Theophr. tollas licet, *de caus. plant. l. 6. c. 27.* Τὸ φυτὸν τοῦτο ζητεῖν μᾶλλον δεῖ ἄλλων. δῆλον (leg. δηλοῖ) δ ἡ ψευδυλλία, καὶ ἡ μικροκαρπία, καὶ ἡ χρόα τῶν καρπῶν. πάντα γὰ ταῦτα ξηρότητος.

Τὰ πρὸς τὸν κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα] De *Monimo* Cynico Diogenis ac Cratetis Sectatore, Laërt. *l. 6.* quanam avtem vel ad istum vel adversùs istum scripta (ità enim verba, prout habentur, sonant) Marcus hìc respexerit, mihi tam incertum est, quàm quod est incertissimum. M. Casavboni interim sententiam hactenùs probo, ut Monimi ipsius scripta designari existimem. non tamen ut in eis per *dialogismum* sub aliena persona istud Monimo dictum dicatur, cùm Monimi ipsius dogma fuerit. Itaque legendum literulâ unicâ immutatâ, τὰ πρὸς τῶ Κυνικῶ Μονίμα λεγόμενα, *quæ à Monimo Cynico dicta sunt.* neque enim est, qod de Syntaxi ambigat quisquam, cùm familiaris admodum ea sit. Sic enim, præter Herodianum superiùs adductum, Homerus *Iliad. α. v. 159.*

Τίμιον ἀρνύμενος——
Πρὸς Τρώων.——

id est, *πρὸς τῶν Τρώων. Schol. Pœnas sumentes, vel exigentes, à Trojanis.* Et *Odyss. ζ'. v. 207.*

——πρὸς γὰ Διός εἰσιν ἅπαντες.
Omnes enim à Jove sunt.

Et Clemens *Strom. l. 1.* κολάζονται πρὸς τῶ νόμου οἱ τούτων αἴτιοι. *Horum avtores à lege puniuntur.* Et Sophocles,

——ἐπαίνῳ τάξεται πρὸς γὰν ἐμοῦ.
--*à me certè laudem feret.*

Et apud Tragicum Cassandra, referente Plutarcho in *præcept. polit.*

Καὶ πρὸς παθόντων, ὧν κακοῖσιν κακῶν
Σοφὴ κέκλημαι· φὴν παθεῖν δ μαίνομαι.
Ab his, qi in ipsa inciderunt jam mala,
Sapiens perhibeor: mala nondum expertis, furens.

Cæterùm ad Pyrrhonios sive Scepticos inclinâsse Monimus videtur. qanqam enim admittere illum in familiam istam Sextus Empiricus renuit; idem tamen inter τοὺ τὸ κριτήριον ἀνελόντας· id est, *eos qi veritatis dijudicandæ medium certum sustulerint;* Monimum Canem recenset, *lib. 1. adv. Logic. c. 2.* eúmque asserit, τῇ σκιαγραφίᾳ ἐοικέναι τὰ ὄντα, τοῖς τε κατ' ὄνειρ ἢ μανίαν φερομένοις ταῦτα ὁμοίως· id est, *ea quæ sunt, picturæ adumbratæ consimilisse, nostras eorundem perceptiones, eis qæ dormientibus aut mente captis se ingerunt, geminas prorsùs censuisse.* Qin & dogma ejus qod fuerit, clariùs indicat avtor idem *adv. eosd. l. 2. c. 1.* Μόνιμος δ Κύων τύφον εἶπε τὰ πάντα· ὅσῳ ὁμοίως δοκεῖ φαίνεσθαι τὰ ὄντα, ὡς ὄντως. *Monimus Canis typhum esse dixit omnia.* (nam Hervetus cur *typhonem* pro *typho* substituerit, nihil erat) *id est avtem opinio eorum qæ non sunt, ac si essent revera.* qod aliis verbis Xenophanes dixit ab eodem *loco superiore*, & *Pyrrhon. hypotyp. l. 2. c. 4.* adductus.

Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδεν· δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.
Certi aliqid nemo novit; sed opinio cuncta est.

nec immeritò vana opinio *typhi* nomine nuncupata est. ἡ γὰ ἀπόλειψις τ γνώσεως φυσεῖ καὶ τύφου ἐμπίπλησιν· ut Clem. *Strom. l. 1.* ex Apost. *ad Cor. ep. 1. c. 8. v. 1, 2.* Lucem hinc obiter claram medelámque dabimus certissimam Menandri verbis à Laërtio ex *Eqisone* (non ex *Citharista*, qod frustra Cl. Casavb. ariolatus est) adductis, qæ viros insignes inaniter hactenùs torserunt. Ea in Laërtii codicibus ità exhibentur:

Τὸ γὰ ἀπολειφθὲν οὖφον εἶ πᾶν ἄχη.

Qod Ambros. Camald. vertit;

Nam cuncta fastum dixit esse cætera.

præter rerum, scil. *aut tres etiam*, qas habere dixerat, *peras.* Verùm id seriem orationis non pati cùm adverterem:

verteret Grotius in *excerpt.* is hoc modo definxit:

Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν τυφλὸν εἶναι πᾶν ὄφη.

ac si mens esset;

Cæcum esse dixit omne quod præsumitur.

& tanqam *Lævernionem* perstrictum vult à Comico philosophum. Ac felicit qidem in priore vocabulo conjectură usus est: τῦφον in τυφλὸν qòd mutavit, fefellit divinatio. Legendum ergò Sexto præeunte,

Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν τῦφον εἶναι πᾶν ὄφη.

Typhum esse dixit omne quod præsumimus.

id est, *opinionem meram certitudinis inanem.* nec aliud ferè, verba si spectemus, Marcus hîc. πάνυ ὑπόληψις. nam mentem si attendimus, aliud planè. Qæri igitur potest qomodo Marco cum Monimo, Stoico cum Scepsico convenire qeat: cùm certitudinem nulla secta aut exertiùs professa sit, aut enixiùs propugnaverit, qàm Zenonia & Chrysippea. Verùm hoc vult Marcus, ea, qæ à Monimo sunt adhibita ad dogma suum de *opinione mera* statuminandum, ostendere simul, nullum imò totum ferè in hoc consistere, qibusnam qisqe opinionibus imbutus fuerit. Vide *infr.* § 27. ὀνείρως καὶ πύθ.

Ἥδιστ' ἂν οὖν τὸ ῥέζειν μᾶλλον τῆς ἀληθοῦς λήψεως] *Si qis qod ab illo suaviter ac jucundè dictum est, eatenùs amplectatur, qatenus est veritati consentaneum.* Qod ideò dictum, qia Monimus, Laërtio teste, γίγραφε πολλὰ κατὰ τὴν ἀλήθειαν μεμελέτηκε, id est, *ludicra qædam scripsit, qibus seria subessent.* Id qod & de Socrate Galen. *de usu part. l.* 1. *c.*

Εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτὸν] *utrùm educere atque exigere se oporteat.* è vita scil. Ità & Clemens usurpavit, *Strom. l. 4.* de hæreticis qibusdam, qi martyrio se ultrò objiciebant, ὑπεπδιοῦντες τὸ θανάσιμον. Τίτος ἐξάγειν ἑαυτὸν ἁμαρτίας, λέγεσθω, κἂν δι' μοσίᾳ κωλύωνται. qo loco τὸ ἁμαρτίας (qod obiter adnotamus) non est cum λέγεσθω, (ut Sylburgius putavit) sed cum ἐξάγειν ἑαυτὸν conjungendum. *dicimus eos sibi mortem accersere, ut martyres tamen non sint, nec martyrium obire diei debeant.* ὁ γὰρ, inqit, τὸν χαρακτῆρα σώζων τῆς μαρτυρίας τῆς πίστεως. Vide *ad l. 11. § 3.* & mox ex Cl. Heinsii restitutione: Αὐτίκα εὔλογον ἐξαγωγὴν τοῦ σπουδαίου συγχωρῆσαι καὶ οἷς φιλόσοφοι, εἴτις τῆς ἀφανείας ὕπερ πρίοιντο αὐτὸν, οἷς μηκέτι ἀναλελυθέναι αὐτῷ μηδ' ἐλπίδα τῆς ἀφέξεως. Vide *l. 8. § 47.* Philosophi isti cum primis sunt Stoici. istorum enim hoc est dogma, licere, imò oportere, qandoqe è vita sese educere. & εὔλογον ἐξαγωγὴν eam nuncupabant, *cùm justa cavssa*, qam illi ceniebant, *demigrandi daretur.* ut Cic. *Tuscul. l. 1.* Jo. Stob. *Collectan. tom. 1. l. 1. tit. 4. § 8.* Φασὶ δέ ποτε καὶ πλεῖν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθικνεῖσθαι καὶ πολλῷ τρόπῳ. Plenius planiúsque Laërt. in *Zenone.* Εὐλόγως τέ φασιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, ὑπέρ τε πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ὑπὸ σκληρότητος λίαν ἀλγυνδῇ, ἢ πηρώσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. Senec. *epist. 70. Sapiens vivit, quantum debet, non quantum potest. videbit ubi victurus sit, cum qibus, qomodo, qid acturus.*— *Si multa occurrunt molesta & tranqillitatem turbantia, emittit se. nec hoc tantùm in necessitate ultima facit, sed cùm primùm illi ceperit suspecta esse fortuna. nihil existimat suâ referre faciat finem an accipiat.* Et *epist. 17. Si necessitates ultimæ inciderint, exiliet è vita, & molestus sibi esse desinet.* Idem *epist. 58. Itaqe de isto feremus sententiam, an oportest fastidire senectutis extrema, & finem non opperiri, sed manu facere. propè est à timente, qi fatum segnis expectat: sicut ille ultra modum deditus vino est, qi amphoram exiccat, & fæcem qoqe exorbet. de hoc tamen qæremus, pars summa vitæ, utrùm fæx vitæ hæc sit, an liqidissimum ac purissimum qiddam; si modò mens sine injuria est, & integri sensus animum juvant, nec defectum & præmortuum corpus est. plurimum enim refert, vitam aliqis extendat an mortem. at si inutile ministerii est corpus, qid ni oporteat educere animum laborantem? & fortasse paulò antè qàm debet faciendum est, nè cùm fieri debeat, facere non possis. & cùm majus periculum sit malè vivendi, qàm citò moriendi, stultus est qi non exigui temporis mercede, magnæ rei aleam redimit.* Et mox: *non relinqam senectutem, si me totum mihi reservabit; totum avtem ab illa parte meliore. at si ceperit concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliqerit sed animam; profiliam ex ædificio putrido ac ruenti. Morbum morte non fugiam, dum sanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem. Sic mori, vinci est. hunc tamen si sciero perpetuò mihi esse patiendum; exibo;*

non propter ipsum; sed qia impedimento mihi futurus est ad omne propter qod vivitur. imbecillus est & ignavus, qi propter dolorem moritur: stultus, qi doloris caussâ vivit. Cato apud Gicer. de finib. lib. 3. Sed cùm ab his (qæ secundùm naturam sunt) omnia proficiscantur officia: non sine caussa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes, in his & excessum è vita, &. in vita mansionem. in qo enim plura sunt, qæ secundùm naturam sunt, hujus officium est in vita manere: in qo autem sunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium est, è vita excedere. ex qo apparet, & sapientis aliqando esse officium, excedere è vita, cùm beatus sit; & stulti manere in vita, cùm sit miser. Hanc autem sententiam, qæ & Chrysippea est, exagitat Plut. de commun. notit. c. 10. & c. 29. Qod profundamento substernitur, ità Stobæus expressit, τοῖς καθήκουσι καὶ τοῖς μὲν τὸ καθῆκον, μετεῖναι τοῦ τε ζῆν καὶ τοῦ θανάτου. Vide infr. lib. 5. § 29 Sed & Lipsi. manuduct. l. 3. cap. 22. Dogma ipsum exagitavit & Ter. Varro in Satyra Menippea, cui titulus Περὶ ἐξαγωγῆς· unde parcula adhuc supersunt fragmina, qæ argumenti totius gustum dent aliqem. Refutavit feliciter satis Alexander Aphrodiss. in libello, qò differit εἰ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, ostenditqe ex ipsorum principiis ἄλογόν τε καὶ ἄτοπον ὅλως, τοῦ εὐλόγου ὀνομαζομένου τοῦ ἐξαγωγικοῦ. Πῶς εὔλογος, inqit, ἐξαγωγὴ τοῦ τὴν ἀρετὴν ἔχοντος, ἐν μακαρίῳ βίῳ ὄντος; ὡς γὰρ ἄτοπον τὸ λέγειν τὸν Δία ἐθέλειν ἀποθανεῖν ὕπνου ἄτοπον καὶ τοῦ σπάνιν τούτου μακαρίως ζῶντα (avdis fastûs Stoici verba; de qo ad § 7.) ἐστὶν ἐξάγειν εὐλόγως τοῦτον τὸν βίον. τὸ γὰρ μήτε περίνοιάν τινος κακοῦ, μήτε φροσδοκωμένης, τῆς τε ἄκρας εὐδαιμονίας οὔσης, τὸν βίον ἀπολιπεῖν, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀρετοῦ, βέλεσι, δαιμόνιον, καὶ τοῦ καλοῦ μαχόμενον. πῶς γὰρ εὔλογον τοῦ ἀρετοῦ τοῦτ' ἀποβάλλειν τοῦ σοφοῦ; ὑπὲρ γὰρ ὧνπερ ὀπτὴ ἄλλων τινός, ὅταν ᾖ καὶ εὐδαιμονίας εὔλογον ἄλλης ἔχειν. ὑπὲρ γὰρ κέρδους εὐδαιμονίας καὶ ἀρετῆς. εἰς ἀπειρον γὰρ ἥξει ὁρμὴ καὶ οὐκ ἔστ' ἄλλό τι αὐτῆς ἡ ἀναφορά. Ità absurdum esse dogma contendit; utpote qod nec rationi ipsi, nec ipsorum etiam principiis consentaneum existat. ἑστqe reverâ pietati veræ religioniqe sanæ prorsus adversum. Agnoscunt hoc & exteri. Socrates apud Platonem Phædone: ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ αὐτοῦ ἐκλύεσθαι καὶ ταύτης ἐξάγειν, οὐδὲ ἀποδιδράσκειν. Et tanquam ex Africani persona Cicero de repub. l. 6. apud Macrob. in Scip. somn. l. 1. c. 13. Pius omnibus retinendus animus est in custodia corporis; nec injussu ejus à qo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est; nè munus assignatum à Deo defugisse videantur. Idem ipse Tusc. l. 1. Vetat dominans ille in nobis Deus, injussu hinc nos suo discedere. Et in Caton. Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedere. Apul. de philosoph. Sapiens corpus non relinqet invito Deo. nam etsi in ejus manu est mortis facultas, & quamvis sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora, nisi perpetiendum istud lex divina decreverit, accersere tamen eum mortem non debere. Plura habes apud Lipsi. manuduct. l. 3. c. 23. & in Tacit. hist. l. 2. E nostris eleganter Lactant. institut. l. 3. c. 18. Si homicida nefarius est, qia hominis extinctor est: eidem sceleri obstrictus est, qi se necat; qia hominem necat: imò verò majus esse id facinus existimandum est, cujus ultio Deo soli subjacet. Nam, sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus; ità rursus ex hoc domicilio corporis, qod tuendum nobis assignatum est, ejusdem jussu recedendum est, qi nos in hoc corpus induxit, tam diu habitaturos, donec jubeat emitti. Et si vis aliqa inferatur, aqâ mente id ferendum est, cùm extincta innocentis anima inulta esse non possit; habeamúsqe judicem magnum, cui soli vindicta integra semper est. Piè item admodum disertèqe Augustin. de Civit. Dei l. 1. c. 27. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus comprobamus, neminem sponte suam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, nè incidat in perpetuas: neminem propter alienum peccatum; nè hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, qem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter qæ magìs hâc vitâ opus est, ut possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, qæ post mortem speratur; qia reos suæ mortis post mortem vita non suscipit. restat una caussa, propter quam se qis occidat; nè in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel sæviente dolore. hanc si admittimus, cur non baptizatis suademus, se illicò interimant? tunc enim tempus est cavendi omnia futura peccata, cùm omnia sint deleta præterita. porrò hoc si qis putat, non dico, desipit, sed insanit. hoc ergò qia nefas est dicere, nefas est professò se occidere. nam si hoc sponte faciendi ulla justa caussa esse posset, proculdubiò justior qàm illa non esset. qia verò nec illa est, ergò nulla est. Videndus idem in epist. 61. & sub ejusdem nomine, nisi Erasmum fefellerit, Hugo Victor. de patient. c. 13. qi his verbis concludit: si paricida eò sceleratior, qàm qilibet homicida, qia non tantùm hominem, verùm etiam propinqum necat; & in ipsis paricidiis, quantò propinqiorem qisqe peremerit, tantò judicatur immanior; sine dubio pejor est, qi se occidit, qia nemo est homini seipso propinqior. Et qomodo innocens judicabitur, cui dictum est, Diliges proximum tuum, tanqam te, si homicidium committit in seipso, qod prohibetur in proximo? Vide Epictetum, & nostrum ipsum, l. 5. § 10. & l. 9. § 3.

Ἐπισεύειν] Epicurus apud Senec. epist. 26. Medicare, utrùm commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam. Et de viro sapiente ipse epist. 70. Cùm primùm illi ceperit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, nunqid illo die desinendum sit.

sis. Plin. min. *l.* 1. *epist.* 22. *Impetu quodam & instinctu currere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & causas ejus expendere, útque suaserit ratio, vitæ mortisq; consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi. Deliberationem* ea de re seriam instituit Tullius Marcellinus apud Senecam *epist.* 77. *cogitationem & consultationem* Titus Aristio apud Plin. *epist. supradictâ*. Verùm hoc delirus & mente motus, vel per morbum, vel per ætatem, inqit Marcus, jam non potest.

Πεφαποσθήσεται] Ità *l.* 12. § 15. πεφαποσθήσεται de qo Lucretii illud usurpari poterit, *l.* 3. *Mortua cui vita est propè jam vivo atque videnti.* atqe hoc est, qod Seneca *de tranq. c.* 3. *Ultimum malorum censet, ex vivorum numero excedere, antequam moriare.*

Χρὴ ἓν ἐπίγνωσ] Vide Senec. *ep.* 76. *ad lib.* 2. § 2.

Τῷ ἐγγυτέρω τοῦ θανάτου ἐκδοτοι γίνεσ] D. Jun. f. διὰ τό. Verùm τῷ cum verbo infinito idem valet ac διὰ τό. Alex. Aphrodiss. *problem. l.* 1. *q.* 36. τῷ τὸν σεισὸν αὐτὸς αἴρα πνεῖσ. i. e. διὰτί. *eò qòd aër eis circumfusus afficitur.* Theophr. *de causs. plant. l.* 1. *c.* 16. Μεγάλας ἐνδὺς διαφορὰς ἔχουσιν οἱ καρποὶ, τῷ ξυλώδεις, ἢ μάδεις, ἢ ξυσὶ, ἢ λιπαροὶ τῷ φύσιν εἶν. *eò qòd vel lignosi, vel terrei, vel sicci, vel pinges sint naturâ.* Idem *ibid. l.* 6. *c.* 5. Ἐι μὴ ἄρα ἢ τοῦ πόρε ἐναῦθα ἂν τις αἰτιάσαιτο, τῷ μὴ ἐρμόττειν. *nisi si qis poros in caussa esse existimaverit, eò qòd minùs sint congrui.* qem locum frustra solicitat cl. Jul. Scaliger. & *c.* 14. Ἐπεὶ ἢ τὰ γ' ἐν τοῖς ἁλμυρίσι εὐρύφα, τῷ ἔχειν ἁλμυείδα τινὰ, ὐκ ἄλογον, —ἰνία ἢ φυχρολώτερα ἢ βελτίω γίνεσ. *eò qòd salsedinem quandam habeant.* Atq; hæc de Syntaxi. Sententiam qod attinet; Aug. *de Civitate Dei l.* 13. *c.* 10. *Ex qo quisqe in isto corpore morituro esse ceperit, nunqam non in eo agitur, ut mors veniat. Hoc enim agit ejus mutabilitas toto tempore vitæ hujus, ut veniatur in mortem. nemo qippe est, qi non ei post annum sit, qàm ante annum fuit, & cras qàm hodie, & hodie qàm heri, & nunc qàm paulò antè propinqior. ut omnino nihil sit aliud tempus vitæ hujus, qàm cursus ad mortem.* Senec. *ad Marc. c.* 20. *Habebit qisque, qantum illi dies primus adscripsit. ex illo qo primùm lucem vidit, iter mortis ingressus est, acceleratq; fato propior: & illi ipsi qi adjiciebantur adolescentiæ anni, vitæ detrahebantur. —qò facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine latet. incrementa ipsa si bene computes, damna sunt.* Idémqe *epist.* 120. *Qotidie propiùs ab ultimo stamus; & illò unde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit.*

Nam vita morti propior est qotidie. Phædrus *fab. l.* 4. Qod Poeta recentior pluribus sic extulit:

Velut secundo vecta navis flumine
Sensim propinqat littoris sic indies
Vivendo morti appellimur propinqius.

Hinc Gregor. Rom. *l.* 6. *epist.* 26. *Vita nostra navigationi est similis. is namq; qi navigat, stat, sedet, jacet, vadit, qia impulsu navis ducitur. ità ergò & nos sumus, qi sive vigilantes, sive dormientes, sive tacentes, sive loqentes, sive ambulantes, sive qiescentes, sive volentes, sive nolentes, per momenta temporum qotidie ad finem tendimus.*

§ 2. Τὰ ὀπτηνόμενα] qæ & ὀπτήμαλα dicuntur, *l.* 6. § 36. *Qæ rebus eis, qas vel natura vel ars ex intentione primaria producit, aut casu aut necessariò etiam, sed præter intentionem utriusque superveniunt aut intervenium.* Maxim. Tyr. *dissert.* 25. Καθάπερ ἐν ταῖς τῶν τεχνῶν χειρουργίαις, τὰ μὲν ἡ τέχνη σεσηγμένως δρᾷ, σοχαλοιδίη τοῦ τέλους, τὰ δ' ἅπερ τῇ χειρουργίᾳ, ἡ τέχνης ἔργα, ἀλλ' ὕλης πάθη, αἰσιδηρίς τε ἐξ ἄκμονος, καὶ ἐν βαύνῳ αἰθαλώσεις, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλης πάθος, ἀναγκαῖον μὲν τῇ ἐργασίᾳ, ἃ σεσηγμένον ἦ τῇ τεχνίτῃ· ὅσα δ' ἀεὶ γίνεται, ἃς χαλεπὸν κακῶν ἀνθρώπινον ἐμβολὰς, ἐλαῦσα ἠγητέον ἀναίτιον καὶ τῶν τέχνων, εἰ δὲ ταῦτα τῆς τοῦ ὅλου δημιουργίας ὥσπερ ὕλαι ἐπιτηδεῖαι καὶ ἀναγκαῖαι φύσεις. qod idem ferè Philo *de provident.* (habes apud Eusebium *præpar. l.* 8. *c. ult.*) Αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γυμνοῦσιν, ἃ σεσηγμένα ἔργα φύσεως, ἀλλ' ἐπίκτητα τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τοῖς σεσηγμένοις ἐπακολουθοῦντα. Idémqs *ibid.* ad Marci mentem aptissimè: Ὅσα ἦ ὁμοίτροπα ἐπακολουθήματα, ὐκ ἔργα φύσεως σεσηγμένα, φυσικοῖς δ' ὁπωσμβαίνοντα ἔργοις, ἃ μὲν ἀλλὰ παρέχει τινὰ καὶ ταῦτα χρείας ἀναγκαίας τοῖς σεσιμωτέροις.

Ἄρτε ὀπτωμένε] *Cùm panis pinsitur.* Xyl. at *panis* non pinsitur, sed *far* vel frumentum ad panem. Varro *de ling. Lat. l.* 4. *Pilum, qod eo far pinsunt. id ubi fit, pistrinum.* & *de re rustic. l.* 1. *c.* 63. *Far, qod in spicis condideris per messem, promendum hyeme, ut in pistrino pinsatur & torreatur.* Idem Nonio laudante, in ταξῇ Μενίππου. *Nec pistorem ullum nôssent, nisi eum qi in pistrino pinsceret farinam.* Sed nec *farina* pinsitur, sed *far*, unde *farina* fiat. *far* ergò rescribendum. Sic enim & idem *ibidem* ex *de vita P. R. l.* 1. *Nec pistoris nomen erat, nisi ejus qi ruri far pinsebat.* Verto itaque, *panis cùm coqitur.* nec sum inscius Græcis aliud ἕψειν, aliud ὀπτᾶν sonare. Ex Philochoro Athen. *l.* 14. de Athenien sibus, Ταῖς ἄρκαις θύουσι ὐκ ὀπτῶσιν, ἀλλ' ἕψουσι τὰ κρέα. contrà planè qàm Hebræis indictum, cùm agnum Paschalem immolarent, Exod. *c.* 12. *v.* 9. Diogenes etiam eodem *l.* 8. referente, qærenti uter piscis præstaret, *congrus* an *lupus*, ὁ μὲν ἐφθὸς, ὁ δ' ὀπτός. qod nos Angli diceremus, **the one boiled, and the other broyled.** Itaq; si vocabuli Græci significatum peculiarem sequamur, *panes torrere* potiùs, qàm *coqere* diceremus.

& *fruges* qidem *tostas* etiam Latini dicunt, utì & *fur* suprà *torreri* Varro. Maro Æn. *l.* 1.

—*frugesque receptas*
Et torrere parant flammis & frangere saxo.

Verùm *panes*, ut nec *pinsere*, sic rariusculè *torrere*, ut plurimùm *coquere* dicunt. Plin. *l.* 18. *c.* 11. *Panis varia genera* — *à cognita ratione, ut furnacei, vel artoptitii, aut in clibanis cocti.* Varro *de vit. P. R. l.* 1. *Cocula, quæ coquebant panem, primùm sub cinere, postea in furno.* Cato *de re rustic. c.* 74. *Panem depsitium, ubi bene subegeris, defingito, coquitaq; sub testu.* & *c.* 75. *Libum in foco caldo sub testu coquito leviter.* & *c.* 76. *Placentam videto bene & otiosè percoquas.* Vocabulo etiam eodem, Nonio referente, usus est Cicero, qo Xenophontis illud ex *Oeconom.* exprimeret, ἡ δὲ γῆ σπείρεται καὶ τῷ ἡλίῳ, *terram ab sole percoqi.*

Πεσδυμίαν πρὸς τὸν προφῶ ἡλίου ἀναπνεῖ] Ità Naso *remed. l.* 2.

Non facilè cæsurienſ visa retinebere mensâ:
Et multùm saliens incitat unda sitim.

alii, *multam*. qid si *nullam* legerimus? ut sit sensus; *sitim suscitat, etiam ubi nulla priùs fuerit.*

Τὰ σῦκα, ὁπόταν ὡραιότατά ἐστι, κύχνα] Naturæ vi scil. sed & artis ope nonnunqam, qæ ἐπιτεχνασμοὺς dicta, Theophrast. *l.* 2. *c.* 9. *Ficetis capricus permiscetur. is culices parit, qi ad ficum adsitam volantes, morsúqe crebro ficuum ora* (an *coria*, ut Dalechamp.) *aperientes, atqe ità penetrantes, intus solem primò secum adducunt, cerealésque aviis immittunt foribus apertis.* Plin. *hist. nat. l.* 15. *c.* 19. τὸ χαίνειν autem & de *malis punicis* usurpavit Cassianus Bassus, sub Constantini Cæsaris nomine, ex Africano, *geopon. lib.* 10. *c.* 30. Ὥστε ῥοιὰς μὴ χαίνειν.

Δρυπεῖον ἐλαίας] δρυπτὸν, Xyland. alii, δρυπετὸν. illud potius, si aut notationem respicimus, aut Grammaticis fidem adhibemus. dictas enim δρυπεπεῖς sive ἐλαίας, sive ἰσχάδας, παρὰ τὸ πίπτειν τὰς ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθείσας, monet Eustath. *ad Il. β.* & *Odyss. μ.* & Svidas. at verò δρυπετεῖς, παρὰ τὸ πίπτειν, τὰς ἀπὸ δένδρου πτῶσιμας, ἁμὰς, Hesych. nec dissentit Plinius *hist. nat. l.* 12 *c.* 27. *Drupa vocatur, priusqam cibo matura sit, jam tamen colorem mutans.* & *l.* 15. *c.* 1. *Quandò maturior bacca, tandò pinguior succus, minúsque gratus. optima ætas ad decerpendum inter copiam bonitatémqe, incipiente baccâ nigrescere. nostri vocant Drupas.* Græci verò *Drypetas:* vel, ut alii codices, *dryperidas.* Obiter restituenda in Theophrast. de *caus. plant. l.* 6. *c.* 11. vox δρυπεπῆ, vel δρυπελῆ saltem, ubi perperam in excusis Venet. ὑδροπελῆ, Lugd. δρυοφανῆ, legitur.

Τὸ ἐγλυὸς τῆ σήψει] ἡ γὰρ ἡ δρυπὶς ἐν σήψει. Theophr. *de caus. plant.*

Ἰδίαν τινὰ χάλλη] Senec. *epist.* 12. *Gratissima sunt poma, cùm fugiunt. pueritiæ maximus in exitu decor est: deditos vino potatio extrema delectat, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit. quod in se jucundissimum omnis voluptas habet, in finem sui differt. jucundissima est ætas devexa jam, non tamen præceps. & illam quoqe in extrema tegula stantem, judico habere suas voluptates: aut hoc ipsum succedit in locum voluptatum, nullis egere.*

Οἱ σάχυες ὃ κάτω νεύοντες] qod est grandiratis gravitatísqe indicium. Plut. *de profect. indic.* Οἱ μὲν ἂν γεωργοὶ τῆς σαχόνων ἴδιον ὁρῶσι τοὺ κεκλιμένους καὶ νεύοντας ὑπὸ γλοῦ, τοὺ δ' ὑπὸ κυφότητος αὐχμώδεις ἄνω, κενὸς ἡγοῦνται καὶ ἀλαζόνας. οὕτω δὲ καὶ τῆς φιλοσοφεῖν βουλομένων νέων, οἱ μάλιστα κενοὶ καὶ βάρος οὐκ ἔχοντες, θρασύτης ἔχυσι, καὶ φῦμα, καὶ βδελυσμα, καὶ περίστασις ὑπερφυΐας καὶ ὀλιγωρίας μιξὸν, ἀπρεπέστατα πάντων· ἀρχόμενοι δὲ πληρῶσι καὶ συλλέγειν καρπὸν ἀπὸ τῆς λόγων, τὸ σεμνὸν καὶ φλοιώδες ἀποθέμενοι. De vite pariter Senec. *epist.* 41. *Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram, pondere eorum quæ tulit, adminicula deducit.* qò respexit forsan interpres Anglicanus, qi cùm *uvas* verterit, non σάχυας sed σαφυλὰς legisse videtur. Ità Homer. de loco vitibus consito, *Il. σ. v.* 561.

—σταφυλῆσι μέγα βεβδυσιν ἀλωλή.

& de arboribus itidem pomiferis, *Odyss. τ. v.* 112.

—βεβδυσι δ' Ἀνδρεα καρπῷ.

qod Lucret. *l.* 1.

—*crescunt ipsæ, fructúqe gravantur.*

sed & de papavere, *Iliad. δ. v.* 306.

Μήκων ὡς ἐτέρωσε κάρη βάλεν, ὅτ' ἐνὶ κήπῳ
Καρπῷ βεβδυδὴ—

Segetem autem istiusmodi inter pulcerrima simul ac jucundissima ponit Tragicus nescio qis apud Platon. *epist.* 1. verbis his:

Ὀυ χρυσὸς ἀγλαὸς ἀσυνιάτατος,
Ἐν δυσὶν δυσελωτὸς βίῳ,
Οὐδ' ἀδάμας, οὐδ' ἀργύρου κλίνει,
Ἀνδρῶν δοκιμαζόμενον ἀκράντοις σοφίαις,
Οὐδὲ χαίας εὐρυπόρου γόνιμος
Βεβδυῖσι αὐτέρκεις γύαι,
Ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁρμοφόλμων νόημα.

Vide *Psal.* 64. *v.* 13.

Τὸ τῦ λέοντος ὀπωπιαῖον] ὀπωπιαῖον nunc in *torvitatis* indicio. Ità de Leone usurpavit Homerus *Iliad. ρ. v.* 136.

Πεὶν δ' τ' ὀπωπιαῖον κάτω ἄκρον ἔδυνε βοὸς κελαινεφὲς
Lumina demissúmqe supercilium obnubebat.

de Harpalyco Theocritus *Idyll.* 24. *v.* 116.

—τὸν δ' ἐν πλοδι λέοντα
Θαρσαλέως τις ἀμείνων ἀδηλέοντ' ἐν ἀρούρᾳ
Τοῖον ὀπωπιαῖον βλοσυρῷ ὑπὸ νειρὸν ἐρείπῃ.

—*procul quem contra nemo tueri*
Constans sustinuit, grave cùm certamen obiret:
Talis supercilium torvæ incumbuit faciei.

aliquan-

aliquando & in *gravitatis* ac *severitatis*. ità de Zenone Zenodotus apud Laërt. *l.* 7.

Ζήνων σὺ πυλῷ σεμνὸὲ ὀπιπκωλῳ.

Spectandus cano Zeno supercilio.

Cicero pro P. *Sext. Nam qid ego de supercilio dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reipublicæ videbatur. tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio reſpub. tanquam Atlante cœlum niti videretur.* Ità τὸν τὰς ὀφρῦς ἀίροντα accipio in Diphili illis apud Athen. *l.* 2. ubi vini vim depingens, inter alia,

Τὸν τὰς ὀφρῦς ἀίροντα συμπείθειν γελᾶν,

De homine loqitur gravi & severo; non de trifti mœroríque pleno, ut Victorius vult, *Var. lect. l.* 8. *c.* 1. qandoqe in *fastûs* etiam & *superbiæ*. Plin. *hist. nat. l.* 11. *c.* 37. de *superciliis*: *Hæc maximè indicant fastum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hîc ſedem habet. in corde naſcitur, huc ſubit, hîc pendet. Nihil altius ſimul abruptiúsque invenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet.* Itaqe Demetrius Phaler. referente *l.* 5. Laërtio; *μὴ μικρὸν εἶ μέρος τὰς ὀφρῦς. ὅλῳ γὰρ ὑπερτίθησι σύνασις τῷ εἴδει.* Eſt autem τὸ ὀπισθίνιον, (qod vocabulum H. Stephano excidiſſe mirum, cùm τὸ σκίνιον tamen meminerit) τὸ ἐπάνω τῆς ὀρύων μέρος, ut Evſtathius; τὸ ἐπάνω τῆς ὀφθαλμῆς ὀφρύδιον, ἢ τὸ μισόφρυον, ut Heſych. vel etiam τὸ συωφρύωμα τῶ μετώπε, ut Heracleo Scholiaſtes; *oculis incumbens ſupercilium*, vel etiam *ſuperciliorum in fronte commiſſura*. diſtinctiùs pavlò Pollux *l.* 2. *c.* 4. § 25. τὰ ὑφ᾽ἕνα τῆς βλεφάρων, σκίνια· ὅθεν καὶ τὰ ἄκρα τὰς ὀφρῦς γένεια, ὀπισθίνια. *quæ palpebris imminent, ſive palpebrarum partes ſuperiores, σκίνια· unde* ὀπισθίνια, *ſuggrundarum inſtar prominentes circa frontem ſuperciliorum projectus.* qâ ratione Ariſtot. etiam *de part. animal. l.* 2. *c.* 15. τὰς ὀφρύας καὶ βλεφαρίδας οὐ γένεσθαι eſſe dixit. Et Apul. *de dogmat. Plat. Superciliorum ſepes præmuniunt oculos, nè ſuperne proruat, quod ſcenarias viſiones molitúsque perturbet.* Ὀφρὺς *frons*: & indè Latina vox non à *foraminibus oculorum*, ut Iſidor. *orig. l.* 11. *c.* 1. avt *qòd in ea ſiti ſint oculi, qi ſunt quaſi fores & feneſtræ animi*; ut Jungus noſter in *Pſal.* 13 1. nec à *gerendis*, *qòd ea fronte conveſtita indicetur*, ut alii. *Cinnus*, *cilium*. & hoc à Græcis deductum: non à *celando oculos*, ut Iſidor. ubi ſuprà. avt à *cilendo*, id eſt, *movendo*, ut Balbus in Cathol. Gloſſ. *Cinum*, ὀπισθίνιον· imò σκίνιον potiùs. qod & *Scenam* dixiſſe Apuleium *Milet. l.* 11. avtumat Scipio Gentil. *parerg. l.* 1. *c.* 37. Vocabuli id apud Prudent. in Romani martyrio, reſtituit Scalig. *Auſon. lect. l.* 2. *c.* 1.

Cinnas ſupinat, obvias offert genas.

qâ loco *Cinos* perperam legebatur. *Cinum* avtem, *cilium*, & *cilium*, inqit Herald. *adverſ. l.* 1. *cap.* 4. σκίνιον *cilium*, ut *νίτρον λίτρον*, *νυμφὴ lympha*, *τριχὴ trichila*. & Scaligerum ſequimur; nam reclamat Salmaſius. atqe hoc malo, qàm qod Gvichard. in *harmon. lingu.* à *κοιλὶς*, qod eſt tamen τὸ ἄνωθεν βλέφαρον Polluci. ὀπισθίνιον, *ſupercilium*. Plin. loco ſuperiùs lavdato: *Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqi cilium vocavere: unde & ſupercilia. Epiſcynion* etiam è Latinis Tertull. uſurpavit. *de pallio c.* 4. *Famdudum cenſoriæ intentionis epiſcynio diſperſo.* Aſpectûs avtem in *Leone torvitas* non eſt decora minùs, qàm in homine vultûs *gravitas*. Itaqe eos, qi hoc nomine Baſilium notabant, perinde facere ait Gregor. Naz. in *epitaph.* ex qo mutuatus eſt Iſidor. Peluſ. *l.* 3. *epiſt.* 99. ὥσπερ ἂν τὸν λέοντα αἰτιῶτό τις, ὅτι βλοσυρὸν, ἀλλὰ μὴ πδάκνειν, βλέπει.

Ὁ τῆς συὸς ὀὐ τῷ σώματι ῥέων ἀφρὸς] de eqo pariter, ac *cane*. indè tanta pictoribus ſolicitudo de ſpuma citè exprimenda. qo in conatu ſortem arti tuliſſe ſuppetias, Protogene canem, Nealce equm depingente, avtor eſt Plinius *lib.* 35. *c.* 10. qanqam iſtud Apelli adſcribant Dio Pruſ. *orat.* 63. Et Sext. Empiric. *Pyrrhon. hypotheſ. l.* 1. *c.* 12.

Σωφρονισμοῖ] Vide qæ ex Avgvſtino adduximus ad *lib.* 2. § 3. ſed & eandem *de vera religione c.* 40.

Ἡδέως πως διασωίζεις] *eleganter factum eſſe*. Xyl. ut vel *ἀσείως* legerit, vel *ἡδέως* eodem ſenſu ceperit. Gloſſar. *Διασωίζομαι*, *conſtituo*, *inſtituo*. poteſt tamen iſtîc & in *commendandi* ſive *conciliandi* ſignificatu ſumi, qi τὸ σωίζειν ſolennis eſt. idqe ſecutus videtur Caſ. qum vertit, *in qo oblectamentum ac volupe aliqid offendat*.

Ὅσα γραφεῖς καὶ ἀνδριὰς μιμήμασι δεικνύουσι] Ariſtotel. *politic. l.* 1. *c.* 4. Τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι ποιῆσας, σημεῖον, τὸ συμβαίνον ἐπὶ τῶν ἔργων. ἃ γὰρ αὐτὰ λυπηρῶς ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἠκριβωμένας χαίρομεν θεωροῦντες· οἷον θηρίων τε μορφὰς τῶν ἀγριωτάτων, καὶ νεκρῶν. Plutarch. *de poet. leg. c.* 12. Γεγραμμένην σαῦρον ἢ πίθηκον ἢ Θρᾴττα φορέοντα ἐδόντες ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ᾽ ὡς ὅμοιον. Et mox: Τὸν βοῦν καὶ ἵππον ἀγαλμάτων ῥᾴζον καὶ διαλάτους κατόπιν ἀκούοντες, ἐκχλίνομεν καὶ συγκαίομεν ἂν ἤ τις πδυνῶς ταῦτα μαπᾶται, καθάπερ Παυσίαν τὸν ὠὸν, καὶ Θεόδωρος τὰς πορχιλίας, ἡδόμενα. καὶ νεκρὸν καὶ ἄνθρωπον καὶ ὕπνον, ὡς ἀντιπρὺς θάνατον φέροντα· τὸν δ᾽ Ἀειτροῦντος φιλοκτίτην, καὶ τὸν Σιληνὸν τὸν Ἰοκάσην ὁμιλίας φόβοις καὶ ἐκπλήξεσι πεποιημένους ὁρῶντες, χαίρομεν. Idem de his gemina habet *Sympoſ. l.* 5. *c.* 1.

Γραῦς καὶ γέροντος ἀνδρὸς πνα καὶ ἄβρυν] ſiqidem, præterqam qod de Agathone Evripides olim, ut Plut. in *Alcibiad.* & in *amator.* τῆς ἡλῶν καὶ τὸ μετόπωρον κάλλος eſt & in ipſa canitie ſpecioſum qiddam; qam idoirco non minùs eſſe ſenibus decori, qàm adoleſcentibus vires ornamento, teſtatur Rex ſapientiſſimus, *Parem. c.* 20. *v.* 29. qo loco pro viribus ſapientiam, qæ in ætate illa minùs viget, per-

peram ſubſtituerunt interpretes Græci, dum vertunt; Κόσμος ἡδίας, σοφία· δόξα ἢ πρεσβυτέρων, πολιαί. Nec omittendum Chryſippi illud, qi inter virtutis opera ponit, *lib. de Jove*, τὸ ἐσχατῶς ὑποφέρειν δυνατόν ἐστι χαλεπῶς· qaſi τὸ ἐπαφρόδιτον aliqid etiam iſtiuſmodi ſilicernii ineſſet. καὶ τὸ σωφρόνως δυνατὸν ἦν πρεσβύτην. qod certè majus qiddam meritò duci poſſet, qàm σώφρονα ὀφθαλμοῖς τοιαύτοις ὁρᾶν δυνατόν. Utrumqe refert Plut. *de Stoic. Contradict. c. 9. & de commun. notit. cap. 3.*

Τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον] M. Caſ. qare πᾶσιν legere volucrit, caviſſam nullam video. rectè Xyl. *puerorum, amori aptum, florem.* ſive, *qicqid in pueris conſpici poteſt*, qod in animis impudicis fœdum accendere poſſit amorem. opponitur enim τὸ φῶς παίδων ἐπαφρόδιτον, τῷ φῶς γεγόνων ὥρᾳ.

Σώφρονι ὀφθαλμοῖς] Sophocles in prætura Periclis collega cùm præterevntis pueri formam impenſiùs lavdâſſet, Pericles, Ὦ Σοφόκλεις, inqit, οὐ ταῖς χεῖρας μόνον δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν στρατηγόν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. Plut. *Pericl.* qod in *vitis Rhetorum* tamen Iſocrati ab eodem (ſi idem ſaltem eſt, qod ego nullus credo) tribuitur. id eſt, vertente Cicerone *offic. l. 1. At enim prætorem, Sophocles, decet, non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Et Valerio Max. latiùs diducente; *l. 4. c. 3. Prætoris non ſolùm manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.* qod καθαρὰς ὄψεις Plutarch. id σώφρονας ὀφθαλμοὺς noſter iſtic. qod oculos tales habere illi, id Stobæus, ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ. qi tamen τὸ τῆς σώφρονος vocabulum non omiſit prorſus. ità enim extulit *tom. 2. ſub tit. 17.* Ὦ Σοφόκλεις, τὸν σώφρονα στρατηγὸν οὐ μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ. Nam qod Eraſm. *l. 5. in Peric. apoph. 21. linguam continentem* reddit, non video, qâ ratione motus id fecerit. Opponuntur avtem iſtis à Petro *epiſt. 2. c. 2. v. 14.* ὀφθαλμοὶ μεστοὶ μοιχαλίδος. qales notat, veràtqe Dominus apud Matth. *c. 5. v. 28.* Scilicet ut Clemens Alex. *pædag. l. 3. c. 11.* Περὶ γὰρ παντὸς τοῦ σώματος ἁμαρτεῖν φασὶν οἱ ὀφθαλμοί. *Et impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.* Avg. *epiſt. 109.* videndus cum primis. Indè ſcitum illud Rhetoris cujuſdam, qi impudicum an impudentem qendam dixit, οὐ κόρας, ἀλλὰ πόρνας ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχειν. Plut. *de verecund.* Luſit nimirum à vocabuli vario ſignificatu, qod & *puellam*, & *pupillam oculi* deſignat: qomodo & Cynicus, qi Didymoni medico adulterii nomine infami virginis cujusdam oculum curanti, Ὄρα, inqit, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παιδὸς ἰατρεύων, τὸν κόρην φθείρῃς. Laërt. *lib. 6.* in *Diogene.*

Οὐ παντὶ πιθανὰ] *non cuivis credibilia.* interpres uterqe. malim, *non cuivis grata, gratiam*, de corem, venuſtatem, voluptatem ſuprà inculcaverat. πιθανὸν, *gratum, blandum, lepidum, elegans.* hujusmodi enim cum primis ſunt perſvaſoria. unde dictum Ariſtoteli, τὸ κόλλος παντὸς ὑπομόλιν συναπικώτερον. Laërt. *l. 5.* Grammaticus qidam à Budæo lavdarus; Πιθανὸν κόλλος, τὸ ἡδύ, καὶ τὸ τοῦ ὁρᾶν ἡδονὴν τεῖδον θαυμάζειν. Lucian. alicubi, πολὺ τὸ πιθανὸν καὶ ἐπαγωγὸν blanditiæ multum & illecebræ. Ariſtid. καλοὶ γὰρ ἔτοι κόσμοι καὶ μάλα πιθανοὶ τῷ πλήθει. *plebi grata.* Gregor. Naz. σιλλ. 1. Καὶ ἦν λίαν ἀνάνδρωπον αὐτῷ τὸ φιλάνδρωπον, καὶ τὸ πιθανὸν βίαιον. De Phæace Plut. in *Alcib.* Ἐυτδιλικὸς γὰρ ἦν καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δικαστὰς. *blandus magis ac conventibus privatis idoneus, qàm forenſia certamina poſis ſuſtincre.* de Alcibiade item. τῇ ἡδονῇ τῶν τραυλότητα ἐμπρέπειν, καὶ τῷ λόγῳ πιθανότητα παρασχεῖν, χάριν ἐπιτελοῦσαν. *linguæ bleſitatem decuiſſe ſatis, & gratiam haud injucundam ſermoni præbuiſſe.* Ità capiendum opinor illud Apoſtoli *ad Coloſ. c. 2. v. 4.* μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. *nè qis vos verbis blandis*, ſive *ſermonis blanditiâ ſeducat.* ut ſit idem ferè ἐν πιθανολογίᾳ παραλογιζεῖς qod διὰ χρησολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι eidem *ad Rom. c. 16. v. 18.* qanqam & ad dictionis elegantiam, & artificium rhetoricum referri poſſit: de qo Baſil. *in hexaem. orat. 3.* Ὅσῳ τὸ ἐν ταῖς σώφροσι κόλλος τῆς ἑπομένης πειθοῦς πρεσβύτερον· ποσῷτον καὶ φῶς ὑμετέρων λόγων πρὸς τὸν ἔξωθεν τὸ διάφορον. ὁι μὲν γὰρ κατεψασμένον τὸ πιθανὸν τοῖς λόγοις ἐπάγουσιν· ἐνταῦθα δὲ γυμνὴ τεχνασμάτων ἡ ἀλήθεια φέρεται. *Sublimitate ſermonum*, Vulg. interpres reddidit. *ſermone blando*, Bud. *fuco ſpecioſo rationis humanæ*, Vatabl. *ſermonis probabilitate*, Leo Jud. & Bezæ, qibus non repugnaverim prorsùs, qia πλεονεξία συμβόλων *verſ.* 2. præceſſerat. malim tamen *ſermone plauſibili*, avt *perſuaſibili.*

Καὶ τὰ ταύτης ἔργα] *Et omnia ejus opera.* M. Caſ. ac ſi eſſet, καὶ τὰ πάντα αὐτῆς ἔργα. qod non eſt neceſſe.

Περισσεῖται] leg. περισσεῖται· *multa ejuſmodi occurrent*: qod interpretes cùm non adverterent, clavſulam iſtam parùm commodè cum præcedentibus commiſerunt.

§ 3. Ἰατροκράτης] idem de medicis in genere. *l. 4. § 48.*

Πολλὰς νόσους ἰασάμενος] *qum multos ſanâſſet morbos.* Xyl. malim, *ſuſtuliſſet.* Celſ. *præfat. l. 1. qia non interſit, qid morbum faciat, ſed qid tollat.* Naſo *Ponti l. 1. eleg. 4.*

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.

Οἱ χαλδαῖοι] de prognoſtis gemina, *lib. 8. § 25.*

Ἀλέξανδρος καὶ Πομπήιος] de *regibus, imperatoribus, tyrannis* in genere iidem *l. 4. § 48. & lib. 6.*

l. 6. § 47. Basil. Cæs. in illud; *Attende tibi.* Περιελθὲ τὸν σεαυτὸν ἐν ταῖς ὁμοίαις ἁμαρτίαις ἐξεταδίνλας. πού δὲ τὰς πολλικὰς δωρεὰς πεπλεβληκότας; πού δὲ δυσμαχάτατος ῥήτορες; πῦ δὲ τὰς παμπύρους διαπονίσεις; ὁ λαμπρὸς ἱππεχρόφος; ὁ στρατηγός; ὁ σατράπης; ὁ τύραννος; ἢ πάντα κόνις; ἢ πάντα μῦθος; ἢ ἐν ὀλίγοις ὀστίοις τὰ μνημόσυνα τῆς ζωῆς αὐτῆς; Vide *l. 6. § 22.* Menander in *certamine cum Philistione an Philemone* à Jan. Rutgersio *var. lect. l. 4.* evulgato.

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅστις εἶ,
Ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήματ', ὡς ὁδοιπορεῖς.
Ἐνταῦθ' ἔνεστιν ὀστέα ἢ κάφη κόνις
Ἀνδρῶν βασιλέων, ἢ τυράννων, ἢ σοφῶν,
Καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει ἢ χρήμασιν,
Ἀνητῆ τε δόξῃ, ἢ κάλλει ἧς σωμάτων·
Καὶ ἰδὲν αὐτῆς ἧς δ' ἐπίκειται χέρνιψ.
Κοινὸν τὸν Ἅιδην ἔχον ὁ πάντες βροτοί.
Πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γίνωσκε σαυτὸν, ὅστις εἶ.
Novisse si vis, qualis aut qui sis nam fies;
Hominum sepulcra, quæ secus viam, inspice.
His ossa, pulvis atq; inanis clauditur,
Regum, tyrannorum, & virûm sapientium,
Superbientûmque opibus & propagine,
Suâque gloriâ, atque formâ corporum.
Communis est dis omnibus mortalibus.
Hæc intuendo discito qualis sies.

Cur autem ἧς σωμάτων *corporum* αὐτολεξεὶ malim quàm *corporis* cum Rutgersio & Grotio reddere, discas licet ex *annotatis ad l. 1. § 16.* περὶ σωμάτων ὤρας. certè antithesis illa inter αὐτῆς δόξαν, & ἧς σωμάτων κάλλους, sensum eum quem ibi posui, exigere videtur. alioqui per metri rationem nihil obstabat, quo minùs tam τῦ σώματος quàm ἧς σωμάτων dicere potuisset. Ὅλας πόλεις ἀρδλωι τοσαυτάκις ἀνελόντες, ἢ πολλὰς μυριάδας καλαφλαντες.]

Ἡράκλειτος] de *philosophis* in genere patiter *l. 4. § 48. & l. 6. § 47. & l. 7. § 19. & l. 8. § 25.*

Περὶ τῆς τῦ κόσμυ ἐκπυρώσεως] Ità Laërt. *l. 9.* ex Heraclidi sententia, Ἵνα δὴ τὸν κόσμον, γινέσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατὰ τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. Ab Heraclito forsan Stoici. Vide Lips. *Physiolog. Stoic. l. 2. c. 22, 23.* nec nostri dissentiunt, nisi quòd *conflagrationem unicam* duntaxat agnoscant. Vide Petr. *ep. 2. c. 3. v. 7, 10, 12.* & quæ congessimus in *Orat. de Noæ obedientia in Hebr. c. 11. v. 7.*

Ὕδατος τὸ ἄπτος πληρωθὲις] festivè; hominem qui *de mundo igne absumendo* primus dogma protulerit, ipsum *aquâ* interiùs *inundante oppletum*, diem extremum obiisse. *Aquâ oppletum* certè obiisse consentiunt plerique, ab aqua, quâ oppletus sit, non desunt qui negent. Siquidem, ut Laërt. *l. 9.* refert, pleriq; aquâ intercute cùm laboraret, à medicis aiunt quæsiviſſe, εἰ δώσει τις ἐπομβρίαν αὐχμὸν παῦσαι, tum ex *diluvio* ficticium *inducere possent.* Atq; ità Plut. in *præcept. salubr.* quod cùm illi qid vellet non intelligerent, in boum stabulum condidisse se fimo circumqaqe obrutum, qo humorem, si id fieri posset, evaporaret. id cùm nevtiqam succederet, à morbo interiisse. Hermippus verò medicos percontatum esse, *numqis eorum compressis intestinis humorem educere valeret.* qod fieri posse negantibus, ad solem stercore bubulo oblitum, vel obrutum potiùs, ipsum se exposuisse. ità decumbentem, ab exiccato induratóqe fimo convulsis artubus diem obiisse, Tatianus; à canibus dilaceratum esse tradit Neanthes. Cæterùm Hippobotus & Aristo etiam, referente Sotione, hydrope curatâ, superstitem, alio nescio qo morbo interiisse, in scriptis suis sunt testati.

Δημόκριτον δ' οἱ φθεῖρες] Atqi Laërt. *l. 9.* ex Hermippo, senio confectum duntaxat obiisse, cùm animâ penè defectâ panis è furno calidi vapore per triduum in vita se continuisset, qo Cerealibus superstes esset. de pediculis nè qὺ qidem. cùm tamen *l 1.* Pherecidem juxta qosdam morbo fœdo hoc periisse: qod cùm epistola ipsius ad Thaletem data, tum & Aristoteles confirmat *hist. animal. l. 5. c. 31. & l. 3.* ex Philone & Myroniano de Platone idem retulerit, unde *Platonis pediculi*, in proverbium abierint. de aliis qi pari fato defuncti sint Plin. *hist. nat. l. 11. c. 33.* & alii. de Democrito nusqam legisse memini. Lucretius etiam contrà *l. 3.* & ex Lucretio Lactant. *institut. l. 3. c. 18.*

Denique Democritum post quam matura vetustas
Admonuit memorem motus languescere mentis,
Sponte suâ leto caput obvius obtulit ipse.

dóqe eodem Anton. *meliss. l. 1. c. 58.* (qo avtore tamen, nescio) ὅτι νοσήσας ἢ λιθιάσῃ φρικτῶν, ὡς αἰνήνψεν, ἐδίν με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλοζωία, ἢ ἐξήγαγε ἑαυτὸν τοῦ βίυ. Quæ cum Laërtii narratione haud planè conveniunt. Cæterùm etiamsi diversa à se invicem de Democriti obitu tradant avtores isti, at à Marco istic omnes dissentiunt.

Σωκράτην δ' ἄλλοι φθεῖρες] *Falsum est*; inqit Xyl. itaque substituit, *historiam* (uti ait) *secutus*, *Socratem cicuta absumpsit.* Verùm illud, ἄλλοι, Xylandrum monere poterat, de *aliusmodi pediculis* Marcum locutum, qi philosophum illum sustulerint. Anytum mirum ni & Melitum voluerit; quos *pediculos* non absurdè nominat, quasi animalcula vilissima, nulli prorsus usui, nisi hominibus infestandis & conficiendis. Nec abludit qod Epictetus *l. 2. c. 9.* Οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσὶν· οἱ δὲ θηρίδια κακὰ καὶ δυσκίνητα καὶ μικρά, ἀφ' ὧν δεῖ εἰσπεῖν, λέων με καὶ φαγέτω. Tyrannos & militares viros *leonibus, lupis*, animantibus feris, sed generosioribus avt robustioribus confert; sycophantas, delatores, & id genus hominum, *animalculis vilissimis*, sed noxiis, cujusmodi sunt *viperæ, vermiculi*, &c. De lenonibus paria Plavtus *Curcul. act. 4. sc. 2.*

Item:

Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo,
Viri muſcæ, culicésque, pedésque, pulicésque.
Odio & malo & moleſtiæ; bono uſui eſtis nulli.
Ubi *pedes* pro *pediculis*, quod & Non. Marcellus ità alibi uſurpatum monuit. Sed & de paraſitis atqui adulatoribus feſtivè admodum Anaxilaus apud Athenæum *l.* 6.

Ἐισὶν γ' κόλακες ὥσπ' ἐχόντων ὑπάς
Σκώληκες· εἰς ὃν ἄγχιστον ἀνθρώπων τρόπον
Εἰσδὺς ἕκας & ἐσθίει καθήμενος,
Ἕως ἂν, ὥσπερ πυρὸν, ἐπιδείξῃ χανόν.
Ἔπειθ' ὁ μὲν λέμμ' ὄζων· ὁ δ' ἑτέρως δάκνει.
Adulatores, quos adulans, divitum
Sunt veluti vermes. namque in hominem ſimplicem
Seſe inſinuando, huic aſſidentes exedunt,
Triticeum ut granum, donec vacuefecerint.
Ità hic jam gluma eſt: ille alios admordicat.

Ἐράσῃς, ἁλόσας, κατήχθης· ἐκπέπλει] *Navigationi vitam* confert: (quâ imagine uſus eſt & Epictetus *Enchir. c.* 7. exhibendus *infrà ad* § 5. ſed aliâ ratione) *mortem portui.* quomodo & Plut *de tranquill.* Ἐγὼ μὲν ὁ λιμὼν, κ' τόρεσιν ἀνύσαντος τῶν σώματος, ὥσπερ ἐφολκὶς μὴ σύρομαι. Juncus itidem *lib. de ſenect.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 113. Δοκεῖ δέμοι ἀκέπτε & αὐτῷ (ὅ, τι γέγον ἀπόθανών, κ' ὁ νέος) ἐοικέναι τοῖς ἀγωνιζομένοις δρόμον, ἢ τοῖς πλέουσι· κ' ὁ μὲν διελθὼν τὸ μέγα πέλαγος, ὅσον ἦν) λέγω τὸν βίον, κατάρας ἐπί τινα λιμένα, τῷ κυβερνήτῃ χαλάσαι & ἀπίδῃ τῆς νέως· ἢ τι διαφυσιάμενος ἐν τῷ σαλεύειν, κ' τῷ σφοδρὸν τυχὸν, ἀποτέτρεται πρὸς ἀγῶνα. ὁδ' ἕτερος ἐν μέσῳ τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης διεφθάρη, μὴ διελθὼν τὸν προκείμενον αὐτῷ πλοῦν, ὑπὲρ ᾧ πολλάκις εὔξατο. ἅπαν γὰρ ἔχων ἐν τῷ σαλεύειν, κάλαμινον, ἀστρόβολος ἐξεκομίσθη. Et Junco ſaniùs Seneca *epiſt* 70. *Novissimè incipit oſtendi publicus finis generis humani. Scopulum eſſe illum putamus, dementissimi? portus eſt, aliquando petendus, nunquam recuſandus. in quem ſi quis intra primos annos delatus eſt, non magis queri debet, quàm qui citò navigavit. alium enim, ut ſcis, venti ſegnes ludunt ac desinentes, & tranquillitatis lentissimæ tædio laſſant. alium pertinax flatus celeberrimè perfert. alios vita velociſſimè adduxit, qà veniendum erat etiam cunctantibus: alios maceravit & coxit.* Vide eund. *ad Polyb. c.* 28.

Ἐράσῃς] ἐμβαίνειν, *navem conſcendere.* Apud Svidam aytor innominatus; Ἐράσῃ γ' ἐαῦν ἐπιβῆναι τοῖς ἑτέροις. Liban. *orat.* 11. Ὥστε τὰ μὲν ἀναπεδίσαντες, (f. ἀναπεύσαντες) τὰ δ' ἀναπλαγήσαντες, ἐπέβαινον εἰς τὰς ναῦς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυπρίων τὰ παλαιὰ μὲν ὡς νεωρὰ φερόμενοι· τὰ δ' ἀρὶ δεξάμενα πλοῦ τάχιον ἐν τῇ δίξῃ σφ' ἀρχαίων ἀφέντες. *ut partim accelerando, partim reſtituendo, evexerint ad naves, &c.* Monell. imò, *ut hiſce revulſis, illis ſubſtitutis. naves conſcenderint.* de ſimulacris loqitur per fravdem ſubrepsis.

Εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον] Ità de ſtatu animarum poſt mortem ambigendo paſſim Marcus ſermonem inſtituit. Vide *ad l.* 4. § 14. & *l.* 7. § 32. Sed & Plut. *ad Apollon. pag.* 190. qem, qia prolixior eſt in hoc argumento, tranſcribere piget. Sen. *epiſt.* 71. *Aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquillúsque inter divina manſurus: aut certè ſine ullo futurus incommodo, naturæ ſuæ remiſcebitur, & revertetur in totum.*

Παύσῃ πόνων] Gemina his habes *l.* 6. § 28. Θάνατος πόνων λύσις· ἀλλὰ κ' κακῶν. unde τελευτὴ λυσίπονος Pindaro dicta. Plut. *ad Apollon.* & *ibid.*

Ἄλγος γὰρ ὄντως οὐδὲν ἄπλετον νεκρῶν.
Nam morte functos nullus attingit dolor.

quod Æſchylo tribuit Stob. *tom.* 2. *tit.* 121. & Sophocl. *Trachin.*

Τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίγνεται.
Nam morte functos nullus aſſequitur labor.

Lucret. *l.* 3.

Tu quidem, ut es lecto ſopitus, ſic eris ævi
Quod ſuperest, cunctis privatus doloribus ægris.

Senec. *epiſt.* 24. *Moriar? hoc dicis, Definam ægrotare poſſe; definam alligari poſſe; definam mori poſſe.* Cæſar apud Saluſt. in *Catilin. Mortem arumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſolvere: ultrà neque curæ, neque gaudio locum eſſe.*

Καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος] πόνων κ' ἡδονῶν ἀνέχεσθε, *dolores voluptatésque ſuſtinere.* qaſi non ſit minor moleſtia iſtis, qàm illis diſtineri. Certè qo modo Terentiana illa parturiens, *Adelph.* 3. 4.

——*Miseram me, differor doloribus:*

eodem planè Plavtinus adoleſcens, gavdii prægnans, *Trucul.* 4. 1.

——*ut ego lætus ſum, & lætitiâ differor!*

diſertè Seneca *epiſt.* 39. *Quis hoſtis in quemqam tam contumelioſus fuit, qàm in quosdam voluptates ſuæ ſunt? quorum impotentiæ atque inſanæ libidini ob hoc unum poſſis ignoſcere, quod quæ fecere, patiuntur.* Celebre eſt Antiſthenis illud, Μανείην μᾶλλον, ἢ ἡδεῖν. *Inſanire dicit potiùs, qàm voluptate affici.* Robert. Lucrt. *l.* 5. & Sext. *commont. l.* 10. *c.* 2. & *Pyrrhon. hypotheſ. lib.* 3. *c.* 25. Hinc Clemens *Strom. l.* 5. & ex Clem. Euſeb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. Ἀντιδένης γ' μανῆναι μᾶλλον, ἢ ἡσθῆναι ἀπεφήνατο. Et ab eadem mente Senec. *epiſt.* 82. *Malè tibi eſſe malo, qàm molliter.* Sophocles itaqi jam ſenex, cùm ab eo quæreretur, num rebus Veneris adhuc uteretur, Εὐφήμει, inqit, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατά μοὺ καὶ αὐτὸ ἐπέφυγον, ὥσπερ λυσσῶντά τινα κ' ἄγριον δεσπότην ἀνοφυγών. Bona verba, mi homo: libentiſſimè iſtinc, tanqam à domino agreſti ac furioſo profugi. Plato *Potis. l.* 1. Cicer. *de ſenect.* Val. Max. *l.* 4. *c.* 3.

c. 3. Plut. *de avarit.* & *de ſene polit.* Clemens *pædag. l.* 2. *c.* 10. Stob. *tom.* 2. *tit.* 113. ubi videnda etiam Junci de eodem argumento diſſertatio. Quod autem ille ſenectuti beneficium tribuit, morti Marcus hîc, & qidem meritò magis, adſcribit. Spectat horſum Cratetis feſtivum illud, qod Laërt. *l.* 5. & Svid. in *Crat.* exhibent.

Ἔρωτα παύει λιμὸς· εἰ δ' μὴ, χείρων·
Ἐὰν δ' τύτοις μὴ δυῶν χρῆσθε, βρόχος·

Fames amorem ſedat; aut ſaltem dies:
Si non medentur iſta, idem laqueus facit.

Λατρεύειν τοσύτῳ χρόνῳ] Plut. *ad Apollon.* Ὁ μετηλλαχὼς θειότερον βίον μετείληφεν, ἀπαλλαγεὶς τῆς τῦ σώματος λατρείας, καὶ δῆλον ἀπεργάζεται τύτο φρονήσεων καὶ συμφορᾶν. Et *ibid.* Τὸ γὰρ μὴ δεδεμένῃ σαρκὶ καὶ πᾶσι παθήσει ταύτης διάγειν, ὑφ' ὧν κατατακήσομαι· ὁ τῆς τῆς ζωῆς ἀναπίμπλατο φλυαρίας, εὐδαιμόνων τι καὶ μακρίων. qo loco & ex Platonis *Phædone*, ἀσχολίας καὶ φλυαρίας recenſet varias, qibus ſervitii hujus ratione obnoxia ſit anima. Cujus illud inter alia: Μυρίας ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα. Vide Senec. *epiſt.* 65. *ſupr. ad l.* 2. § 2. vide & *infr. l.* 6. § 28. Sed & Gregor. Naz. *ad l.* 2. § 1. τῷ χείρονι συνδεδῆσθαι. & Tertull. *ad l.* 7. § 66. Hinc qerulæ voces illæ gorundam apud Epictetum *diſſert. l.* 1. *c.* 9. ἐκπεπνεύκαμεν μὲν τῷ σωματίῳ τύτῳ δεδεμένοι, καὶ τοῦτο πεφορτισμένοι, καὶ παίζοντες, καὶ ἀναπαύοντες, καὶ καθαιρόντες, εἶτα δ' αὖτο συμπεφορημένοι πάλιν καὶ πάλιν. Ipſe apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 119. Θαυμαστὴ ἡ φύσις, καὶ, ὡς φησι Ξενοφῶν, φιλόζωον. τὸ γὰρ σῶμα, τὸ πάντων ἀνδράσιν καὶ ῥυπαρώτατον, σέργομεν καὶ περιβάλλομεν. Εἰ γὰρ ἔδει πάντα μόνας ἡμέρας διαπρεπύσαι τὸ τῆ γενόμενον σῶμα, ὐκ ἂν ἀνεμείναμεν. θεὸς γὰρ δίον ὅτι, ἔωθεν ἀναζάντας, πρίσθαι πρὸ ὀθόνας πρὸ ἀλλοτρίας, καὶ τι ἧττον ἀναγκαῖον ποιήσαντας, ἁπανίζειν ἐπείνα τὰ μύρια. τῷ ὄντι θαυμαστόν ἐστι φιλεῖν πρᾶγμα, ᾧ τοσαῦτα λειτυργῶμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. νάπῃ τινὶ τὸν δύλακα· εἶτα κενῷ. τί τύτε βαρύτερον; ἀλλὰ δεῖ με ὑπηρετεῖν. διὰ τῦτο μύσω, καὶ ἀνέχομαι λύων τὸ λύσιτον τῦτο σωμάτιον, χορτάζων, σκέπων· ἕως αὐτὸς εἴπῃ, Ἄρες αὐτὸ ἤδη, καὶ μηκέτι πρᾶγμα ἔχε. ubi νάπῃ Gelnerus vertit, *ſarcio.* cùm *farcio* potiùs debuiſſet. hoc eſt enim, non illud, licèt uſitatum minùs, τὸ νάπτω, qod & τὸ πάττω, infercio. Sed & iſtud forſan avtor ipſe uſurpaverit.

Τῷ ἀγγείῳ] corpus ἀγγεῖον ſive *vaſculum* appellat, qomodo σκεῦος Apoſtolus *ad Theſſal. epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 4. Neqe enim Eſtio noſtro *in decalog. leg.* 7. accedo, qi τὸ σκεῦος ſive *vas* vult eo ſenſu ibi accipi, qo apud Comicum ſumitur, in *Pœnul. act.* 4. *ſcen.* 2. ubi Milphio:

Facio qod manifeſtò mæchi hæud fermè ſolent.
--refero vaſa ſalva.--

Ità *anima vas, corpus*, Lucretio *l.* 3.

--corpus, qod vas qaſi conſtitit ejus.

Cicer. *Tuſc. l.* 1. *Corpus eſt qaſi vas animi, aut aliqod receptaculum.* Idémqe *Lactant. l.* 7. *c.* 12. Vide & *l.* 10. § 38. & *l.* 12. § 2. M. Caſ. *domicilium* ſive *caſam* vertit; qod à Marci ſchemate longiuſculè abſcedit.

Ἡ φείσεται τὸ ὑπηρετῆν] Xyl. *qinetiam qod ſervit, id ſupererit.* Verùm hoc Marcus hîc non aſſerit. in priore membro tanqam incertum poſuit. in poſteriore, qaſi non ſupereſſe dato, qid futurum tunc ſit, differit. Locus eſt proculdubiò perperam habitus. Legendum opinor vel, ἃ φείσεται, *qo illud qod inſervit præſtantius eſt:* vel, ἢ [ἃ] φείσεται τὸ ὑπηρετῆν; *anon præſtantius eſt id qod inſerviit?* firmare videntur, qæ ſequntur. Senec. *epiſt.* 65. *Major ſum, & ad majora genitus, qàm ut mancipium ſim meî corporis: qod eqidem non aliter aſpicio, qàm vinculum aliqod libertati meæ circumdatum.* Vide & *infr. l.* 5. § 21. & *l.* 11. § 19. Verùm D. Boot. mavult, ὃ φῶ δεῖ τὸ ὑπηρετεῖν & exponit, *qod inſervire debet.* ut τὸ λατρεύειν animo, τὸ ὑπηρετεῖν corpori adſcribatur. M. Caſavb. ὅσῳ φείσεται τὸ ὑπηρετῆν, *deſines vaſculo inſervire tantò deteriori, qantò id qod inſervit præſtantius exiſtit.* At clariſſ. Salmaſ. hæc mutilata ſuſpicatur; cùm in avtore iſto diſjunctivum ἢ non reperiatur, qin præcedat ἤτοι. ex inſequentibus itaqe ſententiâ ſupplerâ, locum totum ſic reconcinnat, ἤτοι γὰρ ἄλλο ἔργον τέρπει, ὅπερ ἂν μὴ τῷδε ἀναφορᾷ ὁπῇ τι κοινωφελὲς ποιῇ ἢ φείσεται τὸ ὑπηρετῆν· *aut aliud qod agas, non habes, cùm relationem non facis ad aliqid in commune profuturum; aut qod ſervire debet in te dominatur.* φείσεται τὸ ὑπηρετῆν, *ſuperiores fert, ſuperat.* Grammatici φείσεσθαι φειδωλοὺς interpretantur. unde φείσεσθαι τῆς πόλεως. & φειστὸς, φειδωλότατος. Incertus avtor apud Svidam; ὅτι ἕτερος φειδέστερος χρημάτων καὶ ἀμάχθ παντάπασι. Accederem libens, niſi obſtaret, qod de animæ ſtatu poſt mortem ſermo inſtituatur. itaqe ἐπέχω, animúsqe inclinat potiùs ad ſententiam D. Bootii, ſi liberiùs refingendi detur licentia, ut legatur, ὃ φῶ εἰκὸς ὑπηρετεῖν· *qod inſervire æqum eſſet.* viderint alii.

Νῦς καὶ λόγος] Vide *ſupra ad l.* 2. § 13.

Ἵνα καὶ λύσῃ] Vide *ad lib.* 2. § 2.

§ 4. Ἐν ταῖς σοῖ ἑτέρων φαυλοτησιν] Curioſitatem coercet. ut *ſupr. l.* 2. § 8, 13.

Ἤτοι γὰρ ἄλλο ἔργον τέρπει — πιθὶ ἀπορρέμβεσθαι ἢ τῇ ἰδίᾳ ἡγεμονικῇ παρατηρήσει] lego: ἢ τοι γὰρ ἄλλο ἔργον τήρησις, vel ἢ γὰρ τῇ ἄλλο ἔργον τήρησις. qanqam vir eruditus, qod ſuprà monuimus, antegreſſis iſta interſerit. At D. Bootius pro ἤτοι vult ἤδη legi. *dehortatur*, inqit, *ab inqiſitione in alienos mores. poteras aliqìn qærere, qid in eo mali? occurrit, damnum eſſe præſentaneum; qia jam, eodem videlicet temporis ſpatio qo id fatìs, privaris ſive impedi-*

ris

rùs ab alio opere. qoi autem opus id sit, mox declarat, ἡ τῆς ἰδίας ἡγεμονικῆς παρατήρησις. Verùm de istis aliorum judicium esto.

Τυτίσι, φαντάζόμθ] σολοικοφανὲς sive ἀναλλήλιον, ϗ ἀνακόλεθον esse videtur; qod locutionis genus apud avtores etiam celebriores occurrit qandoqe, atqe in hoc qasi tumultuario & αὐτοσχεδιαστικῷ scribendi genere jure veniam mereatur: in pagina Stoica præsertim; cùm his Chrysippus *de rhetor. l.* 1. permiserit, avtore Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 25. ϗ σολοικισμὸς, ἐφ' ὃις ἄλλοι ἐν ἀκροατηρίοις οὐκ ἐλίγοι, *etiam Solœcismos eos admittere in scriptis suis, qorum alios haud paucos dispudaret.* Verùm sic Homer. *Il. β'. v.* 350.

Φημὶ γὰρ ἔν κε Λακεδαίμονι καρηκομόωντι Κρησίων, &c.

Ἀσφάλειον ὀρθότητι, ἐκείνοις σημαίνων φαίνον. Et ibi Evstath. ex Evripide

Πάλαι δέ σ' ἐξερωτῶσα θέλων
Σχολὴ μ' ἀπεῖργε.— & — πολλὰ δ'
Πάλαι προκόψασ', ὥ πόνι πολλῶ με δεῖ.

Terent. *Eunuch. act.* 5.

P. *Cur ergò in his ego te conspicor regionibus?*

T. *Vobis fretus.*— Idémqe

Nos omnes, qibus est alicunde objectus labor,
Omne qod est interea tempus, priusqam id rescitum est, lucro est.

Hujusmodi videntur esse in sacra pagina, illud Lucæ *Evang. c.* 22. *v.* 20. Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Illud item Joannis *Apoc. c.* 1. *v.* 5. Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, &c. & mox. τῷ ἀγαπήσαντι, ϗ λύσαντι ἡμᾶς, ϗ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς ϗ ἱερεῖς. Sed & illud ejusdem *Evang. c.* 1. *v.* 14. Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος ϗ ἀληθείας. de qo tamen loco Beza videatur, qi prius membrum παρένθετον facit; & Heinsius ad Nonnum, qi cum Theophylacto πλήρη legit. Illud etiam Pavli *ad Colosс. c.* 3. *v.* 16. Ὁ λόγος τοῦ χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, διδάσκοντες ϗ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, &c. Syntaxin deniqe huic geminam habes & *l.* 4. § 48. ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, ὁ μὲν τοῦτον κηλίδωσας, &c. & *l.* 8. § 31. Ἀυλὴ Ἀυγέσυ, γυνὴ, θυγάτερ— ὅλης αὐλῆς θάνατος. Verùm potest istîc, non parenthesis ab avtore, sed metathesis sive transpositio ab excriptore, subesse. atqe in hanc demum ipse partem propendeo; totámqe periochen ità existimo & esse concipiendam, & à Marco ipso fuisse conceptam: Μὴ καταξίωσ τὸ ὑπολιπόμενον τοῦ βίυ μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαυλοσίαις τυτίσι, φαντάζόμθ τί ὁ δεῖνα πράττει, ϗ τίνος ἕνεκεν, ϗ τί λέγει, ϗ τί ἐνθυμεῖται, ϗ τί τεχνάζεται, ϗ ὅσα τοιαῦτα. ἡ γὰρ τοῦ ἄλλα ὁρᾶν πήρωσις, πολὺ ἀποῤῥέμβεσθ τῆς τοῦ ἰδίυ ἡγεμονικῆ παρατηρήσεως. Ità concepto, tam in proclivi sunt omnia, qàm est imber cùm pluit.

Ποιεῖ ἀποῤῥέμβεσθ] Ità *l.* 4. § 22. μὴ ἀποῤῥέμβεσθ. Vide *ad l.* 2. § 7.

Τὸ εἰκῆ ϗ μάτην] Vide *l.* 2. § 16.

Ἐν τῷ εἱεμῷ τῆς φαυλοσιῶν] *in cogitationum serie.* ubi scil. cogitatio cogitationem serit: prout usu venire solet.

Plutarch. *ad præfect. indoct.* ἔστι γὰρ πλεονάκις ὄζειν ὀρθὸν, ἤπερ διδάσκειν ἀγνοοῦντας. Neque enim aut exigere alios idoneus est, qi ipse cadit, aut docere, qi ipse nescit. Vide *ad l.* 1. § 15. Svid. Ὀρθὸς λόγος ἡ ἀρετή. Μάκρος. Ὀρθὸν δ' (scil. δεῖ) εἶναι μὴ ὀρθούμενον. Verùm sapiens istic jam nominatus & deinceps nominandus, non sine grati animi significatione, D. Bodæ. aliorum hanc accipit. *Esset*, inquit, *plus quàm stoica rigiditas, ἀναμαρτήτους exigere à sectatoribus sapientia, cum illa non-nisi ipsis sapientibus competat. deinde si ibi ipse contradiceret, ut qi passim monet à peccatis quidem arcendum esse omni cura & diligentiâ; sin in aliqa prolabaris, resurgendum esse, & meliora monstranti obtemperandum.* Vide *l.* 4. § 12. & *l.* 5. § 9, 10, & *l.* 6. § 11, 21. & *l.* 8. § 16. *Qin & l.* 7. § 12. *iisdem verbis, qæ hîc difficultatem pariunt, sed sensu diverso,* Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος. *Sensus itaque, ni fallar, hic est.* Ὀρθὸς *inter alia valet, quod* Latinis *erectus* vel *surrectus* τὸ ἰσόρροπον ἔχον βλέπον, καὶ μὴ ἐγκεκυφὸς, ὃν

Græci Grammatici exponunt. Ità Xenoph. in *Sympos.* Μετὰ ἡ τοῦτο κύκλῳ εἰσηνέχθη πεῖραμος ξηρῶν ὀρθῶν. Theophr. *l. 5. de caus. c. 4.* μᾶλλον τομιλὺ, ὅταν ὀρθὰ φαθῇ, πολὺ ὕδωρ ἀφίησι. Lucian. ἀφὲ ἡμῖν ἐπὶ μιᾶς σωώντων, μηδ' ὅτου ηὐδίζης ἔχων ὀρθῶς. Vult igitur Marcus, *è disciplinæ suæ placitis, ut rectus insistas, idque per te, ità ut externis veluti fulcris non indigeas: alioqui fore, ut semper versaris in metu ruinæ, videlicet fulcris illis (honore, divitiis, liberis, &c.) in quæ te inclinabas, ac quibus te probè suffultum putabas, subductis; quod facillimè ac multis occasionibus fieri potest.* igitur hæc verba nihil aliud volunt, quàm illud tritissimum Stoicorum dogma, *Viro sapienti debere omnem felicitatem intra sese repositam esse, ità ut non pendeat à rebus externis, extra ipsius potestatem sitis.* Itaque sic interpretor, *Oportet ut stes erectus, non ut erectus venearis ab aliis.* Vide Platon. in *Menex.* supr. *ad* § 2. § 11. Marcus ipse *l. 7. § 2.* Τοῦτο πάθε, ἡ ὀρθὸς εἶ. favent huic interpretationi, & integrella illa, τὸ ἀπερισπάστως τὴν ἑξοῦσαν ἀνατρέπειν, &c. quibus adjungi possunt & Epicteti illa, *l. 3. c. 24.* Ταῦτα ἔχων ἀεὶ ἐν χερσὶ, καὶ πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἀφύλακτος πώποτε λήσῃ τῷ παραμυθουμένῳ ἐπιφωνήσας. Ità fuerit, sed à corpore ad animum traductum, quod de se Umbricius apud Satyricum *sic.* 3.

pedibus me
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.

§. 6. Ἐι μὴ πρέπτον ἐνείναις] Ità Epictet. *lib. 4. c. 9.* Ἐι τινα ἄλλα πάντων μείζονα ζητεῖς, πίει ἃ πάντες.

Ἀρκοῦσ ἑαυτῇ] *supra* § 5. teste nullo, ope operâve nullâ indigens. Vide *l. 9. § 26.*

Καὶ ἐν τῇ εἰμαρμένῃ] Vide an non [ἐν] illud inducendum sit: ut sententia sic procedat, ἀρκοῦσ ἑαυτῇ, in eis quæ rationis ope administrantur, καὶ τῇ εἰμαρμένῃ, in eis quæ ἀπερισπάστως coniunguntur vel decernuntur potiùs.

Τῇ δοθείσῃ ἐυστοχίᾳ ἀπόλαυε] Ità *l. 12. § 29.* dixit ἀπολαύειν τῇ ζωῇ. Sensuum prægnans dictio. Est enim ἀπολαύειν, sive *frui*, cum oblectatione quadam in re adepta prorsus acquiescere. Ideo *mediis uti, sine frui* dicimur. indè tritum illud in schola Theologica, *peccatum in hos omne consistere, quòd non fruimur tantùm, aut utimur fruendis.* Videatur Augustin. *de doctrin. Christ. l. 1. c. 22, 32, 33.* Et *de Trin. l. 9. c. 8. & l. 10. c. 10, 11. & 13. quæst.* 30. Petr. Lombard. *sent. l. 1. dist. 1.* & Thom. Aquin. *sum. part. 1. 2. quæst. 11. art. 3, 4.* Verùm Marco ipso nemo melius τὸ ἀπολαύειν istud nobis explicaverit. Is *l. 10. § 32.* ἀπόλαυσον, inquit, δεῖ ἀπολαμβάνειν, ὧν ὁ ἕξις κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐνδέχεται· ἀπόλαυσιν sive *fruitionem oportet ducere, quicquid secundùm naturam suam excepit datur.* hoc autem quomodo fiat, ibidem docet. nempe, cùm eo loco illa nobis sunt, ἃ ἐν τοῖς ἡδυπαθοῦσιν ἡ ἀγυιὰ, quo *delitiæ & luxus sunt hominibus voluptati dediti*, qui in ea nimirum summum bonum statuunt; & quorum vita βίος ἀπολαυστικὸς dicitur Aristoteli *Ethic. Nicom. l. 1. c. 5. & Eudem. l. 1. c. 4.* & ipsi ἀπολαυστικοὶ. *ibid. lib. 2. c. 4.* quo sensu & ἀπολαυστικὰ φαντάσματα, *suprà* § 4. quæ ἡδυπαθῆ *ibidem.* Senec. *de benef. l. 4. c. 13. Viri officium est, inter alia, & beneficium dare. quæ ergò dari nè non det, (q. d.* nè officio suo desit) *nè occasionem benefaciendi perdat. vobis voluptas est, inerti otio assuefacere corpusculum, & securitatem soporis similliman appetere, & sub densa umbra latitare, tenerrimisque cogitationibus, quæ tranquillitatem vocatis, animi marcentia oblectare corporem, & cibis potionibusque intra bortorum latebram corpora ignaviâ pallentia saginare: nobis voluptas est dare beneficia, vel laboriosa, dum aliorum labores levent; vel periculosa, dum alios è periculis extrahant; vel rationes nostras aggravatura, dum aliorum necessitates & angustias lexent.*

Ἐι δὴ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται] quod Flacc. *l. 1. ep. 12.* — *si cuncta prius una virtute minora.*

Τῇ ἐνδημούσῃ ἐν σοὶ δαίμονι] Vide *lib. 2. § 13.*

Τὰς φαντασίας ἐξετάζοντες] Explicat, quod suprà dixerat § 5. μὴτε ἀνεξέτασος. Epictet. *l. 3. c. 12.* Ὡς γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγε, ἀνεξέτασον βίον μὴ ζῆν· ἕτως ἀνεξέτασον φαντασίαν μὴ παραδέχεσθαι· ἀλλὰ λέγειν, ἐκλέξαι, ἄρτις, ἰδὼ πόθεν ἡ πρόδηλος ὁρμὴ· ἀσὺ ὁ συλλογιστικὸς, δεῖξόν μοι τὸ συμπέρασμα· ἔχεις τὸ παρὰ τῆς φύσεως σύμβολον, ὃ δεῖ πρὸς παρεμπεσοῦσιν ἔχειν φαντασίαις; Cæterùm etiam supra miraculum omne cautionem ἀκριβεστέραν idem proponit, *l. 3. c. 2.* ἴσα μηδ' ὑπὸ λύπης τινὸς ἀνεξέτασος παρελθοῦσι φαντασίαις, μηδ' ὑπ' ἡδονῆς, μηδὲ μελαγχολῶντες. quæ & eadem ferè habet *l. 2. c. 17.* quo loco, nec immeritò, istud posceati succlamat, Σὺ θεὸς εἶ, ὦ ἄνθρωπε· σὺ μεγάλας ἔχεις ὁμβολάς. neque enim reverâ natura humana ferat ista; sed nec divina patitur.

Τῶν αἰδημόνων πάντων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγε, ἑαυτὸν ἀφιλοκινδύνως] πάντων Suidas πλὴν ἀναίδη, id est, *audelam, fusionem* interpretatur. atque ità Xyl. istic accepit, & *perfusionem* reddidit. Verùm πάντων, pro *morbo, affectu*, sive *perpessione* quavis corporeâ, haud infrequens deprehenditur in medicorum aliorúmque etiam scripris. Hippocrat. *de loc. in hom.* εἰ τις βάλοιτο τῷ σώματος ἀπαλωτέρῳ μέρει κατὰ πάντων τὸ σμικρότατον, πᾶν τὸ σῶμα αἰδήσεται πλὴν πάσιος, ὁποίη ἂν τις ἦ. Galen. *de Sect. optim. c. 10. § 18.* ὁπὶ ἥπατος πάσιν, ἢ ὁπὶ σπληνὸς πάσιν. *in hepatis & splenis affectibus:* sive, *in hepate atque in liene affecto.* Alex. Aphrodis. *problem. l. 1. q. 138.* τοιαῦτα γὰρ γίνεται καὶ κάρφος τῆς γλώττης πάσις. est enim topica nervorum *linguæ affectio.* Celsus *problem. q. 59.* ἡ χολερὰ πάσις ἐστὶ τῆ στομάχῳ *Cholera ventriculi affectio*

fectio

fectio eſt. Marco etiam noſtro familiare admodum ea vox. nam *l.* 7. § 55. πείσεις συμπτώσεις, quæ iſthic αἰδυπτὰς, appellat. & *lib.* 5. § 26. τὰς πείσεις ἐν τοῖς μυελοῖς. & *lib.* 6. § 52. voluptuarium hominem dixit, ἰδίαν πεῖσιν, id eſt, *corporis ſui affectionem* ſive *paſſionem*, pro ſuo ſummo bono habere. Sed & apud Sextum Empiric. *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. ubi ex Stoicorum ſententia dicitur, τὸ ἡγεμονικὸν ἑτερομόρως καὶ πεῖσιν. Et ἰδίωμα πείσεως τὴν πλάνοφαντασίαν· quam & τύπωσιν ἐν ψυχῇ ex eorundem mente *ibidem* definit: de qa vide *infr.* § 16. reſtituenda eſt huic vocabulo ea ſignificatio: cùm Gentianus interpres *perſuaſionem* paſſim verterit. mutanda inſuper & corrigenda vox eadem apud Plut. *de irac. cohibend.* ubi πείσεις ὀμοῦ vulgò exhibetur, quod viros eximios Joan. Hartungum, Deſ. Eraſmum, Gilb. Cognatum in fraudem illexit, dum nunc *Obedientiam*, nunc *Perſuaſionem Homericam* vertunt, novúmque indè proverbium exculpunt: quum πείσιν, non πείσεις, legendum ſit, cùm ex Plut. eodem *de Logac.* & Homero ipſo *Odyſſ. υ'. v.* 23. tum & ex Syneſio *de Calvit.* ubi dicit, τέρπεσθαι ἐνυπνίοις, φασὶ, πλὴν παρδίαν. ità enim legendum, non ὲν πίσῃ, quod Beat. Rhenanum, & hunc ſecutum Hadr. Junium fefellit, qi ad *Piſæa certamina* alluſum avtumabant. quum πείσῃ ibi, quamodo & in Homeri loco illo, unde iſtud avtores illi mutuati ſunt, χαλκὸν ἀλκυρεῖον, id eſt, *funis anchoralis* fix. quod & Favl. Leopardus monuit *emend. l.* 15. *c.* 19. malè enim Eviſtathius πεῖσαι ibi πλὴν πεῖσῃ interpretatur. meliùs Heracleonis ſcholia, qæ cùm ſint hoc loco fœdiſſimè depravata, ità reſtavranda ſunt. Ἐν πείσῃ, ἀντὶ τῇ χαλκῇ. οὐκ ἔτι ἦν ἐν κινήσει, ἀλλ' ἐν ἀσφαλεῖ ὁρμῇ. Aſtipulatur Heſychius, qui Poetæ verba adducens, Πείσῃ, inqit, πείσματι χάλκῳ. Et mox: Πείσματα, χαλκία ἀγκύρια, πρυμνήσια. Talem nempe vult animi ſtatum, qualem deſcribit apud Plut. *de virt. moral.* neſcio qis verbis hiſce; qæ etiam, qo emaculem, libentiùs lavdo;

——ἠΰτε (ρη) vulgò.]

Ναῦς, ὅτις ἐν μὲ γῆς * ἀνὴρ ἢ ἔρεχεις, [* ἀνὴρ
Πνεῖ δ' ὖρις, ἡμῖν δ' ἐυκρατεῖ τὰ πείσματα.

Verùm latiùs evagati ſumus: ad Marcum revertamur. Apud Platonem à Socrate ubi omnino uſurpetur vocabulum iſtud, nondum reperio. παθημάτων duntaxat αἰδυπτὰ, qod τοῖς πείσεσι αἰδυπτοῖς fortean æqipolleat, meminit Plato in *Timæo*. Itaque verba illa, οἷς Σωκράτης ἔλεγε, ad ſequentia potiùs referenda exiſtimo deſignaríqe locum illum Platonis ex *leg. l.* 1. (unde & *ad l.* 2. § 2. qædam ſuprà delibavimus) ubi is ſub Hoſpitis Athenienſis perſona; poſtqam τὰ πάθη, ſive *affectus*, dixerat, *inſtar nervorum* vel *funiculorum* qorundam, *nos in diverſas partes alternis diſtrahere, nunc ad virtutem*, qæ ex altera; *nunc ad vitium*, qod ex altera parte ſit ſitum; ſubjungit, μιᾷ φησὶν ὁ λόγος δεῖν σφᾶς ἕλκεσθαι ξυνεπόμενον ἀεὶ, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἑαυτοῦ, ἀναλόγιον τοῖς ἄλλοις νεύροις ἕκαστον. ut ſit ἀναλόγιον hîc noſtro, qod ἀναλόγιον ibi Platoni; qod & noſter forſan ſcripſerit. Illud tantùm inter Platonem Marcúmqe intereſſe poteſt; qòd ille *affectibus* nos virtutem versùs *attrahi*, & attrahentibus nos tradere toros voluerit; hic ab *affectibus* ipſis nos prorſus *abſtractos* velit, qos vitiorum loco habebant Stoici, Peripatetici non item. Perpendat inſuper & lector ſagax, an non iſta, οἷς ὁ Σωκράτης ἔλεγε, loco ſint mota, cùm prioribus illis, τὰς φαύλας ἕξεις ἐξετάζοντος, proximè ſubjuncta eſſent.

Τοῖς θεοῖς ὑποτεταγμένος ἑαυτὸν] Vide Cleanthis votum, *ad* § 4. Et Marcum *ſupr.* § 5. Epictet. *l.* 4. *c.* 3. Ἐλεύθερός γὲ εἰμὶ, καὶ φίλος τῷ θεῷ, ἵν' ἑκὼν πείθωμαι αὐτῷ. τί δ' ἄλλον ὑπτιάσω ἀπροσδοκήτως με δεῖ, ἢ σώματος, ἢ κτήσεως, ἢ ἀρχῆς, ἢ φήμης, ἁπλῶς ὑπνίς.—ὑπὲρ δυνάμεως παρεσκευάσθαι τὸ ἑπόμενον αὐτῷ.—τέτῳ τῷ διατάγματι ὑποτεταγμένον τὸν θεὸν, ἢ τοῖς Μασσυλίοις καὶ Καλοῖς. ecqid pium magis?

Τῶν ἀνθρώπων συγγενικῶς] hoc enim exigit à nobis humana natura, ſive humanitas ipſa. Vide *ſupr.* § 4.

Τέτῳ πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα] Vide *l.* 7. § 72. Jo. Chryſoſtom. in *Matth. orat.* 49. alludens ad Chriſti illud *ibid. c.* 6. *v.* 33. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Καὶ γὲ προσδέχη ταῦτα ἐκείνων. ὅτως εὐτελῆ ταῦτα καὶ μικρὰ πρὸς ἐκεῖνα ἐξελάζεσθαι, κἂν μεγάλα ᾖ. Et Platone Plut. *de util. ex inimic.* & *adv. Colot.* Ἅπας γὲ ὁ νοῦς γῆς καὶ νοῦ γλῦ χρυσὸς, ὡς ἀνταξίως ἀρετῆς. Itaque Solonis illud ſemper ad manum, imò in mente habendum monet, cujus etiam in *lib. de profect. indic.* & *de tranqill.* meminit; & Stob. integrum *tom.* 2. *tit.* 1. exhibuit; qo modo & in Theognidis monitis reperitur, *v.* 315.

Πολλοὶ μὲν πονηροὶ κακοὶ, ἀγαθοὶ δ' ὀλίγοι τινες·
Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἴσον τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐστι,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Dites ſæpe malique, bonóſque adfligit egeſtas:
At nobis virtutis munera divitiis
Permutare nefas. manet uſqè immobilis illa:
At fluxas nunc hic, nunc habet alter opes.

qod Marcus etiam verbis mox ſequentibus adfirmat. Baſilius item Cæſar. *orat.* 24. & ex eodem Simeon Magiſt. *orat.* 1. Τὰ μὲν ἄλλα τῆς κτήσεως, καὶ μᾶλλον τῆς ἐκτήσεως, ἢ κατὰ ὑποσύνθεσιν τῆς ὑπαρχόντων ἐστὶν, ἅπερ οὐ πολλῷ κύσει, τῇδε κἀκείσε μεταβαλλόμενα. μόνη δὲ κτῆσις ἐστὶ ἀναφαίρετος, καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι παραμένουσα. Ὅθεν δὲ καὶ Σόλων μοι δοκεῖ πρὸς τὸν ὑπὲρ πλούτου εἰπόντα, τὸ, Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα, &c. Rectè omnino. Siquidem, qæ Plato *Phædone*;

Νομίσματα μὲν μείζω τοῖς ἐλάττοσι καλλαλάττεται· ἐκεῖνο δ' μόνον τὸ νόμισμα ὀρθὸν, αὐτὴ ἡ δίκη πάντα ταῦτα ἀνέμβλητα καὶ μακαρίσθια καλλαλαπίζοις, φέρησις.

Μηδενὶ χάρειν δίδου ἑτέρῳ] χάρειν διδόναι, εἰσχωρεῖν, παραχωρεῖν, cedere, concedere, admittere, ἑαυτὸν ipsum locum præbere. Ità usurpat apud Athenæum *dipnosoph. l.* 9. Posidippus in *Saltatricib.*

—τῷ κένῳ χάρειν δίδω. *Vanitati do locum.* id est, vanus esto & pompaticus. Casaub. *ib. c.* 5. Aristides *ad Rhod. de concord.* ἐ δίδοσι χάρειν τοῖς παροξυσμοῖς. *non dabit locum exacerbationibus;* hoc est, non admittet in se, eisve superatum & abreptum sese dabit. Liban. orat. 19. *pro saltatoribus adv. Aristidem:* ἢ μηδαμῶ δόντα χάρειν ἕλκειν. Et *locum* criminationi nevtiqam dedisse. Gregor. Naz. *orat.*

Οὐ χάρειν δίδως ὀδυρμοῖς. *non das locum luctibus.* non luctui & lamentationi dedisse. Non absimilis phrasis, sed sensu pavlò diverso Pavlus, *epist. ad Ephes. c.* 4. *v.* 27: μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. *nec locum dederitis,* id est, ansam occasionémque præbueritis, vel *diabolo,* id est, *Satanæ,* ut Chrysostomus & plærique interpretes, vel etiam *calumniatori,* ut Erasmus. Et *ad Roman. c.* 12. *v.* 19. δότε τόπον τῇ ὀργῇ. *locum date,* id est, permittite, *iræ,* hoc est, vindictæ divinæ. Ità Chrysost. & ex eodem Theophyl. & Oecumen. συγχώρησον τῷ Θεῷ ἐκδικῆσαι· τοῦτο γὰρ τὸ, δότε τόπον τῇ ὀργῇ. aliter itaque illic multò, quàm in Posidippi verbis, sumitur; quod vir doctissimus nevtiqam advertisse videtur.

Οὐκ ἐπ' ἀφειπάτως] Ità Apostol. *ad Corinth. ep. 1. c.* 7. *v.* 35. πρὸς εὐπάρεδρον τοῦ κυρίου ἀπερισπάστως. De Cynico item Epictet. *lib.* 3. *c.* 22. Ἀπερίσπαστον δεῖ δεῖ ὅλον πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ Θεοῦ. qo etiam loco forsan ἀπερισπάστως scriptum fuerit. Qod autem hìc ἀπερισπάστως, idem *l.* 4. § 26. ἀφυβρίστως dixit. Sed & Athenag. *de resurr. mort.* τέλος δ' ζωῆς ἁρμόζον ἡ λογικὴς χρίσεως ὑκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν, τὸ τέτοις ἀπερισπάστως συνδιανύζειν, διὰ μάλιστα καὶ πρώτως ὁ φυσικὸς συμπάρεστι, τῇ τε θεωρίᾳ τοῦ ὄντος, καὶ τῇ ἐκείνου διδασκαλίᾳ ἀπαύστως ἐπαγάλλεδαι. Hæc de usu vocabuli sensuque quod attinet. Optimè Epictet. *l.* 4. *c.* 2. Εἰ τοῦτο χρήσιμον, πάνυ ἄρα ἐνταῦθα ἐστὶ τοῦτο, μηδὲ σὲ θελησάτωσαν οἱ ἄλλοι διαλογισμοὶ· ἀδεὴς γὰρ ἐπαμφοτερίζων ἀκόλουθα ποιήσεται. hoc est, quod Jacob. *epist. c.* 1. *v.* 8. Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Vehementiùs idem *ibid. c.* . Ἀπλῶς ἐν ἐκείνῃ μίμησαι, ὅτι πᾶν ὃ ἔξω τῆς προαιρέσεως τῆς σαυτοῦ πίπτουσι, ἀπόλεσας τὸ προαίρεσιν. forsan, ὅτι εἰ πᾶν ὅπερ, &c.

Ἀνυπαδῶς γὰρ τοῦ λογικοῦ καὶ πολιτικοῦ ἀγαδοῦ, ἡ ἴδιος ἐδ' ὅπερ ἑτεροζυγία] ità legos cùm codices excusi pro πολιτικῷ perperam πανηγυρικῷ habeant. Sic enim *l.* 7. § 72. ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις. & *l.* 10. § 2. ἔστι γὰρ τὸ λογικὸν ἐνδυῆναι καὶ πολιτικὸν. Vide & *infrà* § 8. & *l.* 11. § 21. Est autem τὸ ἀνυπαδῶς vocabulum illic ἐμφατικώτατον. hoc enim innuitur, nihil qicqam omnino dignum esse, quod ex-adversum virtuti etiam *consideret,* id est, qoqam modo cum ea in comparationem veniat, vel in collatione comparetur. Liban. *orat.* 28. Τὸ μὴ εἶναί μοι τὸν ἀνυπαδῶντα. *cùm nemo esset qi ex-adversum mihi consideret.* qo vocabulo & in vita sua non semel est usus, pro eo quod Apostolus τὸν ἀντικείμενον dixit, *ad Thess. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 4. tralatum à re bellica, copiisque militaribus in conspectu hostium constitutis; uti ex Xenophonte Budæus docet. cui adjici potest ex Zosimi *lib.* 2. illud; συχνὰς μὲν ἡμέρας ἀντεκαθίζετο τῷ φρουρίῳ. qanqam Libanius εἰς τὰς καθέδρας, ἤτοι θρόνους, ἢ ἐν τοῖς λόγοις ἀναγιγνόντων καὶ ἐπιδεικνυμένων, *ad cathedras sive thronos orationes conficientium & specimen facultatis suæ exhibentium* respexisse videatur. Optimè Epictet. *l.* 1. *c.* 2. Ὁ γὰρ ἁπλῶς εἰς τινὰ ἄλλα ἢ τὴν τούτων σκέψιν καὶ τὰς ἐκτὸς ἀξίας συλλογὴν καὶ ἀνάλυσιν, ἄγνως ἔσῃ τῆς ἐπιτελουμένου τὸ ἴδιον ἀγαθοῦ.

Πάντα ταῦτα] *hæc omnia.* Xyl. *horum qicqam* potius. suprà enim ἐδ' ὅπ ἔν dixit. ità כל Hebræis. Ezec. *c.* 18. *v.* 11, 13: והוא את־כל־אלה לא עשה *Etiamsi omnia ista non admiserit; sed in montibus comederit, vel uxorem proximi sui polluerit,* &c. *non est victurus.* את־כל־התועבות האלה עשה *qia ex abominandis istis ullum patraverit.* אחד מאחד־מאלה id est, *unum qodpiam ex eis. v.* 10; ità solvitur τὸ ἐναντιοφανές. Exod. *cap.* 20. *v.* 10. in *lege Sabbataria* לא תעשה־כל מלאכה & Græc. ἐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον. *ne facito opus ullum,* sive *operis qicqam, in ea.* Exod. *c.* 34. *v.* 10. בכל־הגוים ἐν παντὶ ἔθνει. Lat. *nec in ullis gentibus.* sive, *in ulla gente.* Psal. 147 *v.* 20. *non sic fecit* לכל־גוי Græc. παντὶ ἔθνει. Lat. *omni nationi.* id est, *ulli.* Demosth. *in Mid.* πάντα μᾶλλον ἢ ταῦτα λεκτέον. *qidvis potiùs qàm ista dicendum.* Lat. interpres *Devt. c.* 5. *v.* 8. *Non facies tibi sculptile, neqe similitudinem omnium qæ in cælo sunt.* id est, *ullius,* sive *cujusqam eorum qæ in cælo sunt.*

Κἂν πρὸς ὀλίγον] Inter cætera profectûs in virtutis studio stadióqe indicia, ponit istud Plutarchus; Τὸ μηδὲν ἐπὶ μικρὸν ἡγεῖδ' ἧσ ἁμαρτανομένων, ἀλλ' ἐξελαδεῖδ καὶ φρίττειν ἅπασιν. ὥσπερ γὰρ, inqit, οἱ τὸ πλατίσειν ἐπιγινώσκοντες, ἐν ὕδατι πίνοντα τὰ μικρὰ δαπανήματα, μηδὲν οἰόμενοι ποιεῖν μέγα τὸ μικρῷ τινι προσπλήρωμον, ἢ δ' ἐλπὶς ἰσχυτέρῳ τὸ τέλος βαλίζεται τοῦ πλύνειν σωφρονεῖν τὸν φιλοπλυσίαν· ὕτως ἐν τοῖς πρὸς ἀρετὴν προκόπασιν, ὁ μὲν πολλὰ συγχωρῶν τῷ, τί γὰρ τὸ τοιοῦτο καὶ νῦν μὲν ὕτως, αὖδις δὲ βέλτιον, ἀλλὰ προσέχων ἑαυτῷ, κἂν εἰς τὸ μικρότατον ἡ καρδία ποτὲ τοῦ ἁμαρτημάτων ἐνδῦσα συγγνώμην πείσηται, δυσανασχετῶν

ἀναχωρῆσ. κ) διδασκαλείων, ἀλλὰ δεῖν ἤδη τὸ κακὸν ἐν ἑαυτῷ κατάφυτον ἑαυτῷ, κ) ὡσ' ὑπισχνεῖσθαι ἀξιῶν ῥυπαίνεσθαι. τὸ δὲ μηδὲν ὀκνεῖν, κατ' Ἀριστίππον, μέγα, μισθ' ἡδονῆς, εὐχερεῖς ποιεῖ πρὸς τὰ μικρὰ πολλοὺς. Vide *supr. ad l.* 2. § 16. sed & *l.* 1. § 8.

Κατεχράτησεν ἄρχω] Tatian. Assyr. *adv. Grac. c.* 47. Τίνι γὰρ νοσεῖ σύστασιν ἐοικυῖαν τῇ τῶν βεβρωτάτων σωμάτων ἰσχνῷ ἕξει τε διὰ μικρᾶς ἀφορμῆς τὸ πονεῖν καὶ ὠδύνασθαι. Epict. *diss. l.* 4. *c.* 3. Ὁλίγων δεῖ χρεία ὅτι πρὸς τὰ ἀπόλαυσιν, τὰ πάντων ἀναγκαιοτάτων, μικρᾶς ὑποθέσεως δεῖ λόγου. ἵν' ὁ κυβερνήτης ἀκατάσχετον τὸ πλοῖον, ἢ χειμὼν ἔχει τὰ αὐτῆς παρασκευῆς, ὅσης δεῖ τὸ σῶσαι· ἀλλὰ μικρὸν πρὸς τὸν ἄνεμον ἐπιστρέψαι· [ἐπιστρέψαι. *f.* permiserit, non obverterit, ut Volph.] κἂν μὴ αὐτὸς ἐκὼν, ὑποπαραδυναμωθῇ δ' ἀπόλεσε. πεῖσόν σε ὅτι τι κ) ἐνδεὲς μικρὸν ἂν ὑπονυστάζῃς, ἀπώλετο πᾶσα. Idémque *Enchir. c.* 50. Ὅπου μέγα μέν ἐστιν κ) ἔνδοξον, ἢ ὦ, ἢ ὑπόλυτα πρόσωπα, ἢ φόβος ἐστί. Ità restituit Is. Casaubonus; quem non audio tamen vertentem, *semel vitium esse & cessisse*, aut non, destruit quod perfectum est, vel servat. πεφυκὸς γὰρ siquidem *profectum*, non *perfectum* sonat. at quod perfectum est non proficit. Sed eâ forsan mente Laërt. *l.* 7. *Zenon.* Δοκεῖ δ' αὐτοῖς μήτε τὴν διαφωνίαν ἀρίσασθαι φιλοσοφίας ἐπεὶ τοῦ λόγου τούτου πρόκειται ὅλον τὸν βίον, ὡς κ) Ποσειδώνιος· ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς. quem locum tamen minùs sincerum existimo. Non dissimile his quod de pictura Aristid. πρὸς τὸν ἐξορχισμὸν ἢ γραμμὴ σωθεῖσα τὸ πᾶν ἔσωσε. *linea una servata totum servat.* minùs enim clarè Canter. *linea observata totum absolvit opus.* Senec. *epist.* 85. *Si in nostra potestate non est, an sint affectus; nè illud quidem est, quanti sint. si ipsis permisisti incipere, cum cæpsis suis crescent, tantique erunt, quanti fient. Adjice nunc, quòd ista, quantumvis exigua sint, in majus excedunt. nunquam perniciosa servant modum. quamvis levia initia morborum, serpunt; & ægra corpora minima interdum mergit accessio. Illud verò cujus dementiæ est credere, quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitrii terminos? quomodo ad id finiendum satis valeo, ad quod prohibendum parùm valui? cùm facilius sit excludere, quàm admissa comprimere.* Et *epist.* 116. *Nullum vitium est sine patrocinio; nulli non initium est verecundum & exorabile: sed ab hoc latiùs funditur. non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris. imbecillis est primò omnis affectus: deinde ipse se concitat, & vires, dum procedit, parat: excluditur facilius quàm expellitur.* Aristot. *politic. l.* 6. *c.* 4. Ὁλίγου δεῖ πονηρὸν παρεῖται πολὺ ἢ γενόμενον ἐν ὀφθαλμοῖς μᾶλλον δῆλ. Marcus eremit. *de leg. spirit.* § 91. Τὰ μικρὰ ἁμαρτήματα ἐξανιστᾷ ὁ διάβολος· ἄλλων γὰρ ὅτι μείζονα κακὸν ἀναγκάσαι ἃ βούλεται. Et § 128. Μὴ ἀφῇς ἀνεξάλειπτον ἁμαρτίαν, κἂν βεβρωτάτη τυγχάνῃ, ἵνα μὴ ὕστερον ὅτι μεῖζον κακὸν κατασύρῃ σε. Gregor. Naz. *orat.* 31. Τὸ κατ' ἀρχὰς ὑφελκόμενον, ἀνεπαίσθητον μὴ πῶς ἐφεῖς τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ κεφάλαιον ἢ τῆς καλίας ἀπαλῷ. Qi & in monitis ergò ad *Virgines*, carm. 4.

Μὴ μικρὸν ἐν κακῷ θεῖναι ποτέ. μηδὲ τὸ μικρὸν Τιθέναι ἀνύσασα, χαρέσσειν ὅπωτε κύρσας. Joannes ὁ χρυσορρήμων in *epist. ad Rom. orat.* 12. Πῶς ἀρχῶν φυλαττόμεθα, κ) τὰ μικρὰ φεύγωμεν καθ'. τὰ γὰρ μεγάλα ὑπὸ τάχους πίπτει). ὁ γὰρ καθ' ἓν ἁμάρτημα μαθὼν λέγειν, ὕδὲν παρὰ τοῦτο, κ) μικρὸν πάντα ὀλεῖ. τοῦτο γὰρ πῶς καλίαν εἰσήγαγε· τοῦτο τὰς θύρας ἀνέῳξε τοῦ λῃστοῦ· τοῦτο τῆς πόλεως τὰ τείχη κατέβαλε, τὸ καθ' ἓκαστον λέγειν, ὕδὲν παρὰ τοῦτο. ὅταν κ) ὑπὸ σῶν σωμάτων τὰ μέγιστα αἴσθεσθαι νοσήματα, ὅταν τὰ μικρὰ καταφρονῇ). Idem *in Matth. orat.* 49. Μὴ τίνων λέγε, ὕδὲν παρὰ τοῦτο, ὕδὲν παρ' ἐκεῖνο. τοῦτο γὰρ, τοῦτο πάντα ἀπώλεσεν. Et rursus: Τὸ πάντων αἴτιον σῶν κακῶν τοῦτο, τὸ κ) μικρὰ ταῦτα δοκεῖν εἶ) τὰ ἁμαρτήματα, κ) διὰ τοῦτο ἀμελεῖσθαι. Idem *ibid. orat.* 86. Διὸ χρὴ πάντα ποιεῖν, ὥστε τὰς ἀρχὰς σῶν ἁμαρτημάτων ἀναιρεῖν. μὴ γὰρ δὴ πρὸς τὴν φύσιν ἴδῃς τὸ ἁμάρτημα· ἀλλ' ὅτι μικρὰ, ἀλλ' ὅτι μεγάλα γίνεται ῥίζα ἀμελημάτων. εἰ γὰρ χρή τι κ) θαυμαστὸν εἰπεῖν, ἃ τοσαύτης δεῖ κατασκῆς τὰ μεγάλα πλημμελήματα, ὡς τὰ μικρὰ κ) οὐτιλῆ. ἐκεῖνα μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ φύσις τῆς ἁμαρτίας ὑποφέρεσθαι παρασκευάζει· τὰ δὲ μικρὰ αὐτὸ τοῦτο εἰς ῥᾳδιουργίαν ἐμβάλλει, κ) οὐκ ἀφίσι γυναῖκα δικαιοῦναι πρὸς τὸν αὐτῆς ἀναίρεσιν· διὸ κ) ταχέως γίνεται μεγάλα καὶ δύσθυτα πολλά. τοῦτο κ) ἐν τοῖς σώμασι συμβαῖνον ἴδοι τις ἂν· κ) πάντα δὲ τὰ κακὰ οὐκ ἐκ τούτου ἴδοι τις ἂν γενόμενα. ὕδεὶς γὰρ τοσοῦτος ἀνθρώπων ἐστὶν, ὃς ἐν ἀρχῇ τοῦ κακοῦ ἐπιστὰς, οὐκ ἔγνω ὅτι τοῦ κακοῦ ἐπιστὰς. ἔχει γὰρ, ἔχει πάντα αἰσχύνην ἐγκειμένην ἡμῖν ἡ ψυχή, κ) πρὸς τὸ κακὸν αἰδῶ, κ) ἀνθρώπου οὐκ ἂν τοσοῦτον ἀναισχυντήσειεν, ὡς ὑφ' ἓν ἅπαξ ῥίψαι, ἀλλ' ἡρέμα κ) κατὰ μικρὸν ὑπόλυται, ὅταν ἀμελῇ· — ὑπὸ μὲν ἓν σῶν μικρῶν ὅταν τὰ μεγάλα εἰσάγει ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος· ὑπὸ δὲ σῶν μεγάλων τὸ ἀπογνώσασθαι, ἀλλὰ τοῦτο μεθόδου οὐ ἐλάττονα τῆς πρώτης εὑρών. Idem in *orat. de statuis* 19. Τὸ ὀλίγον τοῦτο ἀμελησθὲν κ) τὸ λοιπὸν ὅπως καθαιρεῖ. πολλάκις γὲν οἰκίας οἰκοδομήσαντες ἄνθρωποι, κ) τὸν ἕτερον ἐπιθέντες, μιᾶς παρημέλησε κατοικισθείσης μὴ ποιησάμενοι σπουδὴν, ὁλόκληρον τὸν οἶκον ἀπώλεσαν. κ) ὅτι ἰσχύειν ἢ τὸ αὐτὸ τοῦτο συμβαῖνον ἴδοι τις ἂν. κ) γὰρ ὀλίγα ῥᾴδια γνῶσθαι, κ) μὴ ῥᾳθυμῆσαι· πολὺ τὸ ῥῆγμα ὑπόπτως. τοῦτο κ) ὅτι σῶν χειμάρρων συμβαίνει πολλάκις· κ) γὰρ ἐκείνοι μικρᾶς ἂν ὑπολάβωσιν μόνον εἰσόδου, ὁλόκληρον τὸ ῥεῦμα ἐκάγουσιν. Et *in ep.* 1. *ad Corinth. orat.* 8. ὕδὲν μέσον κινδυνεύει εἶ), ἃ δὲ τὸ μικρότατον· ὁ γὰρ μικρὸν ὑποστὰς, κ) πολὺ προϊὸν ὑποστήσεται· κ) γὰρ τὸ σῶμα, ἂν μικρὰν ὑπὸ ξίφος διάσασιν δέξηται,

του, διαφθείρεται. καὶ ἢ ὀκυδρομὴ, κἂν μικρὸν διαχάσῃ, καταλύεται· καὶ τῆς ῥίζης τὸ κλῆμα, κἂν μικρὸν ὑποκοπῇ, γίγνεται ἄκαρπον. ὅτι τὸ μικρὸν τοῦτο οὐκ ἔστι μικρὸν, ἀλλὰ σχεδὸν τὸ ὅλον ὄφελος. ὅταν ὖν μικρόν τι πλημμελήσωμεν, ἢ καὶ ῥαθυμήσωμεν, μὴ παρίδωμεν τὸ μικρόν· ἐπεὶ ταχέως παρῆλθεν εἰς τοῦτο μέγα γίνεται. ὅταν καὶ ἐμπαίον ἀρχὴ λαβὸν βήγνυσι καὶ ἀμεληθὲν, δι' ὅλου τοῦ σώματος διῆκε. καὶ ὄφος ὀλίγων χρημάτων καταπόντων παρῆλθεν, ὁλόκληρον τὸν οἶκον κατέδυσε. ταῦτ' ἐν ἡμεῖς λογιζόμενοι, μηδέποτε τὴν μικρὰν καταφρονῶμεν, ἵνα μὴ εἰς τὰ μεγάλα ἐμπίπτωμεν. Jason Siracides *Soph.* c. 19. v. 1. ὁ ἐξουθενῶν τὰ ἐλίγα, καὶ μικρὸν πεσεῖται. Qem locum lavdans Avgvstin. *de Trinit. l.* 12. *c.* 11. *Non ad turpissima simul & semel prosilitur.* (quod Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 83.

Nemo repentè fuit turpissimus.)

Sed qomodo coluber non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit: sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, & qi spernit modica, paulatim decidet. Idémqe *homil.* 42. *Vel levia, vel minuta nè contemnantur. de minutis gutis flumina implentur, per angustas rimulas insudat aqa, navis impletur; & si negligatur sentina, mergitur navis. Qid autem interest ad naufragium, utrum uno grandi fluctu navis operiatur, an paulatim subrepens aqa in sentinam, & per negligentiam derelicta atqe contempta impleat navem atqe submergat?* Idem *epist.* 108. Et *in Joan. tract.* 12. *Etiam minuta si negligantur, occidunt. minutæ sunt guttæ, qæ flumina implent. minutæ sunt arenæ granà; multa tamen imposita premit & opprimit. hoc facit sentina neglecta, qod facit fluctus irruens. paulatim aqa per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhauriendo mergit navem.* Videri non indignus idem *in orat. dominic. & in Psal.* 118. *conc.* 3. & *de divers. serm.* 12. & 34. & *in Psal.* 39. & Rvfin. *ibid.* Accedit qod de *peccatorum paritate* differunt Stoici. Cicer. *Paradox.* 3. *Est peccare qasi transilire lineas. qod cùm feceris, culpa commissa est: qàm longè progrediare, cùm semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet.* Nec abnuit Demosthen. *Philipp.* 3. Τὸ δ' εὐσεβὲς καὶ τὸ δίκαιον, ἂν τ' ὀπὶ μικρῷ τις, ἂν τ' ὀπὶ μείζονι παραβαίνῃ, πλὴν οὐτωσὶ ἔχει δύναμιν. Certè qod Jo. Chrysost. *in Act. orat.* 24. Ἐν λύρᾳ παναρμονίῳ καὶ ποικίλως ἐσκευασμένῃ, ἂν ἀμεληθῇ τὸ τυχὸν, τὸ πᾶν ἠώλησται καὶ διέφθαρται. Clavdantur ista monito illo Hippocratico, qod tam in re *Ethica* qàm in *Medica* est observatu dignissimum, Μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ἀφορᾷν. *epidem. l.* 6. *c.* 7. § 17.

Ἐλῦ τὸ χρεῖττον] Pythagoræ monitum; ἐλῦ βίον ἄεικον ἤδιον δ' αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιεῖ. Plut. *de sanit. & de tranqill. & de Exil.* Galen. *de affect. dignosc. & cur.* c. 6. Stob. *tom* 2. *tit.* 29. Qod Senec. *de vit. beat. c.* 8. *Præceperunt veteres, optimam sqi vitam, non jucundissimam: ut rectæ ac bonæ voluntatis, non ducis, sed comes voluptas sit.* Basil. Cæs. *orat.* 24. Μηδὲ ὅτι χαλεπὰ ταῦτα καὶ πόνου μέστα, διὰ τοῦτ' ἀποκνήσωμεν· ἀλλ' ἀναμνησθέντες τῆς παραινέσεως, ὅτι βίος ἀνθρώπου πειρατήριον, ἡδὺ ἢ ἄκαρπον τὸ ἄεικον ἐπιδεικνύμενοι τῇ συνηθείᾳ ἡδὺ ὑπείκοντες, εἰ καὶ χαλεπὸς τις εἴη τὰ πρῶτα. Diogenes apud Laërt. *l.* 6. Δίον ἔφη, ἀντὶ τῆς ἀλγηδόνων πόνων τοῦ κατὰ φύσιν ἑλόμενος, ζῆν εὐδαιμόνως, παρὰ τὰ ἄνοια καὶ ἀδιάφορα καὶ ἀπὸ τούτων τὴν ἡδονὴς ἢ καταφρόνησιν ἡδυτάτην προσλαμβάνοντας· καὶ ὥσπερ οἱ συνθηρεύοντες ἥδιον ζῶσιν, οὕτως ὁ σπουδαῖος μετέχων· ὅτι τύραννον μετέχων· ὅτι τυραννίου ἀσκυδέστερον, ἥδιον αὐτῆς τῆς ἡδονῆς καταφρονῶν. vid. *l.* 12. § 6.

Καὶ τάτε ἀντέχει] Ità *l.* 4. § 32. ἀφεῖς ἔχει. Qod Paulus *ad Thess. epist.* 1. *c.* 5. *v.* 21. Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. Clemens *Strom. l.* 1. ex nescio qo scripto. Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται· τὸ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες. Epictet. *Enchir. cap.* 50. Πᾶν τὸ βέλτιον φαινόμενον ἔκου σοὶ νόμος ἀναιρεῖσθαι. Vide Sect. proximam. Seneca *epist.* 16. *Plus operis est in eo, ut posita custodias, qàm ut honesta proponas. perseverandum est,* &c. vide *l.* 10. § 8.

Κρεῖττον δὲ τὸ συμφέρον] Plato *polit. l.* 5. Καλλίστη δὲ δὴ τῶν τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλὸν τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Idem in *Alcibiad.* 1. multis differit, τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ συμφέροντα εἶναι. Cicero ex Posidonii sententia *offic. l.* 3. *Nunqam potest utilitas cum honestate pugnare.* Et mox: *Accepimus, Socratem solitum execrari eos, qi primùm hæc naturi cohærentia, opinione distraxissent. cui qidem ità sunt Stoici assensi, ut qidqid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile qidqam, qod non honestum.* vide *l.* 6. § 43.

Τὸ ὡς λογικῷ] Vide Marcum plenius de his sese explicantem *l.* 10. § 2.

Ἀτύφως φύλαττε πλὴν κρίσιν μόνον] *Judicium integrum retine.* Xyl. qi & clavsulam sequentem vertere neglexit. M. Cæs. *à conclusione ista species omnes externas & apparentias plausibiles diligenter arceto.* Vúlcq; respexisse Marcum ad *typhum*, qem δεινὸν παρεγλωσσὶν appellat. *l.* 6. *c.* 12. Assentior. Veruntamen vertere malim, *judicium tantummodo à typho*, sive *pompâ externâ*, qâ fascinari solet & corrumpi, *immune servare curæ sit*, qo rerum istarum examen exqisitiùs instituas. addo etiam posse πῦφος nomine πλὴν ὄνου, sive *opinationem vanam* intelligi: qo modo Monimum usurpâsse Sextus monuit ad *l.* 2. § 15. exhibitus. Cæterùm utrovis sensu ceperis, videtur ἄτυφον potiùs qàm ἀτύφως legendum. Basilius Cæsar. *orat.* 12. Ἐπειδή τι ἐγχωρεῖ παρ' ἑαυτοῖς κριτήριον φυσικὸν, δι' οὗ τὰ καλὰ τῆς πονηρᾶς διακρινόμεθα,

ἀκείραιον, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν πραγμάτων ὁμοίως ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων τὰς διαλήψεις, καὶ οἷόν τινα διαγελᾶν, ἰσονομίαν καὶ δικαιοπάτριν γνώμην τοῖς ἐναντίοις βραβεύοντα, πείθειν μὲν τῇ ἀρετῇ, κηλιδοῦν δὲ τὴν ἡδονήν. οὗ παρουσίᾳ καὶ συμφωνίᾳ παρά σοι κείνεται· καὶ ὑψηλὸς φρονεῖν ἐπί σε ὁ νοῦς παρορμᾷ· τὸ δικαιεῖν καὶ ὅσιον τῇ σωφροσύνῃ συνίζανται. ἐὰν μὲν οὖν κηλιδοῦσης τὴν ἁμαρτίας, δῆλος ἦν νικῶσα τὴν σωφροσύνην· εὐθείαν ἐποίησαν τὴν κεῖνον τῆς πράγματος· ἐὰν δὲ τῇ ἡδονῇ δῶς τὴν ῥοπὴν, σεσίμωται ἀνδρὸς ἀφῆνας τὸ ἁμαρτίαν, σκαλιὸν ἐποίησαν τὸ κέλυα.

§ 7. Ὁ ἀναίσχυντος οὐ ποτε τὴν πᾶν παρεξίτηται] Justin. *apolog.* 2. Ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ περὶ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, τὸν φιλαλήθη, καὶ δικαίου ἀπελήλυθα, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. Polyb. *l.* 4. Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οὐ γνήσιοι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ κοῦ ἦ κατ' ἰδίαν ὑπόνοια ἀεὶ πλείονος ὑδὸν ποιεῖσθαι τὸ καθήκοντος. Cicer. *Offic. l.* 1. *Nemo justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea quæ sunt contraria, æquitati anteponit.* Juvenal. *Sat.* 8. *v.* 80.

— ambiguæ si quando citabere testis
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet perjuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causſas.

Senec. *ep.* 88. *Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nullâ necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Ure, inquit, cæde, occide; non prodam: sed quò magis secreta quæret dolor, hoc illa altiùs condam.* Idémque *epist.* 76. *Vir bonus, quod honestè se facturum putaverit, faciet, etiamsi laboriosum erit; faciet, etiamsi periculosum erit. turpe quod turpe erit, non faciet, etiamsi pecuniam asſert, etiamsi voluptatem, etiamsi potentiam. ab honesto nullâ re deterrebitur; ad turpia nullâ spe invitabitur.* Huc animosa illa nescio cujus in Evripidis *Telepho* verba; qæ Stob. *tom.* 2. *tit.* 13. exhibet.

Ἀγάμεμνον, ὦδ' εἰ πάλαιμι σὸ χειρὶ ἔχων,
Μᾶλλόν τις εἰ τεχνῖτον ἐμπλακεῖν ἐμόν,
Σιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀντειπεῖν ἔχων.
Non, si minante jam securigerâ manu
Cervix sub ictu staret, Agamemnon, mea,
Munitus ego liberam vocem premam. Grot.

Illa etiam mulieris, sed virilia prorsus, apud Tragicum incertum verba:

Ἃ δ' ἐν πυθοῖς τῆς ἐμῆς χρήζεις φρενὸς,
Οὐτ' ἂν κελαινὸν, οὔτε χρατὸς ἐξ ἄκρου
Δεινὰς καθεὶς τρίοχα εἰς ἄκρας πόδας·
Πύθοις ἄν, οὐδ' εἰδυῖα πολλὰ σεσόφισται.
Qæ scisciari de meo vis pectore,
Non si cremes me, aut dense si ferri aspero
Feces ad imos vertice à summo pedes,
Non cuncta vincla si aggeras, intelliges. Grot.

Refert Clemens *Strom. l.* 4. qo loco & qamplurima constantiæ in hoc genere suſpiciendæ exempla congeſſit: è qibus complura & Tertullianus habet in *epiſt. ad Martyr.* Vide & *ad l.* 6. § 48.

Τοίχων καὶ παραπλασμάτων λύμφων] Plut. *Sympoſ. l.* 7. *c.* 5. Οὐδεμία δεῖ τοίνυν ἡδονῶν ἀκόλουθος ὄζει, οὐδὲ σκότος διαφύγη, καὶ δεῖ τοίχων φειδόντων, ὡς αἱ γυναῖκες λέγουσιν. Vide qæ ex Seneca ſuprà adduximus *ad* § 4. verba illa; Μόνα φαντάζεσθαι, ἐκεῖ ὧν εἴτις ἄφνω ἐπαίσχυνθείη, τί νοῦν διαφοῦ; μὴ παῤῥησίας παραχώρημα ἂν ἀκολούθως, ὅπου τὸ, καὶ πέ. Facit huc qod Dominus noſter apud Joan. *c.* 3. *v.* 20. Πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς &c. *Qi malè agit qiſque, lucem odit.* Scilicet ut Seneca *ep.* 122. *Gravis malæ conſcientiæ lux est.* Et Bernard. de *conſiderat. l.* 5. *Et turpium pœna Deus est. lux est enim. & qid tam invisum obscœnis flagitiosisqe mentibus?* Siqidem ut Apoſtolus *ad Epheſ. c.* 5. *v.* 12. Τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. *Turpe est ac pudendum etiam profari illa, qæ in occulto ſiti perpetrant.* Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. *Omnia autem manifeſta fiunt, cùm in lucem protracta ab eadem arguuntur. Et enim lux est, qæ res omnes conſpicuas facit.* ità ſiqidem malim locum illum interpretari. ut τὸ φανερούμενον ſignificatum tranſeuntem habeat, & πᾶν eidem in regimine ſubſtituatur; qàm cum Syro & Latino veteri interprete, qos Zanchius & Beza ſequuntur, *Omne qod manifeſtatur*, ſive *conſpicuum facit, lumen est*; ut τὸ πᾶν adjectum ſit τὸ φανερούμενον. vel etiam, qod omnium minimè probandum videtur, cum Græco Scholiaſte, cui Piſcator adhæret, *Qicqid manifeſtum*, ſive *conſpicuum ſit, lux est.* ut τὸ φανερούμενον non emanantis, ſed immanentis ſignificationem obtineat. Verùm iſtâ eruditioribus dijudicanda & cenſenda dimitto. Hinc verò τὰ τῆς σκότους ἔργα, *tenebrarum opera*, peccata qælibet nuncupantur eidem Apoſtolo, *ad Rom. c.* 13. *v.* 12. & *ad Epheſ. c.* 5. *v.* 11, 13. ſed & τὰ νυκτὸς, *noctis, nocturna. ad Theſſal. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 6, 7. Improbósqe, Job *c.* 24. *v.* 13. --17. ait *tenebras optare & aucupari, diem odiſſe, lucem matutinam pro umbra letali habere.* Itaqe ex illorum voto Horat. *lib.* 1. *ep.* 16.

— pulcra Laverna,
Da mihi fallere, da justum sanctúmq; videri,
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Epictet. *l.* 3. *c.* 22. Οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι περὶ τοίχων περίκλωνται, καὶ τὰς οἰκίας, καὶ τὸ σκότος, ὅταν τι τοιοῦτον ποιῶσι, καὶ τὰ κρύπτουλα πολλὰ ἔχουσι. τὸν δὲ κοινὸν ὃ θέλειν δεῖ ἀποκρύπτειν τὸ περὶ ἑαυτόν. Sophocl. *Electr.*

— πῶς τόδ', εἰ καλὸν,
Τύχοιμ' σκότος δεῖ;
Siqidem est honestum opus hoc, qid est tenebris opus?

Qò & illud Martial. *l.* 11. *epigr.* 8.

—*regula morum,*
Quicquid & in tenebris non sumus.—

Elegantissimè Tertullianus *apolog. c.* 1. *Quod verò malum est, nè ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore, aut pudore naturæ profudit. Denique malefici gestiunt latere, devitant apparere; trepidant deprehensi, negant accusati; nè torti quidem facilè, aut semper, confitentur.* Quæ eadem ferè habet & *ad Nationes l.* 1. *c.* 1. Cæcilius apud Minut. *Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt.* Plutarchus denique apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 6. ex *libro adversùs voluptatem: Τί δ' ὁ πάντων ὁρώντων ἀκρατίζεις, ἀλλὰ καὶ σαυτὸν αἰδούμενος φεύγεις, νυκτὶ καὶ σκότῳ τοῖς ἁμαρτήμασι πεδᾶν τλὺ δ' ἔσει; ὅδεις δὲ ἧσσ' ἡλιῶν ἄρχων σκότος περβάλλει, τὸ φῶς αὐτοῖς μαρτυρεῖν αἰσχυνόμενος· ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸν κόσμον ἥλιον ἡγεῖσθαι, ὡς ἃ κατορθοῖ, βέλοιτ' ἄν. ἅπασα ἡ καλία ὁσίως χρημὶ φυλάττεται, σκέπτῳ περβεβλημένη τὰ πάθη.* Vide *infrà* § 8. & 16. & *l.* 10. § 9.

Τὸν ἑαυτοῦ νοῦν καὶ δαίμονα] Vide *suprà l.* 2. § 13.

Καὶ τὰ ὄργια τῆς τούτου ἀρετῆς] *Sacra virtutis ejus.* Xyl. rectè, à mysteriis Ethnicis translatio. ἔργια Lugd. edit. malè. nec meliùs *Annot.* ἔργα.

Τραγῳδίαν ἢ ποιεῖ] *Neque tragicè se gerit,* quod πραγματεύεσθαι dicit *l.* 9. § 29. eodémque videtur spectare, quod *l.* 5. § 28. dicit, ὅτε πραγῳδὸς ὅτε πόρνη. vel, *neque tragicis de se materiam suppeditat.* Τί γὰρ ἄλλο δεῖ τραγῳδίας, ἢ ἀνθρώπων πάθη τεθαυμακότων τὰ ἐκτός, διὰ μίσους τοῖς ἐπιδεικνυμένοις; Epictetus *l.* 1. *c.* 4. *Quid enim aliud est Tragœdia, quàm metro quodam expressis, externa ista admirantium hominum affectus?* Hoc autem cùm non admittat iste, quem hîc Marcus depingit, tragœdiæ argumentum fieri non potest.

Οὐκ ἐρημίας, ἢ πολυανθρωπίας δέησεται] malim cum Lugd. δεήσεται. *Nec solitudine opus habebit;* quia *ubicunque est, & quocunque loco consistit, sibiipsi vacat, & suus est:* ut Senec. *epist.* 62. *Nec ullus hominum cuiquam concentus interrumpit cogitationes bonas, solidasque, & jam certas.* Idem *ep.* 56. Vel etiam, quia, quod suprà monuerat, *nihil faciat, quod aliorum conscientiam aspectúmque refugiat.* Sed nec *multitudine*; cùm *nemine teste aut spectatore* indigeat, ut *supr.* § 5. sed *conscientiâ sit contentus suâ. supr.* § 6. & Senec. *ep.* 8. insuper etiam ejusmodi sit, *qi sibi tutò credi possit*; contrà quàm *imprudentes, quorum nemo est, qi relinqi sibi debeat.* idem *ep.* 10. Huc Antisthenis illud, qi interrogatus, quid ex philosophia lucri cepisset, respondit, Τὸ δυνάσθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν. *quòd posset secum, ubicunque foret, conversari & colloqui.* Laert. *l.* 6. Senec *quæst. nat. l.* 4, *præfat. Turbam rerum hominúmque desiderent, qi sæpè pati nesciunt. tibi, tecum optimè convenit.* quanquam nec δέησις illud est incommodum prorsùs. Siquidem timent conscientiâ ac frequentiam hominum vitántque, qi parietibus eam excludere satagunt; quod superiùs tetigerat. Solitudinem autem pavorem infligere, nemini non est notissimum.

Ζήσει, μήτε διώκων, μήτε φεύγων] deesse aliquid nemo non viderit. & suspicetur qis legendum μήτε διώκων [τι] μήτε φεύγων. qo modo *infrà* § 12. dixit, μηδὲν προιδέων, μηδὲ φεύγων. Verùm aliud est προιδέειν, aliud διώκειν. nec idem utrobique sensus est. vel etiam qo modo *l.* 11. § 11. ὅτε διώκων, ὅτε φεύγων, cùm de eis priùs egisset, qorum αἱ διώξεις καὶ φυγαὶ perturbant nos. Verùm, qia aliò quæ sequuntur spectant, malim, [τὸν διώκοντα] μήτε διώκων, μήτε φεύγων. Commentarii vicem præstabit, præter proximè hîc adjecta, *lib.* 9. *periocha* 3. Est qod Martial. *l.* 10. *epigr.* 47.

Summum nec metuit diem, nec optat.

Siquidem ità formatus est, ut *illi nec amor vitæ, nec odium sit; nec vita tædio sit, nec mors timori.* Senec. *epist.* 65. & 78. Itaq; *nec spe mortis patienter dolet: nec tædio doloris libenter moritur. hunc fert, illam expectat.* Idem *ep.* 98.

Πότερον ἢ ὅτι πλέον διάστημα] Nihil, inqit, sapienti interierit, diuturniorem an breviorem in corpore moram faciat. qia nimirum vitam semper perfectam & consummatam habet: ut *infrà* § 8. & 12. & *l.* 10. § 1. Vide & *l.* 2. § 14. Chrysippus apud Plutarch. *de Stoic. contradict. c.* 23. Ὅτι παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονέσιν, ἀλλ' ὁμοίως καὶ ὅσιον τοῖς τὸν ἀμερῆ χρόνον εὐδαιμονίας μεταλαχοῦσιν. Et de *commun. notit. c.* 7. Ὅτι ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει περιγινόμενος, ἀλλὰ κἂν ἀκαρὴς τις ἔσται γένηται φρόνιμος, οὐδὲν πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπολειφθήσεται τῶν τὸν αἰῶνα περιόντων τῇ ἀρετῇ, καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καλαβιοῦντος. cùm tamen idem alibi afferat; οὐδὲν ἐν ἀρετῆς ὄφελος ὀλιγοχρονίᾳ. Cicer *de finib. l.* 2. *Si bonum omne in virtute ponit, is potest dicere, perfici beatam vitam perfectione virtutis. negat enim summo bono adferre incrementum diem.* Et *l.* 3. *Recta affectio, item convenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum est ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Ut enim opportunitas non fit major productione temporis: sic hæc, de qibus dixi, non sunt temporis productione majora. Ob eámque causam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda beata vita, si sit longa, quàm si brevis. Ut si cothurni lævi sit, ad pedem aptè convenire, neque multi cothurni pauci anteponerentur, neque majores minoribus: sic eorum omne bonum convenientiâ atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus, nec longinquiora brevioribus anteponentur.* Senec. *epist.* 101. *Mens stabilita scit, nihil interesse inter diem & seculum.* Et *epist.* 85. *Beata vita una est. in optimo illam statu ponis qualitas sua, non magnitudo. itaque in ævo est longæ & brevis,*

brevis, diffusa & angustior; in multa loca, multásque partes distributa, & in unum coacta. qi illam numero æstimat, & mensurâ & partibus, jam illi, qod habet eximium, eripit. Qid est autem in beata vita eximium? qòd plena est. finis, ut puta, edendi bibendique satietas est. hic plus edit, ille minus: qid refert? uterqe jam satur est. hic plus bibit, ille minus: qid refert? uterqe non sitit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus: nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt, qàm hunc pauci. Idémqe *epist. 74. Summum bonum nec infringitur, nec augetur. in suo modo permanet, utcunqe fortuna se gessit. Sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est, eadem mensura summi boni est, qamvis ætatis diversa sit. Utrùm majorem an minorem circulum scribas, ad spatium ejus pertinet, non ad formam. licèt alter diu manserit, alterum statim obduxeris, & eum in qo scriptus est pulverem solveris, in eadem uterqe forma fuit. Qod rectum est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore: non magìs produci, qàm contrahi potest. Honestam vitam ex centum annorum numero in qantum voles corripe, & in unum diem coge; aqè honesta est.* & *epist. 78. Mors licèt immatura sit, licèt mediam præcidat ætatem; perceptus longissimè fructus est.— Scit tempore honesta non crescere.* Et *de benef. l. 5. c. 17. Ut prorogetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: qoniam morâ non fit beatior vita, sed longior.* Hinc illud è porticu non παεξοδον tantùm, sed παρόλογον etiam, (ut Cleanthis in contrarium dictione utamur, ex Epicteti *dissert. l. 4. c. 1.*) sive ἄλογον planè & ἄπτωτον prorsus, ἐχ ὑπερέχειν ἀρετὴ τὸν Δία τὸ Δίου. Chrysippi verba sunt apud Plut. *de commun. notion. c. 29.* sive, πῶς γὰρ ἀγαθῶν εὐδαιμονίαν τῆς θείας εὐδαιμονίας μηδὲν διαφέρειν & τί μηδὲν αἱρετώτερον ἦ, μήτε καλλίω, μήτε σεμνοτέραν πῶς τῆς Διὸς εὐδαιμονίαν τῆς γε σοφῶν ἀνδρῶν. Idem apud Stob. *eclog. tom. 1. l. 2. tit. 3. § 8.* Sextius item apud Senecam *ep. 73. Jovem plus non posse qàm bonum virum.* Inculcat passim & Seneca ipse *epist. 59. Sapiens cum Diis ex pari vivit.* & *epist. 31. Dedit tibi natura illa, qæ si non deseueris, par Deo surges. hoc est summum bonum, qod si occupas, incipis Deorum esse socius, non supplex.* Verùm unde paritas ista? Indè nimirum, qia *Bonus tempore tantùm à Deo differt.* Idem *de provident. c. 1.* & *epist. 73. Jupiter qo antecedit virum bonum? diutius bonus est.* & *epist. 53. Qid inter te & Deos interfuturum sit, qæris? diutius erunt.* Et *de constant. Sap. c. 8. Sapiens, exceptâ mortalitate, similis est Deo.* At ista temporis avt diuturnitatis distantia ad virtutem avt beatitudinem nihil habet momenti, sed in æqilibrio prorsus rem ipsam relinqit. Siqidem, *Tantùm sapienti suâ, qantùm Deo omnis ætas patet. magnique est artificis clavisse totum in exiguo. Senec. ep. 53.* Et *epist. 73. Qemadmodum ex duobus sapientibus qi senior decessit, non est beatior eo, cujus intra paucos annos terminata virtus est; sic Deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincat ætate.* Et Cicer. *de nat. Deor. l. 2.* E virtutibus vita beata exiliit, par & similis Deorum, nulla re, nisi immortalitate, qæ nihil ad bene vivendum pertinet, cedens cœlestibus. Epictetus denique *dissert. l. 1. c. 12.* Κατὰ γὰ τὸν λόγον ἡδὺν χείρων τῶν θεῶν, ἡδὺ μοχθηρὸς εἶ. λόγῳ δὲ μέγεθος ἢ μῆκος, ἡδὺ ὕψος κέκτησαι, ἀλλὰ δόξασον. Vah τῆς φλυαρίας, & τῆς ἀσεβείας. Itaqe cavtè legendi isti; nec tantum illis tribuendum, ut pro divinis, qod à multis fieri solet, habeantur. Verùm ab istis vel deliriis ridendis, vel proterviis execrandis Marcus noster immunis videtur. Illud interim observatu non indignum in hoc dogmate de beatitudinis diuturnitate Stoicis gemina Epicurum etiam ipsum censuisse. Apud Laert. *l. 9.* in *Select. Sentent.* Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσον ἔχει τῷ ἠδονῇ & ὁ περασμένος. Qod plenius Cicero *de finib. l. 2. Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè vivendum aliqid afferre: nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, qàm si illa sit sempiterna.* Sive ut idem *lib. 1. nec majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse, qàm ex hoc percipiatur, qod videmus esse finitum.* Nec relatu indignum planè Themistii illud, qo Chrysippeum hoc vellicat, *orat. 12.* Χρύσιππος ἔοικε τῷ ῥημάτων ἥττονι ἀνδριζεσθαι, ταῦτον δὴ φάσκων ἀνδρὶ ἀπαιδίᾳ μίαν ἡμέραν, μᾶλλον δὲ & μίαν ὥραν, πολλοῖς ἐναυτοῖς. ἡδὺ γὰ ἰδιώτῃ φιλοσοφοῦντι & τὸ ἔργον, ἂν τις ἀρκέσῃ ὑπολάβοι, καθάπερ ἀγαπᾷ ἐλλάμψασαν τὴν ἀρετὴν ἐνίοις ἀποσβῆναι ἀνδρὶ δ'.

Ὦ λαοὶ ἐπιτετραφατε, & τόσα μίμηλε, & ὦ πᾶσαι μὲν γῆ, πᾶσαν δὲ θάλασσαν κοινωνεῖν ἀνάγκη τῶν ἀγαθῶν, πῶς, ὦ βέλτιστε χρύσιππε, ὑπωμόσῃ τὸν χρόνον & ἔξω τῆς φύσεως; ὅσῳ γὰ ἐκεῖνο μακρότερον πιεῖς, πόσῳ μακρότερον πιεῖς τῶν τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν. Peripatetici planè in adversum ibant. Aristotel. *Ethic. l. 1. c. 7.* Μία χελιδὼν ἔαρ & ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· ὅτω δὲ οὐδὲ μακάριον & εὐδαίμονα, μία ἡμέρα, οὐδὲ ὀλίγος χρόνος. Verùm hoc illi, qia ad beatitudinem constituendam externa advocabant; qibus exui denuo & excidere daretur, qod Stoici omninò repudiabant.

Εὐλύτως ἄπεισιν] Ità *supr.* § 5. Εὔλυτος. Sen. *ep. 24. Vir fortis ac sapiens, non fugere debet ex vita, sed exire.* Et *ep. 54. Sapientis est exire, non ejici.* Qemadmodum avtem Marcus hic εὐλύτως ἀπιέναι, ità Epictet. *l. 2. c. 6.* Εὐλύτως ἔχε αὐτῷ.

Ὡς ἄλλό τι τῶν διηρθρωμένων & κοσμίως ἐναρμοζομένων] Ut aliarum rerum, sic & mortis etiam dextrè obeundæ qasi ars & virtus qædam est peculiaris. Senec. *epist. 26. Egregia res est mortem condiscere.* & *epist. 30. Magna res est, & diu discendi.*

ſcenda, cùm adventat hora illa inevitabilis, æquo animo abire. & epiſt. 62. Antè ad mortem, quàm ad vitam præparandi ſumus. & de brevit. Vit. c. 7. Totâ vitâ diſcendum eſt mori. & epiſt. 39. Mortem venientem nemo hilaris excipit, niſi qi ſe ad illam diu compoſuerat. Itaque compone te, inqit, ad diem illum, qo remotis ſtrophis ac fucis, de te judicaturus es, utrum loqare fortia an ſentias: numqid ſimulatio fuerit & mimus, qicqid contra fortunam jactaviſti verborum contumacium — Mors de te pronunciatura eſt. Idem epiſt. 26. Et mox: Supervacuum forſitan putas id diſcere, qo ſemel utendum eſt? hoc eſt ipſum qare meditari debeamus. Semper diſcendum eſt, qod an ſciamus, experiri non poſſumus. & epiſt. 30. Hoc philoſophia præſtat; in qocunqe corporis habitu ſortem, in conſpectu mortis hilarem lætúmqe, nec deficientem, qamvis deficiat.— Hoc facit Baſſus noſter. Eo animo vultúqe ſinem ſpectat, qo alienum ſpectare nimis ſecuri eſſe putares.— Videtur mihi proſeqi ſe, & componere, & vivere tanqam ſuperſtes ſibi, & ſapienter ferre diſcidium ſui. Vide l. 9. § 3.

Τοῦτο μόνον] Xylandrum non avdio cum ſequentibus iſta committentem. ſeqor potiùs Caſavbonum, qi prioribus agglutinat.

Νεφρῶ πολιτικῷ ζῶν] qod ſuprà λογικὸν καὶ πολιτικόν. § 6.

Τροπῇ] Annot. Lugd. τρόπῳ. atqe ità prorſus accepit interpres uterqe. Sed falſus uterqe. τροπὴ ſiqidem hîc fuga. Cavet ἐν τροπῇ φεύγῃς, in fuga eſſe, id eſt, fugere, ſubterfugere. metaphora ab eis qi πρὸς πόλεμον, in prælio ſuperati in fugam vertuntur.

§ 8. Κεκολασμένης] Caſtigati. explicat vim vocabuli philoſophus ethic. Nicom. l. 3. c. 12. τὸ ἧττον (τὸ μετρίας ἕνεκα καὶ ὀλίγας τὰς ἐπιθυμίας, καὶ τὸ λύπῃ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι) ἀκολασίαν λέγομεν καὶ κεκολασμένον. Marcum σύμφορον habiturus, ſi pro moderatis affectibus, nullos ſubſtituere concedatur. Cæterùm hinc δίαιτα κεκολασμένη, pro accurata & exqiſita victûs ratione uſurpatur. Plur. in Lycurg. & Lucian. in Hermot. & ῥήτωρ κεκολασμένος, ὁ διεσμιλευμένος, καὶ ἠκριβωμένος. Pollux l. 4. c. 3. & ἵππος κεκολασμένος τὴν γνάθον, δίκην τῶν σαγήνων. & γαστὴρ κεκολασμένη venter reſtrictus. Liban. orat. 19. eſt avtem metaphora à ſtirpibus vitibúsve ducta, qibus cùm flagella luxuriantia, avt ſarmenta ſuperflua demuntur, κολάζεσθαι, id eſt, caſtigari perhibentur. ità Theophraſt. de cauſſ. plant. l. 1. c. 21. Κλῆθρα κολάζομένα dicuntur, ὅις τὰ περιττὰ ἀφαιροῦνται, uti ibid. c. 17. id eſt, qibus ſupervacua detrahuntur, ut Columell. l. 4. c. 6. aliud eſt corrigere, & aliud rurſus caſtrare; qod utrumqe uſurpavit Cato c. 33. & ex Catone Plin. l. 17. c. 22. apud qem porrigere perperam legitur. Qin & Latinis caſtigatum dicitur, qicqid immodicâ omni luxurie atqe exyberante redundantiâ immune, intra decóri limites juſtos coercetur & conſiſtit. Ità pectus caſtigatum, Naſo in amor. l. 1. eleg. 5.

Qàm caſtigato planus ſub pectore venter?

contrà qàm qod in eqo lavdat Maro Georg. l. 3.

Luxuriáſqe toris pectus.—

frons caſtigata, Statio Sylvar. l. 2. poem. 1.

Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis.

juba caſtigata, eidem Thebaid. l. 9. de eqo;

Colla ſedent, nodis & caſtigata jubarum
Libertas.—

Carmen caſtigatum Flacco in arte:

—carmen reprehendite, qod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atqe
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.

ambitioſa nimirum recidendo ornamenta; uti idem ibidem.

Πυῶδες] id eſt, σαπρὸν καὶ διεφθαρμένον. tale ſiqidem qiddam eſt τὸ πύον, ut Ariſtot. de gener. animal. l. 4. c. 8. qi ideo Empedoclem ἀκαιρολογίας arceſſit, qòd τὸ γάλα πύον λευκὸν, lac, pus candidum dixerit, ſicut & topic. l. 4. c. 5. qod ὄινον ὕδωρ στομπὸν, vinum, aqam putrefactam. Ad animum tranſtulit, uti Marcus iſtîc, ità Senec. epiſt. 68. In pectore collectio & vomica eſt. Eſt enim vomica materiæ purulentæ collectio. Idémqe epiſt. 80. Horum, qi felices vocantur, hilaritas ficta eſt, avt gravis & ſuppurata triſtitia: & qidem gravior, qia interdum non licet palam eſſe miſeros; ſed inter ærumnas cor ipſum exedentes, neceſſe eſt agere felicem. Horat. itidem. Serm. l. 1. Sat. 7.

—Regis Rutili pus atqe venenum.

pro livore & virulentia.

Τιτυὸν] In Theſpeſii apud Plutarch. de Inferis fabula, dicuntur in animis ſceleratorum à Juſtitia mulctatis, ὕλας καὶ μώλωπας ἐμφύεσθαι. de hypocritis avtem boniqe ſimulatoribus feſtiva ſubjicit, qomodo Juſtitiæ ſatellites cum illis agant. Ὅσοι δὲ πεφύκασι καὶ δόξαι ἀρετῆς ἀμφιβαλλόμενοι διεξίασιν κακίας λανθάνουσιν, τύπτοντες ἐπιτόνως καὶ ὀδυνηρῶς ἠνάγκαζον ἕτερον ἀμείβεσθαι τὰ ἔνδοθεν ἔξω τῆς ψυχῆς, ἰλυσπωμένους παρὰ φύσιν καὶ ἅμα καμπτομένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι καταπῆσαι τὸ ἄγκιστρον ἐπιχείρουσιν αὐτάς. ἐνίοις δὲ ἀναδέξαντες αὐτοὺς καὶ ἀναπλύναντες, ἀναδείκνυσαν ἁπαλοὺς καὶ ποικίλους, ἐν τῷ λογισμῷ καὶ κυρίῳ τῆς μοχθηρίας ἔχοντας.

Ἀσωλίᾳ τὸν βίον αὐτῶν] Senec. epiſt. 32. Conſidera, qàm pulcra res ſit, conſummare vitam ante mortem; deinde expectare ſecurum reliqam temporis ſui partem, in poſſeſſione beatæ vitæ poſitum: qæ beatior non fit, ſi longior. Idem epiſt. 98. Ipſe vitæ plenus eſt, cui adjici nihil deſiderat ſuâ cauſſa, ſed eorum qibus milis eſt. liberaliter facit qòd vivit. Et epiſt. 93. Non ut diu vivamus, curandum eſt; ſed ut ſatis. Nam ut diu vivas, fato opus eſt; ut ſatis, an-

nis.

mo. Longa est vita, si plena est. impletur autem, cùm animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. Qid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est. —interest mortem ejus ex qo die numeres. At ille obiit viridis. sed officia boni civis, boni amici, boni filii executus est; in nulla parte cessavit. licèt ejus ætas imperfecta sit, vita perfecta est. Et mox: *Non ideo plures annos mihi accedere recusaverim. nihil tamen ad beatam vitam defuisse dicam, si spatium ejus inciditur. non enim ad eum diem me aptavi, qem ultimum mihi spes avida promiserat; sed nullum non tanqam ultimum amplexi. Qid me interrogatis, qando naturus sim? an inter juniores adhuc censear? habeo meum. Qemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus: sic & in minore temporis modo, potest esse vita perfecta. —Qaris qod sit amplissimum vitæ spatium? usqe ad sapientiam vivere. qi ad illam pervenit, attigit non longissimum sinem, sed maximum.* Idem *ep. 77. Iter imperfectum erit, si in media parte, aut citra petitum locum statoris: vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicunqe desines, si bene desinis, tota est.* Et *epist. 101. Qi cotidie vitæ suæ summam manum imposuit, non indiget tempore: —scit nihil interesse inter diem & seculum; —singulos dies, singulas vitas putat. qi hoc modo se aptavit, huic vita sua cotidie suis tota.* Contrà, ut idem *ibidem*; *Maximum vitæ vitium est, qòd imperfecta semper est, qòd etiam aliqid ex illa differtur.* Et Epicuro idem *ep. 33. Inter cætera mala, hoc qoqe habet stultitia proprium, Semper incipit vivere. —Qàm autem fœda est hominum levitas, cotidie nova vitæ fundamenta ponentium, novas spes etiam in exitu inchoantium? —qid turpius, qàm senex vivere incipiens?* Vide *l. 2, § 4. 11. & suprà § 7. & § 12. & l. 7. § 56, 69.*

Ὡς ἂν τις εἴποι τὸν τραγῳδὸν] Vide *l. 11. § 1. & l. 12. § 36.* Senec. *epist. 77. Qomodo fabula, sic vita; non qàm diu, sed qàm bene acta sit, refert. nihil ad rem pertinet, qo loco desinas. qocunqe vobis desine: tantùm bonam clausulam impone.* Martial. *l. 8. ep. 77.*

Qi sic vel medio finitus vixit in ævo,
Longior huic facta est, qàm data vita fuit.

Καὶ γὰρ ὁ ἀκαδὴς ἰσχνείῳ παυόμενος ὅτι δεῖ, οὐ ζητεῖ μᾶλλον, ἢ ἰσχναντόμῳ πρὸς παιδίον. Epictet. *l. 4. c. 1.* Rectè Varro in *Modio. Non eos optimè vixisse, qi diutissimè, sed qi modestissimè. Non enim vivere bonum est, sed bene vivere.* Sen. *ep. 70.* At, *Nemo* (inqit idem *ep. 22.*) *qàm bene vivat, sed qàm din, curat: cùm omnibus possit contingere, ut benè vivant, ut diu, nulli.*

Ἀποσαθρῶν] Vide *l. 8. § 34.*

Ἐμπλοῦν] Philo *Alleger. l. 2.* Ὁ φαῦλος δοκεῖ δὴ τὸν θεὸν ἐν τόπῳ, καὶ περιγράφει, ἀλλὰ πανταχοῦ· ὃ χρεὼν ἐστιν ἀκριβοῦντα, οὐ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ὃν ὄντως τῆς αὐτοῦ, καθ' ὃ φαλδίων ὀφιομορφεῖ. Translatio est à *serpentum* usu petita, qi in *specus* ac *cavernas* abdere se solent. Expressit hoc graphicè Tertullian. *adv. Valentinian. c. 3. Abscondat se serpens, qantùm potest; totámqe prudentiam in latebrarum ambagibus torqeat; altè habitet, in cæca detrudatur; per anfractus sericm suam evolvat, tortuosè procedat, nec semel totus, lucifuga bestia. Nostræ columbæ domus simplex; etiam in editis semper & apertis, & ad lucem. Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi.* Seneca *epist. 97. Bona conscientia prodire vult & conspici, ipsas necitia tenebras timet.* Vide *suprà § 7. & infrà § 15. & ad lib. 19. § 9.* λανθάνον, ὁ κρυπτόμενον.

§ 9. Τῷ ἀπολαυστικῷ λιώνων υἱεῖ] Vide *l. 5. § 21.*

Ἐν τούτῳ τὸ τῶν] Vide *l. 2. § 11, 15.* Epictet. *lib. 1, c. 11.* Ἐν ᾧ τοῦτόν ἐστιν ἐπὶ τοῦτον, τὸ ἔχειν τὸ ποιεῖν τι ἡμᾶς ἢ μὴ ποιεῖν. Senec. *ep. 78. Omnia ex opinione suspensa sunt.*

Ἵνα ἀπόλαυσις τῷ ὑγιαινοντι οὐ μονὴν ἐγγένηται ἀναπόλυτον τῇ φύσει] M. Cas. *neqid opinio tua in mente tua generet naturæ contrarium.* qasi μὴ τι & ἐγγενῆ legerit. Xyl. *ut pars tui principalis nihil unqam animo concipiat, qod est naturæ alienum.* Sensus in aperto est. Verborum, prout exhibentur, versio haud item. Lugd. *qod* rarò solet, literulâ immutatâ *omnia* reddidit proclivis, dum ἀναπόλυτος legit, ἀναπόλυτος scil. *qa opinio ultrà menti insaciatur, vel in mente excitetur, qa naturæ nequiqam consentaneæ sit.* Vide *l. 1. § 9.*

Αὐτὸ ἡ ἀπαγγέλλεται] *Illum autem est munus.* Xyl. Malim, *postulat autem*, sive *exigit ista.* ἀπαγγέλλεται, παραγγέλλει, αἰτεῖ. Svid.

Ἀπερισπασίαν] Ἀπερισπασίαν definit Zeno apud Laërt. *l. 7.* ὀνησίμῳ τῷ πρὸς δεῖ συγκαταθέσεις ἐν μὴ. *Scientiam, qâ qis norit, qando assensum adhibere vel inhibere oporteat.* Est igitur ἡ ἀπερισπασία, sive ut *l. 4. § 49. & l. 7. § 55.* τὸ ἀπερίσπαστον, à temeritate vacuitas, ut Xylander, (qi περισπασίαν, qæ vox tamen vix, opinor, reperitur, idem esse monet cum eo, qod περιττότης frequentiùs dicitur) hoc est, à temerè assentiendi proclivitate ac præcipitantia immunitas. Hinc Clitomachus apud Ciceronem in *Lucullo*: *Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, qod, ut feram & immanem bellnam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem & temeritatem, extraxisset.* hoc est autem τῆς ἀπολαύσεως κολασωτικῆς, ut Marcus loqitur, *l. 9. § 6.* τοῦ παρὰ τοῦτο ἐμπλοκῆς χάριν, ἵνα μὴ ἐκπεσὸν πέσῃ· *l. 7. § 54. Sedulò cavendum, nè qid minùs liqidò comprehensum clàm surrepat:* sive μὴ τι λάθῃ, μήτε ἄλλο συγκαταθῇ, *l. 8. § 7. nec falso, nec incerto assentiendi:* qâ ratione & ἀπερίσπαστος dicitur. Qanqam hujusmodi paulò qandoqe

doque τὸ περίπλεον usurpâsse videntur Stoici, qi referente Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 49. τοὺς περὶ Διόδωρον τῇ ἑτέρᾳ καὶ μὴ ἐπιχορίᾳ, ἁμαρτάνειν λέγουσι· δεῖ μὲν ἀδήλοις ἔοικεν, περίπλοιαις οὖν ἢ ψεύδεσι, ψευδομένοις οὖν δὲ κοινῶς ἀκολαλήτοις, δοξάζουσι. ubi rectè Petr. Valentianus *in Academic.* περιπίπλοιας reponit, pro eo quod περιπίπλοιας vitiosè legitur. emendationem adfirmo ex ipsius Chrysippi ἐν τῷ περὶ τοῦ Διὸς verbis, à Plut. *ibid. c.* 9. repræsentatis qibus inter τὰ καθ' ἑκάστας ἀρετὰς ἔργα recenset ista, ἀνδρείους τὸν δάκτυλον ἐκτεῖναι, καὶ ἐγκρατεῖς ἀναφῶδι δυσδιαπτώτους γεγονός, καὶ ἀπερίπλωτους ἀκοῦσαι τοῦ τὰ τέλεα τέσσερα μὴ εἶ) τελέων. qo loco tamen liberiùs laxiúsque usurpari video τὸ ἀπερίπλωτον. Et disertiùs etiam in Stoicorum placitis à Stobæo coacervatis, *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. ubi τὸ περίπλεον exponitur, περὶ καλαλήψεως συγκατάθεσις. Et in eundem sensum Epictet. *dissert. l.* 4. *c.* 1. Τίς δίκει ζῆν ἐξαπατώμενος περίπλωτος; qi locus Volphio negotium sine causâ facessit. Fallitur ergò Budæus, (& Budæum secutus Stephanus) cùm ἀπερίπλωσίαν legit apud Laërtium, (tanqam sit à περίπλεω, qod *impingere* significet) & ad *lapsum* in vitæ actionibus refert. Neqe enim τὸ περίπλεον eo sensu usurpari exemplum ullum exhibetur. Stoicósqe palam est, tria ista, τὸ ἀπερίπλωτον, τὸ ἀδιάπλωτον, τὸ ἀπερίπλωτον, ità sòlitos distingvere, ut τὸ ἀπερίπλωτον, ad κατάληψιν, sive *opinionem*, τὸ ἀδιάπλωτον, ad πρᾶξιν, sive *actionem*, τὸ ἀπερίπλωτον, ad πεῖσιν, sive *perfessionem* referrent; dum *sapientem, nec falli, nec labi, nec lædi* posse contendebant. Videatur Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 3. § 3, & 8. Marcus autem τὸ συγκαπάπλον καὶ περίπλωτικὸν καὶ μεταπλωτικὸν conjunxit. *l.* 11. § 9. Epictetus verò *l.* 2. *c.* 8. ista φιλοσόφου τέλος facit, ὄρεξιν ἀναπότροπον, ἔκκλισιν ἀπερίπλωτον, ὁρμὴν καθήκουσαν, πρόθεσιν ἀπταιστον, συγκατάθεσιν ἀπερίπλωτον. Idémqe *l.* 1. *c.* 4. hominis opus constituit in tribus hisce; ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει, ἵν' ἀναπότροπτος ᾖ· ἐν ὁρμαῖς καὶ ἀφορμαῖς, ἵν' ἀναμάρτητος· ἐν προθέσει καὶ ἐποχῇ, ἵν' ἀνεξαπάτητος.

Τῶν πρὸς ἀνθρώπους οἰκείωσιν] Vide *supr.* § 4.

Τῶν τοῖς θεοῖς ἀκολουθίαν] Vide *l.* 7. § 31, 67.

§ 10. Πέντε ἓν ῥίψας] Vide *l.* 2. §. 7. Senec. *epist.* 17. *Projice omnia ista, si sapis, imò ut sapias; & ad bonam mentem magno cursu ac totis viribus, tende. Si qid est, qo teneris, aut expedi, aut incide.* Et *epist.* 5. *Qòd pertinaciter studes, & omnibus omissis hoc unum agis, ut te qotidie melliorem facias, probo & gaudeo; nec tantùm hortor ut perseveres, sed etiam rogo.* Et *epist.* 72. *Non cùm vacaveris, philosophandum est: omnia alia negligenda, ut huic assideamus.* ——*resistendum est occupationibus: nec explicandæ, sed submovendæ sunt. tempus qidem nullum est parùm idoneum studio salutari.* Et *epist.* 88. *Magna & spatiosa res est sapientia: vacuo illi loco opus est.* ——*Non dabit se in has angustias virtus. laxum spatium res magna desiderat. expellantur omnia: totum pectus illi vacet.* ——*ut habere possit liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt.*

Μόνον ζῇ ἕκαστος τὸ παρὸν τοῦτο τὸ ἀκαριαῖον] Vide *l.* 2. § 14, 17. & *l.* 12. § 3. Apud Ælianum *l.* 14. *c.* 6. Aristippus: Μόνον ἡμέτερον εἶ) τὸ παρὸν, μήτε τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον. τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι· τὸ δὲ ἄδηλον εἶ), ἐφ' ἕξας. Plut. *de commun. notion. c.* 37. Οὐκ ἔστι νῦν τὸ παρῳχημένον καὶ οὐκέτι νῦν τὸ μέλλον. Qod præteriit, non est: qod futurum est, nondum est. Avgustin. *Confess. l.* 11. *c.* 14. & *in Psal.* 38. Senec. *de brev. vit. c.* 10. *In tria tempora vita dividitur; qod est, qod fuit, & qod futurum est. ex his, qod agimus breve est; qod acturi sumus, dubium; qod egimus, certum.* ——Siqidem *singuli tantùm dies, & bi per momenta præsentes sunt.* Et mox: *Præsens tempus brevissimum est; adeò qidem, ut qibusdam nullum videatur. in cursu enim semper est; fluit, & præcipitatur. antè desinit esse qàm venit. nec magìs moram patitur, qàm mundus, aut sidera, qorum irreqieta semper agitatio; nunqam in eodem vestigio manet. solum igitur ad occupatos præsens pertinet tempus; qod tam breve est, ut arripi non possit; & idipsum illis, distinctis in multa, subducitur.* Censorin. *de die natal. c.* 15. Æternum est immensum, *sine origine, sine fine, nec ad qemqam magìs hominem qàm ad alterum pertinet. hoc in tria dividitur tempora, præteritum, præsens, futurum: ex qibus præteritum initio caret, exitu futurum: præsens autem, qod medium est, adeò exiguum & incomprehensibile est, ut nullam recipiat longitudinem, neqe aliud esse videatur, qàm transacti futuriqe conjunctio; adeò porrò instabile, ut ibidem sit nunqam; & qicqid transcurrit, à futuro decerpit, apponitqe præterito.*

Ἐν ἀδήλῳ] Solomon *Eccles. c.* 10. *v.* 14. & *c.* 11. *v.* 2. *Ecqis novit qid futurum sit?* Anacreon. *Carm.* 24.

Χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον·
Ὃν δ' ἔχω δ' ἀμαυρὸν, οὐκ οἶδα.

Pittacus apud Laërt. Τί ἀφανές; τὸ μέλλον. Isocr. *ad Demonic.* τὸ μέλλον ἀόρατον. Plut. *adverf. Colot.* Ἄδηλον τὸ μέλλον. Seneca *ad Mart. c.* 23. *Omne futurum incertum est.* Pindar. *Olymp. Od.* 12.

Σύμβολον δ' ὅτις ὀπιχθονίων
Πίζων, ἀμφὶ πρόξι ἐσ-
-ομένᾳ ἔυρε θεόθεν.

Horat. *Carm. l.* 3. *od.* 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premit Deus.

Μικρὸν μὲν ἐν ᾧ ζῇ ἕκαστος] *Parvum* & concisum est admodum, hac ratione, *qod vivimus*; qia ad momenti τὸ ἀκαρὲς atqe *insecabile* restringitur. Verùm cæteroqi etiam havd longa aut diuturna esse vita

vita poterit, etiamsi mortui obitúque, tanquam cancellis septisque qibusdam, eam definiamus, & ab illo ad istum pertingentem consideremus. Vide *l.* 4. § 26. & *l.* 11. § 16. *considerat.* 6.

Μικρὸν ἢ τὸ τῆς γῆς χωρίδιον, ὅτι ζῇ] Ità *l.* 6. § 36. Ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη χωρίαι τοῦ κόσμου. Et *l.* 8. § 21. καὶ ἐν χωρίῳ τούτῳ τοῦ κλίματος. & *l.* 12. § 32. ἐν πόσῳ βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἕρπεις.

Μικρὸν ἢ ἡ μοναξία ὑπερεφορμία] διὰ τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης. *l.* 4. § 3. βραχύβιον γὰρ καὶ ὁ ἐπαινῶν καὶ ὁ ἐπαινούμενος, καὶ ὁ μνημονεύων, καὶ ὁ μνημονευόμενος *l.* 8. § 21. Vide *l.* 2. § 17. & *l.* 4. § 3. 19. & *l.* 7. § 6. Cicer. *de repub. l.* 6. in *Somn. Scip. Ipsi autem, qi de vobis loquuntur, quàm diu loquentur? qinetiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes unius cujusque nostrûm à patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modò non aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus.* Et mox: *Sed loquentur de te. Sermo autem omnis iste, & angustiis cingitur iis regionum, quas vides, nec unquam de ullo perennis fuit; & obruitur hominum interitu, & oblivione posteritatis extinguitur.*

§. 11. Τοῖς ἢ εἰρημένοις παρασήμασι.] Xyl. *praeceptis.* ac fortè παρακλήμασι, παρακελεύσμασι, vel παραινέμασι legisset. M. Cas. *auxiliis.* ἑστηκε reverâ παρεῖκεν ἄστατε, adesse, auxiliari. itaque quanquam παράσημα hoc sensu nusquam occurrat, fieri potest tamen, ut Marcus eo istîc usurpaverit. ut παρασήματα hîc dixerit, quæ *infrà βοηθήματα l.* 4. § 50. qia τὸ παρεῖναι est βοηθεῖν. potest fortasse & *documenta* reddi. nam παράσημον, qod ejusdem est originis, etiam pro *documento* sumi quandoque docet Budæus.

Γυμνὸν] Vide *supr. l.* 2. § 12. & *l.* 9. § 34.

Διαρρεμένων] Vide *l.* 4. § 21.

Οὐδὲν γὰρ ὕπνου μεγαλοφροσύνης πνικτὸν] Idem *l.* 10. § 11. Vide Casavb. *ad Pers. Sat.* 3. *v.* 72.

Ὀδῷ καὶ ἀληθείᾳ] Vide *ad l.* 1. § 9.

Πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης] Vide *ad l.* 2. § 16. & *ad l.* 4. § 3. & 23. & *l.* 6. § 44. In eundem sensum Epictetus *dissert. l.* 2. *c.* 10. Πολίτης εἶ τοῦ κόσμου, καὶ μέρος αὐτοῦ. *Mundi civis, ejusdémque pars es.* Idémque *l.* 1. *c.* 9. Τί ἄλλο καταλείπεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὸ τοῦ ζῷου τούτου, μᾶλλον δὲ τοῦ θεοῦ, τὸν πολίτην τοῦ κόσμου, πεδαπὸς ὄζει, εἰπεῖν, ὅτι Ἀθηναῖος ἢ Κορίνθιος, ἀλλ' ὅτι Κόσμιος; Qod Cicer. *Tusculi. l.* 5. *Socrates cùm rogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum,* inqit. *totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Et *de finib. l.* 4. ex Stoicorum sententia: *Mundum hunc omnem, oppidum esse nostrum. ut Cicceiis qi habitet, hunc omnem mundum suum municipium esse existimet.* Diogenes pariter apud Laërt. *l.* 6. interrogatus unde esset, respondit Κοσμοπολίτης. de qo Epictet. *lib.* 3. *c.* 24. Πάσα γῆ παρεῖς ἦν ἐκείνῳ ἐξαίρετος ἢ πατρίς. Et Basilius Cæsar *epist.* 41. ad Maximum Philosophum, ὁ ἢ πολίτευμα σεαυτὸν τῆς οἰκουμένης ἐποίησας. *Tu te mundi totius civem effeceisti.* Senec. *epist.* 68. *Sapienti reipub. ipso dignam dedimus,* id est, *mundum.* Verùm sint illi *mundani,* sive *mundi cives.* hoc nos illis Christiani libenter concedimus. At nos potiùs, qi è *mundo* nos esse diffitemur, Joan. *c.* 15. *v.* 19. & *c.* 17. *v.* 16. Sumus reverâ, qod Marcus istîc, τῆς πόλεως ἢ ἀνωτάτης πολίτευμα· ἡμῶν ἢ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς. ut Paulus *ad Philip. c.* 3. *v.* 20. *Municipium nostrum in cœlis est.* Siquidem, ut Tatianus Assyrius *adv. Græc. c.* 33. κόσμου μὲν ἡ κατασκευή, κόσμιοι· τὸ ἢ ἐν αὐτῷ πολίτευμα, φαῦλον. Nobisque, qod Seneca *epist.* 102. *Patria est, qodcunque suprema & universa circuitu suo cingit.* ut verè liceat nobis Luciani illud in *Hermot.* usurpare; Ὅρᾳς οὖν ὃ μάντα, ὅτι καὶ μικρῶν κτημάτων, πολίται ἐπιδημοῦντες γνώσῃ ἔστιν κλῆσις καὶ εὐδαίμονος πόλεως. liceat cum Anaxagora (Laërtio *l.* 2. referente) digito in cœlum intendentes dicere, Αὕτη πατρίς. *ista nobis est patria, civitas ista.* Siqidem Christiani qiqe genuini sunt ἐραγνοπολῖται, ut Isidorus Pelus. *l.* 2. *epist.* 251. *cives* nimirum, τῆς ἄνω καὶ ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ, *supernæ cœlestisqe illius Hierusalemi, qæ est fidelium sanctorúmqe universorum metropolis:* ut Apostolus *ad Galat. c.* 4. *v.* 26. & *ad Hebr. c.* 12. *v.* 22. ἐραγνοπόλεως nomine dignior longè, qàm Marci, qâ Antoninus, ut ipse loqitur, *patria,* qam eo nomine insignire Athenæo visum est, *dipnosoph. l.* 1. Rectè Philo *de agricult.* Παροικεῖν, ἢ χαυτικεῖν ἠλιθιῶδες· τῇ γὰρ ὄντι πᾶσα ψυχὴ ζωτὸς, πατρίδα μὲν ἔρημον, γῆν ἢ ξένην ἔλαχε. Itaque eò revertuntur, ubi hinc recedunt, πατρίδα μὲν τὴν ἐφέτιον χῶρον, ἐν ᾧ πολιτεύονται, ξένον δὲ τὸν ἀθέσμιον, ἐν ᾧ παρῴκησαν, νομίζουσι. Idem *de lingu. confus.* Clemens denique *Strom. l.* 4. *extremo:* Λέγουσι γὰρ καὶ οἱ Στωικοὶ, τὸν μὲν ἔρημον κυρίως πόλιν· τὰς ἢ ἐπὶ γῆς ἐνταῦθα καὶ νῦν πόλεις· λέγεσθαι μὲν γὰρ, οὐκ εἶναι δέ. ἀπαθὲς γὰρ ἡ πόλις, καὶ ὁ δῆμος ἀσεῖόν τι σύνημα καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμου διοικουμένων.

Τί ἐστι,—τὸ τοῦ φαντασίαν μοι νῦν ποιῆν] *Qid est, qod modò cogitationem animo meo attulit.* Xyl. *qid est, in qo defixa est nunc phantasia mea.* Cas. malim, *qid sit, qod phantasiam meam afficit impraesentiarum.* ut & sententia continuetur, qd συμπεβάλλειν respiciens: & τὸ ποιῆν à ποιόω, non à ποιῶ ducatur. Vide Aphrodiss. *supr.* ad § 1. & Marc. *l.* 12. § 18. qanqam & φαντασίαν ποιεῖν etiam dicitur. Nemesian. *de nat. hom. c.* 6. Ex Stoicorum sententia; φαντασίαν μὲν λέγοντες τὸ πάθος τῆς ψυχῆς, τὸ ἐνδεικνύμενον αὐτό τε, καὶ τὸ ποιητικὸν

ποιουμὲς φοβερόν. ὡς γὰρ ὁι τοῖς αἰδημόνοις ἐγγίνεται πάθος, ὅταν αἰδεσθῶσι· οὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ὅταν ἐκπλαγῇ· εἰκόνα γὰρ ἐαυτῆ δίχεται τὸ φοβερὸν φαντασθὲν ἢ, τὸ φαντασθὲν τῶν φαντασιῶν αἰδημόνων. Utrovis modo ſumpſeris, eódem recides.

'Ανταρκείας] *ex qa totus ex me aptus ſum.* Xyl. Sed hoc laxum nimis; quum de virtute aliqa peculiari agatur. *Contentatione.* Caſ. ego, *frugalitate.* ità Polybius uſurpavit, Budæo referente; Ἄξιος ὁ ἀνὴρ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, μάλιστα δὲ τῆς αὐταρκείας τοῦ βίου. *frugalitatis nomine cum primis.*

Τὰ μὲν παρὰ θεῶν ἤκει] Ità *l.* 2. § 3. πάντα ἀκαίτητα ῥεῖ. Vide & *l.* 8. § 20. & *l.* 9. § 1. & *l.* 10. § 1. Ἀπὸ θείας αἰτίας συμβαίνειν πᾶσι πάντα. Idem *l.* 8. § 23. Exagitat Stoicos paſſim Plutarchus in libris *de Stoicis contradictionibus*, & *de communibus notitiis*; quòd etiam mala humana, bella, cædes, peſtes, & ſimilia (quæ illi omnia malorum loco non habebant) Deo adſcriberent, & divinitus contingere aſſererent. Verùm Stoicis hac in parte ſuffragium contribuit ſuum codex ſacer haud ſemel. Apud Eſaiam *c.* 45. *v.* 7. Deus ipſe: *Ego ſum, qi & lucem produco, & tenebras obducos; qi ſtatum pacem, malúmque creo. Ego Dous iſta omnia facio.* Jeremias, Thren. *c.* 3. *v.* 37, 38. *Eoqa dicente exiſtit qicqam, niſi Dominus id præceperit? Ex ore altiſſimi egredi non malum qdqe qàm & bonum?* Amos. *c.* 3 *v.* 6. *An erit malum in civitate, qod Dous non effecerit?* Itaque ſicut de bono Pſaltes, *A Domino factum eſt iſtud*, Pſal. 118. *v.* 23. Ità de malo pariter Vates: *A Domino exitit iſtud.* Hiſtoriæ Regum *l.* 3. *c.* 22. *v.* 24. Job ſanctus, tam prædonum manu abacto pecore, qàm & gregibus igne cœlitùs miſſo abſumptis, liberisque ædium ruinâ turbine impulſarum oppreſſis; *Dominus*, inqit, *dedit*; *Dominus abſtulit.* Jobi *c.* 1. *v.* 21. Uxoriqe per animi imposentiam, cùm ulcere fœdo jam oppletus in cinere volutaretur, minùs ſana conſilia ſuggereriti; *Scilicet bonum à Domino acceperimus; & non malum etiam laturi ſimus?* Ibid. *c.* 2. *v.* 10. Deniqe Rex pius à maledico rabula convitiis impetitus: *Iſte*, inqit, *maledixit, qia Dominus edixit.* Reg. *l.* 2. *c.* 16. *v.* 12. Itaqe *Obmutueram*, ait, *ſilentiúmqe mihi indixeram, qia tu, Domine, illud feceras.* Pſal. 39. *v.* 9. Nec refragantur exteri. Homer. *Od.* δ'. *v.* 237.

Ζεὺς ἀγαθὸν τε κακόν τε ἑκὰς δώῃσι.—
Ipſe bonúmque malúmque Jovis dat.—

Idémque *Odyſſ.* δ'. *v.* 63.

—δίδωσι δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
—*dabat ipſe bonúmque malúmque.*

& *Iliad.* ο'. *v.* 109.

Τῷ ἔχεθ', ὅ,τι κεν ὔμμι κακὸν πέμψωμαν ἰόντι
Ἢ ἀγαθόν.—

Ità ſiquidem legit Chryſippus, ſecus qàm nunc habetur, à Plutarcho *de Stoic. contradict. cap.* 47. adductus.

Ipſe malum qodcunqe bonúmve immiſerit ulli,
Acceptum huic fertur.—

Sophocl. *Ajace Lorer.*

Σὺ δ' ὦ θεῶν πᾶσι καὶ γελᾷ καὶ δύρεται.
Qivis dolet, vel ridet, ut viſum Deo.

Idémqe *ibid.*

Ἐγὼ μὲν ἓν καὶ ταῦτα καὶ τὰ πάντ' ἀεὶ
Φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μαχαῖρ' ὀξεῖς.
Ego hac & alia qæ accidunt mortalibus
Venire cuncta nutu dixerim Deûm.

Vide Epict. *l.* 3. *c.* 24 *ad l.* 2. § 16.

Κατὰ σύλληψιν καὶ τὰ συμπεροισθέντα συλλογισμόν] Ità *l.* 2. ἐκ δὲ φύσεως καὶ συναλλάσσοντος. *ſupr.* § 4. & *inf.* § 16. συλλογιζόμενοι. Alluſit ad Parcarum (quæ & indè Καλλιλάϊδες Homero dictæ *Odyſſ.* ν'. *v.* 197.) ſtamina ducentium & fatas intexentium figmentum poeticum. Ità & *l.* 4. § 21. συγκαθείμαρτό σοι καὶ συναλλάξαν. Et *l.* 5. § 8. συλλαβόντος. & *l.* 8. § 20. συμπεριπλεκόμενα. Senera pariter *epiſt.* 107. *Qæ impigri atqe alacres excipiamus imperia; nec deſmamus hunc operis pulcerrimi curſum, cui ſiqid patimur, intextum eſt.* Figmentum ipſum de Parcis illud autor libri *de mundo*, qi ſub Ariſtotelis nomine proſtat, *c.* 7. Sic explicat: Τρεῖς μὲν αἱ μοῖραι, καθ' ἃς πᾶν γένος καὶ μεμερισμένον νέμεται καὶ ἀπεράντως, τὸ μὲν, ἐξεφρασμένον· τὸ δὲ, μέλλον· τὸ δὲ, ἀφωρισμένον. τοῦτο δὲ ἐστὶ, καθ' μὲν τὸ γεγονὸς, μία ἡ μοῖρα, ἄπτωτος· ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἄπτωτα ἔδει. καθ' ἃ δὲ μέλλον, λάχεως· οὐ πάντα γὰρ ἃ ἐφ' ἡμῖν μένει λῆξις. καθ' ἃ δὲ ἐνεστὼς, κλωθὼ, συμπλέκουσα τε καὶ κλώθουσα ἑκάστῳ τὰ ἐκείνῳ· πάντα δὲ ἐστὶ, τὰ ἄλλα τε, καὶ ὁ Θεός. quod & Platonem dicere. Sed & Chryſippus apud Theodoret. *therap. l.* 6. Τὸν μὲν πνευματικὸν, καὶ προαιρετικὸν εἶναι καὶ σωτηρίου τελεσμένου δόγματος· ἢ ἡ Εἱμαρμένη, εἰρομένου τινὰ, ἔστ' ἐξ ἀνάγκης ἕκαστα γίνεται, ἔστε καὶ ἐξ ἴσης ἑκάστοτε αἱρέσεως· τὰς δὲ Μοίρας ἀνομάζει, ἅπερ οἱ μυθολόγοι καὶ καλαγενεῖσθαί τινα νυκτὶ ἑκάστῃ· τὸν δὲ δεκάμοιρον τῶν Μοιρῶν, τοὺς κρεῖς χρόνους περιπλέκειν, ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι' ὧν ἐπιτελεῖται καὶ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον. Λαχητὸν δὲ, καὶ τὸ ἀνεκτὸν καὶ ἀκατάθετον τῇ μεταβολῇ. Κλωθὼ δὲ, παρὰ τὸ συνκλώθειν καὶ συνείρειν τὰ πάντα.

Συνίδειν τε καὶ τύχαι] Vide *ad l.* 1. § 17. *extremum.* & *l.* 7. § 31.

Συμφύλου καὶ συγγενοῦς] Vide *ſupr.* § 4.

Ἀγνοοῦντος] *ſupra l.* 2. § 1.

Ἐγὼ οὐκ ἀγνοῶ] *Ibid.*

Πρᾶσαι αὐτό] Marci dictum in hunc eandem ſententiam laudat Suidas in Marco. Πολλοῦ μὲν τοῦ ἀνθρώπου ὑπὸ βίλους ἔχειν, ἀδύνατον δὲ τοῖς μὴ ἐν τρυφῇ, ἐς ὃ, τι ἂν τις αὐτῷ τὸ κατὰ χρῆσιμον ᾖ, χρῆσθαι. Εὐ-

Ἔωσις] D. Junius mavult εὐμοιρῶς. Sicut *supr.* § 4. πάντα ἁπλᾶ καὶ εὐμοιρῆ. & *infr.* § 12. εὐμενῶς. qibus addas licet, *l.* 6. § 45. εὐμοιρῆ. Verùm nihil obstat, qo minùs ἔωσις istic retineatur. sicut *l.* 9, § 26 Ἐωσεῖν αὐτοῦ καὶ τοῖς δεῖ. etiamsi enim Phrynichus in *Atticismis*, ἔωσις ἔχειν dici veret, εὐκαιρίας loco illius usurpari jubeat; non est tamen Marcus noster elegantiarum istiusmodi curiosus.

Κατ' ἀξίαν] Ità Epictet. *l.* 2. *c.* 23. Ἀνὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου σπουδάσων. Vide *l.* 4. § 32. & *l.* 8 § 29,43. Τῷ καλῷ, hoc est, *honesto*, sive *virtuti*, qod in solio majestatis collocabant, utpote qod *summum*, imò *solum*, *bonum* censebant, μεγίστην ἀξίαν, i. e. *maximam dignitatem*, sive, ut Stoicè loquamur, *æstimationem* tribuebant Stoici. Cætera omnia, etiamsi pro *adiaphoris* rebúsq; *mediis* ducerent, utpote quæ verè boni partem nullam obtinerent, quædam tamen ex eis in pretio atque æstimatione aliquâ habebant, quæ ideò προηγμένα, vocabulo à Zenone excogitato, i. e. *producta*, ut Seneca *ep.* 74. *promota* sive *præposita*, ut Cicero *de finib. l.* 3. nuncupabant. Ideo autem istis ἀξίαν τινὰ, i.e. *æstimationem pretiúmque* aliqod tribuebant, ut Laërt *l.* 2. διὰ τὸ μέσως τινὰ διώασθαι ἢ χρείαν ἔχειν, συμβαλλομένην πρὸς τὴν κατὰ φύσιν βίον. i.e. *quis mediam quandã vim usúmve haberent, ad vitam secundùm naturam agendam conducentem*. Ex istis rursus, Τὰ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀξίαν, τὰ δὲ βραχεῖαν, *alia majoris æstimanda, alia minoris* censebant; ut Stob *tom.* 1, *l.* 2. *tit.* 4. § 6. Et Seneca *epist.* 82. *Est & horum, quæ media appellamus, grande discrimen.* Atque hoc est, qod Marcus, tum istic, tum alibi, τὸ κατ' ἀξίαν in rerum usu observandum inculcat. Illud interim observatu non indignum, Stoicos, cùm in vocabulorum usu, usque ad ineptias etiam, non minutias tantùm, superstitiosi existerent, sicut *promota* sive *præposita* illa, λεπτὰ μὲν, ἀλλ' οὐκ αἱρετὰ, οἰκεῖα, ἀλλ' οὐ σπουδαῖα, χρήματα ἦτοι ἐκ χρῆσιν, ἀλλ' οὐκ ὠφέλιμα, dici sanxerunt; qod ridet Plut. *de commun. notit. c.* 17. ità πλὴν ἀξίαν, ubi de *adiaphoris* usurpatur, noluisse reddi, *dignitatem*, sed *æstimationem*; qâ voce usus est Cicero *de finib. l.* 3. vel *pretium*; qâ usus est Seneca *de vita beat. c.* 22. *Pretium quidem*, inqit, *aliqod erit; certè dignitas non erit.*

Σύνταγμα] *Conjecturam facio.* Xyl. *emalim, tutionem habeo.* Vide Τὸ συνταγὲν, *l.* 1. § 9.

§ 12. Τὸ παρὸν] Vide *ad lib.* 6. § 2. Elace. *carm. l.* 3. *od.* 29.

—*qod adest memento*
Componere æqus,—

Ἐπόμενον τῷ ὀρθῷ λόγῳ] Ità *l.* 10. § 12. Τῷ λόγῳ τῷ κατ' ἐπόμενον. Et *l.* 12. § 31. Ἑπόμενα τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ.

Καὶ μηδὲν παρεμπόρδημα] *Nege præter istud qod proposueris tibi, accessorium aliqid vel capteveris vel admiseris.* deesse videtur verbum aliqod, πλὴν para, vel ἐπιζητῆς. Est autem τὸ παρεμπόρδημα vox à re mercatoria tralata: significátque propriè *negotiationem aliqam ei, qæ primariò instituitur, accedentem, vel incidentem etiam*; & ex consequenti, *lucrum è negotiatione istiusmodi acquisitum*; ut Budæus interpretatur. cui debemus quæ sequuntur, ex Basil. *epist.* 73. de adversariis suis. Ἐμπορεύειν βίον μελαγχολοῦντες, παρεμπόρδημα ποιοῦνται τὴν ἡσυχίαν διαβολήν. *Vitam mercatoriam sive nundinariam exercentes, negotiationi suæ isti accessoriam faciunt vestri obtrectationem.* Et ex Lucian. *de histor. conscrib.* Οἶμαί σε ἐν ὑποθέσει χαίρειν μοι βουλόμενον, τὸ μόνον ποιητὴν ἀγαθὸν εἶναι τὸν Ὅμηρον, τῷ δώρῳ παρεμπόρδημα ποιησάντα τὸν Δημοσθένην. *Videris mihi, cùm hoc unum proposuisses, ut ostenderes mihi Homerum bonum esse poetam, dono muneríve promisso accessorii, sive mantissæ, loco adjecisse Demosthenem.* qibus adjicias licet illud Clementis Alex. *pædag. l.* 3. *c.* 10. qi de exercitiis agens; ubi dixerat, ἄλλος ὁ πειρατὴς ἀλείφεται, ἄγχειν δὲ βασίζων, ἢ εἰς ἄλλο τι πονῆσαι. adjecit, εἰ δὲ καὶ σκαφείης ἕλκυστρα, ἢ ἀμπέλου τῆτο παρεμπόρδημα οἰκονομικὸν γεωργικῆς. *præter exercitii, qod intenditur, beneficium, etiam rei familiari emolumenti aliqid accedit obiter.* Cæterùm D. Junius, nihil deesse apud Marcum opinatur, pro nomine duntaxat participium substitui debere, ut sit μηδὲν παρεμπορδόμενον· qid si verbum reponamus, παρεμπορδᾷ qia sequitur ἀλλὰ πρᾶσσε. Est autem τὸ παρεμπορδίζειν, qod Gregor. Naz. *orat. in Basil.* de Savle agens, qi dum asinos investigat in diadema incidit, τὸ παέργον, sive τὸ παρὰ τὸ ἔργον ἐμπορδίζειν dixit. Βασιλείαν ἥυρατο μείζονα τῆς ἔργου τὸ παέργον ἐμπορδισάμενος. De sensu constat, qi idem futurus est, qocunque ex dictis modo legerimus. Qod Marcus voluit, optimè expressit Clemens *Strom. l.* 4. ubi de gnostico agens, Οὐ πειράσεται, inqit, ἢ πλουτιεῖν ἐξωθεν ἕνεκα κέρδους ἢ ἐπίλαμψις αὐτῷ ἐμπαρῇ ἢ τῶν ὄντων ὅντως ἐραστῆς ἐλεύσεται, καὶ πρὸς τὸ δίον ἀρθμιεῖται, διοσεῖσι, ὅθεν ἂν εἰ καὶ κατ' ἐπιδοσιν ἐξουσίαν λάβοι παρὰ τῆς θεοῦ περιέλοι τὰ ἀπαραδόθμενα, ἀπημελήτως τε ἂν καὶ εἰ μὴ μᾶλλον τὰ μείζονα ἀγαθὰ λήψεσθαι ὑπὸ τῆς δι' ἐπαγγελίας παρακάλεσε. ἅμα εἰ καὶ πόσους τὸν θεὸν ἐφ' ὅσ πράττει, πιθέσθαι· ἔτερ ἐκ τοῦ μᾶλλον προέξαι τι παρὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν ἐθελήσαι πεῖν ὧν τὸ ὄντως κρεῖττον καὶ αἱρετὸν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ ταύτην ἀγαπητὴν ἔξιν ἐλόμενος. Vide *l.* 1. § 16. & *l.* 9. § 39.

Τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα] Idem *infrà* § 16. Vide *ad l.* 2. § 14.

Καλὸν ἐφ' ἑαυτῷ] Clemens *Strom. l.* 4. Ἐν ὑγιὲς κρίνειν ἔφησε, Ἐὰν μὴ λυσῇ, ἀλλὰ νόμ καθαρῇ. ἀγνείαν δὲ, δίκαια, πιστὰ, ἢ ἐφ' ἑαυτῷ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἐνεργούμενα, πρὸς δὲ, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ πιστευόμενα, καὶ πολιτείαν, ἢ κατὰ τὸ εὐπρεπὲς

ἀναμαρτησία. ἐστque hæc revera καθαρότης ἐζῶσα, ut cum Marco loquamur, quam depingit Clemens. Cæterùm cùm ista in carne constitutis fit ἀνέγκλητος planè, ideo rectè subjungit, ἱκανὴ ἦ, ὅτι μαι, ἀνθρώπῳ καθαρὸς, μέλισσα ἀκριβὴς καὶ βεβαία.

Ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀπολέλυται δίοι] Vide *ad l.* 2. § 5. 11. Epictet. *Enchir. c.* 22. Ὁ θάνατος πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ οὐδὲν ἀνθρώπινον ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. Senec. *ep.* 101. *Qui hoc modo se aptabit, cui vita sua quotidie fuit tota, securus est.* Flacc. *carm. l.* 3. *od.* 29.

—*ille potens sui*
Lætúsque deget, cui licet in diem
Dixisse, Vixi.—

Ἐὰν τοῦτο σωμάτιον] *Ità si perseveres.* Xyl. at Cas. *si huic*, genio nempe tuo, *adhæseris.* ἂν τούτῳ σωματίῳ legeris. σωμάτιον pro *hærere* vel *adhærere* Theophrasto usurpatum *de plant. l.* 4. *c.* 9. Φύεται ὃ καὶ ἐπὶ τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, ὃ οὐ σωμάτιον τῇ γῇ. *In lacubus ac paludibus nascitur, sed terræ non adhæret:* Ὡσαύτως δὲ καὶ ῥιζῶν, αἱ καθ' ὕδατος ὀχοῦντες, οὐκέτι ἂν ἔχοιεν. ut de plantis ejusmodi Gregor. Naz. συλλ. 1.

Μηδὲν πεπιθώς] Senec. idem *ep.* 12. *Ille beatissimus & securissimus est sui possessor, qui crastinum sine solicitudine expectat.* Et *epist.* 1. *Sic fiat, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum injeceris.* Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Οὕτως οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ πλέον ποθήσει, οὐδὲ τὸν χρόνον, ὃς περιουσίαν αὐτῷ μέλλον ἀγαθὸν· ἀλλ' ἐν αὐταρκείᾳ τῷ παρόντι καὶ γεγονότι ἤδη μένει. ὃ δὲ ἀγωνιάσει, μὴ τὸν πλείονα χρόνον ἀπολαύσειν.

Εὐζωΐσεις] Aristot. *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 8. Συνῳδεῖ δ' τῷ λόγῳ, καὶ τὸ ἓν ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα· σχεδὸν γὰρ εὐζωΐα τις εὐπραξία. Et Alex. Aphrodis. *de virtus. sufficient.* Τὸ ἓν ζῆν, καὶ τὸ εὖ ζῆν, καὶ πολὺ εὐζωΐαν, εὐδαιμονίαν φασὶν εἶ). Et mox; Λέγεται τὸ ζῆν ὁ χειμάζιος ἀρετῇ, καὶ ζῶν κατ' ἀρετὴν καὶ πράττων τὰ ἐν γὰ πράξει πολλὰ ἡ εὐζωΐα ἀνθρώπου. —ἐν ταῖς χρησιμαῖς φύσεσι ἐνεργειῶν καὶ πράξεων ἡ εὐδαιμονία καὶ ἡ εὐζωΐα. Ita; εὐζωΐαν, quod est nostri peculiare vocabulum, est *felicem esse*, sive *felicem degere*, quod in virtute prorsus situm Marcus hic statuit, contrà quàm Aphrod. qi concludit ibidem; ὅτι ἐκ ἐνυπάρχει ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐζωΐαν τε καὶ εὐδαιμονίαν.

Οὐδεὶς κωλύσει.] Vide *supr. ad l.* 2. § 9.

§ 13. Ὡσαύτως οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια πρόχειρα ἔχουσι] Solebant Stoici suos monere, ut eorum quæ in scholis didicissent summa capita sic memoriæ insigerent, ut illa semper ad manum haberent, & ad omnem occasionem eis uterentur. hæc sunt, quæ προχειρα δογμάτια Epictetus appellat. neque alio fine *Enchiridium* ab illo, an ab alio quodam ipsius sectatore Arriano dixerit; forsan, ut ex Simplicio videtur, est scriptum, quod & nomen testatur, *Manuale*: nam Pugionem qi reddidere, ab auctoris mente aberrârunt prorsus. Itaque Marcus hic medicos & chirurgos imitandos dicit: & ut illi parata semper artis suæ instrumenta habent; ità in promptu habenda dogmata. prout Casavb. *ad Pers. Sat.* 3. observavit. Eodem alluſit Epictetus locis à Casavbono *ibidem* indicatis; *differt. l.* 1. *c.* 27. Τὰς προλήψεις ἑτοίμας καὶ ἰσομεμέτρους καὶ προχείρους ἔχειν δεῖ. Et *l.* 3. *c.* 10. Ἐχόντων δογμάτων, ὅταν ἡ χρεία αὐτὰ ἔχειν δέῃ ἐν ἀεὶσῳ, τὰ δεῖ ἀεὶσθαι· ἐν βαλανείῳ, τὰ τῷ βαλανείῳ· ἐν τῇ κοίτῃ, τὰ τῆς κοίτης. Verùm, quod Bernardus olim conqestus est, *de consider. l.* 2. *Sic se habent plerumque mortalium corda, quæ scimus, cùm necesse non est, in necessitate nescimus.* Per moniti istius utique inadvertentiam atque incuriam.

Οὕτω τὰ δόγματα σοὶ ἕτοιμα ἔχε] indè ἑτοιμολόγως vocat (*l.* 4. § 3.) hujusmodi præcepta ad usum semper parata. Apud Senecam *de benef. l.* 7. *c.* 1. Demetrius Cynicus; *Plus prodesse, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi & in usu sint, quàm si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum.* Idemque, *Hæc utrâque manu tenere proficientem jubet, nec usquam dimittere, imò affigere & parem sui facere, eáque quotidianâ meditatione produci, ut suâ sponte occurrant salutaria, & ubique ac statim desiderata præstò sint.* Et Seneca ipse *epist.* 94. *Subinde reducendus est in memoriam: non enim reposita præcepta esse debent, sed in promptu.* Et hæc *Cauſ. ibid.*

Πρὸς καὶ τὸ μικρόβιαστον] Monitum avro, non avrichalco tantùm, contrà, minimè chrum, ut in minimis etiam ac levissimis quibusque, quatenus nimirum rei subjectæ fert ratio, tam divini, quàm & humani officii respectus habeatur. Idem prorsus, licèt aliis verbis, Apostolus ad *Corinth. ep.* II. *c.* 10. *v.* 31, 32. Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τί ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. Sed & Epictetus, à qo Marcus forsitan sumpserit, *differt. lib.* 2. *c.* 19. Ἐκ τῶν θείων ἀφορῶντας, ἐν πάσῃ μικρῷ καὶ μεγάλῳ. R. Joses. in *Pirke Aboth. c.* 2. § 12. בְּלֹ מַעֲשֶׂיךָ יְהִיוּ לְשֵׁם שָׁמָיִם *Fiant opera tua omnia ob nomen cœli*, i. e. propter Deum cœli Dominum fiant.

Τῆς ἐμφύτερων πρὸς ἄλληλα συνδέσεως] Res divinæ ac humanæ, cùm quòd theoriam, tùm & quod πρᾶξιν sunt invicem conjunctæ. Minuc. in *Octavi Ità cohærentia, connexa, concatenata sunt ista; ut nec Homo qid sit, unde sit, quare sit, hoc ipsum explorare & eruere, sine universitatis inquisitione possimus; & nisi divinitatis rationem diligenter excusserit, nescire humanitatis.* quod Calvin. *instit. l.* 1. *c.* 1.

Multis

Multis vinculis inter se ità connexa sunt cognitio Dei & cognitio nostri, ut utra alteram præcedat, & ex se pariat, non facilè sit discernere. De praxi Joann. *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 21. *Hoc mandatum à Deo habemus, ut qi Deum dilexerit, etiam fratrem suum diligat.* qi & crebrò ab alterius horum dilectione vel positu vel negatu, ad alterius vel statuendum vel tollendum concludit.

Ὅτι ἀνθρώπου τινὰ διὰ τὸν Θεὸν φιλοῦμεν] Hoc est, quod & nostri jugiter inculcant, In Deo, & propter Deum, hominem esse diligendum.

§ 14. Μηκέτι πλανῶ] *Non erra amplius.* Xyl. & M. Cas. forsan melius, *Nè erraveris diutius:* ut sit idem hîc πλανᾶσθαι, quod ἀπορεῖσθαι *supr.* § 4. utrumvis sensum verba ferent.

Τὸ ἀκατονόμαστόν σου] Deo ipse se gratias agnoscit debere, quòd non istis diuturnùs assederit. *l.* 1. § 17.

Ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπόθου] Commentarios, inquis, componis, multáque ex antiqis avtoribus excerpta congeris, quæ in senectute scil. evolvere cogitas, & ad vitæ tuæ usum accommodare, cùm vita ipsa interim defluat, ad cujus usum ista comparas. Hoc est quod Cato major disciplinam Isocraticam suggillans dicebat, γηροβοσκεῖν παρ' αὐτῷ τὸν μαθητὴν, ἐκ τῶν ἀδῆ χρησιμεύοντα τοῖς τόκοις, καὶ λόγοις ἐρῶντας. Plut. in *Cat.* Pari ratione Hermotimum suum ludos facit Lucianus. Cùm enim philosophorum scriptis evolvendis sectisque ac sententiis discutiendis tot annos assignâsset, ut octogenarius necessariò priùs fuerit futurus, quàm veritatis cognitionem certam, si quando tamen, assequi posset. Καὶ πῶς, inquit, ἐγγυήσῃ δέ σοι, ὅτι βιώσῃ τοσοῦτον; ἔπειτα ἐκεῖνο πόθεν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἀπολαύσεις αὐτοῦ, μόνον πολὺν ὄντα; ἢ τοῦτο ἱκανόν ἐστιν, καὶ τὸν ὑπολειπόμενον βίον ἀφιερωτέον εἰς σωτηρίαν, ὡς εἰς ἐκεῖνον ἐπανιόντα, ἄμεινον διαγόντων, εἰδότων ὅτι πλέον τι ἢ βίῳ.

Σπεῦδε ἵνα εἰς τὸ τέλος] Senec. *ep.* 27. *Non quidem cessatur ullus, sed non festinatur. multum restat operis, sin quod ipse necesse est vigiliam, ipse libenter tuum impendam, si efficio cupio vel ut Lipsius legit; Non quidem cessatur, sed festinatum multum restat operis.*

§ 15. Οὐκ ἴσασιν] Ab hîc verbis interpretes novum paragraphum exordiũ, sic vertunt: *Nescium quàm multa significet vocabulum furandi, &c.* Eam lectionem seqi & libuerit, habent Dr. Boothii explicationem: Dicit idiotas nihil rectè intelligere; neqi furtum, quod de pecuniis solum aliqis, talibus avdiunt; cùm majus ac pejus sit *furtum*, aliqem in errorem conjicere, atque ità veritatem *furari*: nesciunt qid sit *ferre, emere*, cùm ista in vitæ ac corporis subsidium dara; ipsi in longè alios usus, ad satisfaciendam voluptatibus suis, atque ad procudendas divitias: nesciunt qid sit *quiescere*, cùm illi non aliam nôrint *quietem*, quàm si à nulla re extrinsecus incidente turbentur, cùm vera *quies* non alibi quàm in animo quærenda sit, ubi in mediis quoque negotiorum atque periculorum fructibus manet imperturbata: non intelligunt qid sit, *facere quæ agenda sunt*, utpote qi omnia ex propriis commodis atque affectibus metiantur. has avtem res dicit illos non perspicere, qia utut oculis bene valeant, è mente tamen laborant, ad quam harum rerum dignoscio pertinet. Confer. cum *sect.* 33. *l.* 10α. Hæc ille. Fieri potest tamen ut interpunctione locus laboret, & periodi nota, post ἐκ ἕξεως, quod præfeferat, tollenda sit. Qod si admiserimus, sensu continuato sententia sic concepta fuerit, *ὡς ἕξεως ἐκ ὄντας*, ut τὸ ὄντας illud, participium, non verbum sit, & Marci mens exiftat ista: *Id quod faciendi potestas est etiam nescientibus quàm varia sint vocabulorum istorum significata.* qasi diceret: Possunt sibi ipsis ad bene vivendum suppetias ferre, etiam qi Grammaticas de vocum significatis præceptiuncolas, vel Dialecticas etiam de eisdem argutiolas minùs callent. Vide *ad l.* 1. § 6, 7. 17. & *l.* 5. § 5. & *l.* 7. § 67. & *l.* 8. § 8. & Senec. *epist.* 45, 48, 49. qi & Idem *epist.* 88. *Grammaticus circa curam sermonis versatur; &, si latiùs evagari vult, circa historias; jam ut longissimè fines suos proferat, circa carmina. qid horum ad virtutem viam sternit? syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex ac modificatio? qid ex his mentem demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat?* Et inter alia multa, *epist.* 45. *Qid mihi vocum similitudines distinguis, qibus nemo unqam, nisi dum disputat, captus est? res fallunt. istum discerne.* & *epist.* 48. *Hoc mihi ab istis subtilibus præcipi malo, qòd animo præstare debeam, qid homini, quàm qòd multis modis dicatur, & Homo quàm multa significet.* Hoc est differe, qod istic Marcus, si hoc modo concinnare libuerit. Ego tamen re in medio relictâ, Syntaxin receptam secutus sum.

Ἑτέρα τινὶ δεῖ] *mentis* scil. *oculo.* qem *supr.* retigit *l.* 2. § 13. & *infr. l.* 4. § 29. Vide & *l.* 10. § 26. & *l.* 11. § 12. De isto Psaltes, *Psal.* 119. *v.* 18. *Aperiat oculos meos.* Et Christus Paulo, *Act. c.* 26. *v.* 18. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν. Et Paulus ad *Ephes. c.* 1. *v.* 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν. De Livio Druso. Val. Max. *l.* 8. *c.* 7. *Stetit illum natura, cæcum fortuna potuit facere: ut neutra interpellare valuit, nè non animo & videret & vigeret.* Plato in *Sympos.* Ἡ τοῦ τὴν διάνοιαν ὄψιν ἀρχείαν ἐξ βλέπειν, ὅταν ἡ ὄψις ἀφιλκύσῃ τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ. Et Theodoret. *therapeut. l.* 1. χρεία τοίνυν ἡμῖν τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας, ἵνα τὸν τῆς ψυχῆς ἀποκαθάρῃ ῥύπον, καὶ τὸν ἐπιπολάζοντα τῷ σώματι ἀφαιρήσεται, εἰς τὴν ἀνάπλεων τῆς διανοίας ἀκτῖνα ἐπιστρέψῃ, ἵνα λοιπὸν καθαρὸν ἔχοντες τὸν νοῦν τὸν τῆς ἀληθείας ἀνακαλύπτωμεν κάλλος.

ἐμβαλλοῖς δεῖται φωτὸς ἐπιδεικνύοντος τὰ ὁρατὰ, τὸν δὲ αὖ νῷ δεῖται πίστεως ἐπιδεικνύσης τὰ θεῖα, καὶ πῶς ἀεὶ τέτταρα δέξαι φυλαττόντων βεβαίαν.

§ 16. Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς] Eandem habes distributionem *supra l.* 2. § 2. & *infra l.* 12. § 3. Parisiis distributio & in sacris literis reperitur, *ad Thess. epist. 1. c. 5. v. 23. σῶμα, ψυχὴ, πνεῦμα*, qi & *vide Rom. c. 7. v. 25.*

Τυπώδης φαντασικῶς] Ità *l.* 5. § 35. τὰ αἰσθητικὰ ἀμυδρὰ καὶ συναφῆ τύποτα. Laert. *l.* 7. in *Zenon.* ex Chrysipp. *de anim. l.* 12. Φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ. νοεῖται δὲ ἡ φαντασία, ἡ ὑπὸ τοῦ ὑφεστῶτος καὶ ὑπάρχοντος καὶ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαξαμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη. qi tamen monet, ὃ δεκτέον περὶ τύπωσιν, ὁποῖόν τινα σφραγῖδος. ἐπεὶ ἀνέκαθεν δέ φησι πολλὰς τύπους καὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ τὸ αὐτὸ γλυφίδος. Apud Evseb. *praepar. l* 11. c. 17. Numenius *de bono l.* 1. ex Zenonis sententia; Αἰσθητικὸν δὲ αὐτὸν (τὸν ψυχὸν) εἶναι, ὅτι τυποῦσθαί γε δύναται ὑπὸ τοῦ ὄντος καὶ ὑφεστῶτος διὰ τῶν αἰσθητηρίων, καὶ παραδέχεσθαι τὰς τυπώσεις. Apud Svidam avtor incertus; ἡ φαντασία παρὰ τὴν αἴσθησιν λαμβάνουσα οἷόν αἰσθητὸν τοῦ τύπου, ἐν ἑαυτῇ τύπον ἀναπλάττει. eandem vide Aristoteli dictam; ἔστι μὲν ὡς ἔνδον ἔχουσα τὸ γινόμενον, ἡ ἁπλῆ μεταβολὴ ὥσπερ σημεῖόν τι καὶ τύπωμα παθητικὸν τοῦ, διὸ μὴ τύπον καὶ ὐκ ἀφομοίωσιν. Sextus Empir. *adv. Logic. lib.* 1. c. 2. de Stoicis agens; Φαντασία ἔν ὅτι καθ' αὐτὸν, τύπωσις ἐν ψυχῇ. qo tamen loco de modo rei sententias eorundem discrepantes subjungit. Et Plut. adversus eosdem differens *de commun. notit. c.* 41. Φαντασία τις ἡ ἔννοιά δέ· φαντασία ἡ τύπωσις ἐν ψυχῇ· ψυχὴ δὲ φύσις ἀναδυμίασις, ἣν τυποῦσθαι μὲν οὐκ ἐρῳώστις διὰ μανότητα, δέξασθαι δὲ τυρῶσαι τύπωσιν ἀδυώτου. ῥεῦμα γὰρ ἂν τις μᾶλλον ὕδατος φερομένου διαπεφευγὸς σχήματα καὶ τύπος καὶ εἴδη διαφυλάττειν, ἢ πνεῦμα φερόμενον ἐν τοῖς ἀτμοῖς καὶ ὑγρότητον, ἑτέρῳ δ' ἐξωθεν ἐναλλαγῆς οὐ ἀρχῷ καὶ ἀλλοτρίῳ πάθεσι κυριεύμενον. Philo in *allegor. l.* 1. Τὸ ζῶον τὸ μὲν ζῶν δυσὶ σφόδρα ἔοικε φαντασίᾳ καὶ ὁρμῇ· ἡ μὲν οὖν φαντασία σωίζεται, καθ' ἣν ἐκτὸς ὑποπέσοντα πυθόμενος νοῦ δι' αἰσθήσεως· ἡ δ' ὁρμὴ τὸ ἀδελφὸν τῆς φαντασίας καθ' ἣν τοῦ νοητοῦ δύναμιν, ἣν τείνας δι' αἰσθήσεως ἅπτεται τῶν ὑποκειμένων καὶ πρὸς αὐτὸ χωρεῖ, γλιχόμενον ἐφιέσθαι καὶ συλλαβεῖν αὐτό. Idem *ibid.* Τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν πανδεχές ὄζει, καὶ ὅσπερ κηρὸν πάντας τοὺς τύπους καλούς τε καὶ αἰσχροὺς δεχόμενον. Et paulò pòst. Ὥσπερ ἐν τῷ κηρῷ δυνάμει μὲν ἐστι πᾶσαι αἱ σφραγῖδες· ἐνεργείᾳ δ' μόνη ἡ τετυπωμένη· ὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ κτησεσθαι ὑπαρχέτω, πάντες ὅτι τύποι δείκνυται δυνάμει· ὁποτέλεσμα δ' κρατεῖ ὁ εἰς χαρακτὴρ ἐν αὐτῷ, ἕως μὴ ἀπαλειφθῇ ὑφ' ἑτέρου ἐνεργάσεται καὶ ἐνδηλος μᾶλλον ἐστιν ἐφ' ἑαυτοῦ· Idémque *de numin. immutab.* Φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ. ἔ γὰ εἰσήγαγον ἐκάστη σφῶ αἰσθήσιων, ὥσπερ δακτύλιός τις ἢ σφραγὶς ἐναπεμάξατο τὸν ἰδικὸν χαρακτῆρα· κηρῷ δ' ἔοικὸς ὁ νοῦς, τὸ ἐκμαγεῖον δεξάμενος ἄκρως παρ' ἑαυτῷ φυλάττει, μέχρις ἂν τὸν τύπον λεάνασα λήθη ἢ ἀντιπάσχουσα μύμησις, ἀμυδρὸν ἐργάσηται, ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ. Τὸ δ' φανὲν καὶ τυπώσαν, τότε μὲν ἰδικείως, τότε δ' ἐξ ὡς ἑτέρας διάθηκα τῇ ψυχῇ. qæ Philonis verba, tanqam è *lib. de mundo* sumpta, H. Stephanus thesavro suo, memoriâ lapsus, inseruit, ubi frustrà qæras. Origen. *ad Cels. l.* 1. Τί ἄτοπον, τὸ συστῆναι τὸ ἡγεμονικὸν ἐκ ὀτείου, φύσαντος αὐτὸ τυπῶν καὶ ὕπαρ ποιὸς τὸ χρήσιμον τῷ ἐν ᾧ τυποῦται; Qin & Aristoteles ipse, *de memor. c.* 1. ubi qærit qomodo res, qum oblint ipsæ, memoriâ comprehendi possint. Τὸ φάντασμα ἔστιν ὅμοιον, ἅπαξ τύπος, ἢ γραφή τις. Et rursus: Δῆλον γὰ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γινόμενον διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ μορίῳ τῷ σώματος τῷ ἔχοντι αὐτὸν, οὗ ζωγράφημά τι, τὸ πάθος, ὃ φαμὲν τὸν ἔξιν εἶναι μνήμην. ἡ γὰ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται οἷόν τύπον τινὰ τῷ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐν νεήποις πολλὴ διὰ τὸ πάθος ἡ δὲ ἡλικίαν ἔσπ, ὃ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἐν εἰς ὕδωρ ῥέον ἐμπίπτουσις τοῖς κινήσεσι καὶ τοῖς σφραγίσι· τοῖς δ διὰ τὸ ψύχεσθαι, καθάπερ τὰ παλαιὰ σφῶ ἐκτεθραυσμένα, καὶ διὰ σκληρότητα τοῦ ὑγροῦ τὸ πάθος, ὐκ ἐγγίνεται ὁ τύπος.

Καὶ σφῶ βούκημάτων] Aristot. *de anim. l.* 3. *c.* 3. σφῶ ἔνειόν ἐστιν ὑπάρχει πίστις· φαντασία ἡ πολλοῖς. Et mox: σφῶ ἔνειόν ἐστιν ἑνίοις φαντασία μὴ ὑπάρχει λόγος ἡ νόησις. Indè apud Laert. *l.* 7. ex Stoicorum mente distributio illa: Φαντασιῶν αἱ μὲν λογικαὶ, αἱ δ' ἄλογοι. λογικαὶ μὲν, αἱ σφῶ λογικῶν ζώων· ἄλογοι δ, αἱ σφῶ ἀλόγων. illas vaiones dici, has nomine peculiari carere.

Νοερὰς ἐπιστήμας] Vide *ad l.* 2. § 2. *l.* 7. § 3. & *l.* 12. § 19.

Καὶ σφῶ ἀνδρογύνων] *Androgyni* etiam Ciceroni dicti, *de divinat. l.* 1. qi (ut Livius *l.* 27. loquitur) *ambigno inter marem & fœminam sexu fœtus nati.* Xyland. vel potiùs, qi *utriusqe naturæ*, ut Plin. *l.* 7. *c.* 2, & 3. *sive utriusqe sexûs*, qi & *Hermaphroditi* dicti. Gell. *l.* 9. *c.* 4. Verùm *ambigui sexûs* havd abs re Livius; qia *in his sic uterqe sexus apparet, ut ex qo potiùs debeant accipere nomen; incertum sit.* Avgust. *de civit. Dei l.* 16. *c.* 8. Διφυῆς καὶ ἀμφιθαλὴς appellat Philostratus in *Favorino*. De hyæna Clemens Alex. *pædag. l.* 2. *c.* 10. Οὐκουν ἐδὲ τὴν δύαιναν μεταβάλλειν τὴν φύσιν πεδυτίον ποτέ· ἐδὲ γὰ αὐτὸ ζῶον ἅμα ἄρρεν, ἄρρεν καὶ θήλεως, καθὼς ἀνελήφασί τινες, ἐμφερεῖς ὄντως περιτολογοῦντες, καὶ περὶ τούτων μεταξὺ θηλείας καὶ ἄρρενος, ἀπὸ εὐγωμον καὶ γεγαμηκότες

νοτομῶντες φύσιν. Tales tamen extitiſſe haud paucos gentium omnium hiſtoriæ teſtantur. Cæterùm aliâ ratione ἀνδρόγωον ab initio conditum Adamum fingunt Talmudiſtæ Judaici. bicorporem enim planè, & à parte quidem anteriore marem, à poſteriore fœminam, utriſque quaſi glutino quodam per dorſi ſpinam ſibi invicem commiſſis, fabulantur extitiſſe. id quod partim ex *Geneſ. c. 1. v. 27.* partim ex *Hymn. 139. v. 5.* non juxta rei veritatem ac Spiritûs ſancti mentem piè ſimplicitérque enarratis, ſed miſerè detortis, ridiculéque atque irreligiosè habitis elicitum eunt. de qo commento videri poterunt Moſes Majmonides in *perplexorum edoctore*, & Manaſſes Iſraelitides in *Conciliatore ad Geneſ. quæſt. 8.* eandem fabulam & ſub Ariſtophanis perſona in *Sympoſio* ſuo Plato, à qo & Mercurius Larvatus ille in *Pœmandro* mutuatus eſt, verbis iſtis propoſuit: Ἀνδρόγυνον γὰρ ἦν τότε μὴν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τό τε ἄρρενος καὶ θήλεος· νυνὶ δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει τοῦνομα κείμενον. ἐν ὀνείδει, inquit, κείμενον, id eſt, probroſè nunc ſumitur nomen hoc. ſiquidem non ſolùm pro corpore portentoſo natis ſumitur, verùm etiam pro mollibus, effœminatis, imbellibus. Ἀνδρόγυνος, ἀθενὴς, ἀνίσχυρος. Heſych Et Pollux de *cinædis* uſurpari docet, *l. 6. c. 30.* Ità Theodoret. *therapeut. l. 8.* de Baccho; Γυνὶς ὢν, καὶ θηλυδρίας, καὶ ἀνδρόγυνος. Et Clem. *pædag. l. 3. c. 2.* Ἀνέστρεψε τὴν Ἑλλάδα ἡ βάρβαρος φιλοκοσμία, καὶ ἡ ἀνδρόγυνος τρυφή. de Paride loquitur. Philo etiam *de vit. contempl.* (qo loco Platonis qoqe fabulam illam obiter tangit) Ἀνδρείαν μὲν τὴν διαπελεκάπιον ἀρετὴν καὶ πόλεμον καὶ κατ' εἰρήνην ἀταραξίαν, θήλειαν δὲ νόσον ταῖς ψυχαῖς ἀπολαζόμενος καὶ ἀνδρογυνίας παρασκευάζων, ὡς ἐκβιᾷ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ὑπηνδίμασι συγχρωτεῖσθαι. Qin & γυναμάνδρας eosdem dictos reperio. Svidas. Γυναμάνδρας, κινάιδος. Ὁ γυναμάνδρας τε καὶ μαλθακὸς τρόπον τινὰ τοῦ ἑλκυστοῦ. Sed & Νῶν Valentinianum, qem Irenæus *ad Valent. c. 1. Maſculofœminam*, Tertullianus *adverſ. eoſdem c. 10. Fœminammarem* dixit. Inqe hanc partem cepiſſe Marcum iſthic ex conjunctis & conſociatis manifeſtum ſit. Qanqam nolim cum interprete Anglicano redditum, *& monſtris, qales Phalaris Neróne fuerant:* de iſtis ſiquidem diviſim loqitur, etiamſi in hoc ipſo conſentientibus, qod *neroſſaſtorum* more moveantur. Cæterùm aliâ, & advérsâ prorſus, ratione Androgynem dictam Amæſiam Sentiam refert Val. Max. *l. 8. c. 3.* qia *ſub ſpecie fœminæ virilem animum gerebat.* Cùm iſti planè contrà: qod elegantiſſimè notavit epigrammate qodam qo portenta hominum iſtiuſmodi perſtrinxit anonymus qidam, *Floriſegii l. 2. c. 5.*

Ἀνέρας ἠρήσαντο, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες·
Οὐ γὰρ ἀνδρες ἔφασαν, ἐπεὶ πάσσον ἔργα γυναικῶν.

Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχεν ἀνδρῶν. (qod de Evnuchis ſponaneis Epiphan. *l. 2. tom. 1. hær. 58. § 3.* ἔτε γὰρ ἀνδρες εἰσι, διὰ τὸ ἀπηκμακέναι· οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν.) deniqe.

Ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες. Ità Curio pater in *oratione* qadam, J. Cæſarem *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem* appellavit. Sveton. *l. 1. c. 52.* Et de Verre Cicero *Verr. 2. Vir inter mulieres, inter viros muliercula.* Idémqe de Clodio *pro domo ſua: Impurus atqe impius, qi contra fas inter viros ſæpe mulier, & inter mulieres vir fuiſſet.* Vide & de Alcibiade qod Pherecrates *ad l. 4. § 3.* ὡς ἀνήρ. *Ad Roman. c. 1. v. 27.* Jo. Chryſoſtomus. Ἔστι πτειλῆ ποιεῖν πόλειν ἀνδρας καὶ λοχαγοὺς, ὃν ἂν ἐπιθυμήσῃ θυμὸς; ἀλλὰ χαλεπώτερα ἑαυτοῦ κατεργάσασθε, οἱ τὰ παιδία λυπῶντες. ὁ γὰρ θεὸν ἴσον, εἰς γυναικείαν μεταβολὴν φύσιν, καὶ μᾶλλον ἢ μήτε τοῦτο, μήτε ἐκεῖνο.

Τὸ ἦ τὸν νοῦν ἠγεμόνα] Iſta loco mota ac luxata, καὶ τυφλῷ δῆλον. Qid enim? *mentis rationisqe ductum* (juxta Solonis monitum apud Laërt. *l. 1.* Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ) *ſeqi atheos, in numen, in patriam impios, maleficos qosqe,* Marcus noſter unqam dixerit? Itaqe poſt illa, καὶ τὸ ἀνδρογύνων. καὶ Φαιδρὰς καὶ Νέρωνος, ſubjungendum immediatè, καὶ τὸ θεὸς μὲν νομίζοντας, καὶ τὸ τὰ παρίδια εἰσκαταλεπόντων, καὶ τὸ [ὑπῦν] ποιοῦντων, ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. tum periodus nova inchoanda; & particulâ unicâ expunctâ, alterâ interjectâ legendum: Εἰ ὑπῦν τὰ λοιπὰ κοινὰ ὄζει τοῖς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν ἰδίον ὄζει τὸ ἀγαθὸν, τὸ τὸ τῶν ἡγεμόνα ἔχειν ὅπῃ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ φιλεῖν ὡς, &c. Marci mentem qisqis fuerit affecutus, calculû dare ſuum nullus detrectabit.

Καὶ ὦ ποιούντων ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας] Deeſſe aliqid liqidò conſtat. Annot. Lugd. πάντα reponit. Xylander in verſione ſua, *Nihil non turpe*, interſeruit. ut ſit, καὶ ὦ [αἰσχρὸν ὑπῦν] ποιούντων. ego ſufficere opinor τὸ ὑπῦν· ut ſit, ὦ [ὑπῦν] ποιούντων. *etiam eorum qi qidlibet*, ſive, *nihil non, perpetrant*, qodcunqe illud fuerit, *ubi foribus occluſis hominum conſpectum ſummoverint & excluſerint.* De iſtiuſmodi Apoſtolus *ad Epheſ c. 5. v. 12.* Τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρὸν ὄζει καὶ λέγειν. Præclarum autem & opportunum hîc illud Epicteti monitum *diſſert. l. 1. c. 14.* Ὅταν κλείσῃτε τὰς θύρας, καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνοι ἐσμὲν· οὐ γὰρ ἐστε μόνοι· ὁ Θεὸς ἔνδον ὄζει, καὶ οἱ ὑμέτεροι δαίμονες ὄζουσι καὶ τίς τούτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τί ποιεῖτε; *Ubi fores clauſeritis, tenebrásqe vobis intrà feceritis, nolite dicere, ſolos jam eſſe vos: neqe enim eſtis: ſed & Deus intus eſt, & genius veſter* (hoc eſt, *mens* ipſa, ut Marcus mox) *intus eſt. qid autem lumine opus eſt iſtis, qo conſpiciant ea qæ perpetrasse*

Hæc faciunt Senarii illi celebres; Menandri apud Clem. *Strom. l.* 5. Et Eusèb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. (quem Philemoni tamen tribuunt Justin. *de Monarch.* & H. Steph. in *Comic. fragm.*)

Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πανταχοῦ παρών.

& apud Plutarch. *adverſ. Colot. c.* 9.

Πάλαι γὰρ ἐστὶν ὁ θεὸς ἐγγυθὲν βλέπει.

& apud veterem Gnomologum *tit.* 28.

Πάντη γάρ ἐστι, πάντα τε βλέπει θεός.

Adeſt ubique, nilque non ſpectat Deus.

Vide & *ſupr. ad* § 4. & 7. ſed & *ad l.* 1. § 3.

Φιλεῖν μὲν οὖν οὐκ ἐᾷ τὰ συμβαίνοντα] Vide *ſuprà* § 4. & *l.* 6. § 44. & *l.* 10. § 21. Seneca *epiſt.* 96. *Nihil unquam incidet, quod tu ſtultè exſpectes, quod malo vultu.*

Συγκλωθόμενα] Idem *ſuprà* § 4. Vide ad § 11. & *ad l.* 4. § 26.

Τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα] Vide *ad l.* 2. § 13. & 17. Pié Porphyr. *de abſtinent. l.* 4. ab Euſebio etiam *Præpar. l.* 4. *c.* 8. adductus, de pio quovis: Ὁ δ' αὐτὸς δὴ ἑαυτῷ παρασκευὴν τοῦ θεοῦ, ὃς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς αὐτῆς κειμένοις ἱδρυται, ἀεὶ τοῦ αἰῶνος βίῳ λήψεται ἑαυτὸν ἅπαντα ὅλως ἐκεῖ συρρέουσαι. &c. *ἱδρύεσθαι, ὥσπερ ἐν ἕδει, In pii animâ, ſed & in corpore, tanquam in delubro quodam, collocari atque habitare* vult *numen divinum.* quod & Apoſtolus inſinuat, ubi *Dei, Spiritûſque ſancti templa, ſanctos,* atque adeò eorundem *corpora,* nuncupat 1. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 3. *v.* 16. & *c.* 6. *v.* 19.

Ἐπ' ἄπειρον] Vide *ſuprà ad* § 5.

Τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ συναρμοσμένον] Vide *l.* 4. § 23. & *l.* 7. § 57.

Ad Librum III.

§ 1. Ὁ ἔνδον κινεῖσθαι] hoc eſt, τὸ ἡγεμονικόν. quod & διανοίαν appellat, *l.* 3. § 5. & *l.* 7. § 64. τὸν λογικὸν. & *l.* 4. § 12. τὸν βουλευτικὸν & νομοθετικόν. Stoici apud Laërt. *l.* 7. *Zenon.* Ἡγεμονικὸν ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς. Cicer. *de nat. deor. l.* 2. *Principatum id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν, quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtantius.*

Πρὸς τὸ ἴδιόν τε καὶ ἀδούλωτον μεταβαίνειν] Ità *l.* 5. §. 20. ἀναχωρεῖν γὰρ καὶ μεθίστασθαι πᾶν τὸ τῆς ἐνεργείας κώλυμα ἡ ἰδιότης εἰς τὸ οἰκεῖον. Τλίω γὰρ ἀκατασκεύῳ ἐπιμίαν φιλεῖ] *neque enim materiam aliquam ſibi propriam ſubjectam habet.* Xyl. *Nunquam enim certo alicui ſubjecto abſolutè ſeſe addicit & applicat.* Caſ. ad Marci mentem propiùs. quanquam ἀκατασκεύῳ ὕλῃ poſſis reddere, *attributam & aſſignatam ſibi materiam.* at D. Junius vult ἀκατασκεύῳ *ſubjectam ſibi materiam,* quod & Xyl. forſan legerit. Hoc eſt quod vult, de materia circa quam ſe exerceat non eſt ſolicitus; neque enim hoc in poteſtate ipſius ſitum eſt, eligere quam ipſe velit; ſed quomodo circa eandem ſe gerat. *materiam ergò aſſignatam ſibi nullam diligit,* qia *mediam* quidam eſſe novit; in hoc totus eſt, quomodo naturæ convenienter eâ uti poſſit, artémque ſuam in ea rectè elaboranda exercere, Epictet. *l.* 2. *c.* 5. Δεῖ γὰρ πάντας ἀεί τινα ἢ ἴδιαν ὕλην φιλοτεχνεῖν, ἀλλ' ἐκείνην ἀκατασκεύῳ, ἀλλ' ὅτι ἂν ἡ ἐκείνη, τοῦτο ἀεὶ αὐτῷ φιλοτεχνεῖν ἐπιτρέπουσιν. ὅτι καὶ ὁ ὑφάντης, οὐκ ἔστι πρὸς ἣν ἔτυχε ὕλην, ἀλλ' ὅτι ἂν παραλάβῃ, περὶ αὐτὰ φιλοτεχνεῖ. Hoc intereſt inter eam de qua Marcus hîc, cæteràſque artes; quòd illæ certam aliquam materiam habent, circa quam verſantur; iſta nullam reſpuat. Synef. *de providen.* Βίῳ γὰρ ἕλεις, οἰκείῳ ἡμῶν ἀλλοτρίως ἢ ξένην περικείμεθα· ἡμεῖς ἢ τὸ χεῖρον ἑνδύσει, ἀμείνους καὶ χείρες αὐτοῖς ποιοῦντές τε καὶ δεικνύοντες, ἀγωνίσασθαι δραμάτων. ταῦτ' ἄρα ὅσῳ ἐδηταὶ ἔσμεν αὐτὸς ἀμφίσασθαι καὶ μεταμφιέσασθαι. Vide ampliùs *ad l.* 12. § 36.

Ὁρμᾷ μὲν ἀπαρεμποδίστως] Hoc eſt, *cum exceptione,* quales illæ apud Senecam *de ſap. ſeceſſ. c.* 30. Epicuri; *Non accedet ad rempub. ſapiens, niſi ſiqid intervenerit.* Zenonis; *Accedet ad rempub. ſapiens, niſi ſiqid impedierit.* Verùm ad Marci mentem explicatiſſimè Seneca idem *de beneficiis l.* 4. *c.* 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet, ſi nihil inciderit, quod impediat. Ideo omnia illi ſuccedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere: quia præſumit animo, poſſe aliqid intervenire, quod deſtinata prohibeat. Imprudentium iſta fiducia eſt, fortunam ſibi ſpondere.* Cæterùm *ſapientis* eſt (ut idem *de tranquill. c.* 13.) *ſemper de fortuna cogitare, & ſibi nihil de fide ejus promittere.* Ἀνύτακτον, *niſi ſiqid inciderit: &,* Prætor *fiam, niſi ſiqid obſtiterit: &,* Negotiatio *mihi reſpondebit, niſi ſiqid intervenerit. Hoc eſt, quæ ſapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. non illum caſibus hominum excepimus, ſed erroribus: nec illi omnia, ut voluit, cedunt, ſed ut cogitavit. In primis autem cogitavit, aliqid poſſe propoſitis*

positis suis resistere. Marcus *infrà l.* 5. § 20. Ὁρμὴς δὲ καὶ διαθέσεως ὁ γίνεται ὑποτύπωσις, διὰ τοῦτο ὑπεξαίρεσιν καὶ μετατροπήν. & *l.* 6. § 50. Μέμνησο, ὅτι μετὰ ὑπεξαιρέσεως ὀρεκτικὸν καὶ ὁρμητικόν. Vide & *l.* 11. § 37. Epictet. *Enchir. c.* 2. § 2. Μόνον ἡ τοῦ ὀρεκτοῦ καὶ ἀφορμῶν χρῆσις, κἂν ποτε, καὶ μετ' ὑπεξαιρέσεως. go loco vir doctiss. Hier. Volfius malè vertit, *cum diminutione.*

Πρὸς τὰ ἡγούμενα] *ad ea quæ proposita sunt.* Xyl. *ad ea quæ intendit & prosequitur.* Casaub. Nec rectum satisfacit. neq; enim ἡγεῖσθαι aut in *proponendi*, aut in *prosequendi* sensu usquam reperitur. forsan ex *l.* 5. § 2. τὰ προηγούμενα legendum fuerit, vel etiam τὰ προηγούμενα. *ad ea, quæ potiora videntur*; sive *ad præposita* etiam, ut ipsi loquuntur, *cum exceptione quadam fertur.* & ad ea multò magis, quæ nec ad istum eidem æstimationis gradum promoverint. Vide *ad l.* 3. § 11. κατ' ἀξίαν. Xyl. προκείμενα legisse videtur. ut *l.* 5. § 14.

Τὸ δὲ ἀντισταθμοῦν ὕλαις ἑαυτοῦ ποιεῖ] τὰ *id quod offertur ei.* Xyl. *quicquid, contrà quàm intenderat, contingit.* Casaub. quod ejus vice contrà immittitur, sive introducitur. ἀντεισάγειν *in alterius vicem introducere.* Clemens *Strom. l.* 3, Μὴ ἀποκλῇς γάμον καὶ παιδοποιΐαν, μηδὲ ἀντεισάγειν τὸ κόσμῳ λυσιτελοῦσαν ἕτερος, μηδὲ ἐπιχορηγεῖν τῷ θανάτῳ προφῶ. Verùm strictiùs paulò hoc loco, opinor, pro eo quod alterius vice ità introducitur, ut eidem adversetur: quomodo νόμον ἀντεισφέρειν, est *legem legi obrogare*, sive *quæ priori loco obtineat, contrarium ferre.* Ità *l.* 7. § 58, & 68. & *l.* 8. § 31. Senec. *de provident. c.* 4. *Calamitas virtutis occasio est.* quod & *ibidem. c.* 2. 3, 4. fusissimè differit. Idem *epist.* 85. *Sapiens ipse semper in actu est, non in effectu: tunc maximus, cùm illi fortuna se opposuit.* —*per totam vitam opus ejus extenditur. Ità nulla fortuna, nulla res, actum sapientiæ excludit. Id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. ad utrosque casus aptus est; bonorum rector, & malorum victor. Sic, inquam, se exercuit, ut virtutem tam in secundis, quàm in adversis exhibeat: nec materiam ejus, sed ipsam intuetur.* —*Tu illum putas premi malis? nititur. non secùs ebore tantùm Phidias sciebas facere simulacra; faciebat ex ære. si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisses quæ ex illa fieri optimum posset. sic sapiens virtutem, si licebit, in divitiis explicabit; sin minùs, in paupertate: si poterit, in patria; si minùs, in exilio: si poterit, imperator; si minùs, miles: si poterit, integer; si minùs, debilis. quæcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.* Quod Aristot. *Ethic. lib.* 1. *c.* 10. Τὸν δὲ ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἁπλῶς σπουδαῖον πάσας θετέον τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αἰεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν κατὰ δύναμιν καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν, τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα, καὶ σκυτοτόμον, ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑποδήματα ποιεῖν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὸν ἄλλους τεχνίτας ἅπαντας. Gregor. Naz. *orat.* 28. Ὁ φιλόσοφος εὐδοκιμεῖ τοῖς παθήμασιν, καὶ ὥλλω ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρὰ καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται. Clemens *Strom. l.* 4. Θαυμάζειν ἡ ἄξιον καὶ τῆς Στοικῆς, ὅτι τινες φασὶ, μηδὲν τῷ ψυχῷ ὑπὸ τοῦ σώματος διατίθεσθαι, μήτε πρὸς κακίαν ὑπὸ τῆς νόσου, μήτε πρὸς ἀρετὴν ὑπὸ τῆς ὑγιείας ἀλλὰ ἀμφότερα ταῦτα λέγουσιν ἀδιάφορα εἶναι. καί τοι καὶ ἰσχὺς, εὐχρατείας ἐπακολουθοῦσα καὶ πίστεως ὑπερέχουσα, πόνους ἀνδρικοὺς ἐπιδείκνυται, ἄτιμος ἡ ἐξ ἐναντίας, αἰσχρὸς ἡ ἐκ κακοῦ, καὶ νοσερὰ ἐξ ὑγιεινῆς ῥιζώματος· ἡμῶν τι δὲ παρεδήγματα ἀγαθὸν ἀναγεγραμμένον· δυσωπῶν τὸν πειρασμὸν, εὐλογῶν τὸν πλοῦτον· φέρων ἴσως τὰ δεύτερα, ὡς τὰ πρῶτα· διδάσκων ἐν μάλα τοῖς φυσικοῖς ἅπασι δόξαν τινὰ εἶναι καλῶς χρῆσθαι τὸν γνωστικόν. Vide *infrà* § 49. & *l.* 10. § 31.

Τὸ δὲ λαμπρὸν πῦρ τέχνῃ ἐξφκείασεν ἑαυτὸ τὰ ὑποφερόμενα] Hanc ob causam *Ignem*, cùm omnia absumat, (unde παμφάγα πυρὸς δίκλω, Philo. Vide ad § 21. & πάμφαγα πυρὸς, Evripid. *Medeâ*) *feram* esse *animatam* censebant Ægyptii. Herodot. *l.* 3. Αἰγυπτίοισι νενόμισται πῦρ θηρίον εἶναι ἔμψυχον πάντα δὲ αὐτὸ κατεσθίειν, τὰ ἂν λάβῃ· πανδαὲ αὐτὸ τῆς βορῆς, συναποθνήσκειν τῷ κατεσθιομένῳ. Hinc Agur Hebræus, inter ea quæ nunquam exaturantur, aut, *obe, jam satis est*, discere nata sint, *Ignem* commemorat, *Prov. c.* 30. *v.* 16. Et Plin. *hist. nat. l.* 2. *c.* 107. *Quæ est illa natura, quæ voracitatem in toto mundo avidissimam sine damno sui pascit?* Eâdem autem, quâ illic, imagine usus est Marcus & *l.* 10. § 30. Ὡς τὸ λαμπρὸν πῦρ, ὅ, τι ἂν βάλῃς, φλόγα ἐξ αὐτῆς καὶ αὐγλὴν ποιεῖ. Nec dissimili Plutarchus, licèt in argumento diverso, *de sene polit.* Τὸν φθόνον ὥσπερ τὸ καπνῷ παρεμβάλλουσι πολὺς δὲ ἐν τοῖς ἀρχομένοις διὰ τὸ φλογοῦσθαι θερμοτέρως, ὅταν ἐκλάμπωσι, ἀφανίζεται. Et in *politic. præcept.* Οὔτε πῦρ φησιν ὁ Λέσβιος κατὰν ποιεῖν, ὅτι δίξαν φθόνον, ἢν ταῦτὸς ἀκλάμπῃ καὶ ταχέως. Itaque idem *de invid. & odio.* Αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑποδοχαὶ καὶ λαμπρότητες τὸν φθόνον ἀποσβεννύουσιν. Verùm diversâ planè in eadem materiâ Seneca *de provident. c.* 2. *Quemadmodum tot annis, tantum superne dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium, non mutant saporem maris, nec remittunt quidem; ità adversarum impetus rerum viri fortis non vertit animum. manet in statu, & quicquid evenit, in suam colorem trahit.* Epictet. *l.* 3. *c.* 20. Τυτέσι τὸ τῷ Ἑρμῇ φαέθλον. ἐ θέλεις, φησὶν, ἆλαι, καὶ χρυσὸν ἔσαι. ἐ, ἀλλ' ὁ θέλεις, φέρε, κἀγὼ αὐτὸ ἀγαθὸν ποιήσω. —Κακὸς πατήρ; αὐτὸς ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθὸς. κακὸς γείτων; αὐτὸς ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθός· γυμνάζει με τὸ ἰσχνωμον, τὸ σπεικές. φέρε γόνυ, φέρε δύναμιν, φέρε ἰσχνείαν, φέρε λοιδοείαν,

ἀσφαλῶς, δίκλω τοῦ ἐχάπων, πάντα ταῦτα τῷ ῥᾳδίῳ τοῦ Ἕρμου ὠφέλιμα ἔσται. τὸν θάνατον τί ποιήσεις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἵνα σε κοσμήσῃ; ἢ ἵνα δείξῃ τῷ ἔργῳ δ' αὐτοῦ, τί ὄντι ἄνθρωπος τῷ βαλλόμενα τῆς φύσεως παρακολουθῶν; πῶς φόβον τί ποιήσεις; δείξω αὐτῆς τὴν φύσιν· διαπρέψω ἐν αὐτῇ, ἐυκαθήσω, ἐυεχήσω.-- τί ὃν ἄλλο ζητεῖς; πᾶν ὃ ἂν δῷς, ἐγὼ αὐτὸ τιμήσω μαχέσειν, ἐυδαιμονικὸν, σωτὴρ, ζηλωτόν. Evge, Epictete! erubescamus Chriſtiani.

Καὶ ἐξ αὐτῆς ἐνέννυ ὅτι μεῖζον ἤρθη] Scil. ut Naſo *triſtium l. 4. eleg. 3.*

Quæ latet, inque bonis ceſſat, non cognita, rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis.

Epictet. *l. 1. c. 6.* Ἡ τί ὄιει ὅτι Ἡρακλῆς ἂν ἀπέβη, εἰμὴ λέων τις ἐγένετο, καὶ ὕδρα, καὶ ἔλαφος, καὶ σῦς, καὶ ἀδικοί τινες ἄνθρωποι; Sen. *epiſt. 13. Cicuta Socratem magnum fecit. Catoni gladium aſſertorem libertatis extorque, magnam partem detraxeris gloriæ.* Idem *de provid. c. 3. Magnum exemplum, niſi mala fortuna, non invenit.* De P. Popilio, Cicer. *pro domo ſua: Fortis & conſtans in optima ratione civis P. Popilius ſemper fuit: tamen ejus in omni vita nihil eſt ad laudem illuſtrius, quàm calamitas ipſa.* Et de Q. Metello: *Q. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia cenſura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.*

§ 2. Μηδὲν εἰκῇ] Vide *lib. 2. § 5.* Plut. in *pædag.* Καλὸν γάρ τι, μηδὲν εἰκῇ μήτε λέγειν, μήτε ποιεῖν. Cicer. *Offic. l. 1. § 10. Omnis autem actio vacare debet temeritate & negligentiâ.*

Κατὰ θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης] *Secundùm contemplationem, quâ artis defectus compleatur.* Xyl. imò, *ut artis regulis undequaque plenissimè reſpondeat.* Vide *l. 8. § 32* Ab *artificibus* tractum, qi etiam in minutiſſimis qibusqe artis ſuæ & præcepta obſervant, & ſpecimen edunt. Ità Apelles ex lineæ unicæ ductu ſolo Protogeni innotuit. Plin. *l. 37. c. 10.*

§ 3. Ἀναχωρήσεις αὐτῆς ζητοῦσιν] *Seceſſus ſibi quærunt, & ſolitudines.* Fruſtra. Avdi Baſilium Cæſar. *epiſt. 1.* Κατέλιπεν μὲν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ὡς μυρίων κακῶν ἀφορμὰς, ἑαυτὸν δ' ὅπου ἀπολιπεῖν ἠδυνήθη. ἀλλ' ὅμοιός εἰμι τοῖς ἐν θαλάσσῃ ὑπὸ τῆς κατὰ πᾶν ἀπειρίας ἀπολλυμένοις καὶ ναυπηγοῦσιν· οἱ τῷ μεγέθει τῶν πλοίων δυσχεραίνουσιν, ὡς πολὺ τὸν σκάλον παρεχομένῳ, κἀκεῖθεν ὅπου τὸν λέμβον ἢ τὸ ἁπλοῦν μεταβαίνοντες, πανταχοῦ ναυπηγοῦσι καὶ ἀπορέονται· συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ ἀπλία καὶ ἡ χολή. πιστὸν δὲ τι καὶ τὸ ἡμέτερον· τὰ γὰρ ἐνοικα πάθη συμφυρίφορήσαντα, παντάχοῦ μοι φαίνεται θεραπεύειν ἐμέν· ὥστε ὀλίγη μέση τῆς ἐρημίας ἀπονάμεθα ταύτης. Et Iſidor. Pel. *l. 1. epiſt. 191.* Ἡμεῖς τὰς πόλεις ὡς θορυβώδεις φεύγομεν καὶ θορύβους ὅτι τῆς ἡσυχίας ἐρώμεθα. Baſilius qod dixit, Plutarchum imitatus videtur, cujus hæc ſunt, *de tranqil.* Ἀλλ' ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ναυπηγοῦντες ἐν τῷ πλεῖν, εἶτα ῥᾴον διώρυξιν διάξειν, ἐὰν εἰς χαλὸν ἐξ ἀκάτου, καὶ πάλιν ἐὰν εἰς τριήρη μεταβῶσιν, ὕδὲν περαίνουσι, πῶς χολὴ καὶ τῶν δειλίαν συμμεταφέροντες ἑαυτοῖς· ὅτως αἱ περὶ βίων ἀντιμεταλλάξεις οὐκ ἐξαίρουσι τῆς ψυχῆς τὰ λυποῦντα καὶ ταραττοντα. Senec. *epiſt. 82.* *Quid prodeſt ſeceſſiſſe, tanquam non trans maria nos ſolicitudinem cavſſæ perſequantur? quæ latebra eſt, in quam non intret metus mortis? quæ tam munita, & in altum ſubducta vitæ quies, quam non dolor territet? Quocunque te abdideris, mala humana circumſtrepent. multa extrà ſunt, quæ circumeunt nos, qò aut fallant, aut urgeant: multa intus, quæ etiam in media ſolitudine exæſtuent.*

Ἰδιωτικώτατον] ut *infr. § 50.* ἰδιωτικὸν, *vulgare.* atqe ità hic verterim, *vulgarium cum primis hominum eſt.*

Εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν] Senec. *de Sap. ſeceſſ. c. 27. Proderit primò in ſeipſos ſecedere.* Νῦν μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμενοι ὅτι τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῆς αἰδημοσύνης ὅτι τὸν κόσμον διαχόμενοι, ἐπάνειμεν μὲν πρὸς ἑαυτὸν, δ' ἑαυτῷ ἧττον τῷ θεῷ τὴν θείαν ἐννοιαν ἀναλαίνει. Baſil. Cæſar. *epiſt. 1. Non multùm autem ad hoc locus confert, niſi ſe ſibi præſtet animus, qi ſecretum & in occupationibus mediis, ſi volet, habebit. at ille qi regiones eligit, & otium captat, ubique, qo diſtringatur, invenict.* Senec. *epiſt. 104. Quid prodeſt mare trajicere, & urbes mutare? ſi vis iſta, qibus urgeris, effugere, non alibi ſis oportet, ſed alius.* Idem ſcil. ut Flaccus *l. 1. epiſt. 11. Cœlum, non animum, mutant, qi trans mare currunt.* Vide *ad l. 8. § 9.*

Ἐνδὺν ἔχων τοιαῦτα] δόγματα nimirum παρεσκευασμένα καὶ ἕτοιμα, h. *in promptu & quaſi ad manum* ſemper in mente recondita, de qibus *l. 3. § 13.*

Εἰς ἃ ἐσκύψας] *ad qæ introſpiciens.* Sic *infr.* ἐν ᾗ τῶν παρεσκευασμένων, εἰς ἃ ἐγκύψεις, &c. τὸ παρακύπτειν etiam eâdem notione uſurpavit Jacobus Apoſtolus *c. 1. v. 25.* Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον. utrumqe autem, τό τε ἐγκύπτειν καὶ τὸ παρακύπτειν, *metaphoram* in ſe habet traductam ab eis qi *caput inclinant*, qò accuratiùs ac penitiùs intueantur rem aliqam, vel in locum aliqem introſpiciant.

Ἐν πάσῃ εὐμαρείᾳ εὐδὺς γίνεται] Seceſſus, inqit, iſte, qo in ſe ipſe qis ſecedit, ſéqe ipſe ac ſua luſtrat, ſeceſſuum omnium qietiſſimus ac placidiſſimus futurus eſt illi, qi pectus decretis atqe inſtitutis ejuſmodi inſtructum habuerit, qæ animum ſtatim tranqillum ac bene compoſitum conſtituant. Aliter affecti, nihil mirum, ſi, qod Plut. *de Curioſ.* τὸν ἴδιον βίον, ὡς ἀτερπέστατον θέαμα, θεωρεῖν ἔχ ὑπομένουσι, καὶ ἀνακλάσαι τὸν λογισμὸν, ὡς

φῶς,

φῶς, ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἀπειλαγεῖν. qum poſſit de illis dici, qod ex Evripidis *Philoctete* (ut Dio Pruſ. *orat.* 59. docet) avtor idem uſurpavit,

Δύσμορφα πάντα τἄνδον ὄζει εἰσιδεῖν.

Sunt univerſa, qæ intus hîc, deformia.

Itaqe, ἡ ψυχὴ αὐτῆς γέμουσα κακῶν παντοδαπῶν, καὶ φείδεσα καὶ φοβεμένη τὰ ἔνδον, ἐκπηδᾷ δύσεζε, καὶ παντᾶται ἐπὶ τἀλλότρια. Idem *ibid.*

Ἐυμάρειαν λέγω ἐδὲν ἄλλο, ἢ ἐυκοσμίαν] obſervat Svidas ἐυμάρειαν apud Marcum ἐυκοσμίαν ſignificare. hunc locum in animo habuit. βίῳ ἐυμαρεῖ τις, utì Marcus ipſe, *l.* 1. § 16. ideo avtem per ἐυμάρειαν qid iſtic deſignatum velit, monet: qia eſt &, qæ qibusvis obtingere poteſt.

Σωιεχῶς ἔν σοι σαυτῷ ταύτῳ τῷ ἀναχώρησιν] *L.* 6. § 11. Ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτόν. Senec. *epiſt.* 15. *Qicqid facies, citò redi à corpore ad animum.* Et *epiſt.* 25. *Tunc præcipuè in te ipſe ſecede, cùm eſſe cogêris in turba, ſi bonus vir, ſi quietus, ſi temperans es: alioqin in turbam à te recedendum eſt. iſtîc enim malo viro propiùs es.*

Ἀνανέωσαι σαυτόν] *renova te*; vel *renova memoriam tui*, eorúmqe qæ apud te habes repoſita. ut mox, ἀνανεωσάμενος. vel, *recrea te.* Sic enim *renovare* etiam Latinis in uſu pro *reficere* ſive *recreare.* Fabius *inſtitut. l.* 6. *c.* 4. de Riſu. *Triſtes ſolvit affectus, & animum ab intentione rerum frequenter avertit, & aliqando etiam reficit, & à ſatietate vel à fatigatione renovat.* Id Matius uno verbo *recentare* diceret. Nonius: *Recentari honeſtè poſitum pro novari* (ſive, *renovari*) *qod eſt Græcis* ἀνανεοῦσθαι. Matius:

Jam jam albicaſcit Phœbus, & recentatur.

ex qo forſan emendari poterit Alex. Trallianus *l.* 11. § περὶ φαρμάκων. Λαμβανέτωσαν ἢ ῥοιᾶτε, ἢ ἀψινθάτε, ψυχρίζοντες ὡσαύτως, καθάπερ εἰώθασι πιεῖν οἱ Ῥωμαῖοι τὸ κηλέμβιον ῥαιχεντάτον. leg. ῥεκεντάτην. ut ſit *Recentatum* idem qod τὸ ψυχρισθὲν, *qod refrigeratione renovatum & qaſi recens denuo factum* ſit. Qanqam & ῥαίκεντάτον illud ferri poteſt, eodem commate, qo apud Svidam Ῥαίκτωρ, pro *Rectore*, ex Græcorum recentiorum ſcriptis legitur.

Βεβαίαι ἢ ἔσω] Vult illa, ſive *decreta* ſive *præcepta*, de qibus ſuprà (eò enim iſta referenda ſunt) *brevia* eſſe; qalia illa, inqit Caſavbon. *ad Perſ. Sat.* 3. qæ κομματικὸς λόγος appellant philoſophi.

Καὶ στοιχειώδη] *elementaria*, id eſt, *elementorum vicem obtinentia*; ut Xyland. ſive, *qæ elementa continent doctrinæ univerſæ*; ut Caſavb. qid ſi *ſummaria* dixerimus? qæ rerum *ſummulas* comprehendant. Talia ſunt *decem* illa *verba* Domnica, utì Moſes appellat, *Devt. c.* 10. *v.* 4. qæ legis æternæ *Summulam* in ſe continent. Ariſtotel. περὶ μὲν τὰ φυσικὰ *l.* 4. *c.* 3. Τὸ μικρὸν καὶ ἁπλῆν, στοιχεῖον λέγεται. ὅθεν ἐλήλυθε τὰ μάλιστα καθόλε στοιχεῖα εἶναι, ὅτι ἔνεστιν αὐτοῖς ἢ ἐν ἢ ἁπλῆν, ἐν πολλοῖς ὑπάρχει.

Εἰς τὸ πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλύσαι] *qæ totum perfundant animum.* Caſavb. Verùm τῆς ψυχῆς, id eſt, *animi* nulla in præcedentibus fit mentio; nec occurrit qicqam, qod τὸ αὐτὴν iſtud reſpiciat. Qin & ambigi poſſit, an ἡ ψυχὴ ἀποκλύζεσθαι dici poſſit citra ἀκυρολογίαν τινα. Ego itaqe ad Xylandrum potiùs accedo, qi vertit, *Qæ omni te moleſtiâ liberent.* ut ἀνίαν, avt legerit, avt legendum ſaltem cenſuerit: qod & ipſe nullus ambigo. itaqe reddiderim, *Qæ anxietatem omnem eluere & extergere valeant.* ἀποκλύζεται ἡ ψυχὴ, ἀποκλύζεται ἡ ἀνία. Liban. *vit. ſuâ*: ἐκ τε τῆς ῥᾳθίως τὸν λυπηρὰν ἀποκλύζειν. D. Jun. ἀπολύσαι mavult; qod & *abſolvere*, ſive *diluere*, vertas.

Τὸ κρίμα] κρίμα hîc, utì *l.* 5. § 19. & 47. & *l.* 8. § 4. idem eſt qod δόγμα. *ibid. l.* 9. § 29. *decretum*, prout Seneca reddit, *epiſt.* 95. ità κεκρικα, *decrevi*: Corellii Rufi ad mortem ſponte-neam obſtirmati vox, apud Plin. *l.* 1. *epiſt.* 12. qod de Didone Virgil. Æn. *l.* 4.

Decrevitqe mori.——

& κέκριται, *decretum eſt.* Vide Epictet. *l.* 2 *c.* 15.

Τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκα] Vide *ſupr. ad l.* 2. § 1. Plato *ad Archyt. epiſt.* 9. Ὅτι μὲν ἓν ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, τὸ τὰ αὑτῶ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν ἅτε καὶ σὺ, ἔμοιγε παντὶ δῆλον. ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν, οὐκ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τοῖς γονεῦσιν, τὸ δὲ τοῖς λοιποῖς φίλοις. Qod Cicer. *offic. l.* 1. *Non nobis ſolùm nati ſumus: ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.* Idémqe *de finib. l.* 2. *Atqe, ut ad Archytam ſcripſit Plato, non ſibi ſoli ſe natum meminerit, ſed patriæ. ut perexigua pars ipſi relinqatur.* Latiùs multò Gregor. Naz. *orat. in Heronem*: Παντοδαπῶς γὰρ τῷ καθ' ἑαυτὸν καὶ τὸ κοινὸν συλλαμβάνειν, ψυχῆς ἧ τελεωτάτης τε καὶ φιλοσοφωτάτης ἐνόμιζεν· ὅσῃ γὰρ ἑαυτῷ γεγωνὸς μόνον ἔκαστον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν, ὅσοι τῆς αὐτῆς μετέχουσι φύσεως, καὶ παρὸ τῷ αὐτῷ, καὶ ὁπὸ τοῖς αὐτοῖς γεγόνασιν. Hoc eſt qod de Catone Lucan. *l.* 2.

Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

Pulcrè Seneca *epiſt.* 48. *Conſortium rerum omnium inter nos eſt: nec ſecundi qicqam ſingulis, nec adverſi. in commune vivitur. Non poteſt qisqam beatè degere, qi ſe tantùm intuetur, qi omnia ad utilitates ſuas convertit: alteri vivas oportet, ſi vis tibi vivere. Hæc ſocietas diligenter & ſanctè obſervanda eſt, qæ nos omnes omnibus miſcet, & judicat aliqid eſſe commune jus generis humani.* Vide *ad l.* 1. § 16. κοινονοημοσύνη.

Τὸ ἀνεχεσθαι μέρος τῆς ἀνθρωσύνης] Ità *l.* 5. § 33. ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι.

Ἄκοντες ἀμαρτάνειν] Idem habet *l.* 7. § 22. & *l.* 11. § 18. cujus ſententiæ rationem reddit, *l.* 7. § 63. & *l.* 8. § 14. ibi viſe.

Διαδορατιζόντες] *Confoſſi.* Xyland. Malim, *velitantes, ſeſe mutuò impetentes.* Δορατίζομαι, δίεσσι μαχαίροις. Heſych. Et Salmaſ. *in Solin.* διαδορατίζειν, *haſtis velitari:* ut διαξιφίζειν, *gladiis cerbare;* διακερατίζειν, *cornibus pugnare.* indè διαδορατισμοὶ, *velitationes: infrà l.* 7. § 3. Senec. *de brev. vit. c.* 20. *Interim dum rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuò ſunt miſeri; vita eſt ſine fructu, ſine voluptate, ſine ullo profectu animi: nemo in conſpicuo mortem habet.* Vide *ad l.* 7. § 22.

Ἐκτέταται] *Extenſi.* i. e. *mortui, defuncti, ſunt.* & *infrà* § 48. εἶτα ἐξετάθη. *deinde ipſe extentus,* i. e. *defunctus eſt.* & *l.* 11. § 16. ᾗ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξετάθημεν. *& paulò poſt omnes extendimur.* i. e. *defuncti jacemus.* Tractum à geſtu ſive conlocatione mortuorum, quibus non pedes tantùm, ſed & corpus totum dirigitur atque extenditur. Homer. *Il.* φ. *v.* 119. de Lycaone ab Achille cæſo;

Κεῖτο τανυσθείς.——
Extenſus jacuit. ——

quod idem & de Harpalione dictum *Il.* ι. *v.* 655. & de Sarpedone *Il.* π. *v.* 485.

——κεῖτο τανυσθείς.

Eodem retuliſſe priſcos Grammaticos & τὸ ὀρεχθῆναι, i. e. *porrigi,* docet Euſtath. in illis *Il.* λ. *v.* 30.

Πολλοὶ μὲν βόες ἀρηροὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ
Σφαζόμενοι.——

ὀρέχθεον, inquiunt, *ἀντὶ* τοῦ ἀναιρούμενοι ὠρέγοντο, ἤτοι ἐξετείνοντο, ἢ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐπτοῆσι, ταράσσοντο. Apollonius Argonaut. *l.* 1. *v.* 1040.

——πολεῖς δ' ἐπαρηγόνες ἄλλοι

Ἐκτάδην.——

ἀντὶ τῆς ἐκτάδησαν. quod vel à κλείνομαι, vel ab ἐκτείνομαι, analogiâ pariter favente, deduci poteſt. Phlegon. *de mirabil.* Τοσαῦτα εἰπὼν, παρεχρῆτο ἐγκλίνειν νεκρὰ, ἐξετέτατό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. Evripid. *Hippolyt. coronat.* de Phædra, poſtquam ſuſpendio perierat:

Ὀρθώσατ' ἐγκλίνοντες ἄθλιον νεκυά.
Miſerum cadaver dirigendo extendite.

Et mox:

Ἥδη γὰρ, ὡς νεκρὸν, νιν ἐγκλίνουσι δή.
Cadaveris nunc inſtar, illa extenditur.

Indè & Latinis *calces extendere,* de mortuis. Perſ. *Sat.* 3. *v.* 104.

In portum rigidos calces extendit.——

Et *extendere* ſimpliciter, pro *occidere.* Statius *Theb. l.* 1. *v.* 700. de Phœbo;

——*tu matris honori*
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.

extendis. i. e. ἐγκλίνεις, κλίνεις. S. Tornorupanum ſequimur. nam & alia inſuper Tityi *extenſio* celebris habetur. Cæterùm ſic de Arcentis filio à Mezentio occiſo, Mare ΑΕn. *l.* 9.

——*multâ porrectum extendit arenâ.*

Cui & geminum eſt illud Diodori *l.* 16. *extremo,* de Philippi Macedonis percuſſore Paſania, τὸν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν. Moribundi item, ſive animam agentis mortiſque proximi poſitus formulâ eâdem exprimitur. de Alexandro ex ſangvine copioſiùs emanante deliquium paſſo, Curtius *l.* 9. *c.* 5. *Linqîque animo Rex, & caligine oculis effuſâ, veluti moribundus extendi.*

Τετίφρωνται] *in cineres redacti ſunt, ſive cinefacti ſunt,* ut Lucretius loquitur *l.* 3. & ex Lucretio Nonius habet. reſpexit ad buſta, de quibus ibi Lucretius. Sic *infrà* § 39. τάφος, ἢ τέφρα. Alluſit eò Bio Boriſthenit. qui, Laertio *l.* 4. avtore, κατεγέλασε τῶν ἀνδρώπων καλαχόντων μὲν, ὡς ἀναδύντες· παρεχρῶντο δὲ, ὡς αἰδαναμένους. clavſulam alteram interpres Ambroſius omiſit prorſus, cùm quid vellet, aſſequi neqiret: Eraſmus ſic reddidit, *damnabat homines qi ſic exurerent, qaſi ſenſu vacarent; ſic adurerent, qaſi ſentirent.* & ad bellatores ferro flammâq; omnia vaſtantes retulit. Verùm ſenſu nevtiqam idoneo. Forſan καλακαλαίουσας, vel ὀλακαλαίουσας, fuerat. *damnabat eos, qi defunctos ſuos cremabant, ac ſi ſenſu vacarent; deſerent interim, ac ſi flammarum vim perſentiſcerent.* Porrò illud miraculo ferè deputari poteſt, quod fertur corpori reliqo in cineres redacto, dentes integros ſupereſſe. Dio Pruſ. *orat.* 4. Ἀλλὰ κἂν ἐμπρήσῃ τις τὸν ἄνδρωπον, ὥσπερ τὸν Ἡρακλέα φασὶν αὐτὸν ἐμπρῆσαι, φήσειν αὐτὸν τὰ δόγματα ἐν τῇ ψυχῇ κεκτῆσθαι, ὅτι, καίπερ καλακαιομένων νεκρῶν τῶν ὀδόντας φασὶ διαμένειν, τὰ ἄλλα σώματ' ἅπαντ' ἀφανίζεσθαι ὑπὸ τοῦ πυρός. Plin. *l.* 7. *c.* 16. *Dentes tantùm invicti ſunt ignibus, nec cremantur cum reliqo corpore.* Hinc Tertull. *de reſurr. c.* 42. *Conſtat & dentes incorruptos perennare; qæ ut ſemina retinentur fructificaturi corporis in reſurrectione.* Ità iſta, ut cum Platone loqar in *Phædone,* ὡς ἔστι καὶ εἰπεῖν, ἀδύνατά ἐστιν. & tamen, quod ſubjicit Plinius *ibidem, iidem flammis indomiti, tabe cavantur pituitæ.*

Ἀναπεισάμενος] quod ſuprà ἀναλογισάμενος. *tecum reputans, animóque revolvens,* ſive *in memoriam reducens tibi.* ità Svid. Ἀναπεισάμενος, ἀναμνησθείς, εἰς ἔννοιαν ἐλθών. Subintelligendum in clavſula tum membri hujus, tum & inſequentium, πάντα ποτέ. quod ſuperiora clavſerat, vel ejusmodi aliqid. alioqi ſuſpenſa futura eſt ſententia, nec ſuppetet qippiam, in quod vel τὸ ἀναπεισάμενος iſtîc, vel τὸ ἐννοήσας, ᾗ τὸ ἀπιδὼν illîc ſe recliner. nam quod Annot. Lugd. pro ἐννοήσας, ἐννόησον legi poſtulat; non ſatis fuerit, niſi & τὸ ἀπιδὼν pari modo immutaveris. nam quod iſtîc legere ſe profitetur, μέμνησο, ὅτι ὁ θεὸς ἀπεπεισάμενος, Delium poſcit natatorem.

Τὸ

Τὸ διεζευγμένον] de qo & *infrà* § 27. qo modo autem huc faciat, docet apertiùs *l.* 11. § 18.

Ὅτι ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις] *qòd mundus civitatis instar obtinet.* Et qid tum poltea ? Nimirum nos autem omnes ejusdem cives. nec civi incommodum qicqam debet videri, qod in civitatis commodum cedat. qo argumento non semel utitur Marcus. *infr.* § 4. & 23. & *l.* 5. § 22. & *l.* 6. § 44. & *l.* 10. § 6. Ejusmodi aliqid excidisse istic verisimile est. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Ὅτι ὁ κόσμος ἐξ ἧς μία πόλις ἐστί. qod & frequenter inculcat. Minuc. in *Octav. Non possis pulcrè gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem.*

Δεῖος ἢ τραχὺς] *Lævia* corpori grata sunt, *aspera* offendunt. Mens autem, inqit, nevtri istorum se immiscet, si ad ea duntaxat, qæ sui sunt muneris, attenderit, & intra proprios sese cancellos circumscripserit. Senec. *ep* 78. *Illud autem est, qod imperitos in vexatione corporis malè habet : non asseverunt animo esse contenti : multum illis cum corpore fuit. Ideò vir magnus ac prudens animum diducit à corpore, & multùm cum meliore & divina parte versatur : cum hac qerula & fragili, qantum necesse est.*

Ἐπειδὴ ἅπαξ ἑαυτὸν συνελάβη] *cùm semel seipsam collegerit.* Xyl. *recollegerit.* Cas. Malim, *secesserit*, vel *abduxerit se*; ut ad recessus sive secessus illos, de qibus egerat, alludsum sit. Marc. *Evang. c.* 7. *v.* 33. καὶ συναβόμενος αὐτὸν κατ' ἰδίαν. *Cùm à turba illum abduxisset.* Ubi tamen Vulg. *apprehendens*, συναβόμενος. prout & Complut. exhibet.

Τὸν ἰδίαν ἐξουσίαν] de qa *l.* 5. § 14. & *l.* 7. § 28.

Τὸ τάχος τῆς πάντα μεταλλαττούσης] Vide *supr. l.* 2 § 17. & *infr.* § 19. 33.

Τὸ χάος τῶν ἐφ' ἑκάστοις ἀτρεῖα] Vide *infrà* § 41. Stoici apud Laërt. *l.* 7. *Zenon.* Τοῦ χάους, τὸν μὲν παρηχηκότα καὶ τὸν μέλλοντα, ἀτρεῖους. τὸν δὲ ἐνεστῶτα, πυκνούμενον.

Τὸ κενὸν τῆς ἀπιστίας] Vide *infrà* § 33. & *l.* 5. § 33. & *l.* 6. § 16. Festivè Juvenal. *Sat.* 14. *v.* 156.

——*tunicam mihi malo lupini,*
Qàm si me toto laudet vicinia pago.

Τὸ συμβάλλον] Vide *infrà l.* 8. § 52. Cicer. *pro domo sua. Hoc in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas & inconstantia, & crebra, tanqam tempestatum, sic sententiarum commutatio.* Senec. *epist.* 102. *Putas tu posse sententiam unam omnium esse ? non est unius una.* Flaccus *Epist. l.* 1. *epist.* 1. *Iidem eadem possunt horam durare probantes ?*

Καὶ ἄχριτον] Vide *l.* 2. § 9. & *l.* 9. § 18. Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Οὔτε τὸ συμφέρεσθαι, ὅτε τὸ ἰδίᾳ, ὅτε τὸ κοινοῦ σωτὴς, ὁ πολὺς· ὅτε ἐθῶν φαύλων καὶ ἀσεῖων κρίσιν ποιεῖσθαι δικαίαν. Tacit. *annal. l.* 17. *Plebi non judicium, non veritas.* Cicer. *pro Planc. Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, non judicat semper populus; sed movetur plerunq; gratiâ, odit precibus. denique si judicet, non delectu aliqo, aut sapientiâ ducitur ad judicandum, sed impetu, & qadam etiam temeritate. ex opinione plurima, ex veritate pauca judicat.* Plin. min. *l.* 2. *ep.* 14. *Scito eum pessimè dicere, qi maximè ab his laudatur.* Itaqe Asopodorus Musicus, cùm in proscenio consistens, tibicinem in scena canentem coronæ plausu ingenti exceptum avdiret, Δῆλον, ὅτι μέγα κακὸν γέγονε. *Apparet*, inqit, *hinc, hunc hominem malum ingens admisisse.* ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐν τοῖς πολλοῖς ἐυδοκιμήσαντα· *aci aliàs turbæ nevtiqam probaretur*, inqit Athenæus, qi & refert *l.* 14. sed & Hippomachus gymnasta, cùm discipulo suo artis athleticæ specimen exhibenti populus freqens acclamâsset, virgulâ attactum his verbis corripuit ; Ἀλλ' οὐ γε κακῶς, ᾗ ὤχ' ὡς ἐχρῆν ἐποίησας, ὅστις ἐχρῆν ἄμεινον ἠδύνατο. ὃ γὰρ ἐπήνεσας ἔστι τεχνικὸν σε διέφθαλε. Ælian. *l.* 2. *c.* 6. qi & *l.* 14. *c.* 18. Hippomachi tibicinis factum geminum refert, dictumqe ; Κακῶς ηὐλησας· ὃ γὰρ ἂν αὐτοί σε ἐπήνεσαν. Phocion etiam Athenienfis, cùm dicentem populus universus collavdâsset, & qasi uno ore applavsisset, ad amicos conversus, reqisivit ab eis, ὅ τι πω κακὸν τι λέλεκται, ἐμαυτὸν λέληθα ; *numqid perperam dictum inscio excidisset.* Antisthenes item Cynicus dicenti cuidam, Πολλοί σε αἰνοῦσι· *Collavdant te multi:* Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα ; *Ecqid*, inqit, *mali feci?* Laërt. *l.* 6. (qod tamen Demetrio Phalerco tribuit Brusonus *memorabil. l.* 3. *c.* 3.) Idémqe ab improbis qibusdam collavdatus ; Ἀγωνιῶ, μή τι κακὸν εἰργασμαι. *Qàm vereor*, inqit, *nè mali qippiam admiserim !* εἰδεὶς γὰρ φαύλους τοὺς αὐτοὺς ἐπαινεῖν ἐωθοῦντας. Isidor. Pel. *l.* 2. *ep.* 220. *Neqe enim malus qàpiam* (& sunt *plures mali*) *bonos laudare sustinear.* Itaqe Antagoras, an Antigenes, apud Antonium. Ὅταν ἐπαινῶσί με πολλοὶ, τότε νομίζω μηδὲν ἄξιον εἶναι· ὅταν δ' ὀλίγοι, σπουδαίως ἀνθρωπος. Qin & Anaxagoras, referente Aristotele, *ethic. Nicom. l.* 10. *c.* 9. Ὅτι οὐκ ἂν θαυμάσειεν, εἴ τις ἄτοπον φανεῖη τοῖς πολλοῖς· ἔστι γὰρ κεῖνα τοῖς ἐκτὸς, τούτων αὐθαιρέτους μόνον. Idémqe eodem *Eudem. l.* 1. *c.* 4. referente, interroganti improbo cuidam, Τίς ὁ εὐδαιμονέστατος, *qinam esset felicissimus* ; respondit, Οὐδείς, ὃν τὸ νομίζειν· ἀλλ' ἄτοπον ἂν τί μοι φανεῖη (ubi forlan ἀλλ' ὃς legendum) *Nemo qisqam eorum, qem tu existimas ; sed qi absurdum tibi videretur.*

Τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούντων] leg. τῶν ἐυχερῶν δοκούντων. Sensu exigente. & bene δοκούντων adjecit ; qasi vocibus illi favere videantur, non reverâ faveant. Sicut enim Seneca *epist.* 60. *nihil interesse*, dixit,

inter

inter amicorum vota & inimicorum odia; & parentum vota pro execrationibus haberi, utpote quæ sint eò inimicitiora, quò tessêre felicius: Siquidem, ut idem *epist.* 31. *Bono animo malè precantur.* ità Clemens Alex. *Strom. l.* 7. Ἡ τῶν πολλῶν εὐφημία, δυσφημία ἐστὶν διαβεβλημένη. *Vulgi,* inquit, *encomia sæpenumero à vituperiis nihil distant;* quin & pravo sæpissimè nitàntur fundamento, eisque in quos conferuntur dedecori potiùs quàm decori existant. Aristides itaque cùm præter morem suum populo quædam indulsisset, & eo nomine magnopere ab eis efferretur; ὅτι μὲν, inquit, πρῶς ἡμᾶς ὑμῶν ῥῆξαι, παρεπλανήθην· ἐπεὶ ἥ πολλὰ τῆς ποιητῶν κατασεσείμασι τοῖς κλέπταις, δωμασὶ ἔνδον πολίπας· οὐτὸς μὲν ἔγωγε μαχοῦμαι τῇ πυκὶ μᾶλλον, ἢ τῇ παρόλιν καλεσθαι· συνέχθομαι ἥ ὑμῖν, παρ' ὅις ἐνδοξότερόν ἐστι τὸ σώζειν τὰ δημόσια τὸ χαρίζεσθαι τοῖς πονηροῖς. Vide *ad l.* 3. § 4.

Τὸ σενὸν τῦ τόπυ, ἐν ᾧ ἀνειχάρεται] Pari plànè ratione adversùs famæ nominisque cupiditatem pugnat M. Cicero *de repub. l.* 6. in *Somnio Scipionis*; ubi Africanum Corn. Scipionem sic alloquentem inducit: *Tu quàm celebritatem sermonis hominum, aut quàm expectendam gloriam conseqi potes? vides habitari in terra raris & angustis in locis: & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas: hosque qi incolunt terram, non modò interruptos ità esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit; sed partim obliquos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis, à quibus expectare gloriam qidem nullam potestis.* tum ubi docuerat, *quanta pars terræ, vel pruinâ ità obrigeat, vel solis ardore torreatur, ut cultum ac incolatum respuat omnem,* concludit tandem; *Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum aut cujusqam nostrûm nomen, vel Caucasum hunc, qem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnare? qis in reliqis Orientis aut abeuntis solis ultimis, aut Aquilonis Austrive partibus tuum nomen audiet? qibus amputatis, cernis profectò, qantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit.* Boethius item *Consol. l.* 2. *c.* 7. *Fama quàm sit exilis & totius ponderis vacua, sic considera. Omnem terræ ambitum ad cœli spatium, puncti constat obtinere rationem:* id est, *ut si ad cœlestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere judicetur. Hujus igitur tam exiguæ in mundo regionis qarta ferè portio est, qæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic qartæ, si qantum maria paludesque premunt, qantumque siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinqetur. In hoc igitur minimo puncti qdam puncto circumsepti, atque conclusi, de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At qid habet amplum, magnificumque gloriæ, tam angustis exigusque limitibus arctatæ? Adde qod hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt nationes, linguâ, moribus, totius vitæ ratione distantes: ad qas tum difficultate itinerum, tum loqendi diversitate, tum commercii insolentiâ, non modò fama hominum singulorum, sed nè urbium qidem perveniret qæst. Videsne igitur qàm sit angusta, qàm compressa gloria, qam propagare ac dilatare laboratis?* Vide & *l.* 9. § 30.

Ἡ γῆ σῆμα] Cicer. *Tusc. l.* 1. *Persvadent Mathematici terram in medio mundi sitam, ad universi cœli complexum, qasi puncti instar obtinere, qod κέντρον illi vocant.* Senec. *ad Marc. c.* 20. *Terram hanc cum populis urbibusqè, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus, ad universa referentes.* Idemque *qæst. nat. præfat. l.* 1. *Punctum est istud, in qo navigatis, in qo bellatis, in qo regna disponitis.* Et rursus; *Hoc est illud punctum, qod inter tot gentes ferro & igni dividitur.* Macrob. *in Somn. Scip. l.* 2. *c.* 9. *Licèt apud nos Atlanticum mare, magnum vocetur, de cœlo tamen despicientibus non potest magnum videri: cùm ad cœlum terra signum sit, & punctum qod dividi non possit in partes.* Ammian. *hist. l.* 15. *Ambitus terræ totius, qæ nobis videtur immensa, ad magnitudinem universitatis instar brevis obtinet puncti.* Plut. *de exil.* ex Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. restitutus ac suppletus: Τί ἔν τῆς οἰκουμένης μέρος, ἢ τῆς γῆς ἁπάσης, ἕτερον ἑτέρᾳ μακρὰν ἔστιν, ὡ ἀσυλλογίστως οἱ μαθηματικοὶ σημεῖα λόγον ἔχοντα ἀπέφηναντο πρὸς τὸ ἔκτενες; ἀλλ' ἡμεῖς ὥσπερ μύρμηκας ἢ μέλιτταν, μυρμηκιᾶς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐπισώντες ἀδημονοῦμεν ἢ ξηροπαθοῦμεν, οὐκ εἰδότες, ἐδὲ μεμαθηκότες οἰκεῖα τὰ πάντα πιθανῶς ἢ νομίζειν, ὥσπερ ἔστι. Σημεῖον dixit, qod σῆμα Marcus, κέντρον Cicero, *punctum* Seneca, *signum* Macrobius, eleganter avtem utì istîc γῆ σῆμα, ità πίλαχος χαλκῶν, Marco dicitur, *l.* 6. § 36.

Γωνιδιον] Vide *l.* 3. § 10.

Ἐς τῦτο τὸ ἀεδρίδιον] in *cor* nimirum: de qo Plin. *hist. nat. lib.* 11. *c.* 37. *Ibi mens habitat.* (qanqam de *cerebro* idem *ibid. Hîc mentis est regimen.*) qòdqe ejusdem domicilium statuebant Stoici. qos Plutarch. *de commun. notit. c.* 40. hoc nomine exagitat, qòd cùm ἀρετὰς, τέχνας, μήμας, φαντασίας, ὁμὰς, πάθη, σώματα esse statuerent, τόπον πᾶσι τύτοις ἕνα τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ πόσον σιγμαῖον ἀπέλιπον, ὅπε τὸ ἡγεμονικὸν συλλήβδην τῆς ψυχῆς. Laërt. *l.* 7. in *Zenone*: Τὸ ἡγεμονικὸν εἶ ἐν τῇ καρδίᾳ. Plutarch. *de philosoph. placit. l.* 4. *c.* 5. ubi de Principalis loco agit. Πλάτων, Δημόκριτος, ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ. Ἐμπεδοκλῆς, ἐν τῷ μέλιγγι τῦ ἐγκεφάλυ, ὡ ὀπυρανίδα λέγει. Ἡρόφιλος ἐν τῇ τῦ ἐγκεφάλυ κοιλίᾳ, ἢ τις δεῖ καὶ βάσιν. Παρμενίδης, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ Ἐπίκυρος. Οἱ Στωϊκοὶ πάντες ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ἢ τῷ περὶ καρδίαν πνεύματι. Διογένης ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἢ τις δεῖ πνεύματικὴ. Ἐμπεδοκλῆς, ἐν τῷ τῦ αἵματος συστάσει· οἱ

ἢ, ἐν τῷ πραχηλῷ τῆς καρδίας· ὁι ἢ, ἐν τῷ αὐτῇ καρδίαν ὑμῶν. Τῇ νευτέρων Ν τινες, διήκειν διὰ καρδίῃ μέχρι τῆ διαφράγματος. Πυθαγόρας, τὸ μὲν ζωτικὸν, περὶ τὴν καρδίαν, τὸ ἢ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλήν. Hujus itaque potiùs fuerat, quàm Stoicorum, quod idem *ibid. c.* 21. Αὐτὸ ἢ τὸ ἡγεμονικὸν, ὅπερ ἐν κόσμῳ, κατοικεῖ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σφαιρειδεῖ κεφαλῇ· Tertull. *de anim. c.* 15. *Christiani apud Deum de utroque deducimur, & esse principale in anima, & certo in corporis recessu consecratum.* Et mox: *Simul utrumque dilaces, & esse principale in anima, & in eo thesauro corporis haberi, ad quem Deus respicit;* (cordo nimirum) *ut nec extrinsecus agitari putes principale istud, secundùm Heraclitum; neque per totum corpus vernilari, secundùm Moschionem; neque in capite conludi, secundùm Platonem; neque in vertice potiùs præsidere, secundùm Xenocratem; neque in cerebro cubare, secundùm Hippocratem; sed nec circa cerebri fundamentum, ut Herophilus; nec in membranulis, ut Strato & Erasistratus; nec in superciliorum meditullio, ut Strato Physicus; nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus: sed quod & Ægyptii renunciaverunt ei, & ille versus Orphei vel Empedoclis; Namque homini sanguis circumcordialis, est sensus.* (versus is apud Etymologum, sed depravatior, in Αἷμα, apud Stob. *serm.* 1. *tit.* 40. ex Porphyrio *de Styge*, emendatior, reperitur;

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις φρονέουσιν, ὅτι νόημα.)

etiam Protagoras, etiam Apollodorus & Chrysippus hæc sapiunt. Idem *de resurr. c.* 15. *Adeò non solùm anima transigit vitam, ut nec cogitatus auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. hanc denique carnis speciem, arcem animæ Dominus in suggillationem cogitatuum taxat,* Matth. *c.* 9. *v.* 4. *Sed etsi in cerebri, vel in medio superciliorum discrimine, vel ubi ubi philosophis placet, principalitas sensuum conseverata est, quod hegemonicon appellatur, caro erit omne animæ cogitatorium.* Cicer. *Tusc. l.* 1. § 18. *Aliis cor ipsum animum videtur. ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur: & Nasica ille prudens bis Consul, Corculum; &*

Egregiè cordatus homo, Catus Ælius Sextus.

Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem. aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum; sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. Plato triplicem finxit animum; cujus principatum, id est, rationem in capite, sicut in arce, posuit: & duas partes separare voluit, iram & cupiditatem; quas locis discretis sub præcordia locavit. A Timæo Locro sumpsit id Plato; cujus in *lib. de anim. mundi* hæc sunt. Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς τὸ μὲν λογικὸν ἢ νοερὸν— περὶ τὰν καρδίαν ἱδρυται μέρος, ὡς τὰλλα μέρεα τῶ ψυχᾶς ἢ τῶ σώματος ὑπηρετεῖν τούτῳ, καθάπερ ὑπ' αὐτῶ τῶ σκήπτρῳ ἅπαντες· τὸ δ' ἀλόγω μέρος, τὸ μὲν θυμοειδὲς, περὶ τὰν καρδίαν· τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν, περὶ τὸ ἧπαρ. quod & in Timæo suo ipse fusiùs pertractavit. Vide ad *l.* 2. § 13. Sed & Galen. *de dogmat. Hip. & Plat. l.* 6. *c.* 2. & Apul. *de Plat. dogmat.* Suffragari Stoicis, Lipsio in Stoic. Physiol. *l.* 3. *c.* 18. existimatur Hippocrates; cujus ista ex libello *de corde* profert. Γνώμη γὰρ ἡ τῶ ἀνθρώπῳ πίνυτη ἐν τῇ λαιῇ κοιλίᾳ, ἢ ἄρχει τῆς ἄλλης ψυχῆς. Is locus forsan & Sylburgium in eundem errorem induxit; qi in *notis ad Clem. Alex.* de Hippocrate idem affirmat. Verùm contrariam planè partem ex professo tenet & tuetur Hippocrates; (prout & Tertullianus verè dixit.) hæc enim ipsius ex tractatu *de sacro morbo* ipsissima sunt verba; Κατὰ ταῦτα νομίζω τὸν ἐγκέφαλον δύναμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἔπες γὰρ ἡμῖν ἔξι ἀπὸ τῶ ὑγροῦ γινομένων ἁμαρτάδες, ἢ ὑγιαίνων πυχάνη. τῷ ἢ φρονεῖν αὐτῷ ὁ ἀὴρ παρέχεται· ὁι ἢ ὀφθαλμοὶ ἢ τὰ ὦτα, ἢ ἡ γλῶσσα, ἢ αἱ χεῖρες, ἢ ὁι πόδες, ὅσα ἂν ὁ ἐγκέφαλος γνώμῃ, τοιαῦτα ὑπηρετέει. γίνεται γὰρ πανταχῆ τῷ σώματος τῆς φρονήσιος, ὡς ἂν μετέχῃ τῶ ὑγροῦ. ἐς ἢ τῷ σωτῆρι, ὁ ἐγκέφαλος ἔξιν ὁ διαγγέλλων. Et paulò pòst: Διότι ἐγὼ τὸν ἐγκέφαλον φημὶ τὸν ἑρμηνέα τῷ ξυνέσιος· αἱ ἢ φρένες ἄλλου τινὸς ἔχουσι τῇ ψυχῇ κοινωνίην, ἢ τῇ νόμῳ, τῇ ἢ ὀυκ ἐπὶ τῇ φύσει, ἐπὶ δίκῃ ἔγωγε, τίνα δύναμιν ἔχουσιν αἱ φρένες, ὥστε φρονέειν τε ἢ νοέειν. ἐπεὶ αἰδάνεται γε ὑπνοὺς φοιτέουσαι πρὸς ἐν τῷ σώματι ἑτέρωσε· ἀλλὰ μάλιστα τοῦτο τὸ ὄνομα ἔχουσιν ἢ τῷ αἰτίῳ· ὅταν τὸ ἀνὼ τῇ καρδίῃ, ἄνοος ἔστε καλέεται, ὑὰν εἰς ἢ ἀκολω ξυμβαίνῃσιν. Ἄγουσι δὲ τινες, ὡς φρονεόιεν τῇ καρδίῃ, ἢ τὸ ἀνιέσθαι τοῦτό ἔξι, ἢ τὸ φρονίζειν. τὸ ἢ ὦχ ὥτως ἔχει. ἀλλ' ἡ καρδίη αἰδάνεται τε μάλιστα ἢ αἱ φρένες. τῆς μέντοι φρονήσιος ὑδετέρω μοίρεϊ· ἀλλὰ πάντων τούτων ὁ ἐγκέφαλος ἄγγελός ἔξιν. Hæc prolixiùs paulò transcribenda censui, quò, Hippocratis in controversia ista quæ fuerit sententia, liquidius posset innotescere. Nam *de corde libelli*, nec Galeno, nec Erotiano quentio ulla in recensione operum medici principis illius: ideque nec ad illum auctorem referendum statuit Anutius Foesius, qo nemo qisquam de Hippocrate amplìora meritus videtur. Stoicorum verò non eam sententiam rider Galenus, quàm frivola ac magnoris procùs à Chrysippo ad eam statuendam adducta argumenta; quæ ille revocà, cùm non immeritò exagitat, tum fusissimè etiam solidissimèque refutat, *de Hippocr. ac Platon. dogmat. l.* 2. Adducit & Stoicis consentientes Lipsius, Avlonium in *Monosyllab.*

Mens, qa cœlesti sensa rigat emeritum cor. (*vit.*

Cor vegetum, mundi instar habens, anima viget &

Et Lucretium *l.* 3.

Consilium,

Consilium, quod nos animum mentémq; vocamus,
Idq; situm mediâ regione in pectoris hæret.

Adducit & Gregorium Nyſſenum Sylburgius; cujus in *orat. 1. in feſt. Paſch.* hæc ſunt: Ἔστι τις ὅτι τὸ νοῦ ἡ καρδία· ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι πιστεύεται. Verùm Gregor. Nyſſ. *in lib. de opific. hom. c. 12. & 14.* oppugnat eos exagitátque, qi vel in corde vel in capite ſedem mentis conſtituunt, & per corpus totum diffuſam contendit. Δεῖξαι ἡμῖν ὁ λόγος περιέθετο τὸ, μὴ μέρει τινὶ τοῦ σώματος ἐνιδρῦσθαι τὸν νοῦν· ἀλλὰ παντὸς μὲν τοῦ ὅλου καὶ ἀλλήλοις τῇ φύσει τὸ ὁπωσοῦν μέρος ἐφαπτομένης, καὶ ἀλλήλοις τῇ κινήσει. Et, ζητάτω τοίνυν πόσα σχολικὴ μαθησιολογία ἡμῖν μυθεύσει περὶ σωματικοῖς τισὶ νοητοῖς ὑποκειμένων ἐνεργεῖν. ὧν οἱ μὲν ἐν καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναί τίθενται, διὰ τὸ δοκεῖν πως τῷ μέσῳ τοῦ παντὸς σώματος ἐπέχειν χώραν αὐτῷ· ὡς τῆς θερμαντικῆς κινήσεως εὐκόλως ἐν τῷ μέσῳ πρὸς ἅπαν μεθιστάμενα τὸ σῶμα, καὶ ὅτου εἰς ἐνέργειαν προβαίνοντος. οἱ δὲ τῷ ἐγκεφάλῳ τὸν νοῦν εἱδιαιτᾶσθαι φασίν· ὡσπερ ἀκρόπολίν τινα τοῦ παντὸς σώματος τοῦτο ἀναπλάττοντες, καθάπερ τινὰ βασιλέα τὸν νοῦν, δίχα τινὸς ἀγγελιαφορείας, ἢ ὑπαισιῆς, τοῖς αἰσθητηρίοις ἐν κύκλῳ δορυφορέμενον. In poſteriore hoc cenſu è noſtris collocandi, Clemens Alex. *Pædag. l. 1. c. 2.* ἐνδρονίζεται ὁ λογισμὸς ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. & *Strom. l. 5.* adductis Moſis verbis ex *Geneſ. c. 2. v. 7.* Ψυχὴν ἡ τοῦ λογικοῦ ἀνωθεν ἐμπνεύσθηναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς πρόσωπον· ἐνίδρυται γὰρ ἱδρυτὸν τὸ ἡγεμονικόν. Ambroſ. *hexaem. l. 6. c. 9. Caput tanquam arcem, in qa regalis habitet ſapientia, juxta dictum prophæticum. Ipſa ſiquidem mens, qaſi in aula imperiali illic locata eſt, ſecundùm plurimorum ſententiam, & maximè Solomonis.* Idem *de Noe & Arc. c. 7.* & loco ſuperiore: *Non immeritò igitur huic qaſi conſultori ſuo cætera membra famulantur, & circumferunt illud ſervili geſtamine ſicut numen, atqe in ſublime locatum vehunt. unde cenſoriâ poteſtate qò vult dirigit qorundam obſequia famulorum, & præcepta ſingulis obeunda decernit. Videas imperatori ſuo ſingula gratuito ſtipendio militare. alia portant, alia paſcunt, alia defendunt, & miniſterium ſuum exhibent; parent ut principi, ancillantur ut domino. indè velut qædam procedit teſſera, qam debeant pedes obire regionem; qæ militiæ munia manu conſummandis operibus exeqantur; qam venter abſtinendi vel edendi formam teneat diſciplinæ.* Syneſius item *de provid. orat. 1. infrà* ad § 22. exhibendus. Philonem enim qod attinet, qem Clementi σύμψηφον opinati ſunt Hæſchel. & Sylburg. nec qicqam hìc ſtatuit, & aliò potiùs, eódem nempe, qò Nyſſenus, inclinat. Siqidem in *lib. de ſacrif. Cain. & Abel*, ad qem locum illi digitum intendunt. Ubi ἐγκέφαλον ἢ καρδίαν nuſpiam altari impoſita legi dixerat: rationem ſubjungit, εἴγε ἐν τῷ ἑτέρῳ τούτων τὸ ἡγεμονικὸν ἀναμολόγηται. *in altero*, inqit, *in utro*, non dicit. nec ambiguè minùs eadem de re loqitur, in *lib de Cajni inſidiis*. Vide *ad l. 5. § 27.* nam in *lib. de inſomn.* perſtringit eos, qi vel iſtam vel illam ei ſedem aſſignant. Ποῦ ἡ ἐμπορία δύναται νῦς αὐτῷ; ἆρα δίχα κεκλήρωται; Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνίερωσαν αὐτῷ τὴν κεφαλήν, οἷς ἦν ἡ αἰσθήσεις λογᾶσιν· εἰκὸς δὲ νομίσαι τὸν ἄγγελον, ὅτι μεγάλα βασιλέως, ἐφεδρεύειν τὰ δορυφόρους. ὁπὸ δ' ἄλλο καρδίας αὐτὴν ἀγαλματοφορεῖσθαι Χαρονδίνειος, γναισιομαχῶσιν. Ipſe qid? *lib. de agricult.* Τὸ μὲν ἄπτωτον ὅλον διὰ ὅλων ἐαυτὸν, ἐπιφημίζει νῦς. *Mentem totam per totum corpus diffundi* affirmat: prout & Nyſſenus, ubi ex profeſſo argumentum hoc pertractat. unde forſàn ſuſpicio oboriri poſſit, non eſſe Nyſſeni γνήσιον fœtum, *orationem* illam *penegyricam*. Jo. Chryſoſt. itidem *cordis ſedem* aſſignare animæ videatur, ſi fragmentum illud qod ex *oratione in Suſannam* Hæſchelius edidit, ſpectemus. Ἔστι γὰρ, inqit, ἡ ψυχὴ καθάπερ παρθένος ἐν θαλάμῳ τινὶ, ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ ἡσυχάζουσα, καὶ ὑπὸ σκιὰν πάντα αἰσθήσεων, ὥσπερ ὑπό τινων θεραπαινίδων δορυφορουμένη. Verùm ipſe ſibi τῶν ἀναλαλήτων *erat.* 5. nihil in hoc negotio certò ſtatui poſſe contendit. Ὅπως ἡμῶν ἔχει ἐν τῷ σώματι, οὐδὲ τῶν ἰσμὸν εἰπεῖν. τί γὰρ ἴσον τις ἂν εἴποι ὅτι παραλείπεται τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ ἡ σωμάτων γὰρ ἴδιον τόπος. —ἀλλ' οὐκ ἔχει ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἀλλ' ἐν μέρει τινὶ σωματικῷ λεκτέον. ἀνάγκη νοερὰ τὰ λοιπὰ μέρη· τὸ γὰρ ἄψυχον πάσης νοερόν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχειν εἰπεῖν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἔχει ἐν τῷ σώματι ἴσμεν, τὸ δὲ πῶς, οὐκ ἴσμεν. Vide in eandem mentem & Lactant. *de opific. Dei c. 16.*

Μὴ ἐπὶ] Vide *l. 2. § 2.* ſic *infrà § 32.* κατὰ στόμα.

Μηδὲ καθέστω] Nè vehementiùs contendas te. qemadmodum Naſo *Pont. l. 1. eleg. 6.*

Non libet in tales animum contendere curas.

vel etiam, *nè in adverſum contendas. nè obnitaris*, fato nimirum, ac diſpoſitioni divinæ. Sed illud potiùs. ut *infrà § 32.* πόσοι κατανεύσαντες. & *l. 6. § 24.* μὴ κατανεύσωμεν. & *l. 12. § 27.* ὡς ἐυτελὲς πᾶν τὸ κατανεύσαν. Ὅρα τὰ πρόχειρα] Sen. *epiſt.* 104. (ex Mar. Æn. *l. 6.*

Terribiles viſu formæ, letúmqa laborq?
Minimè qidem, ſi rectis oculis intueri illa poſſit, & tenebras perrumpere. Multa per noctem habita terrori, dies vertit ad riſum. cur timeat laborem vir, mortem homo? & epiſt. 120. Tanti putemus oculos intendere: jam apparebit, qàm brevia, qàm incerta, qàm tuta timeantur. Vide *ad l. 2. § 12. & l. 7. § 67.*

Ὡς ἀνὴρ] qod *ſupr. l. 2, § 5.* ὡς ἀρρῖλιν. Epictet. *diſſert. l. 1. c. 2.* Pugil qidam cùm de vita periclitaretur, niſi membrum virile chirurgi manu abſcin-

abſcinderetur; ſvadente fratre philoſopho ut id fieri permitteret, recuſavit, obfirmatóque animo eſt mortuus. Percontante autem quodam, quomodò id feciſſet, *ut philoſophus*, an *ut athleta*, reſponſum eſt, Ὡς ἀνήρ. *Ut vir.* Evripid. *Cyclope.*

——ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ.

——*ut vir ſis, vide.*

(quod uno verbo Hebræi הרא אשי Eſajæ c. 46. v. 8. & Græci, ἀνδρίζεσθαι. Apoſt. *ad Cor. ep.* 1. c. 16. v. 13.) Idémque *Philoctete*, à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 29. & Dione Pruſ. *orat.* 59. laudatus, unde ſuppleri poteſt, quod Ariſtoteles omiſerat *ethic. Nicom. l.* 6. *c.* 8. & *Eudem. l.* 5. *c.* 8. contrà planè quàm Lambinus cenſuit,

Τὸ γὰρ ἀφειδὲς καὶ τὸ προδοτικὸν πλέον
Τιμῶσιν, ἀνδρεῖός τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

quod μεταφέρων Dio, τοὺ γὰρ φαύλους, inquit, ἢ πλείονας ἁπλῶς τυγχάνοντας, χεῖρον τούτου ἅπαντες θαυμάζομεν, ἢ τὸ ὅτι ἄνδρας ἡγούμεθα. quaſi reliqui, nomine tenùs tantùm ſint *viri*. Cicero in *Bruto*, § 250. *Vidi Mitylenis nuper virum, atque, ut dixi vidi planè virum.* Senec. *ep.* 98. *Reſtituamur, ut poſſimus dolores, quicunque modo corpus invaſerint, perferre, & fortunæ dicere; Cum viro tibi negotium eſt; quare quem vincas.* Æmylius apud Livium *l.* 45. *Is demum vir erit, cujus animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet.* Senec. item *de ſap. conſtant. c.* 1. *Tantum inter Stoicos & cæteros ſapientiam profeſſos intereſſe, quantum inter fœminas & mares, non immeritò dixerim.* Et mox: *Stoici virilem ingreſſi viam.* Et Lucian. de ſectis: Ἥκουον ἀπάντων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι φιλήδονοί εἰσιν· οἱ Περιπατητικοὶ δέ, φιλόπλουτοι· οἱ Πλατωνικοὶ δέ, φιλόδοξοι· περὶ δὲ τῆς Στωικῆς πολλοὶ ἤρεσκον, ὅτι ἀνδρώδης. indè Laërt. *l.* 6. *initio.* Τὴν Στωικὴν ἀνδραποδιστέαν dixit. Qin & Arceſilaus interrogatus, ſi fieret, ut ab aliis ſectis ad Epicureos multi deficerent, ab Epicureis nulli ad cæteros deſciſcerent, reſpondit, Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν γάλλοι γίνονται· ἐκ δὲ γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. *Quia ex viris Spadones* (qi & evirati) *ex ſpadonibus verò viri neutiquam fiant.* De Xenocrate Laërt. *l.* 4.

Ὁ πάλαι ποτὲ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγώς.

Contrà de Antonio Plutarch. ἔνθα δὲ φανερὸν αὐτὸν ἐποίησαν, ὅτι ἀρχόντων, ὅτι ἀνδρῶν, ὅτι ὅλως ἰδίοις λογισμοῖς διοικούμενον. Ennius apud Cicer. *offic. l.* 1. § 61.

Vos etiam juvenes animos geritis muliebres,
Illâq; vinco viri.——

De Alcibiade Pherecrates, referente Athenæo, *lib.* 12.

Οὐκ ἂν ἀνὴρ γὰρ Ἀλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
Ἀνὴρ ἀκριβῶς τὴν γυναικῶν ὄζει νυῦν.
Nec vir putatus Alcibiades antehac,
Vix ſubitò factus fœminarum eſt omnium. Grot.

vel ad mentem forſan poetæ propiùs,

Nunc Alcibiades, cùm nè vir quidem ſiet,
Factus videtur mulierum vir omnium.

ut ſit oxymoron, omnium eſſe mulierum virum eum, qi nè vir quidem ſit. Vide ad *l.* 3. § 16. ἀνδρεγύνων. Verùm iſtud in ſenſum obſcœniorem dictum. Alexander Moloſſus, cùm in Italiam tranſiret, dixiſſe fertur, ſe quidem *ad Romanos ire, quaſi* ἀνδρωνῖτιν, *Macedonem iſſe ad Perſas, quaſi* γυναικωνῖτιν. Gell. *l.* 17. *c.* 21. Diogenes itidem Lacedæmone Athenas proficiſcens, in itinere qónam concederet percontanti, reſpondit, Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος εἰς τὸν γυναικωνῖτιν. *Ex andronitide in gynæceum.* Quanquam & Spartanis ipſis *virilitatis* nomen ægrè ſatis & gravatim impertitus videtur. Siqidem interrogatus, ποῦ τῆς Ἑλλάδος ἴδοι ἀγαθοὺς ἄνδρας; *quænam in regione Græciæ viros bonos vidiſſet*, reſpondit, Ἄνδρας μὲν οὐδαμοῦ· παῖδας δὲ ἐν Λακεδαίμονι. *Viros quidem nuſquam: pueros autem Lacedæmone.* Idémque cùm in Olympia præco proclamaret, Νικᾷ Διάξιππος ἄνδρας. *Vincit viros Dioxippus.* ὁ μὲν δὴ ἀνδραποδιστὰ ἄνδρας ἡγεῖτο. *Ille verò*, inqit, *mancipia: at ipſe viros.* Laërt. *l.* 6.

Τὰ παράγματα οὐκ ἁπλᾶται τῆς ψυχῆς] Idem *l.* 5. § 19.

Ἀλλ' ἔξω ἔσηκαν ἀτρεμοῦντα] Ità *l.* 9. § 15. ἔξω δυρῶν ἔσηκαν. & *l.* 11. § 11. οὐκ ἐπὶ σε ἔρχεται.

Ἃς ἡ ὀχλήσεως ἐκ μόνης τῆς ἄνδρων ὑπολήψεως] Idem *l.* 8. § 47. niſi quod hîc ὑπόληψις, i. e. *opinio*, ut Senec. *epiſt.* 76. ibi κεῖμα & δόγμα, i. e. *decretum*, ut idem *epiſt.* 95. dicitur. Cicero Stoicum agens *Tuſcul. l.* 3. *c.* 25. *Opinione turbamur. nam & metus opinio magni mali impendentis; & ægritudo eſt opinio magni mali præſentis; & quidem recens opinio talis mali, & in eo rectum videatur angi: id autem eſt, ut is qi doleat, oportere opinetur ſe dolere.*

Πάντα ταῦτα ὅσα ὁρᾷς, ἴσον ἐλπὸς μεταβαλεῖ] Idem *l.* 7. § 23. Vide & *l.* 2. § 12. Seneca *epiſt.* 71. *Quid enim mutationis periculo exemptum eſt? non terra, non cœlum, non totus hic rerum omnium contextus, quamvis Deo agente ducatur. non ſemper tenebit hunc ordinem; ſed illum ex hoc curſu aliqis dies dejiciet. certis, eunt cuncta temporibus: naſci debent, creſcere, extingvi. Quicunque vides ſurgere nos currere, & hæc quibus innixi atque impoſiti ſumus, velut ſolidiſſimæ, carpentur ac deſinent. nulli non ſenectus ſua eſt. inæqualibus iſta ſpatiis eódem natura demittit.*

Καὶ ἐν ὅτι ἴσαι] *non erunt ampliùs.* id ſcil. quòd priùs fuerant. Vide *l.* 11. § 35.

Ὁ κόσμος, ἀλλοίωσις] hoc eſt, ὁ διὰ συνεχοῦς ἀλλοιούμενος. ut *l.* 9. § 19. ità Plato in *Theæt.* τὸ πᾶν κίνησις, καὶ ἄλλο παρὰ τοῦτο οὐδέν. quod mox explicans, dicit, πάντα ἀεὶ κινοῦνται· &, πάντα ἀεὶ γίγνεται.

γνεσθ. qod Hippocrates *de diæt. l.* 1. Πυμμισγόμενα καὶ διακυβεύοντα ἀλλοίωτα. Vide *ad l.* 10. § 7. Tertull. *de pallio c.* 2. *Certè habitum vertere naturæ solius solenne munus est. fungitur & ipso mundum iste, quem incumbimus. metatio certè nostra, totum versiforme est. dies & nox invicem certunt. Sol stationibus annuis, Luna modulationibus menstruis variat. Syderum distincta confusio interdum dejicit aliquid, interdum resuscitat. cæli ambitus, nunc subdivo splendidus, nunc nubilo sordidus aut imbres ruunt, aut siqua missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denno sudum. Sic & mari fides infamis, dum & flabris æquè mutantibus, de tranquillo probum, de fluctibus temperatum, & extemplo de decumanis ingiemens. Sic & terram si recenseas temporatim vestiri amantem, propè sis eandem negare, memor viridem cùm conspicis fluvium, mox visurus & canam. Cæteri quoque ejus ornatus siquid, non aliud ex alio mutant, & montium scapulæ decurrendo, & fontium venæ cavillando, & fluminum vias abbimando. mutavit & totus mundus aliquando, aqis omnibus obfitus. Sed & cruciando rursus in formam mutavit rursus orbis, alius idem.* Vise sis eundem argumentum idem pereleganter prosequentem, *de resurrect. carn. c.* 12. Vide & *l.* 2. § 3. & *l.* 8. § 6.

Ὁ βίος ὑπόληψις] *Vita tota in opinione consistit.* qod *l.* 2. § 15. πᾶν ὑπόληψις.

§ 4. Τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν] qod *suprà l.* 3. § 4. συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. Et adhuc plenius, *l.* 9. § 8. Εἰς τὰ λογικὰ ζῶα μίαν νοερὰν ψυχὴν μεμεῖσθαι.

Ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις] Idem *supr.* § 3. Vide ad *l.* 3. § 11. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. ὅτι ὁ κόσμος εἷς μία πόλις ἐξ ἧς δημιουργεῖται, μία. Tertull. *apolog. c.* 38. *Unum omnium rempublicum agnoscimus mundum.* Cicer. *paradox.* 2. *Exilium non est eis terribile, qi omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.*

Τίνος γὰρ ἄλλου —κοινῆ πολίδιμαλος;] nullius certè alius homines indiscriminatim universi. at Christicolas alius, τοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις uti Pavlus *ad. Philip. c.* 3. *v.* 20.

Ἐκεῖθεν] de communi isto animarum rationalium fonte, idem ferè *l.* 9. § 8. hoc est, qod *l.* 2. § 4. dixerat, esse *mentem* cujusque τὸ τὸν κόσμον διοικοῦν ἀπόῤῥοιαν. *defluxum gendam mentis mundi gubernatricis.* Vide *infrà* § 40.

Ἀπὸ πηγῆς τινος] Arnob. *l.* 2. ex Stoicorum an Platonicorum sententiâ; *Uno ex fonte omnium nostrûm defluunt animæ.*

Οὐδὲν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται ὥσπερ μηδὲ εἰς ἐξ οὐ ἀπέρχεται.] Ità *l.* 5. § 13. Contrà quàm Epicurus apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 122.

—τὸ μηδὲν εἰς ἀδὲν ῥέπει.
—*nil* qod *erat, in nil abit.*

& quàm Tertull. *advers. Hermog. Omnia ex nihilo edita, in nihilum perventura.* Pers. *Sat.* 3.

—*gigni*
De nihilo nihil; in nihilum nil posse reverti.

Philo *de mundo.* "Ωσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδ' εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται. ἐκ τοῦ γὰρ ἐδαμῶς ὄντος ἀμήχανόν ὅτι γένεσίς τι· τότε δ' ἂν ἐξαπολεῖτο, ἀνιλύετον καὶ ἄπαυστον. Qi locus Ludov. Nagoralæ vitii suspectus habetur. itaqe legi postulat pro ἀνιλύετον, ἀνήπυστον, & ἄπυστον pro ἄπαυστον. Ocellus Lucan. *de univers. c.* 1. § 11. Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀπολειφθῆναι, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. Epicurus pariter *epist. ad Herodotum* apud Laërt. *l.* 10. Πρῶτον μὲν, ὅτι οὐδὲν γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἐγίνετ' ἂν, σπερμάτων χρείαν οὐκ προσδεόμενον. καὶ εἰ ἀφθείρετο τὸ ἀφανιζόμενον εἰς τὸ μὴ ὄν, πάντα ἂν ἀπολέσειε τὰ πράγματα, ἐν ἅπασιν εἰς ἃ διαλύεται. Qod Lucretius Epicuri μυσταγωγὸς καὶ ἱερολόγος *lib.* 1.

Principium hinc nobis exordia sumet:
Nullam rem è nihilo gigni nil posse creari
De nihilo.——

Et mox: *Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus*
Omne genus nasci posset, nil semine egeret.

Sed & Democritus apud eund. *l.* 9. Μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. Aristoteles etiam *physic. l.* 1. *c.* 4. Τὸ γιγνόμενον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι ἀδύνατον. καὶ γὰρ ταὐτὸς ἅμα γίνεσθαι καὶ εἶναι πάντας ὁμολογοῦμεν τοὺς φύσει. Et rursus *c.* 8. Κοινὴ δόξα ἐστὶ σοφιστῶν, μηδὲν γίνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. & de *gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 3. Ὁ μάλιστα φοβούμενοι διατέλεσαν οἱ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες, τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαι παραπλησίως. Atqe huc pertinet, qod de priscis philosophis idem *Physic. l.* 1. *c.* 8. Οἱ καὶ φιλοσοφίαν πρῶτοι ζητήσαντες τῶν ἀληθειῶν, —πάντων ὅτε γίνεσθαι πρὸς ὀλίγον ἦν, ὅτε φθείρεσθαι. neqe enim simpliciter, aut produci aut corrumpi qicqam, ei pegabant; sed nihil aut è nihilo produci, aut in nihilum evanescere; verùm substantiam ipsam semper manere, novis affectibus sibi invicem succedentibus, asserebant. qod & Aristot. ipse agnoscit. ὅτι μέν τι φυσικὸν, *l.* 1. *c.* 3. Τῶν δὲ πρώτων φιλοσοφησάντων οἱ πλείστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνον ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων. ἐξ ὧν γάρ ἅπαντα τὰ ὄντα, καὶ ἐξ οὗ γίγνεται πρώτου, καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευτῶντα, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, τοῖς δὲ πάθεσι μεταβαλλούσης, τοῦτο στοιχεῖον καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν φασὶν εἶναι τῶν ὄντων. καὶ διὰ τοῦτο οὔτε γίνεσθαι οἴονται, ὅτε ἀπόλλυται, ὡς τῆς τοιαύτης φύσεως ἀεὶ σωζομένης. Itaqe Cicero *de divinat. l.* 2. § 37. *Non ergò omnium interitus atqe obitus natura conficiet: & erit aliqid, qod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subitò occidat.* qis hoc physicus dixit unqam? De posteriore membro Vide *l.* 11. § 35. Vide & *l.* 8. § 18. & *l.* 10. § 7.

§ 5. Ὁ

§ 5. Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἵᾳ γένεσις] Siquidem, ut Aristot. *de gener. & corrupt. l. 1. c. 3.* Ἔστιν ἡ θατέρου γένεσις ἀεὶ, ὅταν τοῦ ἑτέρου ἄλλα φθορὰ ᾖ καὶ ἄλλα φθορά, ἄλλα γένεσις. *Generatio unius, corruptio alterius; & corruptio unius, generatio alterius.* At Apollonius Tyan. *epist. 66.* Θάνατος ἐστὶν ἀνδρὸς, ἢ μόνον ἐμφάνεια. καὶ θάνατος μὲν γένεσις ἀνδρὸς, ἢ μόνον ἐμφάνεια. τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀφανοῦς ἐπὶ φανὰ εἰς φύσιν, ἔδοξε γένεσις· τὸ δὲ ἐκ φύσεως, εἰς ἀφανὲς καὶ τοῦτο, θάνατος. ἔστι γοῦν ὅτε καὶ ἀληθείαν τινὸς, ὅτε φθερεῖναι ποτὲ μόνον ἢ ἐμφανῆς ὄντες, ἀορᾶτε τε ὕστερον, τὸ μὲν διὰ παχύτητα τῆς ὕλης, τὸ δὲ διὰ λεπτότητα τῆς οὐσίας, ὅσοι μὲν ἀεὶ τῆς αὐτῆς, κινήσεως δὲ διαφερούσης καὶ τάσεως. Porphyrius apud Stob. *tom. 1. l. 1. tit. 40.* ex Pythagoreorum sententia, Τὸν ἀνθρώπινον ἀναμένειν, ἕως τὸ ἀναθῆσαν τοῦτον τὸν λόγον ἔχειν, ὃν ὁ θεῶν ἔχει πρὸς τὸ γινόμενον. ἀκατέργαστον γὰρ εἶναι τῆς ψυχῆς μεταβολὴν τὴν ἐκ σώματος, γένεσιν δὲ ἢ ἄνευ σώματος, θάνατον.

Φύσεως μυσήριον] Ità *l. 2. § 12.* φύσεως ἔργον. Senecæ *excerpt. Meticris. ista hominis natura est, non pœna.*

Σύγχρισις ἐκ τῆς αὐτῆς στοιχείων εἰς ταὐτά] deesse videntur voces aliquot, necessariò supplendæ, ut sensus sit integer. [καὶ διάκρισις] εἰς ταὐτά. vel ut *l. 10. § 7.* [καὶ διάλυσις] εἰς ταὐτά. Ità Aristot. *de gener. & corrupt. l. 1. c. 1.* Συνίστησι καὶ διαλυομένων (τῶν στοιχείων) ἡ γένεσις συμβαίνει καὶ ἡ φθορά. Et *c. 2.* γένεσις καὶ φθορὰ διὰ συγκρίσεως καὶ διακρίσεως. Ibidémque Democritus & Levcippus, διακρίσεις καὶ συγκρίσεις, γένεσιν καὶ φθοράν, definiunt. Empedocli qoqe, ὅτι φύσις οὐδενός ἐστιν, Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων. qod idem & ἡδὲ μὴ τὰ φυσικὰ *l. 4. c. 1.* reperitur. de qo tamen videatur Plutarchus *adv. Colot.* Epictet. *lib. 4. c. 7.* Ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀπαλλαγῆναι. μὴ ἀναγόδη τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' εἰπὲ ὡς ἔχει. ἤδη καιρός πού ἐστιν, ἐξ ὧν συνῳλίσθην, εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἀναλυθῆναι. καὶ τί δεινόν; τί μέλλει ἀπόλλυσθαι ἐν τῷ κόσμῳ; τὰ ἡμέρας καιρὸν, παραλογοι; Vide *l. 5. § 4. & 13. & infr. § 30.* & *l. 7. § 50. & l. 8. § 18.*

Βοῦς ὅταν θυσιάζωσιν] ἃ γὰρ τὸ πυρέσσειν αἴρουσιν, ἀδὲ τὸ ἀναθήκειν. Dio Prus. *orat. 38.* & Marc. *l. 12. § 23.* ἡ καταπαυσις τοῦ βίου ἡ κακὸν, ὅτι ἀδὲ αἴρεσιν.

Οὔτε παρὰ τὸ ἐξῆς τοῦ νοσεῖν ζῆν] qia scil. est θνητὸν ζῶον. *supr. § 3.* Isaque Anaxagoras, nunciatâ filii morte; ἤδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα υἱόν. Plut. *ad Apollon.* & *de manuscr.* vel, ut idem *de tranqil.* & Galen. *de dogm. Hippocr. & Plat. l. 4. c. 13.* ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς. vel etiam ut Laërt. *l. 1.* qi liberos plures simul amissos refert, ἤδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεγεννηκότας. Et Ælian. *lib. 3. cap. 2.* ἤδειν θνητοὺς γεγεννηκότας. ubi tamen legendum γεγεννηκώς, ex Dion. Prus. *orat. 37.* & Epictet. *dissert. l. 3. c. 24.* Cicer. *Tusc. l. 3. Sciebam me genuisse mortalem.* Val. Max. *l. 5. c. 10. Ego illum ex me natum sciebam esse mortalem.* At turpissimè ac scelestissimè hominis monstrum merum Gallienus ille Imperatoris nomine indignus, qi (ut refert Trebellius) ubi de Valeriano patre comperit, qòd à Persis captus esset, id qod philosophorum optimus de filio amisso dixisse fertur, *sciebam me genuisse mortalem*, de patre dixit Imperatorum pessimus, *sciebam patrem meum esse mortalem.* ità cùm patris miserias ludibrio haberet, non defuit tamen Annius Cornicula, qi eum qasi *constantem principem* lavdaret. Cæterùm, qod Sen. *epist. 99. Cui nasci contigit, mori restat.* & *epist. 30. Vivere nolait, qi mori non vult. vita enim cum exceptione mortis data est.*

Οὐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς παραμονῆς] qia, ἡ τοῦ σώματος σύγχρισις ἔσται *l. 2. § 17.* Et, ut Epictetus *infr. § 41.* Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρόν. Senec. *ad Marc. c. 11. Mortalis nata es & mortales peperisti. patre ipsa fluidámque corpus, & cæsibus morbisque repetita, sperâsti tam imbecillâ materiâ solida & æterna gestâsse?* Et mox: *Quid est homo? qodlibet qassum vas, & qodlibet fragile. jactatu, non tempestate magnâ, ut dissiperis, est opus. ubicunque aries everis, foveris. Quid est homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum: cùm benè lacertos exercuit, cujulibet feræ pabulum, cujulibet victima: ex infirmis fluidisque contextum; frigoris, æstûs, laboris impatiens: ipso rursus situ & otio iturum in tabem: alimenta metuens suæ; qorum modò inopiâ, modò copiâ rumpitur: anxiæ solicitæque tutelæ; precarii spiritûs & malè hærentis.* Plut. *ad Apollon.* Τί ἢ θαυμαστὸν, εἰ τὸ τμητὸν τέτμηται, εἰ τὸ πικτὸν πέπαλται, εἰ τὸ καυσὸν κέκαυται, εἰ τὸ θνητὸν ἐθνήτωσε; Augustinus jam morti propinqus, acceptis cladibus, qæ per barbarorum incursiones passim contigerant, sapientis cujusdam sententiâ se consolabatur; dicens; *Non erit magnum, qod cadunt ligna & lapides, & moriuntur mortales.* Posidon. in *vit. Aug.*

§ 6. Ταῦτα ἔσται] Abrupta ista; nec cum præcedentibus cohærentia, & ἀκόλουθα insuper. Monitum continens & munimentum adversùs injurias & contumelias ab improbis illatas: *Talia*, inqit, *ab istiusmodi perpetrari solemne est.* Senec. *Excerpt. Malè de se loquuntur homines. sed mali moverer, si judicio hoc facerent: nunc morbo faciunt. faciunt, qod solent. quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro veritate, sed pro consuetudine latrent.* Ista autem cum præcedentibus malè conferruminavit editor ille Lugdunensis.

Ἐξ ἀνάγκης] *aliter nequeunt.* Gregor. Naz. *de pace orat. 3.* Καλῶς λέγουσιν, ἑκόντων κακῶν οὐκ ἔστιν ἁμαρτία. Qod idem apud Laërtium *l. 2.* Socrates. Sed & Leotychides Aristonis Laco, apud Plut. in *apophth.* Οὐ θαυμάζω καλῶς γὰρ λέγειν ἀδύνατον αὐτὸν

αὐτῷ δωσθεῖν. Senecæ excerpt. Malè de re loquuntur. Benè nesciunt loqui. Ità sup. § 3. Ἄκοντες ἁμαρτάνουσι. Et l. 8. § 12. ἀναγκάζοντες ὥσπερ ἑκόντες. Et l. 10. § 29. βιάζεται. Parimodo ille apud Epicharmum in *Hercul. fur.* se excusat, referente Evstrat. *in Aristot. ethic. l. 3. c. 5.*

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ ἀναγκαίως τά δὲ πάντα ποιῶ.

Hæc ego ex necessitate facio, quæ facio, omnia. Grot. Neque tamen Zenonis servulo præscriptio ea prodesset, qi cùm ob furtum à Domino castigarus, εἰμαρτό μοι κλαῦσαι, *in fatis sibi* diceret *fuisse, ut furaretur*; respondit ille, Καὶ δαρῆναι *in fatis iisdem fuisse & ut cæderetur.* Sed nec Spartani servo, qi cùm inter flagella, subinde clamaret, Ἄκων ἥμαρτον, *Invitus pecca.i*; regessit herus, Ἄκων τοίνυν κὴ κολάζε. *invitus ergò plectere.* Vide *ad lib. 7. § 63.*

Θέλει τῷ συκῇ ὀπὸν μὴ ἔχειν] Idem planè *l. 12. § 16.* affine qippiam & *l. 8. § 15.* Lactis autem sive liqoris ficulnei meminisse videtur; ὅτι συκῆς ὀπὸς πάντων δριμύτατος. ut Aristot. *problem. l. 10. c. 18.* sive, ut Plin. *l. 23. c. 7.* quoniam *fici succus lacteus aceti naturam habet: itaque coaguli modo lac contrahit.* quod aliter pavlò Dioscorid. *l. 1. c. 149.* πικρὸς ὄζει γάλακτι, ὥσπερ ἡ τιθυμαλὶς ἢ τὸ πεπλὶς, ὥσπερ τὸ ὄξος. Sed & aliis dotibus havd pavcis succus is nobilis, qas apud eosdem videre licet. Ad Marci mentem Senec. *de ira l. 2. c. 10. Non irascetur sapiens peccantibus. quare? quia scit neminem sapientem nasci, sed fieri. Scit pavcissimos omni ævo sapientes evadere. quia conditionem humanæ nativæ perspectam habet. nemo autem naturæ sanus irascitur. quid enim si mirari velit, non in sylvestribus dumis poma pendere? quid si miretur spineta sentésque non utili aliquâ fruge complerii nemo irascitur, ubi vitium natura defendit.*

Ἐντὸς ὀλιγίστου χρόνου καί σου κὴ ὀπὸς τεθνήξεσθαι] Ità *l. 7. § 22.* ὡς ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται. Senec. *de ira lib. 3. c. 42. Nulla res adversùs iram magìs prodcrit, quàm cogitatio mortalitatis. sibi quisque, ne alteri, dicat: Quid juvat tanquam in æternum genitos iras indicere, & brevissimam ætatem dissipare? Quid ruimus in turbam? quid certamina nobis accersimus? quid imbecillitatis obliti, ingentia odia suscipimus, & ad frangendum fragiles consurgimus? jam istas inimicitias, quas implacabili gerimus odio, febris aut aliud malum corporis vetabit geri. jam per acerrimum media mors dirimet. quid tumultuamur, & vitam seditiosi conturbamus? stat super caput fatum, & pereuntis dies imputat, propiùsque ac propiùs accedit. istud tempus quod alienæ destinatum morti, fortasse* [havd] *citra tuam est.* [*circa Lipſ.] Et rursus: *Qin potiùs vitam brevem colligis, placidámque & tibi & cæteris præstas. qin potiùs amabilem te, dum vivis, omnibus; desiderabilem, cùm excesseris, reddis. Quid servo, quid domino? quid regi, quid clienti tuo iraseris? sustine paullum. venit ecce mors, quæ nos pares faciat. Ridere solemus inter matutina arenæ spectacula, tauri & ursi pugnam inter se colligatorum; quos cùm alter alterum vexârit, suus confector expectat. Idem facimus. aliqem nobiscum alligatum lacessimus: cùm victo victoríque finis æquè maturus immineat. numqid ampliùs isti cui iraseris, quàm mortem optas? etiam te quiescente morietur. perdis operam: facere vis, quod futurum est. Quieti potiùs pacatique, quantulumcunque superest, transigamus. sive de ultimis suppliciis cogitas, sive de levioribus, quantulum est temporis, quò aut ille pœnâ suâ torqueatur, aut tu malum gaudium ex aliena percipies? jam ipsum spiritum expuimus interim, dum trahimus. dum inter homines sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo simus. detrimenta, injurias, convitia, vellicationes contemnamus, & magno animo brevia feramus incommoda. dum respicimus, quod aiunt, versamúsque nos, jam mortalitas aderit.* Pervulgatum est illud, ad quod ille respexit, qódqe Aristoteles exhibet, *rhetor. lib. 2. c. 21.*

Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.
Iram cave immortalem mortalis geras.

Sive, ut Gnomolog. vetus;

Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.
Mortalis odia nè gere immortalia.

Qod latiùs extulit Evripid. in *Philoctet.* apud Stob. *tom. 2. tit. 20.*

Ὥσπερ ἡ θνητὸν κὴ τὸ σῶμ' ἡμῖν ἔφυ·
Οὕτω προσήκει, μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
Ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.
Mortale quando corpus est homini datum;
Nec odia debet gerere immortalia,
Qisqis magistrâ sapere naturâ volet. Grot.

Romanis, ab Hetruscis missi de Tarqinio legati, apud Dionysium Halicarn. *l. 5.* Δεῖν ἀνθρώπους ὄντας, μηδὲν ἧττον τῶν ἀνθρακίνων φύσιν φερόντων, μηδὲ ἀθανάτους ἔχειν τὰς ὀργὰς ἐν θνητοῖς σώμασιν. Et Marcio mater apud eundem *lib. 8.* ubi Deos etiam, per gravia atque atrocia peccantibus iratos, muneribus precibúsque leniri dixerat, εἰ μὴ σύ, inqit, ἀξιοῖς, τὰς μὲν τῶν θεῶν ὀργὰς θνητὰς εἶναι, τὰς δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἀθανάτους. Creon tamen apud Sophoclem in *Oedip. Colon.*

Θυμὸς γὰρ ἡμῖν γήραος ὄζει πάλαι θανεῖν.
Iræ senectus unica est, vitæ exitus.

Et ulteriùs etiam Phalaris *epist. 51.* Τῶν μὲν ἄλλων ἔχθρας ὅσοι τὴ κακὸν μὲ δεδράκασιν, ὡς παραχαλοῦς, κὰν ὑπολάβοιμι θνητὸν γὸ ὄντα, ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, οἷς φασί τινες, ὁ σοφὸς οὐκ ἐπιτήδειος. τῆς μὲν τοι, Πύθων, εἰς ἐμαυτὸν διαφορᾶς, ὁ μόνον ζῶν, ἀλλ' ἀεὶ ἐν ἀθανασίᾳ, ὃ πᾶσι συμβαίνει τοῖς τετελεσμένοις, ἀθανατόφιλος. Οὐκ ὄκνος ὑμῖν ἐπιλείψει] Vide *infra § 33. & l. 8. § 25.* Hesiod. *oper. l. 1. v. 353.*

Bvsbe-

Βῆσαι ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο,
Νώνυμοι. —

qo loco (ut obiter adnotem) εὐρώεντα malim vertere, *situ obsitum*, qàm cum interpretibus, *latum*.

§ 7. Ἄρα τὰν ὑπολαμψιν, ἤρται τὸ, βέβλαμμαι] Idem ferè *l.* 7. § 14. & *l.* 8. § 35. 41. 47. & *l.* 12. § 22. 25. Huc illud Menandri, apud Plutarch. *de tranquill.* & *de exil.* & apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 109

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.
Nil passus es mali, ipse ni præ te feras.

Epictet *Enchirid. c.* 29. Σὲ γὰρ ἡ βλάβη, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε ἢ ἐσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι.

§ 8. Ὁ χρώμενος ἑαυτῷ ἄνθρωπος ἑκάστῳ ποιεῖ] qod *l.* 7. § 64. ἑκάστῳ τῷ διάνοιαν τῷ κυβερνῶσαν χεῖρα ποιεῖ. qia scil. *Animus cujusque, is est cuique.* Cicer. *Somn. Scip.* Vide *l.* 2. § 1.

§ 9. Ἠναγκασμένα] Ità *l.* 2. § 3. Περὶ τὸ ἀναγκαῖον. ibi vide. commation avtem hoc superioribus adfigit Cas. seqentibus præfigit Xyl. cùm nevtra satis cohæret. dictionis series hiulca est, & deesse aliqid videtur. ad seqentia potiùs dicti mens vergit: ut rationes varias simul congerat, ob qas æqaniminter contingentia qæqe ferre oporteat; qia nempe necessaria, utilia, justa.

§ 10. Ὅτι πᾶν τὸ συμβαῖνον, δικαίως συμβαίνει] Ità solent excerpta sua, vel χρησιμοδείας, vel adnotata ordiri, Ὅτι τόδε, ἢ τόδε, ut videre est passim apud Photium, Bvstathium, alios. Aliqando tamen plenius, Ἴσον ὄν, avt ejusmodi aliud qid, qale & istic subintelligendum. Qod avtem *omnia qæ contingunt nobis, justè contingere* dicit, intelligendum est, qoad primam cavssam. Nec abhorret ab hoc philosophia Christiana, sed cumprimis inculcat. Psaltes *Psal.* 119 *v.* 139. *Justus es, Domine, justáque sunt judicia tua.* & *v.* 75. *Novi, Domine; recta esse judicia tua; justéque te afflixisse me.* Et *Psal.* 145. *v.* 17. *Justus est Dominus in omnibus viis suis, sanctúsque in operationibus suis.* Vates etiam Jerem. *c.* 12. *v.* 1. etiamsi ægrè ferre videatur, qod bonis malè, malis bene fit; hoc tamen pro fundamento immoto prorsus substernit, *Tu, Domine, certè justus es.* Senec. *epist.* 107 *Qæcunqe fiunt, debuisse fieri putet; nec velit objurgare naturam.* & *epist.* 96. *Solet fieri. parum est. debuit fieri. decernuntur ista, non accidunt.* Galen. *in Hippocr. de fract. l.* 1. § 2. Ὅταν ἐκβῇς περίμετρα τὰ δικαῖον φυλάττηται, δικαίως ἔχει τε καὶ δοκεῖται. ὁμοῖον δὲ ἔστιν ἄλλο παρὰ τὸ κατὰ φύσιν. ad Marci mentem aptissimè.

Κατὰ τὸ ἑξῆς] *secundùm rerum ac cavssarum* ἐπιφοράν, sive *connexionem ac concatenationem* qandam, qam imaginabantur Stoici. Vide *infrà* § 45. & *l.* 6. § 38.

Πρὸς τὸν ἀνήμενον τὸ κατ' ἀξίαν] nihil poterat piè magis ac religiosè dici, qàm omnia provenire à cavssa qadam suprema, assignante qasi certâ lege cuiqe, qod ipsi maximè sit congruum. Vide *l.* 7. § 31. & *l.* 10. § 25.

Σιὼ τὸ ἀγαθὸς εἶ] Syntaxis τὸ poscit. Sicut *l.* 7. § 66. ἀρκεῖσθαι τῷ δίκαιον εἶ). atqe ità Lugd. *Bonum* avtem fore dicit, si justè evenientibus se sponte summiserit. qod Cleanthes supra, *ad l.* 3. § 4.

Malúsque patiar, qod bono licuit pati.

Καθὸ γενόμενος ἴδιος ὁ ἀγαθὸς] *Virum bonum* dicit; non *qomodo omnes candidatos bonos viros dicimus, qomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus:* ut Senec. *epist.* 3. sed *perfectum, absolutum; qem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit.* Idem *epist.* 34. Itaqe τὸ ἴδιος vernaculum istic opponitur τῷ κοινότερον λεγομένῳ, *l.* 2. § 10. aliúde hìc τὸ ἴδιον, aliud τὸ ἰδιωτικὸν, *infrà* § 50. Fabius *instit. l.* 12. *c.* 1. cùm Oratorem *virum bonum* definivisset. *Ego secundùm communem loqendi consvetudinem sæpe dixi dicámqe perfectum Oratorem esse Ciceronem, ut amicos & bonos viros, & prudentissimos dicimus vulgò, qorum nihil nisi perfectè sapienti datur. Sed cùm propriè & ad legem ipsam veritatis loqendum erit, cum qæram oratorem, qem & ipse qærebat.*

§ 11. Μὴ τοιαῦτα ὑπολάμβανε] Senec. *de sup. constant. c.* 17. *Genus ultionis est, eripere ei qi fecit contumeliæ voluptatem. Solent dicere; Miscrum me. puto, non intellexit! adeò fructus contumeliæ in sensu & indignatione patientis est.* Tertull. *de patient. c.* 8. *Nempe ideirco qis te ladit ut doleas: qia fructus omnis lædentis in dolore læsi est. ergò cum fructum ejus everteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructûs sui.*

§ 12. Ἑτοιμότητας] i. e. δόγματα ἕτοιμα. ut *l.* 3. § 13.

Ὁ τῆς βασιλικῆς καὶ νομοθετικῆς λόγος] i. e. τῆ ἡγεμονικῆ, sive *mentis*, qam & τὸ κυριεῦον, *supra* § 1. & τῷ κυβερνῶσαν, *l.* 7. § 64. vocat. Vide Ambros. *Hexaemer. l.* 6. *c.* 9 *supra ad* § 3. Verùm nobis, *Unus est Rex idem & Legislator, Jovis.* Isajæ *c.* 33. *v.* 22. cujus & legem νόμον βασιλικὸν Jacobus indigetat. *c.* 2 *v.* 8.

Μεταδίδως] Vide *ad l.* 1. § 15. 16. & *l.* 6. § 21. Notum illud Hesiodium *oper. l.* 1. *v.* 291.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα, καὶ εἰς τέλος ἐσσεται ἀμείνων.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Ille quidem ante omnes, per se ipse qid utile, qid non, qi videt, & longè fines prospectat agendi: qi bene consultis didicit parere, secundus. At qi consiliis pollet nihil ipse, nec audit Suadentes alios, nullos homo vivit ad usus.

Ità vertit apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. & 4. Grotius; qèm mirum αὐτῷ repoſuiſſe denuo, cùm in Stobæo priùs αὐτὸς legeretur. præſertim cùm & in verſione illud potiùs expreſſerit, & Hejnſium avdire potuerit, de ſcriptura gemina monentem *in notis ad Heſiodum*: ubi & hæc habet; ὁ αὐτὸς νοῶν πάντα, ejſ, ὁ χρὴ πάντα αὐτὸς, τοῦτο ſi, κατ' αὐτὸν, σοφὸς ὤν. Ὁ αὐτὸς νοήσας, itaqe *dixit Heſiodus, hoc eſt, qi ipſe; non autem*, ὁ αὐτῷ, *qi ſibi, ſapit*, juxta illud Evripideum:

Μισῶ σοφιστήν, ὅστις ἂχ αὑτῷ σοφός.
Odi profeſſum ſapere, ſibi qi non ſapit.

à Stobæo *tom.* 2 *tit.* 3. relatum, à Ciceron. *famil. l.* 13. *epiſt.* 15. Lucian. in *apolog.* Plut. *de Liſtend.* ab Alexandr. apud eundem in *Alex.* uſurpatum. opponitur avtem ὁ αὐτὸς νοήσας, τῷ δὲ ἑτέρᾳ πνὸς νουθετήσαντος σοφῷ γεγονότι. Eandem hanc lectionem confirmat Ariſtides rhetor. in *orat. Platon.* 1. non qidem ut vulgò legitur, ſed ut à Photio exhibetur, *biblioth. cod.* 247. qi ubi Heſiodia illa recitaverat, ſubjungit: Πρῶτον μὲν ἔδοξε τὸν αὐτὸν εὑρεῖν τὰ βέλτιστα. ἔφρονον ὃ ἀμαθέα, τὸν ὅτε σωφρονεῖν, ὅτε πειθόμενον. μέσην ὃ ἀμφοτέρων, ὥσπερ ἐν ἀριθμῶν ὄψεσι, τὸν τῷ σωφρονεῖν πειθόμενα, τοσοῦτον χείρω τοῦ νοήσαντος, ὅσῳ βελτίω τοῦ μητ' εἰπόντος, μήτε πειθόμενος. Et mox: Τὸν μὲν τοιοῦτον ἄνδρα, ὡς θεὸν ἢ θεῶν ἐγγὺς πρῶτον ἢ κοσμῆσαι μὲν ἔθελο, ὃς ἢ αὐτὸς πάντα νοήσει· τὸν ὃ ἀκόντα μὲν ἢ μαθόντα δεύτερον. Sed & Ariſtoteles *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 4. & Diogenes Laërt. *l.* 7. apud qem Zeno Heſiodi verſiculos illos non ſine nota aliqa refingit, ut dicatur,

Κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς ἓν εἰπόντι πίθηται.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
Κρεῖττόνα γὰρ ἦν τὸν ἀκοῦσαι καλῶς δυσιμένων τὰ λεγόμενα καὶ χρῆσθαι, τῷ δι' αὐτοῦ τὸ πᾶν σωνοήσοντος. τῷ μὲν γὰρ ἦν μόνον τὸ σωτῆναι τῷ δ' ἓν πειθέντι προσεῖναι καὶ τὴν πρᾶξιν. Quod etiamſi Themiſtio *in orat. qinqennal.* placuiſſe video; mihi tamen eodem loco habetur, qo Zenonis ejusdem cavillum illud, qo Phocylidis monitum nemini non probatum eludere conabatur. (σφς.

Μηδὲ δίκλιν δικάσῃς, σεὶν γ' ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσας de qo videri poterit Plutarch. *de Stoic. contrad. c.* 4. Verùm propiùs acceſſit Arrabanus apud Herodot. *l.* 7. Ἴσον, inqit, ἐκεῖνο παρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέοντά τε ἓν, καὶ τῷ λέγοντι χρησταὶ ἐθέλειν πείθεσθαι. Cæterùm Heſiodo ſuffragatur prorſus Ariſtoteles *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 4. qo loco non primus tantùm verſiculus ad avtoris mentem ritè efformatus reperitur; ſed & qartus, qi hoc admiſſo, prout ſuperiùs retulimus, emendandus fuerat, integer exhibetur. ſiquidem μήτ' αὐτὸς ibi legitur, qod μηδ' αὐτῷ apud alios, etiam qi mendum prius ſuſtulerant, mendoſè habetur. Gregorius etiam Naz. *epiſt.* 43. Ἀνιάσομαι ἴσως (τοῦτο γὰρ εἰπεῖν μέτριον) εἰ μήτε αὐτὸς σωφρὼν τὸ νοεῖν ὃ τῆς φρονήσεως δεῖ, μηδ' ἄλλῳ ἓν εἰπόντι καλὰ κολάζησεως· ὃ τῆς δευτέρας. Baſil. Cæſ. *orat.* 24. Εἰ μὲν οὖν αὐτοδύμως δέχοιτο τὰ λεγόμενα, τῆς δευτέρας τῆς ἐπαινουμένου ἐστὶ παρ' Ἡσιόδῳ τάξεως. εἰ δὲ μή, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν ἔτι μοι συγχωρήσαι αὐτοῖ ὧν μέμνηται τῆς ἐπῶν δηλονότι, ἐν οἷς ἐκεῖνός φησι· ἄριστον μὲν εἶ τὸν παρ' ἑωυτῷ τὰ νοῦλα ξυμφορῶντα· ἐσθλὸν ὃ κἀκεῖνον, τὸν τοῖς παρ' ἑτέρων εὖ ὑποθήκην ἐπόμβον· τὸν δὲ πρὸς ἀδύτερον ἐπιτήδειον, ἀχρεῖον εἶναι πρὸς ἅπαντα. Jo. Chryſoſt. *in epiſt.* 2. *ad Cor. orat.* 18. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τὰ συμφέροντα εἰπὼν, σοφὸς ἦν· ἡμεῖς οἱ κατανοήσαντες, καὶ αὐτοὶ σωφρονεστέρως καὶ εὐγνωμονεστέρως χαρπωσόμεθα ἔπαινον. ubi, qod monet Dunæus noſter, illum primæ notæ σοφὸν, hunc ſecundæ σωφρονεστὸν nuncupat. Cicero *pro Cluent.* *Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui qid opus ſit ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qi alterius bene inventis obtemperet. in ſtultitia contrà eſt. minùs enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, qàm ille, qi qod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.* Minutius apud Livium *l.* 22. *Sæpe ego audivi, eum primum eſſe virum, qi ipſe conſulat, qid in rem ſit; ſecundum eum, qi bene monenti obediat: qi nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe. nobis qoniam prima animi ingeniqe negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus, & cùm imperare diſcimus, parere prudenti in animum inducamus.* Seneca item *de benefic. l.* 5. *c.* 21.: *Moneri velle ac poſſe ſecunda virtus eſt.* ſive ut ſcholia Manuſcripta in codice meo, (nam & Lipſius locum mancum eſſe advertit) *Non moneri*, (hoc eſt, *monitu non indigere*) *prima virtus eſt: velle ac poſſe ſecunda.* Et mox: *Animus, qod paucis, ſui rector, optimus: proximi ſunt, qi admoniti in viam redeunt.* Tales eſſe nè pudeat pigeátve, Marcus vult iſtîc; non qales Nicetas Conſtantinopolitanos ſuos deſcribit in *Iſaac & Alex. c.* 1. μητ' αὐτόθεν τοῖς ἐπαινετοῖς προσχαρῆναι, μηθ' ἑτέρῳ πειθομένους εἰσηγμένῳ τὰ λώονα. Facit huc Philippidæ Comici in *Ananeoſi*, apud Stob. *tom.* 2. *tit* 1. illud;

Ὅστ' ἂν ἁμαρτάνῃς τι, χαῖρ' ἠπιόμενος.
Μᾶλλον γὰρ οὕτω σώζεται τὸ συμφέρον.
Nè turpe vinci, ſiqid erraris, puta:
Hæc namq; vera eſt ad bonam frugem via. Grot.

Sophocl. *Antigon.* ——ἔγωγε φημὶ προσθεῖν πολύ,
Φῶσαι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπισκήπτοντα πλέα·
Εἰ δ' ὧν (φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὰ ταὐτὴ ῥέπειν)
Καὶ μὴ λέγοντων ἓν καλὸν τὸ μανθάνειν.
Hoc mi videtur, expedire plurimum,
Scientiâ plenus ſi qisqe exiſteret: (re)
Sin minus hoc, (namqe huc res haud nata eſt vergere) Bonum eſt à bene monente qovis diſcere. Grot.

Et *ibidem*:

Ταῦτ' ἴσθι, τοῦτον, φεύγουσιν ἀνθρώποισι γὰρ

Τοῖς

Τοῖς πᾶσι κοινὸν ὃτι τἄξαμαρτάνειν.
Ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεἶτ' ἐκεῖ τ' ἐς' ἀνὴρ
Ἄζωλος ὢν ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
Πεσὼν ἀκέντα, μηδ' ἀκίνητος πόλει'
Αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
Hæc ut modesto pectore evolvas, rogo:
Errare cunctis insitum mortalibus:
At ille nec sine mente, nec vacuus spei,
Remedia qi receptat implicitus malis,
Nec pertinaciam addit errori suo. Grot.

Senec. *Agamemn.* 2. 2.

Remeemus illuc, unde non decuit priùs
Abire; sed nunc casta repetatur fides.
Nam sera nunquam est ad bonos mores via.
Qem pœnitet peccâsse, penè est innocens.

Andocides *orat. de reditu:* Καὶ εὐτυχέστατοι μὲν, οἱ ἐλάχιστα ἐξαμαρτόντες· σωφρονέστεροι δ', οἱ ἂν τάχιστα μεταγνώσκωσι. Gregor. Naz. *in patr. suum.* Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν, ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου θεοῦ· τὸ δ' ἐξαμαρτάνοντας ἐπιστρέφειν, ἀνθρώπων μὲν, ἀλλ' ἐπαινετῶν, καὶ τῆς σωζούσης μοίρας· τὸ δὲ ἀστρεφὲς ἅπαν, τῆς πονηρᾶς καὶ ἀντικειμένης δὴ φύσεως, καὶ ὅλῳ τῷ ἐκείνης ἐνεργουμένων. Idem in *Apolog.* κἂν εἰ τὸ πρέπον τῷ λόγῳ μὴ σώζοιεν, ἀλλὰ τό γε δεύτερον ἐκεῖνο, τὸ ἁμαρτάνοντας μεταγνῶναι. τὸ μὲν γὰρ ἁρπάσαι, τῆς κοινῆς φύσεως, καὶ τῆς ἀδυσίας τῆς ἀνθρωπίνης, ἢ πάντων ἄπλετα, καὶ ὅλῳ λίαν ἰσχυρὰν τὸ σῶμα καὶ πλὴν διάνοιαν· τὸ δ' ἀστραπὴν δῆναι, καὶ εἰς ἄλληλα ἐπαναλθεῖν, τοῦτο λογισμῷ, καὶ τῆς χάριτος. Idem *irenic.* 2. & *adv. Julian.* 2. Μέγα μὲν τὸ μηδὲ πλὴν ἀρχὴν τυχεῖν ἁμαρτάνοντας, ἢ μὴ τὰ μέγιστα· ἐπειδὴ τὸ παντελῶς ἀναμάρτητον, ὑπὲρ πλὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἔταξεν ὁ θεός· δεύτερον δ', ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, τὸ πλάσαντάς τι καὶ παιδαγωγῆσαι, ἐπαινέσαι. Isidor. Pel. *lib.* 1. *ep.* 381. Κάλλιον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, καὶ πρὸς θεὸν ἔχον ἐγγύτατα· κἀκεῖνο δὲ καὶ τὸν ἁμαρτόντα γνωσιμαχῆσαι, καὶ ταχέως ἐξαναστῆσαι τῷ πλάσματος. Idemque *ibid. ep.* 435. Τὸ ἀναμάρτητον θεῷ μόνῳ, καὶ ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἀνάγκη. τὸ δὲ μηδενὸς ἐφάπτεσθαι φησὶ τῷ γνώμῃ ἀδικημάτων, ἀνθρώπου ὄντος εὐαγοῦς· καὶ τὸ μὴ πολλοῖς πρεσβεύειν φησὶ ἀκριβῶν, οἰκεῖον φησὶ ἐγγίσαι θεῷ βουλομένων· καὶ τὸ ἧττον μὲν ἐκείνου, ῥᾷδιον δὲ πολλοῖς, τὸ μὴ ὅτι μᾶλλον ἐμμένειν τοῖς ἁμαρτήμασιν. Cyprian. *epist.* 3. *Primus gradus felicitatis est, non delinqere: secundus, delicta cognoscere. illa innocentia qæ servat; hæc medela, qæ sanet.* Gregor. Rom. *in Job. l.* 6. *c.* 17. *Prima virtus peccata non perpetrare, sed vitare: secunda, perpetrata corrigere.*

Κοινωφελῶς] Vide *l.* 1. § 16. κοινονεπμοσύνη. & *l.* 7. § 4.

Οὐχ ὅτι ἡδύ] Avg. *contr. Julian. l.* 5. *c.* 7. ubi illud Lucani *l.* 2. de Catone elogium retulerat.

In commune bonus: nullóque Catonis in actus
Surrexit, partémque tulit sibi nata voluptas.

quoniam, inqit, *& quod non faciebat sine voluptate, non faciebat propter voluptatem.* Cicer. *Academ. l.* 4. § 140. *Virtus esse nulla potest, nisi sit gratuita. nam qæ voluptate, qasi mercede aliqâ, ad officium impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio simulatióque virtutis.* Senec. *de vit. beat. c.* 10. *Sapiens nihil voluptatis causâ faciet.* Alluſum eſt forſan ad Gorgiæ Leontini dictum, qi interroganti, νῦν διαίτῃ χρώμενος ἔτως ἐμμελῶς καὶ μετ' αἰδήσεως τοσοῦτον χρόνον ζήσειεν, reſpondit, ὡδὲν πώποτε ἡδονῆς ἕνεκα πεφεύγας. ex Clearcho *vitarum l.* 2. Athen. *dipnoſoph. l.* 12. Apud Plut. in *Stoic. Contradict. c.* 18. Chryſippus ἐν τῷ περὶ πολιτείας, ὡδὲν ἡδονῆς ἕνεκα πρᾶξειν, ὡδὲ παρασκεύασθαι τοὺς πολίτας. Antiſthenes verò ſuis præcepit, μηδὲ δάκτυλον ἐπιθεῖναι ποτὲ, ἕνεκα ἡδονῆς, ut nè digitum quidem voluptatis cauſâ unquam extenderent. Theodoret. *therapeut. l.* 12. cujus illud item celebratur; *Mavéiλω μᾶλλον, ἢ ἡδεῖλω. Furere malim, quàm voluptate perfundi.* Laërt. *l.* 7. Sext. Empir. *adv. Ethic. cap.* 2. & *Pyrrhon. hypoth. l.* 3. *c.* 23. Clem. *Strom. l.* 2. Theodoret. *therap. l.* 3. Gell. *l.* 9. *c.* 5. Veruntamen etiam Stoici ipſi in hanc partem ſeceſſionem quandoque feciſſe viſi ſunt. quod de Ariſtone Magiſtro ſuo feſtivè Eratoſthenes apud Athen. *lib.* 7. τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντες, καὶ ἀναφαινόμενοι παρὰ τῇ ἡδονῇ. Neqe tamen ullo modo admittendum, qod Epiphanii codices habent, *adv. hæreſ. l.* 3. *tom.* 2. *epilog.* § 9. Chryſippum ſtatuiſſe τὸ τέλος πάντων τὸ ἡδυπαθεῖς εἶ). nec id ſanè Epiphanius unqam dixerit. Verùm aut vitiata iſta, & ἀπαθεῖς pro ἡδυπαθεῖς legendum; aut loco mota, & Diogeni Rhodio, cujus dogma proximè refert, qocum iſtud probè convenit, τὰ σύμπαντα συνίστασθαι ἐξ ἡδονῆς. *voluptate conſtare omnia*, tribuendum. Cæterùm in dogmatum priſcorum illorum recenſione Epiphaniana havd pavca iſtiuſmodi, vel depravata, vel perperam relata occurrunt.

Ἕν ἔνδοξον] Contrà qàm illi, *qi nihil honeſtum eſſe putant, niſi qod in vulgus glorioſum.* Cicer. *Academ. l.* 4. Senec. *de beat. c.* 20. *Nihil opinionis causâ, omnia conſcientiæ facta.* Et *epiſt.* 113. *Nihil ſit illi cum ambitione & fama: ſibi placeat.* De T. Ariſtone Plin. min *l.* 1. *ep.* 22. *Nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert.* Vide *l.* 1. § 16. & *l.* 5. § 3. & *l.* 6. § 2.

§. 13. Τί ἂν ἑ χρῆ;] Bern. *de bon. deſer.* & *in Cant. ſerm.* 34. *Ipſis etiam beſtiis beſtialior eſt homo,* (hoc eſt, ut Simocat. *epiſt.* 13. ὑπὲρ ἀλόγων ἀλογώτερος) *ratione vigens & ratione non vivens.*

Τί ἄλλο θέλεις;] puta lavdem, aut mercedem. ut *l.* 7. § 73. & *l.* 9. § 42. Vide & *l.* 9. § 26. & *l.* 10. § 11.

§ 14. Ὡς μέγες] Vide *l.* 2. § 3.

Ἐναρμοδίσῃ] Vide *l.* 2. § 12.

Ἀναλημψίσῃ] Verbum idem de Domino Jesu, sed sensu pavlùm diverso usurpatur, Marc. *c.* 16. *v.* 19. Luc. & *Act. c.* 1. *v.* 2. 11. 22. Et indè ἀνάλημψις, de ejusdem ascensione usurpata Luc. *Evang. c.* 9. *v.* 51. Verùm in istis τὸ ἀνὰ *subvectionis* significatum obtinet, ut rectè Beza; non *restitutionis*, uti Budæus & Erasmus de voce altera, sed ratione tamen haud eâdem uterque, censuerunt. quum Marco nostro *reditum* & *resumptionem* designet. quomodo & mors Salomoni *reditus* dicitur sive *receptio*, ubi *corpus* asserit *ad terram unde sumptum est, reverti, spiritum ad Deum, à quo prodierit, recipi. Eccles. c.* 12. *v.* 7. Vide *l.* 7. § 49.

Εἰς τὸν λόγον αὐτῆ τὸν σπερματικὸν] id est, *Deum* ipsum, unde decisus, & cujus pars es. Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* de Deo. ὥσπερ ὁ τῆ γονῆ τὸ σπέρμα παρέχεται, ὕτω καὶ τῶτον σπερματικὸν λόγον ὕλα τῶ κόσμω, &c. Vide & *infr.* § 21, 23.

§ 15. Τὸ μὲν περιττεῖον, τὸ δ' ὕστερον] Vide *infr.* § 47, & 48, & 50. Senec *epist.* 99. *Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem hujus spatii, per quod citatissimi currimus. observa hunc comitatum generis humani eòdem tendentis, minimis intervallis distinctum, etiam ubi maximus videtur.* Et *epist.* 49. *non possunt longa intervalla esse in ea re, quæ tota brevis est.*

§ 16. Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν θεὸς αὐτῆς δέξει] Novi esse videntur argumenti ista: nihil statuo tamen. Possunt avtem intelligi, vel de mutatione ac metamorphosi illâ stupendâ, quam in sapiente suo prædicabant Stoici, & exagitat Plut. in *Stoic. paradox.* utpote quâ ὁ χρὴς ἔχεσθαι ἅμα καὶ κάμνοντα, τὴμεσον ἄγνω μεταβάλλοντα εἰς ἀρετὴν, καὶ γίγνεσθαι ἐκ ῥυσῆ καὶ ὠχρῆ καὶ λυχνῆ γέροντος, εὐφυᾶ, θεοειδῆ, καλλίμορφον. ὁ κάκιστος δὲ, φησὶ, δείλης ἄρτι ὁ καλλιπάρδεις ἔμπληκτος, καὶ ἀμαθὴς, καὶ ἀκόλαστος, καὶ δῆλος, καὶ πένης, καὶ ἄπορος, αὐθημερὸν ἀλίσκεται καὶ βασιλεὺς, καὶ ὄλβιος γεγενὼς, σώφρων τε καὶ δίκαιος, καὶ βέβαιος, καὶ ἀδόξος. ἡ γένεσις φύσας, ἐφ' ἥβλιν ἐκ σαμαλῆ νέω καὶ ἀπάλῳ, ἀλλ' ἐν ἀθενεῖ καὶ ἀτρῆ ψυχῆ καὶ ἀνάνδρῳ καὶ ἀβεβάῳ, νῦν τέλειον, ἄκραν φρόνησιν, ἰσόθεον διάθεσιν, καὶ ἀμεταπτωτον ἕξιν ἐφικνεῖται, καὶ ἐξαίφνης ἥρως τις, ἢ δαίμων, ἢ θεὸς ἐκ θείᾳ τῆ κακίᾳ γλυφόμενος. vel etiam de vulgi mutabilitate, καὶ ἀεὶ τῆ συμπαθῶν ἡδὺ συφηρεῖν δοκόντων, *suprà.* § 3. qibus hodiè qis bellua avt simia, eisdémque rursus intra pavcos dies idem genius avt Deus. Ità Athenienſi populo, ut Aristoph. *equit.*

Ὁ νῦν μὲν ἁδεὶς, αὔριον δ' ἁδημάχας.
Qui nullus hodie, cras futurus summus est.

De Menedemo Laërt. *l.* 2. Τὰ μὲν πρῶτα κλεσθενείτο, κύαν καὶ λίγες ὑπὸ τῆ Ἐρετείων ἀκόων· ὕστερον δ' ἐθαυμάσθη, ὥστε καὶ τὴν πόλιν ἐγχειρίσασθαι. Insigne avtem inconstantiæ popularis istius exemplum in Christi famulis sacra pagina suppeditat. Paulus & Barnabas Lystris à populo *pro diis habiti humanâ formâ indutis*; Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις, κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. iidem paulò pòst λιθάσαντες, *lapidibus impetiti*, & pro mortuis jam habiti, extra urbem projiciuntur. Lucas *Act. c.* 14. *v.* 10, 18. Contrà Paulus idem à Melitenis pro *homicidâ* vel *sacrilego* habitus, quem *Nemesis* ultrix à tergo insequeretur, dum viperam è manu pendentem conspicantur; mox tamen idem ab iisdem pro *numine* suspicitur, ubi bestiam absque læsione ulla excussam vident. μεταβαλλόμενοι ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι. *Ibid. c.* 28. *v.* 4, 6. Meliùs avtem hìc Gvil. Xyland. *Intra decimum diem Deus videberis eis, qi te nunc bestiam & simiam putant, siqidem ad præcepta & venerationem mentis reflectas, &c.* qàm Mer. Casavb. *qi è contrario sic extulit; Intra decem dies Deus habeberis, qi, si ad dogmata rationisque venerationem redieris, nihilo te bruto mero avt simiâ præstantiorem censebunt.* Pro Xylandro calculum dabit Epictetus, cujus hæc sunt verba, *Enchir. c.* 23. qæ & Marcus forsan ob oculos habuit cum hæc scriberet, certè Marci menti explicandæ commentarium exhibent luculentissimum. Φιλοσοφίας ὄπαδυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασόμενος, ὡς κατακεκωμῳδημένος τε πολλῶν, ὡς ἐρέντων, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐφανερήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὖτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὴ ὀφρῦν μὴ ἀνῇς· ἢν δὴ βελτίων σοι φαινομένων ὕτως ἔχῃ, ὡς ὑπὸ τῆ θεῆ τελεσθέντος εἰς ταύτην τὴν χώραν καὶ τάξιν. μέμνησο δὴ, ὅτι ἐὰν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σε πρότερον, ὕστερον θαυμάσονται· ἐὰν δὲ ἡττηθῆς αὐτῶν, διπλῆν προσλήψῃ καταγέλωτα. Vide *ad l.* 9. § 34. & *l.* 10. § 8. & *l.* 11. § 16.

§ 17. Μὴ ὡς μύσια μέλλων ἔτι ζῆν] Nec ista cum prioribus videntur cohærere. Nè, inqit, *tanquam annos innumerabiles victurus adhuc*, te gerasis istud enim, avt ejusmodi aliqid necessariò supplendum est. Senec. *ad Marc. c.* 11. *Quantos tumultus hoc tam contemptum animal movet? in quantas cogitationes oblitum conditionis suæ venit? immortalia, æterna volutat animo, & in nepotes ac pronepotes disponit; cùm interim longa conantem mors eum opprimit.* Bernard. *ad Eugen. de consider. l.* 2. *Qui longiora sibi vitæ metitur tempora, nonne verè ingreditur iter exterminii, transiens vitæ terminos productiori solicitudine? indè est, qòd homines in præsentia à se exules per oblivionem, in alia per inanem solicitudinem migrant sæcula, non profutura, imò nec futura. at prudens homo longioris vitæ non abducetur incerto.* Vide *infr.* § 32.

Τὸ χρεὼν ἐπήρτηται] *Festinandum est: instat à tergo mors.* Senec. *ad Marc. c.* 10. τὸ χρεὼν, mors naturæ debitum. Synes. *epist.* 12. εἰ μὴ τὸ χρεὼν ἐφθασε.

ἔφθασεν. *nisi mors præveniſſet.* Vide *l.* 2. § 4. & *l.* 6. § 30. & *infrà* § 26.

Ἕως ζῶ, ἕως ἔξεστι] Quod Apoſtolus *ad Galat. c.* 6. *v.* 10. ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθόν. & quod Petronianus ille, ſed ſenſu ſeqiore;

Ergò vivamus, dum licet eſſe bene.

§ 18. Ὅσων ἀχολίαν] imò εὐχολίαν. ità *infr.* § 24. εὐχολώτερος. & *l.* 12. § 2. εὐχολήσεται Magnam ſibi tranqillitatem conciliat, qi aliena dicta, facta, cogitata non attendit. Contrà, ut Rex ſapientiſſimus *Prov. c.* 26. *v.* 17. *Prehendit avribus canem, qi liti alienæ immiſcet ſe.* In ejuſmodi ergò homines qadrat diverbium à Zenobio ac Svida relatum, Ἀνδρὶ Λύδῳ πράγματα οὐκ ἔνι, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπείλε. *Lydo negotia cùm nulla eſſent, foras profectus conqiſivit.* Vide *ad lib.* 2. § 7. & *l.* 3. § 4.

Ἀλλὰ μόνον τὶ αὐτὸς πτεῖ] Vide *ad lib.* 2. § 8. 13.

Ἢ χεῖρ τὸν ἀγαθὸν] Xylandro libens accedo, qi pro ἀγαθὸν, Ἀγάθωνα ſubſtituit, cujus illud, τὸ μέλαν ἦθος, qod ſeqitur, fuerit. Annot. Lugd. ampliùs mutat, vúltqe, δεῖ χεῖρ τὸν Ἀγάθωνα. Verùm D. Junius ἀγαθὸν illud retinendum cenſet: totúmq; locum, utì mox dicetur, reconcinnat.

Μὴ μέλαν ἦθος πτελέπεδος] *non circumſpicit nigros mores.* Xyl. *aliorum,* nimirum. Meric. ut activo ſenſu verbum accipiatur, arqe ità *l.* 7. § 55. Μὴ πτελέπου ἑλλόγιμα ἡγεμονικά. & *l.* 5. § 3. ἃ σὺ μὴ πτελέπῃ, ἀλλ' εὐθείαν πράνε. Cæterùm D. Boot. mavult πτερέπεδος legi, ut reſpondeat τῷ πτέχειν ὀρθὸν, qod mox ſeqitur. *Nè eorum inſtar, qi nigris ingeniis ſunt præditi, circumagaris, & obliqus ac tortuoſus incedas.* D. Junius deniqe neqe de *Agathone,* neqe de *moribus nigris* iſtîc qicqam vult dici. Sic itaqe conjecturâ ſanè probabili admodum, mutatione haud enormi, locum avtumat poſſe reſtitui, ut cum præcedentibus cohæreat; ἢ ὅσον, ἢ ἀγαθὸν· μὴ νωθείας πτελέπεδος, &c. *ut qod facit, ſit juſtum, & pium, & bonum: neqe cum pigritia & ſegnitie, ſive qod ſegnium ac pigrorum eſt, circumſticiat; ſed rectâ procedat.* Qid ſi Xylandri lectione ex parte admiſſâ, ſic concinnaverimus? ἢ χεῖρ τὸν Ἀγάθωνα μὴ μέλαν ἦθος ἢ. δεῖ δὴ μὴ πτελέπεδος &c. Viderint alii.

Ἐπὶ τῆς γεαμμῆς] *qaſi ad lineam ductam.* Sic Tertull. *adv. Marc. l.* 4. *c.* 17: *Lineæ inſiſtere,* pro in inſtituto perſiſtere ac permanere. & *adv. Hermog. c.* 39. *Lineis excidere.* pro, ab inſtituto & propoſito deerrare & divagari. qod à re Geometrica tractum cenſet Hadr. Jun. *cent.* 6. *adag.* 75. à re Gymnica, Petr. Faber *agoniſt. l.* 2. *c.* 7. cui potiùs accedo.

Τρέχειν ὀρθὸν] Ità *l.* 5. § 14. καπεδώσεις ὀνεμάζοντας, πλὴν ὀρθότητα τῆς ὁδῷ σημαίνουσι. qod *l.* 8. § 37. κατ' εὐθὺ φέρεσθε. & *l.* 10. § 11. εὐθεῖαν πραίνειν. Apoſtolus *ad Galat. c.* 2. *v.* 14. ὀρθοποδεῖν. ſicut Lucas, ſed citra metaphoram iſtiuſmodi, *Act. c.* 16. *v.* 11. & *c.* 21. *v.* 1. εὐθυδρομεῖν.

Μὴ πλερρεμμόνον] *Non vagum.* Xyl. nunc in hanc partem, nunc in illam procurrentem, & incerto qodam animi æſtu jactatum & abreptum, & qaſi disjectum. qod in ſacris Scripturis occurrit toties, *neqe ad dextram neqe ad ſiniſtram,* i. e. nevtrobiqe declinando. *Devt. c.* 2. *v.* 27. & *c.* 5. *v.* 32. & *c.* 17. *v.* 11. 20. & *c.* 28. *v.* 14. *Prov. c.* 4. *v.* 25, 26, 27. *Joſh. c.* 1. *v.* 7. & *c.* 23. *v.* 6. *Reg. hiſt. l.* 1. *c.* 6. *v.* 12. & *l.* 2. *c.* 2. *v.* 19. 21. & *l.* 4. *c.* 22. *v.* 2. & *Annal. l.* 2. *c.* 34. *v.* 2. Eſaj. *c.* 30. *v.* 21. qia πτέχειν ὀρθὸν præceſſerat. Poteſt tamen ab oculorum affectione ſumptum eſſe; eâ nimirum, qam Galen. *comment. in Hippocr. prognoſt.* 1. ἵππον dici teſtatur, qando oculi ſunt ἀσπειπτι, ἢ κινύμβοι διὰ πωλδ. id vitium aliqando inſitum, aliqando eſt adventitium. de iſto Hippocr. *prænot. Coac.* § 218. πονηρὸν ἢ, τὸ τὰς ὀφρῦας πτυπὰ διαῤῥῖπτειν. hoc eſt, ὀφθαλμὸς πλερρεμμόνως ἔχειν. Et huc alluſum fuerit, ſi πτεμβλέπεδος retineatur.

§ 19. Ὁ πτεὶ πλὴν ὑπερφυΐαν ἁπλοπδ] Retundi meritò digna vanitas illorum, qi de nomine ſuo propagando & ad poſteros tranſmittendo ſolicitè ſatagunt. nec tamen, qam ſui ſit memoriam relicturus, cùm & in honorem numinis & in bonum publicum conducat, incurioſum prorſus eſſe qenqam fas eſt. Optimè Plato *epiſt.* 2. Ἀνάγκη γὰρ, ὡς ἔοικε, μάλειν ἡμῖν ἢ τὸ ὕπερτα χρόνῳ ἐπειδὴ ἢ πυγχάνουσι κατά πινα φύσιν, οἱ μὲν ἀνδραποδωδέσαπτοι ὑδὲν φροντίζοντες αὐτῶν, οἱ δ' ἐπιπλήσαντες, πᾶν ποιοῦντες, ὅπως ἂν εἰς τὸν ὕπερτα χρόνον ἐν εὐκόσμοις. Verùm ὑπερβολὰς πτεί τι, eſt rei alicui nimiopere addictum eſſe, ut ad eam qaſi attonitus & perculſus conſiſtas, avt ſaltem pro re eximia & admiratione dignâ habeas: qomodo erga famam poſthumam afficiſ eſt à ratione omni alienum. Socrates apud Platonem in *Phædone,* σωφροσύνην definit, τὸ πτεὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ὑπερφυῶς, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν ἢ κοσμίως. *Cupiditatibus non eſſe vehementius addictum, ſed parvi pendere & modeſtè habere.* Ariſtot. *hiſt. animal. l.* 6. *c.* 18. κατ' πάντων ἢ σχεδὸν ζώων κοινὸν, τὸ πτεὶ πλὴν ἐπιθυμίαν ἢ πλὴν ἡδονὴν ὑπερφυᾶς, πλὴν ἀπὸ τῆς ἐχείας μάλιστα. Ibid. *l.* 9. *c.* 8. Οὗτοι ἢ σφόδρα ἢ οἱ πίθηκοι, ἢ οἱ ὀρτυγες ὑπερβάλλονται περὶ πλὴν ὀχείαν, ὡς εἰς τοῦ ὑπερφόνους ἐμπίπτωσι, ἢ πολλάκις καθιζάνουσιν ἐπὶ τὰς κεφαλάς. qod Plin. *l.* 10. *c.* 33. vertit; *Rabie qidem tanta feruntur.* qomodo Flacc. *ſerm. l.* 2. *Sat.* 3.

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.

hoc eſt, ὑπερβάλλεται περὶ τοῦ ἀνδριάντας. Marcus ipſe *l.* 1. § 6. μηδὲ πτεὶ τὰ τοιαῦτα ὑπερφυᾶς. *neqe rebus iſtiuſmodi addictum eſſe.*

Ἐγὼ δὲ

Ἕκαστος ἥδ' μεμνημένων] Vide *ad l.* 2. § 17. & *infrà* § 35.

Διὰ ἐπιπνοίων] *Per attonitos inani famâ.* Xyl. ut de gloriam ambientibus dictum sit. non accedo. hunc enim jam rebus humanis exemptum præsumit. Meliùs Cas. *per admirantes.* alius est ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπλοκμῶος, *qi de fama posthuma laborat, & circa eam insanit qodammodo.* alii ὁι ἐπλοκμῶοι istic, *qi cum vitâ jam functum admirantur, celebrántque qasi cum stupore qodam.* Heraclitus apud Plut. *de leg. Poet.* Βλαξ ἀνθρωπῳ ὑπὶ παιδὶ λόγῳ ἐπλοκῶς φιλεῖ. qod idem *lib. de audiend.* περὶ θαυμασιῶν esse ait, *eorum qi nihil non admirari laudibúsque efferre solenne habent.*

Τί δ' ἂν τοῦτο πρὸς σε;] Senec. *epist.* 77. *Ad nos nihil pertinebit posterorum sermo.* Boeth. *Consol. l.* 2. *c.* 7. *Qid est qod ad præcipuos etiam viros, qi virtute gloriam petunt, de famâ post resolutum morte supremâ corpus attineat? nam si, qod nostræ rationes credi vetant, toti moriuntur, nulla est omnino gloria: cùm is, cujus ea esse dicitur, non extet omnino. Sin verò sibi mens bene consci a terreno carcere resoluta, cælum libera petit, nonne omne terrenum negotium spernet, qæ se, cælo fruens, terrenis gaudet exemptam?* Festivè lusit in hanc mentem, qisqis fuit, *Antholog. l.* 3. *c.* 6.

Ὠιμοι μοι. τί ἢ τύπος παρὲς δέ μοι. ἐς τί ἢ τύπος;
Κλειτὺς δ' εἰμὶ γένος. ἐι γὰ ἀφανεστάτη;
Ζώοις ἐνδόξως, ἐλιπον βίον. Ἐι γὰ ἀδόξως;
Κεῖμαι δ' ἐνδάδε νυῶ. τίς τινι ταῦτα λέγεις;

Πρὸς τὸν ζῆλα τί ὁ ἔπαινος;] *siqidem,* δόξα καὶ ἀδοξία, περὶ διαφόρων εἰσὶν. ut *supr. l.* 2. § 11. Deinde; ut Aristot. *ethic. l.* 1. *c.* 5. Δοκεῖ ἡ τιμὴ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ τῷ τιμωμένῳ. itaque non est οἰκεῖόν τι. Vide *infr.* § 20.

Δι' οἰκονομίαν τινά] hoc est. ὡς μὴ μόνον πρὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀξιόπιστον φαυλῶαι. Clem. *pædag. l.* 3. *c.* 11. Itaque Julian. *de viduit. c.* 22. *Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.* Et Avg. nom. *ad fratr. in erem. orat.* 52. *Conscientia nobis necessaria est, fama proximo: qi conscientiâ fidens famam negligit, crudelis est.* Verùm ut nostri mentem meliùs assequamur, dogma Stoicum περὶ δόξης καὶ ἐπαίνου, sive de *famâ* & *laude*, penitiùs pavlò est introspiciendum. Illi, ut Laërt. *l.* 7. in *Zenone*, ἐν τοῖς ἀδιαφόροις, i. e. *in rebus mediis*, qæ nec bonæ nec malæ sunt, ista ponebant: qod & noster facit, *l.* 2. § 11. Verùm ἀδιάφορα illa cùm distingverent, in τὰ προηγμένα καὶ τὰ ἀποπροηγμένα, in *præposita & rejecta*, ut Cicero vertit: de qibus vide *ad l.* 3. § 11. in *præpositis*, i. e. *qæ æstimationem & pretium aliqod haberent*, ut Senec. *de beat. c.* 22. τὴν εὐδοξίαν habebant. Cùm autem rursus *præposita* sive *præferenda* illa in tres ordines dispescerent, ut qædam *per se præponenda* dicerentur, qædam *propter usum*, qædam *propter utrumqe* περὶ τῆς εὐδοξίας, *de bona famâ*, in qo trium istorum ordine ei sedem tribuerent, inter se Stoici dissentiebant. Siqidem, ut Cicero *de finib. l.* 3. § 57. Chrysippus & Diogenes, *Utilitate detractâ, nè digitum qidem ejus cavissâ porrigendum esse dicebant,* (atque hoc est, qod Marcus hîc dixit, εἰ μὴ δι' οἰκονομίαν τινά) qi autem post eos fuerunt, cùm Carneadem sustinere non possent, *Propter se præpositam & sumendam* esse dixerunt, essèqe *hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire, à parentibus, à propinqis, à bonis etiam viris,* idqe *propter rem ipsam*, non *propter usum:* dicúntqe, *ut liberis consultum volumus, etiamsi posthumi futuri sint, propter ipsos; sic futuræ post mortem famæ, tamen esse propter rem, etiam detracto usu, consulendum.* Verùm si cui otium & animus est, adeat Senecæ *epist.* 102. in qâ is de *claritate*, qam à *famâ* secernit, utrùm *bonum* sit necne, arguciolis Stoicis adscitis, fusissimè disceptat. Dio qidem Prus. *orat.* 24. Ἐπεὶ τόγε ἐπαινεῖσθαι καθ' ἑαυτὸ ὑπὸ ἀνθρώπων, διοί πέρ εἰσιν οἱ πολλοί, ἢ τὸ δικαίως ἐν τοῖς τοιούτοις, ἢ τὸ ἡδίως ζῆν, οὐδὲν ἂν διαφέροι πρὸς εὐδαιμονίαν, τὸ ἀβίωτος, καὶ μηδὲν ἰσχύειν, καὶ ἐπιπόνως ζῆν. Attamen, ut Galen. *therapeut. lib.* 7. *c.* 1. Ὁ γάρ τοι περὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἔπαινος, εἰς μὲ χρείας τινὰς ὀπτήδειον ὄργανον εἰώθασι κλίνειν τοῖς ζῶσιν ὑποψυχούσας ἢ οὐδὲν ὀνήσαν, ὡς περ οὐδὲ περὶ ζώντων εἰώθασι. Marcus ipse etiamsi havd multùm istud alioqi facere videatur, *l.* 3. § 16. & *infrà* § 51. hac tamen ratione, prout testatur Capitolinus, *Erat famæ suæ curiosissimus: & malè loqentium dictis, vel literis vel sermone respondebat.* idémqe, *Nihil magis timuit & deprecatus est, qàm avaritiæ famam: de qâ se multis epistolis purgat.* Nec silendum hîc Chrysippi illud in *lib. de rhetoric.* Οὕτω ῥηθησόμενον καὶ πολιτεύσεσθαι τὸν σοφὸν, ὡς καὶ τὸ πλούτειν ὄντι ἀγαθοῦ, καὶ τῆς δόξης, καὶ τῆς ὑγιείας. Plut. de *Stoic. contradict. c.* 1. dum nimirum ad aliorum rationem captúmqe sese accommodat. ésq; ista etiam οἰκονομία τις, ut Marcus hîc loqitur. Vide *ad l.* 11. § 18. Πολλὰ κατ' οἰκονομίαν γίνεται.

Πάρες γὰ νυῶ] Xyl. *Omitte enim naturæ munus huic tempori non conveniens, de qo suo loco erit disserendum.* Verùm ista ex contextûs verbis qâ ratione erui possint non video. Lego itaq; παρεῖς. *omittis enim nunc & amittis,* τὸ φυσικὸν δόσιν, *qod natura tibi concessit.* nimirum, ut qod tui est officii agas, tuâ solius conscientiâ contentus degas, omniáqe tua in te reposita habeas. ut *suprà* § 3. 8. & *l.* 2. § 11. 13. & *infr.* § 29. sic *infr.* § 32. ἀφέντας ποιεῖν τὸ κατὰ τὸν ἰδιαν καλοκἀγαθίαν, καὶ τίτῳ ἀρκεῖσθαι. & *lib.* 6. § 16. τὸ κατὰ τὸν ἴδιον κατασκάλιον κινεῖσθαι, καὶ ἵστασθαι. Vide *l.* 5. § 36.

Ἄλλα τινὸς ἐχόμενον λόγου λοιπόν.] lego, ἐχόμενος. *dum ab alterius sermone pendes.* nisi si placuerit cum D. Bootio legere; παρέντες, & ἐχομένου λόγον, *omittimus qod nostrum est, dum alterius rei,*

qæ

qæ ſcil. parum ad nos facit, *rationem habemus*. Senſus, utrumvis admiſeris, idem futurus eſt. Cæterùm λοιπὸν illud vult idem eſſe novæ periochæ initium; ut legi debeat, Λοιπὸν, πᾶν τὸ ϗ ὁπωσοῦν καλὸν, &c. *Denique qicqid pulcrum eſt, ità ex ſe pulcrum eſt, ut alicna laus ei nihil adjiciat.* cui libens aſſentior. Siqidem pari modo Marcum bis uſurpâſſe *ſuperiùs* § 3. deprehendo. qanqam & τὸ λοιπὸν ſatis crebrò etiam ſententiam clavdit. Sic Epictet. *l.* 1. *c.* 29. Σιώπα λοιπόν. *Taceto deinceps.* Et Chryſoſt. *in Rom. orat.* 8. Δείξας τοίνυν ὑπὸ τῆ Ἀβραὰμ τῆτο, ϗ τὸν Δαβὶδ ἐπάγει λοιπόν, &c. Itaque diſtinctionem receptiorem in verſione ſecutus ſum.

§ 20. Πᾶν τὸ-- καλὸν ἐξ ἑαυτῆ καλόν] Itaque Galen. *hortator. c.* 8. Τὸ ἀληθινὸν κάλλος ϗ ἀκριβῶς ἐξετάζεται αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ θεωρέντων ἁπάντων γυμνασθέν. Vide *l.* 6. § 40. & *l.* 9. § 31.

Οὐκ ἔχον μέρος τι ἑαυτῆ τὸν ἔπαινον] Eſt enim ὁ ἔπαινος ϗ ἔξω. ut *ſupr.* § 19.

Οὔτε γῆν χεῖρον ἢ κρεῖττον τὸ ἐπαινούμενον] Gregor. Naz. *de pace orat.* 3. Ἐμὲ δ' οὐκ ἀμείψασιν οἱ ἐυφημοῦντες, ἢ δυσφημοῦντες, ἄκαιρα οἱ βορβόρῳ μᾶλλον ἀναμιγνύντες, ἢ μύρῳ βόρβορον, ϗ τὰς πειθῆνας τῆ ἐπαμφίᾳ συλλέγοντες, ἵνα δυσχεράνω ὡς μεθυσμάτων; ἢ πολλὰ ἂν κατέβλεπον χρήματα τοῖς ἐπαινέταις, εἰ μὴ βλέπω τοῖς ἐπαίνοις εἰργάζοντο. νυνὶ δ' οὐκ ἔστι τῆτο ἔχειν. πόθεν; ἀλλ' ὅτι εἰμὶ, τῆτο κἀγὼ ϗ δυσφημούμενος ϗ θαυμαζόμενος. Apud Plut. *de adulat.* Bio. Εἰ τὸν ἄλγον ἐμέλλεν ἐλαφρὰ ζειν ὑφορᾶν ποιεῖν ϗ ὕποπτον, ὃν ἂν ἁμαρτάνειν ἔδοκει, τῆτο ποιῶν μᾶλλον ἢ σκάπλων ϗ θεάγμασα ἔχων. ὁ πίνων δὲ ἄνθρωπος ἅπαντος ἂν εἴη ἐπαινῶν, εἰ τοῖς ἐπαινεμένοις ὠφέλιμός ὄζει ϗ πάμφορος. Verùm hoc rejicit, ſubjicitqe Plutarchus: Ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς ὑ γένεται χείρων ἐπαινέμενος· ἄνθρωπον δ' τυφῶν ϗ ἀπολλύμενον ὑ φθάσας ϗ παρ' ἀξίαν ἐπαίνησας. Cæterùm è contrario, *Virtutem laudatam creſcere, & immenſum calcar gloriam habere, nec parvas animo vires addere;* Naſo monuit *Ponti l.* 4. *el.* 2. & *triſt. l.* 5. *el.* 12. Sed hoc eſt, qod Marcus vult, nihil rei cujuſqam bonitati, eo ipſo qod lavdatur, vel accedere vel decedere.

Τὸ δὲ ὄντως καλὸν πρὸς χρείαν ἔχει.] Leg. τὸ δὲ ὄντως καλὸν [ὃ] πρὸς χρείαν ἔχει, ſenſu exigente & contextûs ſerie. niſi ſi ἐρωτηματικῶς legere placuerit, πρὸς χρείαν ἔχει; ecqâ re indiget? Sed illud potiùs adjecta poſcere videntur. τὸ ὄντως καλὸν Stoicis eſt *virtus* ſola. Vide *ad l.* 2. § 1.

Σμαραγδον γὰρ ἑαυτῆ χεῖρον] Annot. Lugd. negativam hîc ſine cavſſa interſerit, qm oratio etiam in *edit. Lugd.* ſit erotematica. σμαράγδιον autem diminutè dixit, ut & mox, μαχαίριον, δενδρύφιον, ἀνθύλλιον. & *l.* 2. § 2. & *l.* 7. § 3. ὀσάριον. & *infr.* § 41. ψυχάριον. qalia ab Ariſtophane in *Babyloniis* uſurpata Ariſtoteles monet *rhetor. l.* 3. *c.* 2. χυσιδάριον, ἰματιδάριον, λοιδορημάτιον, νοσημάτιον. eáqe πρὸς τὸ ἔλαττον πιεῖν, *ad rem* qâ de agitur, *deprimendam* & *elevandam* conducere plurimùm. nec alio fine uſurpat Marcus noſter. Vide *infr.* § 48.

Εὐφυΐα] Vide *ad l.* 2. § 5.

§ 21. Χωρεῖ ὁ αἰὴρ] indè enim *animam* eſſe tenebant Stoici, *l.* 2. § 2. eodémqe reverti. *l.* 7. § 50.

Πῶς δ' ἡ γῆ] *Et qomodo terra.* Xyl. ac ſi qæſtio propoſita continuetur. cùm ſit ſubjectio, & reſponſio, licèt interrogandi formulâ enunciata; qod & Caſ. advertit. q. d. idem de animis in aërem emiſſis ſentias, qod de corporibus terrâ conditis.

Πρὸς ἣν τινα ἐπιδιαμονὴν] *in alium, qalicunqe ſe fuerit, ſubſiſtendi modum.* Caſ. qod neſcio an vocabulum iſtud ferre poſſit. ego Xylandro aſſentior vertenti, *qum aliqandiu in terra delitu're*, vel *permanse're*. idem enim his verbis de animis, vult dicere, qod de corporibus mox illis, πρὸς ἥντινα ἐπιδιαμονήν.

Ἐπὶ ποσὸν συμμένασιν] Animam corpore exutam *longævam* qidem, non *æternam* tamen avt *immortalem* prorsùs Stoici ſtatuebant. Laërt. *l.* 7. in *Zenone*: Τὴν ψυχὴν μὴ θάνατον ἐπιφέρειν· φθαρτὴν δὲ εἶναι. Cic. Tuſcul. *l.* 1 §. 77. *Stoici vitæ uſuram nobis largiuntur, tanqam cornicibus: diu manſuros (aiunt) animos, ſemper, negant.* Verùm nec hac in parte ſecum invicem conveniebant. Nam, ut Laërt. *ibid.* Κλεάνθης μὲν πάσας ἐπιδιαμένειν φησὶ μέχρις ἐκπυρώσεως. Χρύσιππος δὲ τὰς τῆ σοφῶν μόνον. *Cleanthes univerſas* ad *mundi conflagrationem uſqe permanere: Chryſippus verò ſapientum duntaxat.* Seneca tum ſaltem etiam beatorum animas interituras; *ad Marc. c.* 26. *Nos qoqe felices animæ, & æterna ſortitæ, cùm Deo viſum erit iterum iſta moliri, labentibus cunctis, & ipſi parvæ ruinæ ingentis acceſſio, in antiqa elementa vertemur.* Apud Euſeb. *præpar. l.* 15. *c.* 17. Numenius *de bono l.* 1. (qem cur, *de noſtris*, appellet Lipſius *phyſiolog. Stoic. l.* 3. *c.* 11. Ubi horum plæraqe retulit, ego nullus aſſeqor) ex Stoicorum ſententia; διαμένειν τὰς τῆ ὑποδεχθέντων ψυχάς. Et mox: Τὴν δὲ ψυχὴν ῥωννύειν τε ϗ φθείρεσθαι λέγειν· ὡς ἐυδὺς ὑ τῆ σώματος ἀπαλλαγῆναι φθορᾶς, ἀλλ' ἐπιμένειν πινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν. τὴν μὲν τῆ σοφῆ ἀσφαλῆ, μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῆ πάντων· τὴν δὲ τῆ ἀφρόνων, βραχύ πινας χρόνους. Reſpexit horſum Dionyſius Halicarn. (etiamſi leviculè nimis Lipſius, qi vel hoc argumento Stoæ vindicat, niſi ſi Stoicus ſtatim cenſendus, qiſqis Stoicum dogma aliqod recenſet.) ubi dixit, *antiq. l.* 8. Εἰ δὲ ἀφθαρτοι μέχρι τῆ παντὸς πυρώσεων αἱ ψυχαὶ μένουσι ἔσαι, καθάπερ ὁμολογεῖται πινες, ἢ χρόνον, μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν, πινὰ τῆ σωμάτων, ἐνδιαμένουσι, μήκιστον μὲν αἱ τῆ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐλάχιστον

ἢ αἱ ἧλ κακὸν, &c. Respexit & Tacitus in *Agricola*, ab eodem adductus; (quem tamen nemo, opinor, Stoicum fuisse suspicabitur) ubi ait; *si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur animæ Magnæ.* Nam quòd, ut Seneca *epist.* 57. *existimabant animam hominis magno pondere extritam, permeare non posse, & statim spargi, qia non fuerit illi exitus liber.* quod & Statius *Theb. l.* 6. de avri scrutatore montis ruinâ oppresso;

——*latet intus, monte soluto*
Obrutus, ac penitus fractum obductúmque cadaver
Indignantem animam propriis non reddidit astris.

Ridet ac refutat Senec. *ibid.* *Quemadmodum enim,* inqit, *flamma non potest opprimi: nam circa id diffugit, qò urgetur: quemadmodum aer verbere aut ictu non læditur; nec scinditur quidem: sic animus, qi ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi: sed beneficio subtilitatis suæ, per ipsa, quibus affligitur, erumpit.* Servius verò, unde habeat, nescio, quod de Stoicis asseruit *ad Æneid. l.* 3. dicere eos *tam diu durare animam, quamdiu durat & corpus.* ideóque *Ægyptios sapientiæ peritos, condita diutiùs reservare cadavera,* (quasi scil. à Stoa dogma istud arripuerint) *ut anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia, nec citò ad alia redeat.*

Μεταβάλλει, καὶ χέονται, καὶ ἐξάπτονται] Non ergò usque ad ἐκπύρωσιν, sive *conflagrationem*, ut illi superiùs adducti, permanere vult Marcus noster: sed *solvi, immutari, refundi, redaccendi,* ut aliis succedentibus & subeuntibus quotidie locum faciant: prout de corporibus dixerat in terram resolutis. Atque hoc est fortasse quod Epiphanius voluit, ubi de Stoicis dixit. *l.* 1. *hær.* 5. μεταγωγὰς τε ψυχῶν καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα κεδαιεμβόλους σωμάτων, ἢ δὲ ἄν πάλιν εἰσδύσας καὶ ἀναπαλιν γωνωσίας. Et ex Epiphanio Joan. Damasc. in *lib. de hæres. Stoici animum de corpore in corpus migrare volunt.* Qo nomine Pythagoreis adjungit Stoicos Lactantius *institut. l.* 3. *c.* 18. *Superesse animam post mortem Pythagorici & Stoici dixerunt: edse non nasci, sed insinuari in corpora, & de aliis in alia migrare.* Ambigit certè Seneca *epist.* 65. *Semel,* inqit, *hæc mihi videnda sint, an sæpe.* Verùm aliud longè hac in parte Stoicus noster hîc, quàm Pythagoras olim censebat. nec consentiunt sibi invicem in Stoicorum dogmate recensendo, avt Epiphanio Lactantius, cùm ille *animas* dicit ἀναπαλιν γωνᾶς; iste, non *nasci*, sed *insinuari* duntaxat; avt etiam sibiipsi Epiphanius, in eo quod subjungit; μέρος δὲ θεῦ καὶ ἀθάνατον τὸν ψυχὸν ἠγέν ται· qomodo enim *immortalem* statuunt, qam *nasci sæpiùs* contendunt? Utrumqe verò Stoicis falsò tributum ab Epiphanio asserit Dionys. Petavius. Habent tamen aliqid Stoici dogmati Pythagorico affine, qòd ex animarum materia qasi conflata & recocta novas procudi & produci statuunt Verùm hac ratione, non magis *animæ* qàm *corpori immortalitatem* asserunt, non minùs *animæ* qàm *corpori corruptionem & mortalitatem* adscribunt. Atqe hac ratione forsan accipi voluit, qod, referente Luciano, Demonax Cynicus, interroganti, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, respondit, Ἀθάνατος, ἀλλ' ὡς πάντα. Vide *l.* 8. § 18. Tale qid & Oraculum apud Stob. *tom.* 1. *l.* 1 *tit.* 4. de Animis;

Ἄλλῳ δ' ἐξ ἄλλου γωνομένῳ, ἠδ' ἀναλυσῶν,
Ψυχᾶτα γονίμα φύτευε ἀενάοισι κομίσσαι κυκλοις.
Ex alio tamen est alius, sempérqe novatur,
Naturæ insinuans sese genitalibus arvis. Grot.

Servius interim, loco superiùs recensito, *Stoicos* ait *mediam viam secutos, cùm Plato animam perpetuam dixerit, & ad diversa corpora transitum facere statim pro meritis vitæ prioris: Pythagoras verò, non* μετεμψύχωσιν, *sed* παλιγγενεσίαν *esse dicat, hoc est, redire, sed post tempus.*

Ἐξάπτονται] *connectuntur.* Xyl. perperam. Verto, *accenduntur*, vel *succenduntur.* Senec. pariter *epist.* 54. *Nos qoqe, & accendimur, & extinguimur.* Allusum est ad eorum dogma, qi *animam igneam* statuebant in qo censu cum aliis havd pavcis & Stoici. Plut. *de Philos. placit. l.* 4. *c.* 3. *de Animæ natura:* Οἱ ἀπὸ Ἀναξαγόρου αἰθερειδῆ ἔλεγον. οἱ Στωικοὶ πνεῦμα θερμόν. Δημόκριτος πυρώδες σύγκριμα. Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 46. Ἀναξαγόρας, Ἀναξιμένης, Ἀρχέλαος, Διογένης, αἰθερειδῆ· Οἱ Στωικοὶ, πνεῦμα νοερὸν, θερμόν. Παμφίλης δὲ καὶ Πάγασος, πυρώδη. Δημόκριτος, πυρώδες σύγκριμα. Λεύκιππος, ἐκ πυρὸς ἰδέαι. Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης, ἐξ ἀέρος. Ἵππων ἐξ ὕδατος. qo loco pro Πάγασος leg. Ἵππασος. Sic enim Theodoret. *therapeut. l.* 5. Ἀναξιμένης καὶ Ἀναξιμανδρος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Ἀρχέλαος, ἀερώδη τὴς ψυχὴς τὴν φύσιν εἰρήκασιν· οἱ δέ γε Στωικοὶ, πνευματικὴν, πλείστης μετέχουσαν τῆς θερμῆς. Παμφίλης δὲ καὶ Ἵππασος καὶ Ἡράκλειτος πυρώδη· ὁ δὲ Ἡρακλείδης, φαντασιώδη· Ἐπίκουρος δὲ τετάρων τινῶν ποιοτήτων κράμα, πυρώδους καὶ ἀερώδους καὶ πνευματικῆς καὶ τετάρτου τινὸς ἀκατονομάστου· ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς, μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας· Κριτίας δὲ, ἐξ αἵματος καὶ ἐξ ὑγροῦ. De Democrito etiam Aristot. *de anim. l.* 1. *c.* 2. πῦρ τι καὶ θερμόν φησιν αὐτὸν εἶναι). Tertull. *de anima c.* 5. *Animam effingunt Hipparchus & Heraclitus, ex igni; Hippon & Thales, ex aqa; Empedocles & Critias, ex sanguine; Epicurus, ex atomis; Critolaus & Peripatetici ejus, ex qinta nescio qa substantia: Stoici, penè nobiscum, spiritum prædicant;* verùm hunc igneum. Apud Laert. *l.* 7. Zeno & Posidonius, Πνεῦμα οὐσθερμὸν εἶναι τὸν ψυχικόν. Galen. *de anim. seq. corp. temperat. c.* 4. Stoicis animam esse κρᾶσιν ἐκ συμμετρίας γενομένης τῆς ἀερώδους καὶ πυρώδους οὐσίας. Cicer. *Tuscul. l.* 1. *Zenoni Stoico animus ignis videtur.* Et *de natur. Deor.*

Deor. l. 3. Omnia Stoici solent ad igneam naturam referre; Heraclitum, opinor, secuti. Et mox: *Dicunt omnem vim esse ignem. itaque & animantes cùm calor defecerit, interire: & in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat.* Ità Chrysippus *de provid. l. 1.* Διόλου μὲν γὰρ ὢν ὁ κόσμος πυρώδης, ἐνδυὸς καὶ ψυχὴ ὅλη ἑαυτῷ καὶ ἡγεμονικόν. Idémque de Sole pariter, quem ἔμψυχον καὶ πύρινον, astrisque, quæ etiam *animata* censebat, *de natur. l. 3.* Οἱ δ' ἀστέρες ἐκ θαλάττης μὲν τὴν ἡλίου ἀνάπλουσι. Qem idcirco hoc nomine exagitat Plut. *de Stoic. contrad. c. 38. & de commun. notit. c. 41.* quod cùm *animam* statuat τῇ περιψύξει καὶ πυκνώσει, ὃν σωμάτιόν τινι, hoc est, *infrigidatione, & condensatione, ferri instar, quod obfirmandi caussâ, candens etiamnum, aquâ tingitur, produci*; unde & ψυχὴν παχεῖαν τὴν ψύξιν dictam. (vide *ad l. 12. § 24.*) idem tamen, ὅταν ἐκπύρωσις γένηται, δόλον ζῆν καὶ ζῷον εἶναι, *tunc vivere cuncta atque animari dicat, cum ignitio quasi quædam obvenerit*; itaque ποτὲ μὲν τὴν ἀναθυμίασιν, ποτὲ δὲ τὴν περιψύξιν, ἀεὶ γὰρ ἐμψυχίας ποιεῖν, *nunc infrigidationem, nunc accensionem principium animationis constituere.* cúmque animam, quam πῦρ νοερὸν, i. e. *ignem intelligibilem* definit, περιψύξει τινὶ produci velit; torqueri posse in Chrysippum, quod Cleanthes olim respondit, narranti cuidam; vidisse se ἀγγέλους ἐν ὕδατι θερμῷ ζῶσας, *angvillas quæ in aqua calida degerent*; ἐκεῖνον ἐν ψυχρῷ αὐτὰς ἐλπίσαντα, *In frigida igitur coquemus eas.* Sed & Porphyr. *ad Boethium de anima*, apud Evseb. *præpar. l. 15. c. 8.* Πῶς δὲ ἂν αἰρούμενα γένοιτο, ὁ πνεῦμά πως ἔχειν αὐτὸν ἀποδῶσι, ἢ πῦρ νοερὸν, τῇ περιψύξει καὶ οἷς βαφῇ τὸ ἄϋλος ἀναφθὲν, ἢ σωμάδιν; Verùm de ignea animæ natura Stoicis consentiunt, Phurnutus, an Cornutus, *de Deis c. 3.* Καὶ γὰρ αἱ ἡμετέραι ψυχαὶ πῦρ εἰσι. Varro *de ling. Lat. l. 4. Ignis à nascendo, quòd hinc nascitur omne: & quod nascitur, ignescit; ideò calet: ut qui denascitur, ignem amittit, ac frigescit.* Et ibid.

Ova parire solet genu' pennis condecoratum;
non animas, ut ait Ennius.

Indè venit, pullis divinitus insinuans se,
Ipsa anima: —

sive, ut Zeno Citticus, animalium semen ignis, qi anima & mens; qi calor è cœlo, qia hîc innumerabiles & immortales ignes. Itaque Epicharmus Ennii de mente humana dicit;

Istic est de Sole sumptus ignis, isque mentis est.

Sic enim Scaliger restituit. Idémque Ennius in *Epicharmo* à Prisciano *l. 6.* prolatus:

Terra corpus est, at mentis ignis est.

Virgilius *Æn. l. 6.*

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo.

E nostris etiam Lactant. *de opific. Dei c. 8.* eò (*capite* scil.) *mens, & ignis ille divinus, tanquam cœlo, tegitur.* Cùm autem anima ignis haberetur, qo accenso homines vivere, extincto emori necesse existeret; enarum est hinc delirium illud, de qo Servius *ad Æn. l. 1. Grave* nimirum *esse, perire naufragio, qia anima est ignea, & perire videtur in mari.* id qod tangit etiam Synesius in *epist. 3.* digitum simul intendens ad dictum qoddam Homericum, qod huc trahi solebat; *Odyss. δ. v. 511.*

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἀλμυρὸν ὕδωρ.
Ajax disperiit, postqam bibit æquoris undam.

Ἓις τὸν ὅλον σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμενος] Laërt. *l. 7.* in *Zenone*; de Stoicis agens: Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ ψυχὴ αἰθερικὴ εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα· φθαρτὴ μὲν οὖν τὴν ὅλων ἐκπύρωσιν, ἧς μέρη εἶναι τὰ ἐν τοῖς ζώοις. Qid clarius? Hinc tamen *immortalem esse animam* concludebat Pythagoras, referente Laërtio *l. 8.* Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα τῆς αἰθερίου· —ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτὴν· ἐπειδὴ καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ ἀπόσπασμα, ἀθάνατόν ἐστι. Numenius *de bono l. 1.* Εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ὅλῳ φασὶν, ὁ καλοῦσιν αἰθέρα· —τὰς δὲ λοιπὰς περιπεφυκέναι ταύτῃ. Et mox: Ἔστι δὲ τὴν μὲν τοῦ ὅλου αἰθέρα· τὰς δὲ λοιπὰς συμμίγνυσθαι ἐπὶ τελευτῇ εἰς ἐκείνην. Videmus hîc, qis sit ille λόγος σπερματικὸς, de qo ipsîc, & *supr. § 14.* & denuò *l. 6. § 24.* Unam scil. animam communem & universalem somniabant Stoici, unde reliqæ omnes essent qasi decisæ sive qæ reliqarum omnium fons qidam exisseret; in qem etiam denuò qasi refunderentur. Vide *supra § 4. infra § 23. & 34. & l. 9. § 7.* Verùm Mercurius Ægyptius, referente Tertulliano *de anim. c. 33.* dicit, *animam digressam à corpore non refundi in animam universi, sed manere determinatam.*

Ταῖς περισωποιζομέναις] *adventantibus.* Xyl. *insuper excipiendis*, atqe intra sedem eandem recipiendis. Sed qoqo modo verteris, legendum videtur, περισωποιζεμέναις. nam Cal. dum vulgatam seqitur scripturam, Marci mentem minùs cepit. Parmendum apud Tatianum *adv. Græc. c. 29.* animadvertere licet. Πῶς ὕλη κρεῖττον περισωπάσειν τὴν εἰς τοὺ μαινόμενα βοήθειαν, καὶ μὴ τὸ περὶ leg. περισωπάσειν. iterata litera scriptorem minùs cautum fugerat. Qod autem de animabus Marcus, idem de hominibus pariter Epictet. *l. 3. c. 26.* Ἐξεστι δὲ ἄλλοις τίσιν. δεῖ γὰρ ἐκεῖνος καὶ ἄλλως, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐ ἐμὲ, καὶ γυμνὸν ἔχειν χρόαν, καὶ ἀσκησεις, καὶ τὸ ἐπιτήδεια. ἂν δ' οὐ φαίνωμαι μὲν ἀνεξάγωγος, τί ἀπολείπομαι;

Ἐφ' ἑαυτοῦ σῴζει τὰς ψυχὰς διακρίνειν] Nihil itaque certi hîc statuit Marcus. Sed & ambiguè passim loqitur. *l. 3. § 3.* εἰ ἄρα εἰς ἕτερον βίον. & *l. 6. § 24.* ἢ πῶς ἐλπίζουσιν εἰς τοῦ τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους, ἢ διεσταδάζουσιν εἰς τοῦ ἀτόμους. & *l. 7. § 32* ἢ σβέσις ἢ μετάστασις. qibus gemina habet, & *l. 7. § 50. & l. 8. § 25. 58. & l 10. § 7.* Nec aliter Seneca, qi vestigium qâ fi-

gu-

gat, incertum planè se prodit; nunc in hanc partem, nunc in alteram inclinans, prout argumenti, in qo versabatur, ratio trahere aut propellere videbatur. Polybium de fratre defuncto compellans, c. 28. *Nè invideris fratri tuo: quæsit tandem tutus, tandem æternus est. fruitur nunc aperto & libero cælo: ex humili & depresso in eum emicuit locum, qisqis ille est, qi solutas vinculis animas beato recipit sinu. Erras: frater tuus non perdidit lucem, sed securiorem sortitus est. non reliqit ille nos, sed antecessit.* Helviam matrem de filii exilio mœrore plenam refocillans; c. 17. *Qualem me cogites, accipe. lætum ac alacrem, velut optimis rebus. Sunt autem optimæ, qum animus —ad summa prorumpit, & pulcerrimo divinorum spectaculo fruitur, æternitatisqc sux memor, in omne qod fuit, futurúmqe est omnibus seculis, vadit.* Marciæ de filii excessu dejectæ animum erigens c. 25. *Non est qòd ad sepulcrum filii tui curras. pessima ejus, & ipsi molestissima istîc jacent, ossa cineresqs: non magis illius partes, qàm vestes, aliáqe tegumenta corporum. Integer ille, nihilqe in terris relinqens, fugit, & totus excessit: paulúmqe supra nos commoratus, dum expurgatur, & inhærentia vitia situmqe omnem mortalis ævi excutit; deinde ad excelsa sublatus, inter felices currit animas; excipitqs illum cœtus sacer, Scipiones, Catonésqe, utique contemptores vitæ, & mortis beneficio liberi.* & qæ sequntur. Lucillo itidem ubi animum vult addere, & adversùs mortis formidinem confirmare, epist. 102. *Cùm venerit dies ille, qi mixtum hoc divini humanique secernat, corpus hoc ubi inveni, relinqam: ipse me diis reddam. nec nunc sine illis sum, sed gravi terrenóqe detineor. per has mortalis ævi moras, illi meliori vitæ longioríqe proluditur. qemadmodum novem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat, non sibi, sed illi loco in qem videmur emitti, jam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spatium, qod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partem. alia origo nos expectat, alius rerum status. nondum cælum nisi ex intervallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori. Dies iste, qem tanqam extremum reformidas, æterni natalis est. Depone onus. qid cunctaris, qasi non prius qoqe relictu, in qo latebas, corpore exieris? Hæres, & reluctaris. tum qoqe magno nisu matris expulsus es. gemis, plorας. & hoc ipsum fiere, nascentis est. sed tunc debebat ignoscirudis & imperitus omnium veneras: ex materno viscerum calido mollíqe fomento, afflavit aura liberior. Nunc tibi non est novum separari ab eo, cujus antè pars fueris. æqo animo membra jam supervacua dimitte; & istud corpus inhabitatum diu pone. scinditur, obruetur, abolebitur. qid contristaris? ità solet fieri. pereunt semper velamenta nascentium. qid ista sic diligis, qasi tua? istis opertus es, Veniet, qi te revelet, dies, & ex contubernio fœdi atqe oldi ventris educat. Hinc nunc qoqe in, qantùm potes, subvola; jam hinc altius aliqid sublimiúsqe meditare. Aliqando naturæ tibi arcana retegentur: discutietur ista caligo; & lux undiqe clara percutiet. tunc in tenebris vixisse dices, cùm totam lucem totus aspexeris: qam nunc per angustissimas oculorum vias obscurè intueris, & tamen admiraris tam proclive. qid tibi videbitur divina lux, cùm illam suo loco videris? hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, æternitatem proponere.* Vides, qàm magnanimè, qàm magnificè se effert, dum mulierculis solamina adhibet: dum Lucilium suum altiùs erigere conatur: dum Tyranni liberto fœdissimè adulatur: ὡς χρεὼν ὑπερεξαίρεσθαι ἀναμφισβήτως de istis pronunciat. Verùm, ut idem ille epist. 82. *Magnà hæc verba excidunt, cùm mors propiùs accessit.* Vis igitur, qibus animam jam agens, rationibus ac cogitationibus ipse se suffulciebat: & (si Lucretio saltem fidem adhibemus, qi de morti propinqis cecinit l. 3.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, & eripitur persona, manet res.)

Qid revera Seneca ipse hac in parte senserit? Audi Lucilium suum alibi sic alloqentem, epist. 54. *Uni morbo qasi assignatus sum. satis aptè dici suspirium potest. nullum mihi videtur molestius. aliud enim qicqid est, ægrotare est. hoc est animam agere. itaqe medici hanc, meditationem mortis vocant. facies aliqando spiritus ille, qod sæpe conatus es. Ego verò & in ipsa suffocatione non desii cogitationibus lætis ac fortibus atqiescere. Qid hoc est? inqam. tam sæpe mors experitur me? faciat. at ego illam diu expertus sum. Quando? inqis. antequam nascerer. Mors est, non esse. id, qod antè fuit: sed qid est, jam scio.* (ita sunt distingvenda, qæ in excusis, serie continuatâ, sensu nullo bono, leguntur) *hoc erit post me, qod ante me fuit. Si qid in hâc re tormenti est, necesse est & fuisse antequam prodiremus in lucem: atqi nullam sentimus tunc vexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si qis existimet lucernæ pejus esse cùm extincta est, qàm antequam accenderetur? nos qoqe accendimur, & extingvimur: medio illo tempore aliqid patimur: utrinqe verò alta securitas est.* Libet illud Tragici ex Phœnissis hîc usurpare,

Ὁ δ' Οἰδίπους πᾶς τις ἀλγεῖν οἶδεν μάλα.

& Homericum illud Odyss. π. v. 181.

Ἀλλοίός μοι, ξεῖν', ἐφαίνεο νόον, ἢ πάρος ἦεν.

quantùm enim Seneca iste ab illo mutatus, qi de animæ immortalitate tam erectè, tam elatè differebat, tam disertè, tam clarè, tam fidenter pronunciabat? Etenim qid ista sunt aliud qàm qod Evripides Troad.

Τὸ μὴ φρονεῖν τοι τὸν θανεῖν ἴσον λέγω.

Non esse natum, & mortuum esse, idem puto.

Qod Lucretius l. 3.

Respice item, qàm nil ad nos antacta vetustas
Temporis æterni fuerit, qàm nascimur, antè.

Hoc

Hoc igitur speculum nobis natura futuri.
Temporis exponit post mortem denique nostram.

qod Plinius *hist. nat. l. 7. c. 55. Omnibus à supremo die eadem, qæ ante primum: nec magis à morte sensus ullus, aut corpori, aut animæ, quàm ante natalem.* qod ipsi denique in eadem *ad Marciam consolatione* excidit, *c. 19. Mors nos in eadem tranquillitate, in qa antequam nasceremur jacuimus, reponit.* Itaqe passim fluctuabundus, anceps, ambiguus. *epist. 63. Fortasse; si modò sapientum vera fama est, recipitqe nos locus alius; qem putamus periisse, præmissus est.* Et *ep. 76. Si modo solutæ corporibus animæ manent, felicior illis status restat, quàm est dum versantur in corpore.* Idem *epist. 117. Cùm de animarum æternitate disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium.* Verùm ista ipse rejicit, ridet, pro fabulis habet, *epist. 82. & ad Marc. c. 19.* Imò somnii fermè loco ponit dogma hoc ipsum, sive ὑπόληψιν potiùs. Ità enim *epist. 102. Quomodo molestus est jucundum somnium videnti, qi excitat: aufert enim voluptatem, etiamsi falsam, effectum tamen veræ habentem: sic epistola tua mihi fecit injuriam. revocavit enim me cogitationi aptæ traditum, & iturum, si licuisset, ulteriùs. Furabat de æternitate animarum qærenti; imò mehercule credere. credebam enim facilè opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittentium magis qàm probantium. dabam me spei tantæ. — subitò experrectus sum.* Ità & à Stoicis suis secessit Seneca, dum *non probatis*, uti ipse censet, *assentitur temerè*, tum & ad Scepticos inclinat, dum in qo insistat, *nihil certi* habere profitetur. Qid divinus ille Plato, avt Socrates potiùs, qo nemo in hoc negotio avt fortiùs avt fidentiùs avt efficaciùs etiam versatus videtur? Dissertationem scil. uberrimam speciosissimámqe in *Phædone* aggressurus his verbis præfatur: Ὡς κινδυνεύω ἐγὼ ἐν τῷ παρόντι φέρειν αὐτῶ τούτω ὑ φιλοσόφως ἔχειν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ πάνυ ἀπαίδευτοι, φιλονεικῶς· καὶ γὰρ ἐνθένδε ὅταν σκέψηται τις ἀμφισβητήσειν, ὅτι μὴ ἔχει σκέψει ὧν ἂν ὁ λόγος ᾖ, ὑ φροντίζων, ὅπως ὡς ἄριστα ἕξονται, ταῦτα δόξει τοῖς παροῦσι, τοῦτ' ἐνδυμοῦμαι. καὶ ἐγὼ μοι δοκῶ ἐν τῷ παρόντι σμικρὸν ἂν μόνον ἀμείνων διαφέρειν· ὑ γὰρ ὅπως τοῖς πραγμασι φίλα ἐσόμενα ἔσται ἀληθῆ ἔτι σκοπούμενος, εἰ μὴ ἕν σφόδρα, ἀλλ' ὅπως αὐτῶ ἐμοὶ ὅτι μάλιστα δόξει, ὅπως ἔχειν· λογίζομαι γὰρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, (καὶ διασαφῶ ὡς πλεονεκτικῶς) εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ἄντα ἃ ἐγὼ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πειθάνεσθαι· εἰ δ' μηδὲν ὄντι τελευτήσαντι, ἀλλ' ὃν τρόπον γε τὸν χρόνον μέλλει τὸν σὸν θανάτου ἡδὴν τοῖς παροῦσιν ἀνιαρὸς ἔσομαι· ὀδυρόμενος· ἡ δ' ἄγνοιά μοι αὕτη ὑ ξυμπαρατελεῖ (κακὸν γὰρ ἂν ἦν) ἀλλ' ἧττον ὑστέρον ἀπολεῖται. Qid illa ejusdem in *apologia* extrema? Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις· ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἐρχόμεθα ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ. *Sed tempus est jam hinc abire, me, ut moriar, vos, ut vitam agatis: utrum autem sit melius, Dii immortales sciunt; hominem quidem scire arbitror neminem.* Cicer. *Tusc. l. 1.* qi & ipse in hoc argumento *probabilia tantùm conjectura sequi* se profitetur, *cùm ultrà qò progrediatur, qàm ut verisimilia dicat non habeat; certa dicturos, qi & percipi ea posse dicunt, & se sapientes esse* profitentur. Qò faciunt & qæ loco suprà dicto Socrates ille idem pavlò antè posuerat: Τὸ γάρ τι θάνατον διδέναι, ὑφὲν ἄλλο ὄζιν, ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶ μὴ ὄντα. δοκεῖν γὰ εἰδέναι ὄζιν ἃ ὐκ οἶδεν. ὄιδε μὲν γὰ κἀκεῖς τὸν θάνατον, &c. Dissertationem denique de argumento hoc suam, his tandem verbis (qod & Lactantio, *Institut. l. 7. c. 8.* observatum) concludit, *Harum sententiarum qæ vera sit, Deus aliqis videbit.* qid sunt avtem, ingam, hæc omnia, nisi ignorantiæ hac in re propriæ ingenua confessio, claram satis & illorum perstrictionem in se continens, qi certi aliqid de ea statuerent? Nec sunt aliusmodi, qæ in Phædone Magnus idem ille de se, ad suos; Νῶῖ ὅ ἔν ἐστι, ὅτι παρ' ἀνδρὸς τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθὸς κὴ τοῦτο μὲν ὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην. ubi & de statu animæ post mortem dissertationem illam prolixam sic clavdit: Καλὸν τὸ ἄθλον, κὴ ἡ ἐλπὶς μεγάλη. τὸ μὲν ἂν ταῦτα διϊσχυρίζεσθαι ὥστως ἔχειν ὡς ἐγὼ διελήλυθα, ἄ πρέπει νῶῖ ἔχοντι ἀνδρὶ, ὅτι μὲν τι ἢ ταῦτ' ὄζιν, ἢ τοιαῦτ' ἄττα, ὡς τὰς ψυχὰς ἡμῶν κὴ τὰς οἰκήσεις, ἐπεὶ πρὸ ὀδενὸς ἂν ἧττον ἢ ψυχὴ φαίνεται ὖσα, τοῦτο κὴ πρέπειν ἐμοὶ δοκεῖ, κὴ ἄξιον κινδυνεύσαι οἰομένῳ ὥτως ἔχειν. καλὸς γὰ ὁ κίνδυνος. Sunt enim utique & hæc, prout priora illa, optantis sperantisqe potiùs, qàm spondentis statuentisve, vera esse qæ opinatur: & in minore damno ponentis, etiamsi falsa avtumet. Scitè proinde Tertull. de anim. *c. 1. Adeò omnis illa tunc sapientia Socratis, de industria venerat consultæ aqanimitatis, non de fiducia compertæ veritatis.* Ità summi illi philosophi, sapientiæ nomine turgidi, animæ æternitatem vitámqe futuram, *fide dimidiatâ*, ut Minucius loqitur, credebant, & qasi per nebulam ista intuebantur; conjecturis meris atqe humanis suspicionibus nitentes. At nos Christiani λόγον βεβαιότερον, cui insistamus, habemus, ut Petrus *epist. 2. c. 1. v. 19.* qibus *non caro & sanguis*, sed *Deus Pater, qi in cœlis est*, Matth. *c. 16. v. 17.* & *filius*, qi *in sinu patris existit*, Joan. *c. 1. v. 18.* & spiritus, qi τὰ βάθη τοῦ θεοῦ *scrutatur, ad Cor. ep. 1. c. 2. v. 10.* ea liqidò patefecerunt. Qo nomine nobis virtutis, veritatis, fidei, pietatis, sanctitatis sanctè colendi necessitas major incumbit; qi istarum præmia, fide certâ subnixi, spiramus. *Rom. c. 8. v. 24, 25.* & *Hebr. c. 11. v. 1.* nec *spes* nobis *incerti*, ut illis, qod *Senec. ep. 10.* Sed certissimi *nomen est boni. Rom. c. 5. v. 5.* Præsertim cùm illi, præmiorum

istorum

istorum incerti, istis tamen etiam ad mortem usque illaborandum atque inhærendum censuerint.

Θάπλεται ἐν τῆς περιοικίδων σώμασι] Allusisse videtur huc in dogmate Pythagorico explicando Ovidius *Metamorph. l.* 15. *v.* 84.

Heu, quantum scelus est in viscere viscera condi;
Congestoque avidum pingescere corpore corpus?

Clariùs de Metio Suffetio Ennius *annal. l.* 2. apud Priscianum, *l.* 6.

Vulturis in sylvis miserum mandebat hemonem.
Heu, quàm crudeli condebat membra sepulcro?

Lucretius *l.* 5. de homine à feris dilcerpto ac depasto;

Pabula viva feris præbebat dentibus haustus,
Viva videns vivo sepeliri viscera busto.

Attius Atreo, apud Ciceron. *Offic. l.* 1.

Natis sepulcrum est ipse parens.

Naso de Tereo *Metamorph. l.* 6.

Flet modo, flere vocat bustum miserabile nati.

Lycophron. de Pelope:

Οὐ πάπτον ἐν γαμφαῖσιν ἐγγαῖα πατὴ
Ἕρκυνν' ἑαυτὸς θυέλα ξιφηφόρος,
Ἄσαρκα μυσάλεσ' ἐπιμελῶσαν τάφῳ,
Τὸν αἰολείτην χόνδρον ἐσθιαίλυμβόν.

Cujúsque avum quondam in molaribus fuis
Hercynna Educa, quæ gerit fecefpitam,
Fœtum minutal frendicans, tumulo indidit,
Humeri vorax epulata cartilaginem. Scal.

Idem de cadaveribus à feris dilaniatis & devoratis:

Πολλῶν γὰ ἐν σκολεγρόῖσι τυμβεύθησται,
Βωθεὶς πολυσήροισι κομπίων γνάθοις
Νήεθμος ἐσμός.——

Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens.——

Et de Saturno:

Τύμβῳ γεγὼς κύτταρος ἀμφίφρων ἀνορῶς.

Prolis sepulcrum triste semiferum suæ. Jos. Scal.

De se Ignat. *ad Roman.* κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλείπωσιν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι ὦ κατὰ τὴν περιστασίαν. Val. Max. de Artemisia *l.* 4. *c.* 6. *Quid de illo inclyto tumulo loqare, cùm ipsa Mausoli vivum ac spirans sepulcrum fieri concupierit, eorum testimonio, qi eam extincti ossa potione aspersa bibisse traduni?* Apul. *fab. Miles. l.* 5. *At hîc jam tua est existimatio, utrùm sororibus pro tua cara salute solicitis adsentiri velis, & declinatâ morte nobiscum secura periculi vivere, an sævissimæ bestiæ sepeliri viscеribus.* Qintilian. *declamat.* 12. *Æ stuant adhuc intra pectus sepulta ventri[illegible] nostris cognata viscera.* Nicol. Clemang. *epist.* 33. *Patre in Scropharum alvis impiissimâ crudelitate sepulto.* Neotericus innominatus;

Alis cadaver alites, alis feras;
Vivum sepulcrum mortuo sic obrigit.

Prout & Andreas Cæsar *in Apocal. c.* 16. *A canibus devoratos, canum ventres viva sepulcra sortitos.* Qod Ὑρκανίαν ταφὼ, Diogenes dixit. Stob. *tom.* 2. *tit.* 123. eò qòd Hyrcanis id solenne in propinqis suis; qi & eo fine canes alebant, qos κυνας ἐνταφίους nuncupabant. Ex Onesicrito Strabo *geogr. l.* 11. Hâc ratione γύπες, ἐμψυχοι τάφοι Gorgiæ dicti: qem eo nomine perstringit Hermogen. *de ideis l.* 1. *c.* 5. & Dionys. Longin. *de sublim.* Venter item τάφος ἢ τάφρος, non *bustum* aut *sepulcrum* tantùm, ut suprà, sed *Orcus* & *Tartarus*. Plut. *Conviv.* Τῷ γὰ ὄντι τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡδονὴ, καὶ ὁ τάρταρος, ὡς ἐν Ἅιδου, δεινῶν πινῶν βδελμάτων, καὶ πυμάτις ὁμοῦ καὶ πυρὸς συμπεφυρμένα, καὶ νεκρῶν ἐσκλεα. *Ciborum conditura, ἐνταφιασμός.* Idem *de esu carn. orat.* 1. Ἡμεῖς δ' ὅτως ἐν τὸ μιαιφόνῳ πυφωδῶμεν, ὥστε ὄψον τὸ κρέας προσαγορεύομεν, εἶτα ὄψον πρὸς αὐτὸ τὸ ὄψον δεόμεθα, ἀναμιγνύντες ἔλαιον, ὄινον, μέλι, γάρον, ὄξος ἡδύσματα Συριακοῖς, Ἀραβικοῖς, ὥσπερ ὄντως νεκρὸν ἐνταφιάζοντες. Et Porphyr. *de abstinent. l.* 2. Πῶς γε ὁ τῆς παχὺς ἱερὸς, αὐτὸς τάφος γίγνεται νεκρῶν σωμάτων ἀναδεχόμενος; Ità denique de Jona à balena absorpto Basil. Seleuc. *orat.* 12. Ἦν Ἰωνᾶς ἐν ζώσῃ τάφῳ φερόμενος, νηχόμενον οἰκῶν δεσμωτήριον, ἐγκυκλούμενον φάρυγξι θανάτου χαλεποῖς οἴκοις, νεκρῶν παιδοχεῖον, οὐκ ζώντων, οἰκῶν γαστρὸς θανάτου μητρός.

Καὶ ὅμως δόκησις ἡ χώρα αὕτη] forsan αὐτὴ, ut de *ventre* intelligatur: alioqi de terra sumendum fuerit. De *ventre* autem festivè Diphilus in *Parasito* apud Athen. *l.* 6.

——παλαιπωρώτερον ἐδὲν ὄζει γᾶ
Τῆς χαρδῆς, εἰς ἣν πρῶτον ἂν πάντ' ἐμβάλοις,
Ἀλλ' οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον. ἐν πήρᾳ φέρεις
Ἄρτους ἄν, ἀλλ' ἢ ζωμὸν, ἢ διαθήκας·
Βᾶ κανοῦν μάζας ἐμβαλεῖς, ἀλλ' ἢ φακῆν·
Οἰνάριον εἰς λάγηνον, ἀλλ' ἢ κάρδοπον.
Εἰς τοὺ θεοῖς ἐχθρὸν ἢ ταύτην εἰσφορῆς
Τὰ πάνθ' ἑαυτοῖς ἐδὲν ὁμολογήμενα.

——nam certè ventre nihil est miserius:
In illum cuncta conjicis: at in vas aliud
Idem non liceat: panem fers in mantica,
Jus non fers; aliter manticam corruperis:
In utrem villum immittis, non & carabum.
At in illum Dîis invisum compingi solent
Etiam quæ inter se nil habent commercii. Grot.

Alius qidam:

Heu, quàm stupenda nos agit voracitas!
Qicqid ferarúmve, pecorísve pascitur,
Qicqid volucrium aerem pennis qatit,
Qicqid profunda piscium maria incolit,
Qicqid reponit terra frugum, fructuum,
Nostris id omne ut sepeliatur ventribus?

Seneca *epist.* 89. *Profunda & insatiabilis gula, hinc maria scrutatur, hinc terras, alia hamis, alia laqeis,*

qeis, alia rerum variis generibus cum magno labore persequitur. nullis animalibus, nisi ex fastidio, pax est.

Δάκτες] indè αἱ τῆς γαστρὸς ἀξάδες Philo de agric. Ἡ γὰρ τροφὴ πᾶν ὅτιον τε καὶ ποτὸν ἀφελῶς ἐυδὸς ὁρμήσασα, τάχ' ἤδη ἐυτρεπιδύτα ὑπολίσθησε, καὶ πᾶσαν ἄλυσιν καὶ ἄπαυστον ἴσχει τῆς ἀπίστου, ὡς κἂν αἱ τῆς γαστρὸς ὑποπληρωθῶσι δεξάμεναι, μαργῶσαν ἔτι καὶ μαιμῶσαν τὴν ἀεὶ κενὴν ἐπιθυμίαν ἀκαλήπωδες καὶ ἀτροφοτάτην, μή τί σε παρεμβὰν λείψανον ἀφελὲς, ἵνα καὶ τοῦτο παμφάγε πυρὸς δίκην ὁπλισχνήσηται. Vide l. 10. §. 25.

Διὰ τὰς ἐξαιματώσεις] ad verbum, ob sanguificationes: qia pars nimirum in sangvinem convertitur. Alex. Aphrodiss. problem. l. 1. q. 118, Vegetativæ animæ operationes recensens; τὰς πέψεις τῆς τροφῆς, καὶ τῆς χυμῶν τὰς μεταβολὰς, καὶ τὰς ἐξαιματώσεις, καὶ ἀναδόσεις, τὰς θρέψεις, τὰς ὁμοιώσεις. Galen. ad Glauc. l. 2. Γενναῖός ἡμῖν τὸ μελαγχολικὸν ἀφέστηκεν ἢ πάση κατὰ τὴν ἐξαιμάτωσιν, ἀνάλογον τῷ κατὰ τὸν οἶνον τρυγί. Et indè ἡ ἐξαιματωτικὴ, sanguinem generandi facultas. Aphrodiss. ibid. l. 2. q. 63. Ἡ θερμὴ καὶ ὑγρὰ συμμέτρως κρᾶσις τῶν πάλαι βλαστάνει τὴν ἐξαιματωτικὴν δύναμιν, ἢ φυλάττει κατά τινας ἢ δ' ἐξαιματωτικὴν, ἡγοῦμαι τὴν ἐξαιμάτωσιν· ἢ δ' ἐξαιμάτωσις, δείκνυσι τὸ ἔργον, αὐτὸ τὸ αἷμα. Idem & αἱμάτωσις. Galen. de dogmat. Hipp. & Plat. l. 8. c. 7. Ἡ πέψις ἡ στίσις, ἥτ' ἀνάδοσις, ἥδ' αἱματώσεις, ἥτε θρέψις. Idémque; Ἀματῶται ἡ τροφὴ καὶ τὸ πάρ. In jecore alimentum in sangvinem vertitur. Scitè Clemens Alex. pædag. l. 1. c. 6. ut ostendat ex sangvine lac consistere. Εἰ πίνων ἡ μήτηρ καταπεφθείσης τῆς τροφῆς ἐξαιματῶται, τὸ δ' αἷμα ἐκγαλακτῶται, παρασκευὴ γίνεται τὸ αἷμα τοῦ γαλακτος. Et inox, ut totam corporis humani fabricam ex sangvine ; καὶ δὴ τὸ καὶ γαστρὸς, τὸ μὲν πρῶτον ὑγρὸν ὄζει σύστασις γαλακτοειδής. ἔπειτα ἐξαιματωθὲν σαρκὶ, ἢ σύστασις αὕτη πυγωθεῖσα ἢ ἐν τῇ ὑστέρᾳ ἕδρᾳ τοῦ φυσικοῦ καὶ θερμοῦ ἀναλίσκεται, ὑφ' ἧ διαπέπαται τὸ ἔμβρυον, ζωογονεῖται. Vide l. 10. §. 25.

Εἰς τὸ ἀερῶδες ἢ πυρῶδες] scil. διὰ τῆς ἀτμίδων καὶ τῆς ἀναθυμιάσεων, per vapores & exhalationes, qorum illi ad aëream, an æqeam potiùs, istæ ad igneam naturam propiùs accedunt. Vide Aristot. meteor. l. 1. c. 3.

Διαίρεσις εἰς τὸ ὑλικὸν καὶ εἰς τὸ αἰτιῶδες] hoc est, in materiam & formam, ut vulgò dicitur. De eadem hac divisione monet & l. 7. § 29. & l. 8. § 11. & l. 12. § 29. addit tamen membrum tertium, τὸν ἀναφορέα, l. 12. § 10. & qartum etiam, τὸν χεῖνον, ibid. § 18. Verùm ista duo sunt τῆς ἔξω τάξεως. duo illa tantùm τὰ συσταλα. Laërt. l. 7. in Zenon. Δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην· τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν θεόν. τοῦτον γὰρ ὄντα αἰδιον διὰ πάσης αὐτῆς δυνάμεως ἕκαστον. Vide l. 12. § 30. Seneca epist. 64. Dicunt Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex qibus omnia fiant, caussam & materiam. materia jacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat. caussa autem, id est, ratio, materiam format, & qocunque vult, versat: ex illa varia opera producit. Et pòst aliis verbis: Nempe universa ex materia & ex Deo constant. Deus ista temperat, qæ circumfusa rectorem sequntur & ducem. Potentius autem est qod facit, qod est Deus, qàm materia patiens Dei. Lactant. Instit. l. 7. c. 3. Stoici naturam in duas dividunt partes. unam, qæ efficiat; alteram, qæ se ad faciendum tractabilem præstat: in illa prima esse vim faciendi; in hac materiam: nec alterum sine altero esse posse. Reliqa pavlò pòst exhibebimus.

§ 22. Μὴ ὑποῤῥόμβεως] Vide ad l. 2. § 7. nè aberres, vel tantillum, aut ab agitate in conatibus, aut à veritate in assensionibus.

Ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ὑποδείκνυσι] Vide Senec. ep. 89. infr. ad § 32.

§ 23. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοὶ εὐάρμοστόν ἐστι, ὦ κόσμε] qia nimirum ipse mundi pars sum. Mundus autem Stoicis Deus ipse. Vide ad l. 10. § 21. Plut. de Philosoph. placit. l. 1. c. 7. Θεὸν καὶ κόσμον, καὶ οὐσίαν, καὶ τὴν γῆν λέγουσι. τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων, νοῦν εἶναι αἰθέριον. Epiphan. hæres. præfat. Στωικοὶ τὸν αἰδιότον τοῦτον κόσμον θεὸν νομίζουσιν. & l. 1. hær. 5. de eisdem: Φάσκοντες εἶναι νοῦν τὸν θεὸν, ἢ παντὸς τοῦ ὁρωμένου κύτους, ἐκτεῖνόν τε φημὶ καὶ γῆς, καὶ ἄλλων, ὡς ἐν σώματι ψυχήν. Arius Didymus in epitom. apud Eusseb. præpar. l. 15. c. 11, Οἱ Στωικοὶ ὃν ὅλον τὸν κόσμον, σὺν τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, θεοπαροδίσει θεόν. Seneca qæst. nat. l. 2. c. 45. Vis Deum mundum vocare? non falleris. Ipse enim est totum qod vides, totus operibus suis inditus, & se sustentans vi suâ. Idem epist. 94. Totum hoc, qo continemur, & unum est. & Deus est: & socii ejus & membra sumus. Manil. astronom. l. 1.

Qâ pateat mundum divino numine verti,
Atqe ipsum esse Deum.——

Plin. nat. hist. l. 2. c. 1. Mundum & hoc, qod nomine alio cœlum appellare libuit, cujus circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est. Pertinet huc Æschyli illud, apud Clement. Strom. l. 5. & Eusseb. præpar. l. 13. c. 13.

Ζεὺς ὅδ' αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' ὅ,τι ποτ' ἔστ' ἀνώτερον.
Æthera, tellúsqe, & poli arcem Jupiter:
Est cuncta; & istis qicqid est sublimius.

Cui affine Ennii illud ex Epicharmo à Varrone lavdatum. l. 4.

Istic est is Jupiter, qem dico, qem Græci vocant

Aerem; qi ventus est, & nubes, himber postea,
Atque ex himbre frigus; vento post fit, aer denuo.
Haecce propter Jupiter sunt ista, quæ dico tibi.

Pertinent & Evripidis illa toties repetita, á Cicerone *de natura Deor. l.* 2. § 65. Plut. *de exil. ad princ. indoct. & physic. quæst.* 29. Lucian. *Jove Tragœd.* Athenag. *in legat.* Clem. Alex. *hortat. & strom. l.* 5. Evseb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. Stobæus *serm.* 1. *l.* 1. *tit.* 3. aliis.

Ὁρᾷς τὸν ὑψῖ, τὸν δ' ἀπέιρονα αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τὸν δ' ὑγρᾶ θεόν.

Quod Cicero licentiùs vertit;

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qi tenero terram circumvecta amplectitur,
Hunc summum habeto divûm, hunc perhibeto Jovem.

castigatiùs Grotius:

Sublime fusum cernis immensum æthera,
Cujus tenetur uvidis amplexibus
Terra? hoc putato numen, hoc perhibe Jovem.

Et ex Evripide Ennius in *Thyeste* (unde & ex Evripidis tragœdia cognomine fuisse desumpta, proclivis est conjectura) apud Cicer. *de nat. Deor. l.* 2. & 3. Apul. *de mund.* Festum in *sublime*:

——*adspice hoc*
Sublime candens, qem vocant omnes Jovem.

Uterqe Chrysippum expressit; qi, ut Cicero ibidem, *disputavit, Æthera esse eum, qem homines appellant Jovem.* Qod & Plato Comicus:

Ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.
Aer, qem nuncupare qis Jovem qeat.

Respexit eadem & Lucretius verbis versibúsq; illis *lib.* 5.

Denique jam tuere hoc, circum superâque, qod omnem
Continet amplexu terram: qod procreat ex se
Omnia; qod qidam memorant; recipítq; perempta.

Caro apud Lucan. *l.* 9.

Jupiter est qodcunque vides, qocunque moveris.

Idem de *Deo* dogma Judæis Ethnici affingebant. cùm enim simulacra nulla admitterent, manus tantùm inter precandum cœlos versùs expanderent, *Cœlum eis* pro *numine* habere avtumabant. Diodorus Sic. *l.* 40. apud Photium *cod.* 244. de Mose Judæorum legislatore verba habens; Ἄγαλμα μὲν θεῶν τὸ σωλῆνα ἀναπεπταμένον, διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεὸν ἀλλὰ τὸν περέχοντα τὴν γῆν ὅλην κύριον εἶναι θεόν, καὶ πᾶν τὸ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Indè illud Juvenalis *Sat.* 14.

Nil præter nubes, & cœli numen adorant.

Cœli numen, i. e. cœlum ipsum, qod numen illis est: ut numina Deorum, pro Diis ipsis. qo modo de Judæis iisdem Petronius,

Et cœli summas advocet auriculas.

qanqam nec desunt, qi lumen legant. Sed ad exteros, Stoicos maximè, redeamus. Varro apud Avg. *de Civit. Dei l.* 7. *c.* 6. *Deum se arbitrari animum mundi: & hunc ipsum mundum esse Deum.* qæ verba explicans Augustinus: *Sicut hominem sapientem, cùm sit ex animo & corpore; tamen ab animo dicimus sapientem: ità mundum Deum dici ab animo, cùm sit ex animo & corpore.* Ea explicatio Augustiniana lucem dat verbis, cùm Chrysippi apud Ciceronem, ubi suprà; *Vim divinam in ratione esse positam, & universæ naturæ animo atqe mente: ipsúmqe Mundum Deum dici, & ejus animi fusionem universam.* cum & Senecæ *qæst. nat. præfat. Qid est Deus? Mens universi. Qid est Deus? Totum, qod vides, & qod non vides, totum.* Atqe hæc est διάχυσις εἰς τὸ ὑλικὸν καὶ τὸ ἀπαθὲς, de qa *supr.* § 21. Distinctiùs pavlò Laërt. *l.* 7. *in Zenon.* Λέγειν δὲ κόσμου τε καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν, ἓν εἶναι ἀΐδιον οὐσίαν πάντα (sicut τῷ ὅλῳ ἄπειρον contrà dicum) ὃς δὴ ἀφθαρτός ἐστι καὶ ἀγένητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως καὶ αὐτῷ τῷ διακόσμῳ σὺν ἀῤῥήτῳ καὶ τέλειον, τὸ συνεκτικὸν ἐξ ὑμοῦ. Verùm seriatim dicit Κόσμον, sive Mundum, ex Diodoro monet Jos. Scalig. qem vide sis *ad Manil. l.* 5. ubi inter cæteras, Κόσμος ἐστὶν ὁ διακοσμούμενος πάντα ἐοικὼς τῷ ἐν σφαίρᾳ λόγῳ.

Οὐδέν μοι σφάλερον, ἢν ὄλυμπον, τὸ σὸν ὕπνιον] Propert. *l.* 3. *eleg.* 3.

Optima mors, parcâ qæ venit ipsa die.

i. e. τῇ παραυτίκα. Scalig. de cæteris singulis pariter. Ità *l.* 11. § 13. ὁ δὲ νὺξ τὸ πᾶν τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὕπνωσον;

Πᾶν μοι καρπὸς] Ità *l.* 2. § 3. Παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, ὃ φέρει ἡ τῆς ὅλης φύσις. & *lib.* 10. § 20. Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τοῦ ὅλων φύσις. καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἀκέραιον φέρει καρπὸν avtem istic pro emolumento, qod ex re capiam provenit, ut fructus ex stirpe vel arbore. Ità Apostol. *ad Philip. c.* 1. *v.* 22. καὶ τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου. καρπὸς ἔργου, qod *opera pretium* Latinis. Vide *l.* 6. § 30.

Ὦ φύσις] qomodo *Mundum*, ità & *Naturam Deum* dicebant. Senec. *de benefic. l.* 4. *c.* 7. *Qid enim aliud est Natura qàm Deus, & divina ratio, toti mundo & partibus ejus inserta? & qæst. nat. l.* 3. *c.* 45. *Vis illum Naturam vocare? non peccabis. est enim ex qo nata sunt omnia, cujus spiritu vivimus.* Ità isti (Lactantii sunt verba superiùs pavlò positis statim subjuncta) *uno Naturæ nomine res diversissimas comprehenderunt, Deum & Mundum, artificem & opus. dicúnqe alterum sine altero nihil posse, tanqam Natura sit Deus Mundo permissus. nam interdum sit confusione, ut sit Deus ipse noster Mundus, & Mundus sit corpus Dei.*

Ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα] Meliùs ista Apostolus noster de *Deo. ad Rom. c.* 11. *v.* 36. Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Vide *l.* 12. § 26. Pacuvius *Chrysæ* apud Varron. *ling. Lat. l.* 4. & Cicer. *de divinat. l.* 1. & 2.

Hoc

Hoc vide circum, supráque, quod complexu continet
Terram: noſtri cœlum memorant, Græi perhibent Æthera.
Quicquid eſt hoc, omnia id animat, format, auget, alit, creat,
Sepelit, recipitque in ſeſe omnia; omniúmque idem eſt pater.
Indidémque cadémque oriuntur, de integro eadémque occidunt.

Iſta enim cum primis illis connexa vult Joſ. Scalig. quæ Voſſius mavult adnecti verſiculo ejuſdem illi ex Nonio, & Varrone *ibid.* (*jugat.*

Mater eſt terra; ea parit corpus, animam æther adfert.

Ἐν σοὶ πάντα] Ἐκτὸς γὰρ τῶν πάντων οὐδέν. εἰ γάρ τι ἔξω, ἐν τῷ παντὶ ἔσται. Ocellus Lucan. *de univerſ. c.* 1. § 8.

Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος] Ex Tragœdo aliquo, de Civitate Athenienſi dictum.

Ὦ πόλι φίλη Διὸς] Mundum appellat Διὸς πόλιν. quomodo & Dio Pruſ. *orat.* 36. Τῶ Διὸς πόλιν μᾶλλον ἢ ὄντως, quippe cujus ipſe Rex ſit potiùs, quàm paterfamilias: etiamſi Epictet. *l.* 3. *c.* 22. Ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ταύτῃ ἔστι τις καὶ οἰκοδεσπότης. Eſtque reverâ illa Διόπολις multò potiùs nuncupanda, quàm illa Ægyptiaca, de qa Stephanus Byzant. Verùm potiore adhuc jure, ἡ τοῦ θεοῦ πόλις illa, de qa Pſaltes *pſalm.* 87. *v.* 3. Apoſtolus *ad Hebr. c.* 12. *v.* 22. Joannes, *Apoc. c.* 3. *v.* 12.

§ 24. Ὀλίγα φρῆναι, φησὶν,] *dicere ſolent.* Caſ. *quæſi.* imò, *inquit ille, quoſi.* Qis autem hoc dixerit, docet nos Senec. *de ira l.* 3. *c.* 6. *Praderit nobis illud Democriti ſalutare præceptum, qo monſtratur tranquillitas, ſi neqe privatim, neqe publicè multa, aut majora viribus noſtris egerimus.* Et *de tranqill. c.* 12. *Hoc ſecutum puto Democritum, ità cæpiſſe;* (hoc eſt, volumen egregium, quod περὶ εὐθυμίας inſcripſit, ut Sen. *ibid. c.* 2. ab hoc monito exorſum) *Qi tranquillè volet vivere, nec privatim agat multa, nec publicè.* Græca integra exhibet Stobæus *tom.* 2. *tit.* 100. Τὸν εὐθυμοῦντα μέλλοντα, μήτε πολλὰ πράττειν, μήτε ἰδίᾳ, μήτε ξυνῇ, μηδ' ὅσ' ἂν προέλῃ, ὑπὲρ τὰ δυνάμενα αἱρεῖσθαι τῷ ἑαυτοῦ καὶ φύσει. Marcus noſter, *lib.* 3. § 5. Μήτε πολυῤῥήμων, μήτε πολυπράγμων ἦν. Euripides pariter:

Ὁ πολλὰ πράσσων, ἐκ ἐς ἀσφαλῆ βίᾳ.
Res agere multas, tuta vitæ haud eſt via. Lipſ.

Idémque *Antiopâ:* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 58.

Ὅστις δ' πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσων φαύλ',
Μῶρος, πλεῖον ζῆν ἡδέως ἀπῳχημένα.
Qi multa ſæpagit, nulla ubi neceſſitas,
Quum ſuaviter, agens nil, vivere, deſipit.

Et in *Oenomao*

Ὁ πλεῖστα πράσσων, πλεῖστ' ἁμαρτάνει βροτῶν.
Peccare qisqe plus ſolet, qò plus agit. Grot.

Verùm Democriti illud rejicit Plutarch. *de tranqill.* in ipſo ferè libri limine. Ὁ μὲν εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα, μήτε πολλὰ πράττειν, μήτε ἰδίᾳ, μήτε ξυνῇ, πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν κατασκευάζει, ἀγοραίου τινὸς ἀγαθοῦ καὶ ἐπιπολαίου. ἔπειτα καὶ ψευδὴς ἔστι, τὸ εὐθυμεῖν τὸν μὴ πολλὰ πράττοντας. οὐδεὶς γὰρ εὐθυμότερος ἢ γυναῖκας ἀνδρῶν, οἰκείᾳ τὰ πολλὰ συνούσας. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὸ μὴ πράττειν αὐτὸ πολλάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστασιν. Near abs re Ennius in *Iphigenia,* apud Gellium *lib.* 19. *c.* 10.

Otio qi neſcit uti, plus habet negotii,
Otii minus, quàm cùm eſt negotium in negotio.
Nam cui qod agat inſtitutum eſt, nullo negotio
Id agit, ſtudet ibi, mentèm atqe animum delectat ſuam.
Otioſo in otio animus neſcit qid qidem velit.
Hoc ità eſt: neqe domi nunc nos neqe nunc militiæ ſumus.
Imus huc, hinc illuc, cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet.
Incertè erras animus, præter propter vita vivitur.

Ità verſus elegantes ſanè ſed miſerè deartuatos refingunt collatis ſymbolis viri clariſ. Hugo Grotius, Cl. Salmaſius, & Joan. Voſſius; qi Chori verba eſſe monet, qi militibus conſtabat Græcis, de otio ſuo, dum ob maris malaciam Avlide moram trahebant conquerentium. Sed & Marcus hîc Democriti præceptum refingit, & ad recti normam πλημμελῶς πάνυ defingit. Vide & *l.* 3. § 5.

Μήποτε ἄμεινον τ' ἀναλκίαις πράσσειν] Fruſtra Xylander, qem & Caſ. eſt ſecutus, iſta, dum Marci mentem non eſt aſſecutus, immutavit, & conjecturam ſuam in textum intulit, μηδὲν ἄμεινον τῆς ἀναλκίας πράσσειν. At Marcus; Democritus, inqit, *conſulit ei, qi tranqillum animi ſtatum obtinere vult, ut nè multa agat: at tu vide, nè ad hunc finem conducat potiùs, ut neceſſaria qæ agas, & qæ conſtitutioni ſuæ ſunt accommoda.* Deeſt ἔρα, vel βλέπε, vel ejuſmodi qippiam: qod non animadverſum Xylandrum in fraudem induxit. Prout & ſimilis ellipſis ab Apoſtolo uſurpata, *ad Tim. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 25. in verbis illis; Ἐν πραΰτητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῴη αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν, &c. *cum lenitate erudientem eos,* expectando ſive experiendo, *num aliqando Deus illis ſit reſipiſcentiam daturus,* non obſervata, vulgato interpreti impoſuit, anſámque dedit vertendi, *Eis qi reſiſtunt, neqando Deus det illis pœnitentiam,* qaſi eo modo dictum ſit, qo illud Matth. *c.* 13. *v.* 15. μήποτε ἴδωσι καὶ σωσῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι· qum, ut rectè Iſidor. Pel. *l.* 2. *epiſt.* 270. μετανοίας ἐλπίδα, ἐκ ἀναίρεσιν ἐμφαίνει. Contrà planè, quàm in Eſajæ loco *c.* 6. *v.* 9. ab Evangeliſta prolato; in qo interpretando lapſus eſt è contrario bonus Iſidorus. qin & idem D. Jo. Leifildum τὸν μαγείτην fugiens, in cavſa fuit, qod Apoſtoli verba illa interpretatus eſt de

oppositæ prorsùs voluntati divinæ in natura humana dispositione, qâ homines ità affecti sunt, ut resipiscentiam dare parato numini renitantur. quod cò moneo, in eundem lapidem nè impingat quisquam denuò. Occurrunt ellipses huic geminæ in scriptis sacris apud Mosem *l.* 1. *c.* 3. *v.* 22 & *c.* 11. *v.* 4. & *c.* 42. *v.* 4. Matthæum Evang. *c.* 25. *v.* 9. Lucam *Act. c.* 5. *v.* 39.

Τὴ ἀναλκαῖα περάσειν] Supervacuas & minimè necessarias occupationes rescindere monet, eisque duntaxat intendere, quæ aliquà saltem ratione necessaria existant. quod monitum & rursus repetitum dat, *l.* 12. § 18. At nobis *in supervacuis*, non *subtilitas*, ut Senec. *epist.* 106. Sed *tempus*, imò *vita ferè tota*, ut idem *epist.* 49. & 88. *terimur*: dum, quod olim Agatho scitè dixit, apud Athen. *dipnosophi. l.* 5. & Clem. *Strom. l.* 5.

Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς, ποιέμεθα·
Τὸ δ' ἔργον, ὡς πάρεργον ἐκπονέμεθα.
Operosè id agimus, agere quod non est opus:
At in eo quod opus est, opera perfunctoria est. Grot.

Modémque alludens Isidor. Pel. *l.* 5. *epist.* 108. Τὰ μὲν ἔργα, πάρεργα εἶ ἡγόμεθα· τὰ δὲ πάρεργα, ὡς ἀναλκαῖα, ἀνύομεν. Vide *infr.* ad § 21.

Λόγος αἱρεῖ] *ratio deligit.* Xyl. *mandat & injungit.* Cas. meliùs. λόγος αἱρεῖ, *ratio dictat, evincit, postulat, exigit.* Sic & *l.* 10. § 32. Οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος. *neque enim ratio poscit.* & *l.* 2. § 5. ἀπὸ τῦ αἱροῦντος λόγυ. *à ratione dictante, sive rationis dictamine.* Herodot. *l.* 2. Καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος ὅτως αἱρεῖ. *ratio ipsa dictat, evincit.* Gregor. Naz. apud Svidam: Καὶ ὁ λόγος αἱρεῖ, μὴ πδένα περίσκομμα. *ratio ipsa postulat.* Apud Plutarch. *Consol. ad Apollon.* Plato: Ὥσπερ ἐν πλόσει κύβων, φησὶ τὰ πιπλοκότα πδενῦς τὰ ἑαυτῦ πράγματα, ὅπη λόγος αἱρεῖ βέλτις' ἔχειν. prout ratio evincit optimè habiturum. Et Plut. ipse *de commun. notion. c.* 19. Ἀξίαν δ' ἔχει τὴν μεγίστην, ὃ πολλάκις αἱρεῖ λόγος ἀπὸ τῦ μὴ ἀγαδὸ περιδεῖν. *ratio postulat.*

Ἀπὸ τῦ καλῶς πράσσειν εὐδυμίαν] Ità Plut. *de tranquill.* Δεῖ δὲ μὴ πλύδειν, μηδὲ ὀλιγόπτειν πραγμάτων, ἀλλὰ τὰ καλῶς καὶ τὰ ἀσφαλῆ τὸ εὐδυμον ἐπιζητεῖν καὶ τὸ δύσθυμον. ὅθεν γὰρ καλῶν ἡ παραλειψις ἧκεν ἢ ὄκνον ἢ ὄκνλων ἢ πρᾶξις ἀνιαρὰν ἔχει καὶ ταραχώδη. Idémque *de sene polit.* Ubi Cani Sibicinis dictum posuisset, ἀγνοεῖν τὸν ἄνθρωπος ἔφη μᾶλλον αὐτὸν αὐλῶν ἢ ἕτερος εὐφραίνει· λαμβάνειν γὰρ ἂν μισθὸν, ὃ δίδναι, τὸν ἀκύειν ἐθέλοντας. Subjungit; Ἆρα οὖν ὑπνοῦμεν ἡλίκας ἡδονὰς καὶ ἀφετὰς τοῖς χειμάζοις ἀπὸ τῶν καλῶν πράξεων καὶ τῶν κοινωνικῶν ἔργων καὶ φιλανθρώπων παρασκευάζυσιν; ὁ κιθαρῳδὸς, ἐπὶ θρύπτοσα, ἄπαγε αἱ εἰς σάρκα λεῖαι καὶ θερμαὶ χνύσμαι κινήσεις· ἀλλ' αὗται μὲν ὀισπῶδες καὶ ἀδέλεαρον καὶ μεμιγμένον σφυγμῷ ἔχυσιν· αἱ δ' ὑπὸ τοῖς καλοῖς ἔργοις καὶ ταῖς ἐνεργείαις χρυσᾶς πτέρυξιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς καὶ ἐκείνοις καὶ ἱερωνίοις πλησίον ὅμοια, πλεῖ ψυχῆ μέγεδος καὶ φρόνημα μὴ γήδες λαμβάνυσαν ἀναζέρυσι.

Εὐχολώτερος] *majore otio utetur.* Xyl. *otii multum lucrabitur.* Cas. Verto, *quietior*, vel *à negotiis quietior, futurus est.* Εὐχολος, ἤσυχος, *quietus.* Et εὐχολῶν, ἡσυχίαν ἄγων, ᾧ ἢ διάνοια ἀ διαπίτει. Vide Epict. *ad l.* 11. § 19. & *l.* 12. § 2. εὐχολώτερος καὶ ἀταραχότερος ἔσῃ, pro eo quod initio dixerat, εὐδυμήσει.

Ἀλλὰ καὶ φαντασίας] resecari vult non actiones tantùm non necessarias, verùm & *cogitationes.* quomodo & *supr. l.* 3. § 4. Ità Dominus noster, non solùm πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, *verbum quodque otiosum*, Matth. *c.* 12. *v.* 36. Sed & *cogitationes vanas* ac *inanes*, amandandas monet. Jer. *c.* 4. *v.* 14.

Οὕτως γὰρ ἂν πράξεις παρέλκυσαι ἐπακολυθήσυσι] radice nimirum ipsâ evulsâ. Siquidem, ut Augustin. *de persever. c.* 13. *Cogitantes agimus, quicquid agimus; & cogitantes loquimur, quicquid loquimur.* atque *ex cordis abundantia*, non os tantùm *loquitur*, Matth. *c.* 12. *v.* 34. Sed & *manus operatur.* Ibid. *cap.* 15. *v.* 19. Chrysippi dictum apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. πλὴν διάνοιαν εἶ λόγων πηγὴν. *orationis fontem esse cogitationem.* Verùm non *orationis* tantùm is, sed & *operationis fons* exiitit: itaque qui hunc custodierit, pro Solomonis monitu, *Prov. c.* 4. *v.* 23. etiam sermones actionésque suas in potestate habebit.

§ 25. Πείσεσθον, πῶς σοι χωρεῖ] Epictet. *l.* 4. *c.* 1. Πείσεσθόν γ' ὡς ἔστιν αἰσχρὰ ἡ πεῖρα. Et *l.* 2. *c.* 19. ἢ πρώτλω ἡσύχασον· ἢ τὰς ἡμέρας ἀέλθωμεν, ὡς ἐκ ἀρχίδης καθ' ἡμέραν διάδεσιν ὀργίζεδαι νῦν παρ' ἡμέραν ἔστι παρὰ δόξαν ἔστα παρὰ πρόσις. ἐὰν δὲ πρεσκοῦσα παραλίπῃς, ὑπίδυσον τὸ θεῷ. ἢ γὰρ ἕξις ἐκλυθῇ ἢ πρώτλω· εἶτα καὶ πάντελῶς ἀναιρεῖται. σήμερον ἐκ ἐλυπήθλω, ἀλλ' αὔριον, ἀλλ' ἐφεξῆς δυοῖν καὶ τριοῖν· ἀλλὰ πρὸς ἑκάτον μυριάδων πνῶν ἐριδισικῶν. γίνωσκε, ὅτι χαμαὶ σοὶ ὄζι.

Πῶς σοι χωρεῖ] *quomodo quadret.* Xyl. & Cas. melius, *quomodo procedat, quos progressus tecum faciat.* Apud Svidam historicus: ὡ χωρούντων αὐτῷ τῶν ἐν Σικελίᾳ πραγμάτων κτ' νῦν. *Cùm res illi ex animi sententia non procederent.*

Ἀρεσκομένῳ] Vide *l.* 3. § 4. & *l.* 10. § 1.

Ἐκ τῦ ὅλων ἐπευφημοῦντος] Vide *ad lib.* 7. § 31.

Ἀρκυμένῳ δὲ τῇ ἰδίᾳ πράξει] Vide *l.* 3. § 6. & *l.* 5. § 34. & *infr.* § 51.

§ 26. Ἐφέρετο ἐκεῖνα] Antegressis ità annectit istud Cas. ut ad vitæ prioris feciùs administratæ experientiam referatur. Ego potiùs monita superiùs data respicere opinor: ut *lib.* 3. § 11.

Ἁμαρτάνει τις ἁμαρτῇ ἁμαρτάνει] Ità *l.* 9. § 4. ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. & § 38. Εἰ μὲν ἥμαρτεν,

ἡμαρτεν, ἐκεῖ τὸ χρεὼν· Ἰσως, τὸ ἄλλο ἁμάρτημα, ἐκεῖ δεῖ καλλωπίζειν. *ibid.* § 20. Clem. *Strom. l.* 4. Ἡ ἀσκησις ἐν ἄλλῳ τινὶ ἐν Ἀξιόχου εἶναι χρεών, ἢ τῷ ἀκολασταίνοντος. Ἀπ' ἀρχῆς σου συγκαθήμαρτε ἢ συνεκλάπητε] Vide *supr.* § 10. *l.* 3. § 11. & *infrà* § 34. Apud Lucianum Proteſilaus in νεκρικοῖς· Οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ Μοῖρα, ἢ τὸ ἐξ ἀρχῆς ὕφαν ἐπικλῶθες. Ita paſſim Homer. de Ulyſſe. *Odyſſ. α. v.* 16.

Ἀλλ' ὅτε δὴ κατὰ ἴλαδε θεὸς ἐπεκλώσατο οἶκαδ' ἱκέσθαι,
Τῷ ὅ γε νηπενθὲς θῆκε τεὸν δ' ἐνὶ θυμὸν ἀνώγει.

Apud eundem Telemachus *Odyſſ. γ. v.* 208.

Ἀλλ' ἔ μοι οὐδὲν ἐπικλώσαιεν θεοὶ ὅλεθρον.

Ulyſſes *ibid. λ. v.* 138. à Tireſia ſciſcitatur,

——τὰ μὲν δή τοι ἐπικλώσαν θεοὶ αὐτῷ.

Eurymachus *ibid. π. v.* 64.

Πλαζόμενόν γε ἕκητα· ὃς γάρ οἱ ἐπικλώσσει πάλαι δεῖμον.

Alcinous *ibid. θ. v.* 579.

Τὸν ἦ θεοὶ μὲν τεῦξαν, ἐπικλώσαντο δ' ὀλεθρον
Ἀνθρώποις, ἵνα ἦσι ἦ ἐσσομένοισιν ἀοιδή.

Achilles denique *Il. ω. v.* 525. quem locum laudat Plut. *de legend. poet. c.* 4. & *c.* 6. & in *conſol. ad Apollon.*

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζώειν ἀχνυμένοισι.——

Leo Imper. in *oraculis* apud Jan. Rutgerſ. *Var. lect. l.* 5. *c.* 8.

Στόλος γὰρ ὀφθεὶς ἐν πόλαις κυκλουμένος.

Senec. *de benefic. l.* 6. *c.* 23. *Dii in prima illa conſtitutione, cùm univerſa diſponerent, etiam noſtra viderunt, rationémque hominis habuerunt. in noſtras utilitates in principio rerum præmiſſa mens eſt, & is ordo mundo datus, ut appareat curam noſtri non inter ultima habitam.* Idem *de provident. c* 5. *Fata nos ducunt, & quantum cuique reſtet, prima naſcentium hora diſpoſuit. cauſſa pendet ex cauſſa. privata ac publica longus ordo rerum trahit. non incidunt cuncta, ſed veniunt. Olim conſtitutum eſt, quid gaudeas, quid fleas. & quanquàm magna videatur varietate ſingulorum vita diſtinguis, ſumma in unum venit.*

Βεραχὺς ὁ βίος] Flaccus *ſerm. l.* 2. *Sat.* 6.

Dum licet, —— vivite beatis:
Vive memor quàm ſis ævi brevis.——

R. Simeon in Pirke Aboth.

חַיֵּיהֶם קְצָרִים וְהַמְּלָאכָה מְרֻבָּה

Dies brevis, & opus multum. Et Ben-Syræ magiſtro ovis acuem repellemus. *An noſtris diem brevem, & opus multum eſſe?* Druſ. in *apophth.* Hippocr. *aphor.* 1. Ὁ μὲν βίος βραχὺς· ἡ δὲ τέχνη μακρή. Senec. *de brev. vit. c.* 1. *Major pars mortalium de naturæ malignitate conqueritur, quòd in exiguum ævi gignimur, quòd hoc tam velociter, tam rapidè datum nobis temporis ſpatium decurrat; adeò ut exceptis admodum paucis, cæteros in ipſo vitæ apparatu vita deſeruerit. Inde ſibi maximè medicorum exclamatio eſt, Vitam brevem eſſe, artem longam. Et c.* 16. *Tempus breve eſt & præceps: multóque ſit brevius vitio noſtro.* Vide *l.* 5. § 24. Βραχὺ ἢ ἀναγκαίου διάστημα. Zeno apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 98. Οὐδενὸς ἡμᾶς ὄντα πλείονος, ὡς χρόνου. Quod Laërt. *l.* 7. in Zenon. Μηδενὸς ἡμᾶς ὄντος ἄξιον, ὅτι χρόνου. Βραχὺς γὰρ ὄντως ὁ βίος, ἢ ἡ τέχνη μακρά, ἢ μάλιστα ἡ τῆς ψυχῆς ῥώσις ἱκανὸς διωκέειν. Lucian *de ſectis:* χρὴ ἢ μηδένα πείθειν παύσασθαι, εἰδότας ἀλυδὲς τὸ τοῦ Κώου ἔπος, ὡς ἄρα βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ ἢ ἡ τέχνη. καὶ τοι ἐκεῖνος ἰατρικὸς πρὸς ταῦτ' ἔλεγεν, ἐμοὶ δὲ ἑτέρα περίεργος· φιλοσοφία ἢ ἡ μακρὴ τοῦ χρόνου ἀφαιρεῖ, ὥσπερ παῖδας τοὺς ἐγκρυφίας, ἀτινὰ δεῖ ἢ χρόνον ἀναλέπτειν εἰς αὐτά. Itaque Philo *de vitâ contemplat.* Χρὴ ἢ φιλόσοφος καλὸν ἐπειδὴ καὶ τὸν ἰατρὸν Ἱπποκράτην, Ὁ μὲν βίος βραχύς· ἡδὺ τέχνη μακρή. Seneca *de brev. vit. c.* 32. *Non multum accepit homo temporis, etiamſi rerum illud ſibi vindicat. Cui licèt nihil facilitate eripi, nihil negligentiâ patiatur excidere, tamen ad immortalium cognitionem nimis mortalis eſt.* & *epiſt.* 48. *Etiamſi multum ſupereſſet ætatis, parcè jam diſpenſandum erat, ut ſufficeret neceſſariis. nunc quæ dementia eſt, ſupervacua diſcere in tantâ temporis egeſtate?* Alluſit ad Zenonis illud ſuperiùs relatum. Et *epiſt.* 117. *Non tam benignum ac liberale tempus naturâ nobis dedit, ut aliquid ex illo vacet perdere. Ex hoc tempore tam anguſto, & rapido, & nobis auferente, quid juvat majorem partem mittere in vanum?* Contrà tamen Methodici (ſecta ea eſt medicorum) Galeno referente, *de ſectis c.* 6. Τῷ γὰρ βραχεῖ εἶναι τὸν βίον, τὴν δὲ τέχνην μακρὰν ὑπολαμβάνειν τινάντιον ἢ ἅπαν, αὐτὴν μὲν βραχεῖαν εἶναι, τὸν ἢ βίον μακρόν. Sed & Seneca ipſe *de brev. vit. c.* 1. *Non accepimus brevem vitam, ſed fecimus: nec inopes ejus, ſed prodigi ſumus. non exiguum temporis habemus, ſed multum perdimus. ſatis longa vita, & in maximarum rerum conſummationem largè data eſt, ſi tota bene collocaretur.*

Κρατεῖον τὸ παρὸν] Vide *ad l.* 2. § 6. & *ſupr.* § 17. & *l.* 6. § 2. Plinius *epiſt.* 7. *l.* 3. *Sed tanto magis hoc quicquid eſt temporis futilis & caduci, ſi non datur facilis; nam horum materia in aliena manus, nos certè ſtudiis proferamus: & quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid quo nos vixiſſe teſtemur.* Sen. *epiſt.* 49. *Infinita eſt velocitas temporis, quæ magis appareat reſpicientibus. Nam ad præſentia intentos fallit: adeò præcipitis fugæ tranſitus levis eſt. Punctum eſt quod vivimus, & adhuc punctò minus. cujus brevitatem aliquando futuram cogitemus. Non ſolebat mihi tam velox tempus videri; nunc incredibilis curſus apparet: ſive quia admoveri lineas ſenſi, ſive quia attendere cepi, & computare damnum meum. Eò magis utique indignor, aliquòd ex hoc tempore, qui*

qod ſufficere nec ad neceſſaria qidem poteſt, etiamſi cuſtoditum diligentiſſimè fuerit; in ſupervacua majorem partem erogare. Non vaco ad iſtas ineptias, ingens negotium in manibus eſt. mors me ſequitur, fugit vita. adverſùs hæc me doce aliqid. effice nè ego mortem fugiam, vita me non effugiat. Hoc eſt quod ἐξαγοράζειν τὸν καιρὸν, i. e. *occaſionem*, ſive *opportunitatem redimere*, dixit Apoſtolus *ad Epheſ. c. 5. v. 16.* Plut. in *pædag.* Στιλπὼ χρὴ πᾶς ὁ βίος ὅτι. ζῆν γὰρ οὐ παίζειν δοκεῖ. παίζειν dixit, qod Ennius Iphigen. apud Gell. *l. 19. c. 10.* à V. C. Salmaſio *in exercit. Plinian.* reſtitutus:

——præter propter vitam vivitur.

Qod Senec. *de brev. vit. c. 9. Perdis hodiernum, qod in manu fortunæ poſitum eſt, diſponis; qod in tua, dimittis.* Ità qod Plaut. Pſeudol. 2. 3.

Certa amittimus, dum incerta appetimus: atqe hoc evenit,
In labore atqe in dolore ut mors obrepat interim.

Νῆφε ἀνεμῴου] Julian. Imper. *epiſt. 12.* Ἔστιν ἕξεως ἡμῖν, ἀνεμώλιός τε ἀποδύεσθαι, καὶ ἀποδύσασθαι μὴ ταλαιπωρεῖσθαι. Et Gregor. Naz. *in Baſilium.* Τῷ ἄνεσιν ἐλύσιν μὴ ποιεῖσθαι, hoc eſt, *frontem remittere, non reſolvere. Multum interest, remittas aliqid, an ſolvas.* Seneca *de tranqil. c. 15.* Itaqe Ambroſ. *offic. l. 1. c. 20. Cavendum, nè dum animum relaxare volumus, omnem harmoniam & qaſi concentum ſolvamus.* Et Martin. Dumienſ. *de morib. Sapiens animum habebit, aliqando remiſſum, nunqam ſolutum.* Valer. Max. *l. 8. c. 8. Otium induſtriæ ſubnecti debet, non qo evaneſcat virtus, ſed qo reerectur.* Et Cicer. *Offic. l. 2. Ludendi modus qidam retinendus eſt, ut nè nimis omnia profundamus, elatiqe voluptate in turpitudinem dilabamur.* Qod de Muſica præcipiebat Pratinas,

Μὴ σωίτονον ἧκε, μὴτ' ἀνειμένον.
Intenſior nec eſto, nec ſolutior:

Ἀνειμένον] Vide *ad l. 5. § 1.* Senec. *de tranq. c. 15. Danda eſt remiſſio animis: nec in eadem intenſione æqaliter retinenda mens, ſed ad jocos revocanda. meliores acriorèsqe reqieti ſurgent. ut fertilibus agris non eſt imperandum; citò enim exhauriet illos nunqam intermiſſa fœcunditas: ità animorum impetus aſſiduus labor frangit; vires recipient paulum reſoluti & remiſſi. naſcitur enim ex aſſiduitate laborum, animorum hebetatio qædam & langvor.* Ariſtot. *ethic. l. 10. c. 4.* Παντα τὰ ἀνθρώπεια ἀνωιλεῖ σωεχῶς ἐνεργεῖν. Ovid. *epiſt. 4.*

Qod caret alterna reqie, durabile non eſt:
Hæc reparat vires, membráqe feſſa levat.

Itaqe ſapientis eſſe, remittere interdum aciem rebus gerendis intentam. Avg. *de Muſic. l. 2. c. 14.* Siqidem ut Naſo *Ponti l. 1. el. 5.*

Otia corpus alunt, animis qoqe paſcitur illis:
Immodicus contrà carpit utrumqe labor.

Et Stat. *Sylv. l. 4.*

——otres inſtigat, aliqe
Tempeſtiva qies: major poſt otia virtus.

Hinc de *arcu lyráqe* imago illa tantopere celebrata. Dio in œconom. apud Stob. *tom. 2. tit. 62.* Ἀνάπαυσις πραγμάτων εἰσὶ καὶ τόξον, καὶ λύρα, καὶ ἄνθρωπος, ἐκμάζει δὲ ἀναπαύσεως. *Ibid. tit. 3.* Socrates: Ὁ βίος, ὥσπερ ὄργανον, ἀνίεσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοστόμενος, ἡδὺν γίνεται. Democritus apud Anton. *meliſſ. l. 2. c. 45.* Ὥσπερ τὸ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον, ἡδὺ γίνεται. οὕτω καὶ ὁ βίος. qod idem Plutarcho tribuit Maxim. *collectan. c. 32.* Verùm in *collectaneis* illis avtorum nomina ſæpius permutata, confuſa, depravata deprehendas. Plutarch. *in Pædag.* Ὁ βίος ἡμῶν εἰς ἄνεσιν καὶ παιδιὰν διήρηται. καὶ ἀναπαύσεις ἐσὶ πόνων ἄρτιαι δύο. (id qod idem in *Lycurg.* Παιδιὰ πόνῳ ἥδυσμα. qo eodem ſchemate ufus eſt & Ariſtot. *ethic. l. 9. c. 10.*) καὶ τὰ τόξα, καὶ τὰς λύρας ἀνίεμεν, ἵνα ἐπιτείνωμεν δυνάμενα. καθάπερ ὁ σώζεται, σῶμα μέν, εὐεξία καὶ πλησμονὴ, ψυχὴ δὲ ἀνέσεις καὶ πόνοι. Amaſis apud Herodot. *l. 7.* Τὰ τόξα οἱ κυκτιμένοι, ἐπὰν μὲν δέωνται χρῆσθαι, ἐντανύουσι· ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἀνιέασι· εἰ γὰρ δὴ τὸν πόνλα χρόνον ἐκτεταμμένα εἴη, ἐκρήγνυτο ἂν· ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν ταὐτόσιν χρῆσθαι· οὕτω δὴ καὶ ἀνθρώπου κατάστασις, εἰ ἐθέλοι καθαπαξ διάζειν μᾶλλον, μηδὲ ἐς παυχίλιον τὸ μέρος ἑαυτὸν ἀνιείς, λάθοι ἂν ἐὼν μανεὶς ἢ κατηκισμένος. Gregor. Naz. *poſt redit. ex agro:* Ἐωσθα πως τοὺς πόνους ἀεὶ τοῖς παιᾶσι διαλύειν ἀνίστην. ἐπεὶ μηδὲ ὑδρηλὸν φέρει τὸ σωίτονον ἀεὶ τείνουσιν· καὶ δεῖταί τι μικρὸν ὀφθῆναι γλυφίδων ἐκλύσεως, εἰ μέλλοι ταδίστερα πάλιν, καὶ μὴ ἄχρηστος ἔσεσθαι τῇ πεζότητι, μηδὲ ἀνύσιμος εἰς καιρῶν χρήσεως. Naſo *epiſt. 4.*

Arcum ni ceſſes tendere, mollis erit.

Æſopus Phædri *l. 3. fab. 53.*

Citò rumpis arcum, ſemper ſi tenſum habueris:
At ſi laxâris, cùm voles, erit utilis.
Sic luſus animo debet aliqando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

De Joanne Evangeliſta gemina his referunt Abraham Abbas apud Joan. Caſſian. *collat. 24. c. 21.* Thom. Aqin. *ſum. p. 2². qæ. q. 168. a. 2.* & Hen. Herp. *ſpecul. aur. in præcept. 3. ſerm. 2.* ſed & de Antonio Eremitâ baliſtæ exemplum eodem trahente, Antonin. *ſum. 2. par. 2. tit. 1. c. 23. § 1.* & Gvil. Pepin. *de confeſſ. tract. 2. par. 3. c. 6.* ex *Vitis patrum.* Qod avtem ex adverſo, Plut. *de ſene polit.* Τόξον μὲν ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται. ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. Unde de Theophraſto Laërt. *lib. 5.*

Ῥήγνυδς σοφὸς τόξον ἀνιέμενον.

hoc eſt, ut Publius Syrus:

Arcum intenſio frangit: animum remiſſio.

id de ſolutiore illa remiſſione ſapiendum eſt, qam vitandam cavendámqe hîc Marcus monet

§ 27. Ἦτοι

§ 27. "Ητοι κόσμ& διατεταγμέν&] Vide infr. § 45. & l. 2 § 3. Plin. hist. nat. l. 2. c. 4. Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos à perfecta absolutâque elegantia, mundum. nihil enim omnium rerum melius est mundo, nihil præstabilius, nihil pulcrius. utpote in quo universa vis constituta sunt, ut neque ad usum melora esse potuerint, neque ad speciem pulcriora. Cicero de Nat. Deor. l. 2. & Senec. ad Helv. c. 8. Mundo nihil neque majus, neque ornatius, rerum natura genuit. Autor de Mund. c. 2. Κόσμ& μὲν οὖν ὅτι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων ἄληπτος ὁ καὶ ἑτέρως κόσμος, ἢ τὰ ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. &. Eustath. ad Il. a'. Κόσμος ἡ τάξις ἐν τῷ κόσμῳ. ἀφ' ἧς καὶ ὁ πάντων ἀκριβὴς κόσμητὴς, κόσμος, ὅτι αὐτὸν εὐτάκτως ἡ φύσις ἔταξεν. Apul. de mund. Mundus est ordinata ordinatio, Dei munere. & rursus: Quid mundo præstantius? Lauda, quam putas speciem portio à te laudabitur mundi. admirare quam voles temperantiam, ordinationem, figuram. hic & per hunc illud quodcunque est, invenietur esse laudandum. nam qui, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura sit ratio? unde κόσμος Græcè nomen accepit. Tertull. apolog. c. 17. Quod colimus, Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo jussit, ratione, quâ disposuit, virtute, quâ potuit, de nihilo expressit, in ornamentum majestatis suæ: unde & Græci nomen mundo κόσμον accommodaverunt. Greg. Naz. de pace 1. Κόσμος τε ὅτι ὑπερ λέγεται καὶ κάλλος ἀπρόσιτον.

"Η κυκεὼν] Cinnus. Ità l. 6. § 19. "Ητοι κυκεὼν καὶ ἀντιμολοὴ, καὶ συνέφασμος. quibus verbis κυκεὼν qid velit, explicat. & l. 9. § 39. κυκεὼν καὶ συνέφασμος.

Συμπεφορημέν& μὲν, ἀλλὰ κόσμος] Vide Heraclitum infrà.

Ἐν σοὶ μὲν πε κόσμος] in te scil. qi es μικρὸς κόσμος πε. (quomodo τὸν σμικρὸν κόσμον τὸν ἄνθρωπον dixit Clem. Alex. in hortator. & Mundi instar habere fabricam humani corporis, Ambros. hexam. l. 6. c. 9.) & majoris illius imaginem gerit. Macrob. in somn. Scip. lib. 1. c. 12. Ideò physici Mundum magnum hominem, & hominem brevem mundum esse dixerunt. Si est ergò, inqit, in te fabricâque tui ordinata rerum dispositio, in mundo ipso multò magis. Siquidem, ut Tertull. de resurr. carn. c. 30. Etsi figmentum veritatis in imagine est, imago ipsa in veritate est sui: necesse est esse prius sibi, qàm alii configuretur: de vacuo similitudo non competit: de nullo parabola non convenit. Idem adv. Hermogen. c. 40. Confusa res erat, nunc verò composita est. & vis ex compositis incomposita præberi? nulla res speculum est alterius non coæqualis. nemo se spiritu tonforem pro homine multum excepit; nisi si, qi putat in hac extructione mundi dispositâ jam & compta, informem & incultam materiam respondere. qid hodie deforme in mundo? qid retrò speciosum in materia; ut speculum sit mundus materiæ? cùm ornamenti nomine sit penes Græcos Mundus, quomodò inornatæ materiæ imaginem refert? Nec materiæ certè mundus imago esse poterit, si compositus ille & exornatus, confusa verò & inornata ista; nec homo mundi, si in homine ordinata partium membrorúmque dispositio, in mundi compage nullo ordine legève certâ disposita, sed commissa commistáque temerè universa. Quinam mundum non minorem, sed majorem imaginis divinæ ratione havd absurdè prorsùs dixit Gregor. Naz. in Pasch. τὸν ἄνθρωπον ὁ δημιουργὸς, οἷόν πνα κόσμον ἕτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ γῆς ἔστησε. At verò Synes. de providen. 1. non hominem tantùm integrum, sed caput hominis ipsum mundum minorem indigetat, in qo mens tanqam numen quoddam resideat. Ἅνω μὲν οὖν αἴτιος, κάτω δ' ἡ κεφαλὴ σφαιροειδὴς διαπλάσασα, ἵν' εἴην ὅτιοι ψυχῶν ἐν κόσμῳ κόσμοι μικροί. Respexit, opinor, id quod in philosophor. placitis Plutarchi nomine evulgatis, l. 4. c. 21. Stoicis perperam tribuitur; τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ, ὥσπερ ἐν κόσμῳ, κατοικεῖν ἐν τῇ πανταχόθεν σφαιροειδεῖ κεφαλῇ. Qod avtem ille de capite, de corde Avson. monosyll.

Cor vegetum mundi instar habens.—

Vide supr. ad § 3. Qomodò avtem Marcus istic illos perstringit, qi qem in semetipsis agnoscunt ordinem, ornatum, eundem mundo, cujus & ipsi sunt partes, negant: pari modo & Epicuri sectatores Senec. præfat. qæst. nat. l. 1. hoc ipso notat nomine, qòd cùm animum putent esse sibi ipsis, eúmque providum & singula dispensantem, universum interim, in qo & ipsi sunt, expers esse consilii ac temerè ferri contendunt. Vide ad l. 2. § 11.

Ἐν ᾧ πανὶ ἀκοσμίας] Nihil minús. Autor de mundo. Κόσμον δ' ἐτόμως τὸ σύμπαν, ἀλλ' ὅτι ἀκοσμίαν ὀνομάσεις ἂν. Reverâ, ut Plut. de anim. gener. Ἀκοσμία δ' ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Erant siquidem primò omnia, ut Moses l. 1. c. 1. v. 2. תהו ובהו id est, ut Naso Metam. l. 1.

——rudis indigestáque moles.

Nec quicquam nisi pondus iners, congestáque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.

Verùm hanc Deus (is est melior potiórque natura illa) litem diremit, molem discrevit: κάντευθεν κόσμον ἡ πρὶν ἀκοσμία ἐλάμβανεν. ut Gregor. Naz. περὶ εὐταξίας. Atqe hoc est qod Anaxagoras apud Laërt. lib. 2. Πάντα ὁμοῦ ἦν ὁμῦ. ἔπειτα νοῦς ἐλθὼν, αὐτὰ διεκόσμησεν. Sive ut Timon in Sillis;

Πάντα συνεφήκασιν ὁμῦ πλαραξαλίαι φορῆσιν.

Et apud Hermiam in Διασυρ. Ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς· καὶ ἔστιν αὐτῷ καὶ κίνησις ἀΐδιος καὶ ὅλων καὶ παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις, καὶ διὰ

κρατον τῆς μαμμιβόης, ἢ νόσων τῆς ἀνόσων. Demonax Cynicus (referente Luciano in vita ejusdem & Antonio, *meliß. l. 2. c. 76.*) differentibus qibusdam de mundi anima ac figura, Τμεῖς, inqit, φὴς τὸν κόσμον πολυμερίστατον, ἐκεῖ δ' ἦς ἑνιαίαν ἀκοσμίας ὑ φερητ'ζετο. Indè argumentum arripuit Dio, qo Dionysium ad virtutis studium impelleret, ὅπως διακοσμηθεὶς τὸ ἦθος εἰς ἀρετὴν λόγων, ἢ πρὸς τὸ θειότερον ἀφομοιωθεὶς παράδειγμα σῴζ ὄντων ἢ κάλλιστον, ᾧ τὸ μὲν ἡγεμόνικὸν πανδαμίας, ἐξ ἀκοσμίας κόσμ☉ ὄζι, πολλῷ μᾶλ ἐνδεμονίας ἑαυτῷ μαχαίτατος, πολλῷ δ' τῆς πολίτης, ἡβιάζετο βασιλεὺς ἐν πυρίοις. Plut. *Dion.*

Διακεχρημένων ἢ διακεχυθότων] Vocem harum priorem Lugd. omiſit. qo id conſilio incertum mihi. Sen. *qaeſt. nat. l. 7. c. 27. Tota hujus mundi concordia ex diſcordibus conſtat.* Et *epiſt. 107. Communia verum aeternis conſtat.* Heraclitus apud Ariſtotelem *Ethic. l. 8. c. 1.* Τὸ ἀντίζυγον συμφέρον ἢ ἐκ τῶν διαφερόντων κάλλιστην ἁρμονίαν. Idémqe apud Avienum *libri de mundo c. 5.* Cuncta ſunt ἕλα ἢ ὑλὴ ἕλα. *συμφερόμενα* ἢ *διαφερόμενα συνᾴδον* ἢ *διᾴδον* ἢ *ἐκ πάντων ἓν*, ἢ *ἐξ ἑνὸς πάντα.* Et ex eodem Apuleius: *Sic totius mundi ſuorum inſtantia initiorum inter ſe impares conſentus, pari nec diſcordante conſenſu Naturae voluit Muſicam temperavit. namque uvidis arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, diverſis obliqua, conſudit; unámque ex omnibus, & ex una omnia, junxit Heraclitum conſtituit, &c.* Qod & Avior idem *ibidem* variis à re publica, pictura, muſica, grammatica imaginibus illuſtrat. Τῦτο πολιτικῆς ὁμονοίας τὸ δαιμονιώτατον, ὅτι ἐκ πολλῶν μίαν, ἢ ἑνιαίαν ἐξ ἀνομοίων ὑποτελεῖ διάθεσιν, ὥσπερ ἁρμονίαν ἢ τέχνην φωνῆς ἢ γράμμα φύσιν ἢ τύχην. ὅτως ἢ ἐν τῷ ὑπ' ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, ἢ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον, ἐκ ἐκ τῶν ὁμοίων. ὥσπερ ἀμύνει τὸ ὀξὺ βαρεῖ συνάγει πρὸς τὸ ὑγρὸν ἢ ὑπ' ἐναντίων πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἢ ἐν τοῖς ἐναντίοις σωτῆρα διὰ τῶν ἐναντίων σωτῆρα, ἡ διὰ τῶν ὁμοίων. ὅσα ἢ ἢ τέχνη τῦ φύσει μιμεῖται πάντα ταῦτ. ζωγραφία μὲν γὰ λευκῶν τε ἢ μελάνων, ἀναμίξασα ἢ ἐρυθρῶν χρωμάτων ἀπεργάζεται πολλὰς φύσεις, τὰς εἰκότας τοῖς ὑποκειμένοις ἀποτελεῖ συμφώνους. μουσικὴ ἢ, ὀξεῖς ἅμα ἢ βαρεῖς, μακρούς τε ἢ βραχεῖς φθόγγους μίξασα, ἓν ἀπεργάζεται φωνῆς μέλος ἐκ τοσούτων ἀφομοίως ἐναντίων ἢ ἀφώνων γραμμάτων κρᾶσιν ποιησαμένη, τὴν ὅλην τέχνην ἐπ' αὐτῇ συνίστησιν. ὅτως ὑπ ἢ τῶν ὅλων σύστασιν διὰ τῆς ἐκ ἐναντιοτάτων ἀρχῶν πρόσκρισις μία διακόσμησον ἁρμονίαν. ξηρὸν γὰ ὑγρῷ, ψυχρὸν ἢ θερμῷ, βαρῦ τε κοῦφα μιγέντα, ἢ ὀρθὸν φέροντα, τὸ ὅλον διακόσμησε μία διὰ πάντων δύναται ἁρμονία, ἐκ σῴζ ἀφίστασθαι ἢ ἐναρμόνιον τὴν σύμπασαν κόσμον διαμενούσης, πῶς τε ἐκ τοιούτων ἐκ αὐτῆς φύσεως ἀλλήλοις ἀναμάχεται ὁμολογίαν, ἢ ὁπ τούτων μαχομένων σῴζ πανῆ συμφέρεται. Qz Latinè ab Apuleio verſa vide ad *l. 7. § 48.* Synef. *de inſomn.* Ἔτι πῶς ἂν συγχωρήσειεν τῶν μέρων ἢ ὀλκέρων ὁ μὲν χεὶρ ὄζι ὁ κόσμος τὸ ἀκέλεῖν ἦν, ἀλλὰ τὸ ἐν πολλῶν ἦν ἢ ἄτε ἐκ ἀπὸ μέρη μέρων ἀσυγχύτων ἢ μαχόμενα, ἢ τῶν τοίνυν αὐτῶν οἷς τίνι τῷ πάντα ἁρμόττει συμφωνίαν, ὥσπερ ἡ λύρα σύστημα φθόγγων ὄζι ἐναρμόνιον τε ἢ συμφώνων· τὸ δ' ἐξ ἐναντιοτάτων ἦν, ἀφωνία ἢ λόγος ἢ κόσμος. Plut. *de amic. multit.* Ἢ ἀεὶ ψόγοις ἢ φάρμαγγας ἁρμονία δ' ἀνθρώπων ἔχει τὸ σύμφωνον. Tertull. *apologet. c. 48.* [*Deinde*] ratio univerſitatem ex diverſitate compoſuit, ut omnis anulis ſubſtantiis ſub unitate conſtarent, ex vano & ſolido, ex animali & inanimali, ex comprehenſibili & incomprehenſibili, ex laesto & tenebris, ex ipſa vita & morte. Et *de pallio c. 2. Mundus iſte ex diverſis ſubſtantiis officinae conſtat. diverſa in unum ex denominatione diverſa ſunt. denique diverſitatis diſcordium vincs fodamen. ita mutando mundus eſt, qi ex dissentientibus corporatus, & vitalis temperatus.* Irà eſt rerum omnium, ut idem mox ibidem, diſtincte confuſio. Gregor. Naz. in *Julian. l.* Πεῖρα διεῖναι, ἢ συνιδεῖν, ἢ τὸ πᾶν τοῦτο ἁρμονίαν ἓν ἐκ πλειόνων πεποίηται.

Καὶ συμπαθῶν] Irà *l. 6. § 37.* φίλια ἀλλήλοις, ἢ σύμφυτον ἔρωτα. Manil. *Aſtron. l. 2.*

Tutúmque aeterno conſenſu vivere mundum.

De corpore humano pariter Hippocrates *de alimento.* Κύριον μέν. ξύμπαντα μέν. ξυμπνοὴν χρὴ ὅλον μᾶλλον πάντα. de eo videntur Galen. *de facult. nat. l. 1. c. 5. & l. 3. c. . de differ. febr. l. 2. de uſu pulſ. l. 2. de cauſ. pulſ. l. 2. & de uſu part. l. 1.* Vide *infr. § 42.* Apud Sextum Empir. *adv. Phyſic. l. 1. c. 2.* Philoſophi quidam: Ἐπεὶ ὖν ὁ κόσμος σῶμά ἐστιν, ἧττον πανταχῆ ἐστὶ σῶμα, ἢ ἐν ᾧ σῶμα ἀπολιθῶν, ἢ ἐν ᾧ ζῳοτόκον ὕδωρ, ἢ ἐν ᾧ σωματοποιόν, ὕδωρ ἐν ᾧ ζῳοτόκον, ἢ ἐν ᾧ ἐξ αὐτὸν συμπαθειῶν, ἐξ ὧν συμφανὲς, ὅτι πανταχῆ τὸ σῶμα κεκίνηται ὑπάρχει. ὅσα μὲν γὰ ἐν σώμασιν ἐστὶν ἀπλοῦν ἢ ἀνεπαθὲς, ἢ συμπαθῆ τὸ μέρι ἀλλήλοις· ὅτι ἢ ἐν πανταχῆ σώματι ἐστὶ συμπάθειαν τοῦτον ἔχει σῶμα ὁ κόσμος.

§ 28. Μάνην ἄθος] Ad ſectionem 18. pertinere iſta olim aiebam, unde librariorum culpâ ſubducta fuiſſent: à Manes verò inauspicatorum loco ſubjuncta qibus fuit explicatum ibat, qid μάνην ἄθος nomine deſignatum vellet, utpote qod latiùs ibi ſumeretur, qàm ulla vulgaris patereturur, aut qàm Agantho, à qo ipſe manendis edita, uſurpaverat, quando tyranni nomen Seneca *de ira c. 20. imperatori, cupido, deliciis, epiſt. 114.* Vide ad *§ 25.* Sed & nigri vocabulum hoc ipſum, *epiſt. 48.* Per iſtud (nugas vicisque dimere) philoſophiae ſuperſtigna & turpes, infames, etiam ad alium ſedentibus, exceptiones. Sed Xylander anſiſtimavit, quam veterius μάνης μέγα τι φρονῶν ἀνὴρ ἀβλαβὴς ἀνὴρ ἀβλαβὴς, &c. Verum

rùm fieri poteſt, quod & aliis placuiſſe video, ut σπεισχλὼ integram iſta conficiant, qâ Marcus ſcil. *mores* varios ſive diſpoſitiones atque ingenia recenſuerit, quos ſtylo ſuo perſtringeret, vitandoque moneret; *nigros* ſcil. *effœminatos, præfractos, bellinos*, &c. Sicut autem *candor* pro *ingenuitate* & *ſynceritate*; & *mores candidi* pro *ingenuis, ſynceris, integris, benignis, benevolis*. Ovid. *triſt. l. 3 eleg. 6*,

Lingua eſt in charis animi tibi candor amicis.

Idémque *Pont. l. 4. el. 14.*

Tam felix utinam, quàm pectore candidus, eſſem.

& alibi. —*ſed ſunt tua pectora laſſe,*
Et non calcatâ candidiora nive.

Horat. *epod. 11.*

Contrâque lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium.

& *epiſt. 4.*

Alibi noſtrorum ſermonum candide judex.

& *Satyr. 5.*

—*animæ, quales neque candidiores*
Terra tulit. —

Ità *mores nigri*, pro *malignis, improbis, malevolis* dicti. Salſè Solon, apud Laërt. *l. 1.*

Πεῤῥυλαγμένος δ' ἀνὴρ ἔχειν,
Ὅσ' ἂν μὴ κοινὰ ἔγχος ἔχῃ·
Κεφαλὴν, φασὶν, πεπαίνειν σεσοφῶν,
Γλῶσσαν δὲ διηνθῶσθαι
Ἐν μελάνες φρενὸς γεγωνῇ
Τὸν ἀνδρῶν σεσυρὸν γένος,
Ἀβέβαιον νὸ βεβαίοις εὖσιν
Κερδίζειν, τρόπον ἐχθρὸν ἑταίρου,
Γλώσσῃ δὲ δολίᾳ μειδιόωντα
Ἐκ μελάνες φρενὸς γεγωνῇ
Τὸν ἀνδρῶν σεσυρὸν γένος,
Abdeum nè geſtiat eaſum
Corde, vultu dum te amico
Intuetur, & biſulcâ
Blandâ promit dicta linguâ
Mente ab ipſius nigricante.

Horat. *ſerm. l. 1. Sat. 4.*

—*abſtinuit qui vellit avarum,*
Qui non defendit alio culpante, ſolutos
Qui captat riſus hominum, famemque dicacis
Fingere qui non vidit, unguibus hic nigris eſt. —

Et mox:

Hic tibi comis, & urbanus, libérque videtur,
Infeſto nigris. —

Et rurſus ubi hominem induxit, ità amicum prædicantem, ut tamen interim tacitè ſubdoléque nocuit illi aliquam affingat:

—*hic nigras ſuperaſſe lituras,*
Hæc eſt vellunga mora. —

De Sexto Clodio Cic. *pro Cæcin.* *Nec minùs niger, nec minùs confidens, quàm ille Tenuiculus Rhamnis.* Pindarum tamen in *Pythiis od. 4.* φρένας λαβεῖν, ſive *animum præcordia*, pro *fraude ſtolidéque* poſuiſſe monet Hadr. Jun. *cent. 3. adag. 32.* qi ſalluat tamen, quod φρένας μελαίνας, ſive *nigra præcordia*, pro *prudentiæ* argumento habeat opinamur, ubi Homerus eas Hectori tribuit, *lib. 9. v. 83.* quæ *fortitudinis* ſint potiùs. neque enim illa, ſed iſta eſt Hectoris laus. Indè proverb. οὐκ ἐν λάθῃσιν ἀνδράσιν ἔρυθρος. *Candidorum virorum nullus eſt uſus.* quaſi imbelles illi plerumque ac inutiles ſint. qualis Nireus,

—ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν,
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἦεν· *Il. β. v. 673.*

& Paris, cui ſcil. —κάλλος
Ἔπλετ' ἰδεῖν, ἀλλ' οὐκ ἔστι βίη φωτὸς ἐνὶ στήθεσσι. *Il. γ. v. 45.*

Πεπαιμένος] τέθος, *mores præduri, præfracti, rigidi, refractarii.* Ità Sophocl. *Ajac. Lorar.*

—πεπαιμένοις φρένας.

i.e. εἰ ἄγαν σκληραί. Schol. à ferro tranſlatum tragicus ipſe innuit, ubi mox ſubjungit,

—ὃς ἐκαρπίσω,
Βαφῇ πλάγιος ἀήρ.

Et in *Antigon.* ubi ingeniorum iſthiſmodi exitum docet:

Ἀλλ' ἴδοι τις, τὰ σκληρ' ἄγαν φρονήματα
Πίπτοντα μάλιστ' ἀγὼν ὑπερφρονῶντα
Σίδηρον ἐκλὸν ἐν πυρὶ πλεῖστα βλέπειν,
Θραυσθέντα ῥᾳδίως τ' ἀνηνύστοις ἄν ἐκ ἴσιδεῖν.
Præfracti ex animi plurimum, ſcias velim,
Cadere aſſolent: & ipſa vis ferri ignis
Exacta flammis rigidi & intractabilis,
Diſcedit illa ſæpe, & in partes abit. Gron.

quanquam & de qibusvis rebus uſurpatur, quæ ſic exiſtimarunt, ut præduræ ſiant. παρὰ τὸ σκλῆρον. Peſſimus & σκληρὸς ἄνθρωπος, *mores difficiles, morioſi* & *morioſi* dicti. Siquidem πεπαιμένος Heſychio, non σκληρὸς tantùm, ſed & λυπηρὸς exponitur. Ità Theophr. *de cauſſ. l. 2. c. 4.* ὁ πεπαιμένος ἀνὴρ cui opponitur, Ὁ εὐπαλὴς & μαλακὸς, *ibid.* & *c. 2.* & Hippocr. *de Ulcer.* θέρμαινε πεπαιμένα· *mitiganto maleſta, & aſpera.* ſive *Mitella & ἐπιθέματα ἀραιὰ* uti Galen. explicat, *ad Glauc. l. 2.* & Philochorus apud Athen. *l. 14. πεπαιμένα πεποιῆσθαι, aſpera reddique graves. & molleſt.* Cæterùm apud Menandrum à Stobæo *tom. 2. tit. 96.* reperſenatum, πεπαιμένως φέρειν, non eſt *ægrè ferre*, quod cl. Caſaub. cenſuit, nec *aqè*, quod Gronovius reddidit, ſed *abſtinatè animi*, ex priore vocabuli uſu, & *infracto* adverſùs fortunam animo, quod & Grotius advertit, & ipſa Comici dictio docet, ſi ponatur integra. ea enim ſic habet:

Ἡρᾷς ἀπαίδευτα διδάσκειν ὁ πένης τοὺς πλουσίους,
Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς συλλαφεῖν ἐπιτάττειν ἔτι;
Ὁ δὲ μετρίως πεφίπτων, πεπαιμένως φέρων
Ἀφειδίαν τὰ πράγματα, λαμπρὸς φέρου
Mendicus inſida ſemper paupertas eſt; aqè omnibus
Se ſuſpicatur eſſe deſpicatui.
At eorum res ſunt, Lampria, meliuſcula,
Animo obſtinatiore pauperum mala. Gron.

Θηλυδρίας, βοσκημάτωδες] Vide *ad l. 5. §* 12.

Ἠπιαλεῖδες] *Viris quæ puerilia ac muliebria ingenia ſunt.* Senec. *de ira l. 1. c. 16.*

§ 29. Εἰ δὲ

§ 29. Ξένοι δ' ἐσμὲν] qia τὰ ἀέρια ξένα ipſi videntur; infr. § 46. Vide & l. 8. § 15. & l. 12. § 1. & 13. Peregrini enim videntur eſſe, qæ civitatis, in qa agit, ſint ſolennia, ignorare. Huc illud Luc. c. 24. v. 18. Σὺ μόνος παροικεῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ; Itaqe & Petrus Apoſt. epiſt. 1. c. 4. v. 12. pios perſecutionem à mundanis perpeſſos, (cùm ἐν τῷ κόσμῳ θλίβειν ἔξειν, i. e. in mundo atqe à mundo, qi ipſos odio habiturus ſit, afflictos fore Dominus ipſe præmonuerit, in Evangelio Joan. c. 15. v. 18. & c. 16. v. 33.) vetat ξενίζεσθαι τῇ ἐν αὐτοῖς πυρώσει πρὸς πειρασμὸν γινομένῃ, ὡς ξένου αὐτοῖς συμβαίνοντος; Itaqe hac in parte, prout Marcus iſtic, non vult Chriſtianos eſſe ξένους κόσμου. Alioqi ξένοι κόσμου καὶ παρεπίδημοι, peregrini & inquilini mundi iſtius, qoad vitæ rationem & inſtitutum, prædicantur pii omnes, idqe illis laudi ducitur. Avtor ad Hebr. c. 11. v. 13. & Petr. idem ep. 1. c. 2. v. 11. Joan. Chryſoſt. in epiſt. ad Hebr. orat. 24. Ἡ πρώτη ἀρετὴ, καὶ ἡ πᾶσα ἀρετὴ, τὸ ξένον εἶναι τοῦ κόσμου τούτου καὶ παρεπίδημον, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὰ ἐνταῦθα πράγματα, ἀλλ' ἀπρόσκλητος αὐτῶν, οἷονεὶ ξένος. vel ut alii, ὥσπερ ξένος.

Φυγὰς] δραπέτης idem l. 10. § 25. Philo allegor. l. 2. φυγὰς ὁ φαῦλος. fugitivus vitioſus qivis.

Τυφλὸς, ὁ κολαμύων τῷ νοερῷ ὄμματι] i. e. τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς. ut Paulus ad Eph. c. 1. v. 18. ſive τῷ ἡγεμονικῷ. ut idem ad Cor. ep. 2. c. 4. v. 4. Ita Petrus, ep. 2. c. 1. v. 9. τυφλὸς δὲ καὶ μυωπάζων. Unde diverbium Domino Chriſto uſurpatum; Matth. c. 15. v. 14. Ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Et Pavlo ad Rom. c. 2. v. 19. τυφλῶν ὁδηγός. Et Angelo Eccleſiæ Laodicenæ Dominus Joannis Apoc. c. 3. v. 17. Οὐκ οἶδας ὅτι τυφλὸς εἶ. Vide ſuprà ad l. 2. § 14. Sophocles Oedip. rege.

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.
Mentémque & aures cæcus eſt, & lumina.

Τῷ νοερῷ ὄμματι] Avtor de mund. c. 1. Ἡ γοῦν ψυχὴ διὰ φιλοσοφίας λαβοῦσα ἡγεμόνα τὸν νοῦν, καὶ θείᾳ ψυχῆς ὄμματι τὰ θεῖα κατιδοῦσα, &c. Vide ad l. 3. § 15.

Πτωχὸς] Ità de Eccleſiæ Laodicenæ Angelo, Apoc. c. 3. v. 18. πτωχὸς, καὶ τυφλὸς. mendicus & cæcus.

Ὁ ἐνδὺς ἑτέρῳ] Vide l. 3. § 5. & l. 9. § 6. & l. 11. § 1. Epictet. diſſert. l. 4. c. 8. Εἰ μέ τις βλάψαι δύναται, ἐγὼ ἐμὲ οὐδὲν ποιῶ· εἰ ἄλλον πεμφθῶ ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ ἐμὲ οὐδὲν εἰμί. Si me qis ladere poteſt; nihil ago; ſi alterius opem expecto, qi me juvet; nihil ſum ego.

Ἀπόσημα κόσμου] Ità l. 2. § 16. ἀπόσημα καὶ ἐξώμματα τοῦ κόσμου. Ἐκεῖνα δὲ φέρει τοῦτο, ἢ καὶ οὐ ἤνεγκεν] Ità l. 12. § 1. Ἐπὶ δὲ αὐτοῦ ἡ φύσις ἑτέρα, καὶ οὐ τύπτω. τοῦτο, cum τοῖς συμβαίνουσι prius dixiſſet, tranſitio à numero ad numerum, plurali ad ſingularem: ſicut vice verſâ ab hoc ad illum l. 2. § 4. Ità Plato Hipp. Καὶ πῶς ἂν οἱ ἑκόντες ἀδικοῦντες, καὶ ἑκόντες ἐπιθυμοῦντες, καὶ πανταχοῦ ἄριστοι, βέλτιόν ἐστιν ἢ οἱ ἀκόντων, ὃς πολλὴ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ ἐθελὼν τις ἀδικῇ τινα, ἢ ἁμαρτάνῃ, ἢ ἄλλο τι κακὸν ποιῇ. Pavlus ad Cor. epiſt. 1. c. 4. v. 1. Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ. ὧδε λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. Sic & ad Galat. c. 6. v. 1. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Saluſt. in Catilin. Interea ſervitia repudiabat, cujus rei initio ad eam magnæ copiæ concurrebant. Terent. Eunuch. 2. 1.

Adeóne homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eumdem eſſe?

Idem. *Cujus maximè mos eſt conſimilis veſtrûm, hi ſe ad vos applicant.*

Plavt. Pſeud. 3. 2.

Si qò hic gradietur, pariter progrediminor.
Manum ſi protollet, pariter proferto manum.

Uſum hujus enallages, qi & Hebræis familiaris (de qo videantur Fr. Jun. ad Proverb. c. 13. v. 1. & Jo. Druſ. qæſt. l. 3. c. 33.) in diſtributionibus ſolennem, monet M Seneca Suaſor. 3. qi ubi Corn. Severi illud de militibus Romanis laudaverat,

——ſtratiqe per herbam,
Hic meus eſt, dixere, dies. ——

Illud, inqit, *Porcellus Grammaticus arguebat in hoc verſu, tanqam ſoloecismum, qòd cùm plures induxiſſet, diceret, Hic meus eſt dies, non, Dies hic eſt noſter. & in ſententia optima accuſabat id qod erat optimum. ——nam qaſi proverbii loco eſt; Hic dies meus eſt. & cùm ad ſenſum retuleris, nè Grammaticorum qidem calumniæ habebit locum. dixerunt enim, non omnes ſimul, ſed ſinguli ex his, Hic meus eſt dies.* Nec ſecùs in Hiſtoria ſacra Reg. l. 4. c. 5. v. 13. de Naomane, *Allocuti ſunt eum ſervi ejus, dicentes, Pater mi*, &c. i. e. horum qaſi ſeorſum ſingulî. Sic hoc loco τῶν. i. e. τούτων ἕν συμβαινόντων ἑκάστῳ. Sed de iſtis alibi ſuſiùs diſſeruimus.

Ἀπόχρημα πόλεως] hinc illud l. 3. § 8. Ὀδὲν ἀποχρῶν. Cal. qi in civitate ſeditionem ſuſcitat. Xyl. *fruſtum à civitate amputatum.* ego malim, qo unio verbo exprimam, inſolenti forſan uti vocabulo, qale & Marci ipſum eſt, ſed analogiâ eâdem, qâ *abſceſſus*, formato, *abſciſſum civitatis*, vertere. Ejusmodi avtem hominem nunc *membro abſciſſo*, l. 8. § 34. nunc *remo avulſo*, l. 11. § 8. nunc *civi ſeditioſo*, l. 9. § 23. Similem pronunciat. Qin & τῆς ἀποτομίας vocabulum etiam de cive iſtiusmodi uſurpavit Plutarch. in præcept. polit. Δεῖ γὰρ ἐχ-

πρὸ μιᾶς νομίζειν πανήγυρι, ἂν μὴ τις, ὅτῳ Λεσβίων, ἢ Νάξιος, ἢ Καπίλιος, ὑσπληγα ἢ ὑποδήματα πρόσω ἐγγένηται.

Μιᾶς ὕσης] *Animam* totius *unam* statuebant Stoici, cujus singulæ omnes quasi membra essent. Vide *supr.* § 21. & *infr.* § 40. & *l.* 9. § 8.

§ 30. Χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ] *alius sine toga philosophatur.* Xyl. imò, *sine tunica.* Ità Cynici. Salmas. ad Tertull. *de pallio. Græci generis omnes cum tunicam, tum interulam simul indutus habebant, haud minùs quàm Romani sub toga. Soli Cynici præter omnium Græcorum morem, tunicam non gerebant,* sed interulam tantùm. Lucian. in *Cynico dialogo.* Τί ποτε, ὦ οὗτος, πώγωνα μὲν ἔχεις καὶ κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις; Dio Chrysost. ὑπὲρ ἀμίας. *orat.* 72. Τύς γε μὴν κυνικὸς ἐπίστατο ὁρῶντες ἀεὶ τὴν κεφαλὴν ἀναζωσαμένην, ὑδίοντα τὰ διάζωμα· καταγελᾶσαι δ' ἂν τύραννον, εἰ μὴ ὅτων ἐνεστιδιασμένος ἦν, ὡς ἀνεῖς τὸ ἀμίας ἀναρχοντος τῇ ἐρρωσίᾳ, ἣν μαλαχιζόντας. ἐπειδήν τινα ἴδωσιν ἀχίτωνα ἐν ἱματίῳ, κομῶντα τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ γένεια, ἐκ βίου τε οἷον ἀεὶ τύφου καὶ ἀλαζονείας ἄγοντα, ὑδὲ σχῆμα παρίχοντα ἀλλ' ἐρίσματος, καὶ ἐρεθίζοντα, καὶ ὅτου κατεγέλασεν, ἢ ἐλοιδόρησεν, ἢ ἐνίοτε ἔλκουσιν ὑπαλεόμενος· καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅτι τοῖς κομῶσι φιλοσόφοις ξωνηδὸν ὀξύτερον ἡ σολὴ αὐτῶν, καὶ τέρπον πνα ἀνοδυδεῖσθαι. *Philosophis,* inquit, *consuetus hic habitus;* Cynicis nimirum, non & cæteris. Et hæc illis causa pallii duplicandi, quòd sine tunicis essent. Unde Diogenem tunicam petentem jussit Antisthenes, πλύσαι δοιμάτιον. (Indè Teles apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 94. de Metrocle jam Cynico: ἡμεῖς μὲν ζητοῦμεν παχύτερον ἱμάτιον· ἐκεῖνος δὲ διπλώσας τὸ τρίβωνα φαίνεται, τέρπον τινὰ δύο ἱμάτια ἔχων.) De Antisthene Laërtius; τῷ ἱματίῳ ἐχρῆτο μόνῳ. quod scil. *tunicam non haberet.* idémque de Cynicis, τρίβωνι μόνοις χρῆσθαι ἀχίτωνες itaque erant Cynici, & qui Cynismum profiteri volebant, tunicam deponebant. Vetus epigramma,

Ἑρμοδότε τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον εἴπε ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινάτω, δεὶς τὸ χιτωνάριον.
Hermodoti sapiens dogma hoc: si defuerit cui
Æs, positâ tunicâ, nè ampliùs esuriat.

hoc est, si qis esurit, & viam reperire vult, qâ non ampliùs esuriat, depositâ tunicâ habitum Cynici capessat. perperam viri docti δεὶς χιτωνάριον accipiunt ibi pro *induere.* Hinc Juven. *Sat.* 13. *v.* 121.

——*& Stoica dogmata tantùm*
A Cynicis tunicâ distantia.——

qia Stoici tunicas, ut reliqi philosophi, & Græci omnes gestabant, quibus carebant Cynici. Hæc ibi ferè Salmas. & *ad Marci* nostri *vitam* à Capitolino delineatam. qæ non advertit vir doctissimus Jo. Cameron in *prælect. ad Matth. c.* 18. *v.* 15. ubi dixit, *Stoicas à Cynicis pallio differe.* à Burigni Scholiaste forsan *Vetere* deceptus, qi *Cynicos pallio usos* negat. *pallium* enim utrique Sectæ amictus ex æqo communis erat. Qin & Romanos priscos ἀχίτωνας egisse, auctor est Gellius *l.* 7. *c.* 12. *Viri,* inqit, *Romani primò sine tunicis togâ solâ amicti fuerunt.*

Χωρὶς βιβλίου] Vide *ad lib.* 2. § 2. Clemens *Strom. l.* 4. Ἔξεστι δὲ τῷ καθ' ἡμᾶς πεπαιδευμένῳ καὶ ἄνευ γραμμάτων φιλοσοφεῖν. Qin & è nostris qidam de *librorum supellectile* interrogatus; *Fabricam mundi,* Creaturásque eodem comprehensas *librorum* vicem abundè sibi supplere respondit. Τὸ ἐμὸν βιβλίον ἡ φύσις τῶν γεγονότων ἐστί· βούλομαι, τοῦ λόγου ἀναμιμνήσκειν με τοῦ θεοῦ. *Natura,* inqit, *rerum mihi liber est; in qo Dei oracula, ubi libuerit, legere licet.* Ex Evagrii scripto Nicephorus Callisti *l.* 11. *c.* 43. Eum autem qi hoc dixerat, Antonium is *Justum* appellat, qem alii cum Sozomene *Magnum:* qi & *hist. Eccl. l.* 1. *c.* 13. de eodem, γράμματα μὲν οὐκ ἤσκητο, οὐδὲ ἐδαίμαζεν· ἀλλὰ νῦν ἀγαθὸν, ὡς φασὶ, τὸν γραμμάτων, καὶ αὐτὸν τύπων ἐφεστῶ ἐπένευσε. *literas nec nôrat, nec suspiciebat: Sed mentem bonam, tanquam ejs antiqionem, ipsámque carundem inventricem collaudabat.*

Ἄλλος ἄτος] malim, ἄλλος ἄτος. *alius qispiam.* Ità Demosth. *adv. Midiam:* ἄλλος ἄτος τις ἀναισθής, &c. Liban. *orat.* 22. καί τις ἄτης ἔτερος.

Ἡμίγυμνος] De Cynicis Cyprian. *orat. de patient. Exerti ac feminudi pectoris inverecunda jactantia.* De Alcidamante Cynico Lucian. in *Sympos.* Ἐς τέλαφος καταβὰν ἑαυτὸν, ἔκειτο ἡμίγυμνος. Senec. *epist.* 62. *Demetrium virum optimum, mecum circumfero, & relictis conchyliatis, cum illo feminudo logor, illum admiror.* At de eodem *ep.* 20. *Ego certè aliter audio, qæ dicit Demetrius noster, cùm illum vidi nudum, quantò minùs quàm stramentis incubantem? tunc enim non præceptor veri, sed testis est.* De Christianis Cæcilius apud Minucium: *Purpuras despiciunt ipsi feminudi.* Cæterùm peculiari qâdam ratione *Cynici feminudi;* nimirum, *qia* (Cl. Salmasii verba habes, *ad Tertull. pall.*) *partem pallii de sub dextro humero super sinistrum rejiciebant; & sic excluso dextro, obvelato sinistro erant: ità pallium Cynicum humerum lævum duplici textu tegebat, & dextrum nudabat, cùm commune in utroqe humero simplex sederet.* Ammianus, *in Cynicum anthologi. l.* 2. *c.* 52. πωγώνιον, ὠμιον, ἐξω. indè ἐξωμὶς vestis, qâ ei utebantur. Sextus Empir. *Pyrrhon. hypotbes. l.* 1. *c.* 14. § 10. Καὶ ὁ μὲν Διογένης ὑπὸ ἐξωμίδος φαίνεται ἡμεῖς δὲ ὡς εἰώθαμεν. Et ab hac Cynici Ἐξωμία. Lucian. *Βίων πρᾶσις,* de Cynico, ἔτος, ὁ τὴν πρόσω ἐξωμίδα ὁ ἐξωμίας. frustra est vir Cl. H. Stephanus, qum ad humerorum altitudinem refert. Indè

&

& de Cynicis Tuscul. q. 4. 1. Θεσπὶς ἦν ἄμμος ἐξαμελῶν. quem *nudum* foll. & *acutum*, ut Cyprianus; habebant.

Ἄρτος ἐν ἔχω] hoc vulg. nihil impedit, quominùs quispiam, etiam in summa rerum omnium indigentia, operam det philosophiæ, in eâque perfistat. Sen. *epist.* 17. *Licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire.* Legas sis totam epistolam. Epictet. *Enchir. cap.* 12. § 1. Ἐὰν σεμνύῃ σεαυτὸν, ἢ λέγε πρὸς σεαυτὸν· οὐκ εἰμὶ ἀξιόλογος· καὶ ἐμοὶ, οὐκ ἔχω ἀναγκαίαν οὐσίαν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἃ ἔχουσιν οἱ μὴ εὐχαριστοῦντες τοῖς θεοῖς, καὶ ζητοῦντες οὐ μόνον τὰ ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων. *Si te ipse admiraberis, aut dicito tibi: non sum magni momenti: & mihi, non habeo necessariam substantiam, & alia hujusmodi, quæ habent, qui non gratias agunt diis, & quærunt non modò sua, sed & aliena.* Xyl. hunc potiùs accedo.

§ 31. Τὸ τεχνίον ὁ ἄμμος, φίλει] Senarius proverbialis ab Aristophane in *Vespis*, à Stratonico (sed cum levi inflexione) apud Athen. *l.* 8. usurpatus.

Ἔρρει πόε, ὦ παῖ ἔκγονε εἰδὼς πίχλυν.

Straton. Ἄ, δεῖ. Quod Cicero *Tuscul. l.* 1.

Quam quisque norit artem, in ea se exerceat.

Horat. *l.* 1. *epist.* 14.

Nam scit uterque, libens censebo, exerceat artem.

Apostolus ipse *ad Corinth. ep.* 1. *c.* 7. *v.* 20, 24. Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ἐν ᾗ ἐκλήθη, μενέτω παρὰ τῷ θεῷ.

Τέκνα περιπατεῖν] Intra limites illius te contine: nec ad alias artes, aliâve studia animum adjicias; eisve te intermisceas. quod Apostolus appellat, τὰ ἴδια πράττειν, *ad Thess. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 11. apelles sutorem, quem *de crepidarum ansis* reprehendentem lubenti gratóque animo pridiè audierat, *de cruris efformatione* postridiè cavillantem monuit, *Nè sutor supra crepidam judicaret.* quod & ipsum in proverbium venit. Plin. *hist. nat. l.* 35. *c.* 10. Martial. pariter *l.* 3. *epig.* 16.

—*sed te, mihi crede, memento*
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

Allusit ad proverbium; *Intra pelliculam suam se continere.* Stratonicus itidem Mynaco sutori, de re Musica secum disceptanti, ὑ σκέπειν αὐτῷ ἔφη, ὅτι ἀνώτερόν τῆ σφυρῆ λέγει. *parum se facere, quid illa dicat, cùm supra talum loquatur.* Athen. *l.* 8. nam quod Mynacum *fabrum* opinatus est Erasmus, & ultrà *massæum* locutum à Stratonico dictum, in eò falsum esse summum illum virum, docet Leopard. *emend. l.* 10. *c.* 2. Qin & idem Ptolomæo de re citharistica litem intendenti, Ἕτερόν ἐστιν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. *Aliud est*, inquit, *ô Rex, sceptrum, aliud autem plectrum.* Apelles etiam Megabyzo aulico, ut Plutarch. *de adulat.* Alexandro ipsi, ut Plin. loco sup. memorato; de pictura differenti; Ὁρᾷς τὰ παιδία ταῦτα τὰ μιλήσια πρίονται; πάρα σοι φρεσὶ τὸν νῦν σωπῶντα, καὶ τὰ πορφύρεα ἐναίμαζε καὶ τὰ χρυσία νῦν οὐ χρυσᾶ ἔσται, ἀλλ' ὅτι ἐ μιλήσιοι ὑπέξαιρον χαλκόν. *admonuit nempe derisui esse illum pueris, qi colores terebant.* Sed & Basilius Cæsar: Demosthenes Valentis imperatoris culinæ præfecto de re Theologica, sed imperitè barbaræque, cum Episcopo disceptanti; subridens, Ἐδιαιτήθη ὁ ἀνὴρ μαγείρων ἀγαθῶν. *Etiam Demosthenem*, inquit, *illiteratum vidimus.* amplitúsque succenseri; Ὃν δὲ μὴ οἶδε μηδὲ ἀκοῆ κεκτῆσθαι φορτίζειν. ἀσυμφόρως γὰρ δεῖσαν ἐπιθεὶς ὁ λίνεον, βεβυσμένας ἔχων τὰς ὁδούς. *Tum est pulmentorum conditurum curare: neque enim dogmata posse audire divina, qi aures sordibus oppletas gerit.* Narrat Theodoret. *Hist. Eccles. l.* 4. *c.* 19. Nec supprimi dignum illud Butleri nostri medicinæ nomine celeberrimi, quem cum Judicem quidam insignis in convivio frequenti de re medica jactantiùs paviò se efferens, subinde compellaret, quæreréque inter alia, quonam in Galeni opere dictum quoddam inveniretur, respondit, *In decimo nono Henrici octavi*; alludens ad leguleis nostris solennem legum capita citandi formulam, tanquam jure suo contentum, intráque limites ejusdem se continentem, in messem medicam falcem mittere, nevtiqam oporuerit. Verùm, contrà quàm Pindarus apud Plut. *de virt. mor.* & *de tranqill.*

Ἐν ἅρμασι μὲν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς·
Currum equus, aratrum bos trahat.
Optas epibippia bos piger, optas arare Caballus.

Flaccus *l.* 1. *epist.* 14.

—*nec quisquam ferè, quam sibi sortem*
Avt ratio dederit, avt fors objecerit, illâ
Contentus vivit; *laudat diversa sequentes.*

Idem *Serm. l.* 1. *Sat.* 1. Ità:

Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Idem *ep.* 14. In hoc, quod nunc præ manibus habemus, negotio, id cum primis usu venire, idem monet *l.* 2. *ep.* 1.

Nauem agere ignarus navis timet: abrotonum ægro
Non audet, nisi qi didicit, dare: quod medicorum est
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctique.—

Atqi ut Plut. de tranq. ὑ πάντα πάντων ἔξεστι· ἀλλὰ δεῖ τοῦ Πυθικοῦ χαλκίματι πειθόμενον, αὐτὸν καταμανθάνειν. ἔστι γὰρ πρὸς ἃ ὁ πόνος, καὶ μὴ ἄλλον ἄρδοτε βίον ζῆλον ἔχειν, καὶ παραδείσου τὴν φύσιν. Vide *l.* 6. § 43. & *l.* 7. § 5.

Περιπατεῖν] Apost. *ad Rom. c.* 2. *v.* 17. Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ.

Θεοῖς μὲν ὑπιτεχοῦσι τὰ σαυτοῦ πάντα] Socrates apud Platon. in *Critone*. & apud Epictet. *Enchir. cap. ult.* & *dissert. l.* 1. *c.* 4. & *l.* 3. *c.* 22. Ἐπὶ ταῦτα τοῖς θεοῖς φίλον, ταῦτα ἐμοὶ δοκεῖ. Davidis noster; *Faciat me Dominus, quod illi visum fuerit. Reg. hist. l.* 2. *c.* 15. *v.* 26. Cujus & monita passim pia istiusmodi, גֹּל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ *Devolve super Deum viam tuam. Psal.* 37. *v.* 5. & *Psal.*

Pſal. 55. v. 22. הַשְׁלֵךְ עַל־יְיָ יְהָבֶךָ *Rejice ad Deum munus omne tuum.* Et Solomon filius; *Prov. c. 16. v. 3.* גֹּל אֶל־יְיָ מַעֲשֶׂיךָ *Devolve ad Deum opera tua.* Et Petrus Apoſt. *ep. 1. c. 5. v. 7.* Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτόν. Vide *infr. ad § 34.* Sed & Juvenal. *Sat. 10. v. 346. ad l. 5. § 7.*

Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς] Phraſis Marco familiaris, ità *ſupr. l. 3. § 4.* ἀπαράδυμον ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὸ συμβαίνοντα. & *l. 12. § 29.* ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ ταληθῆ λέγειν. & *l. 2. § 3.* ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος. Qod idem in ſacra pagina toties occurrit. *Deut. cap. 6. v. 5. Diliges Dominum Deum tuum* וּבְכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־נַפְשֶׁךָ. Ubi Græcus interpres; ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου. Sed & Lucas *Evang. c. 10. v. 27.* & Marc. *c. 12. v. 30.* At Matth. *Evang. c. 22. v. 37.* Ebraiſans magis; ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ.

Ἀνθρώπων ἢ μήκωνός] Annot. Lugd. *μηδίνι.* qorſum, qæſo?

Μήτε τύραννον, ὥστε δοῦλον] Neque præter jus fáſque gendam opprimendo, neqe præter decorem alicui inſerviendo. Illud Apoſtolus *ad Theſſ. ep. 1. c. 4. v. 6.* Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Iſtud idem *ad Corinth. ep. 1. c. 7. v. 23.* Μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. Atqe hoc forſan fuerit, qod Marcus voluit verbis illis, *l. 5. § 28.* ὅτε τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη. Laxiùs *tyranni* nomine abuſus Seneca *ep. 114* »*Animus noſter modò rex eſt, modò tyrannus. rex, cùm honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum: ubi verò impotens, cupidus, delicatus eſt; tranſit in nomen deteſtabile ac durum, & fit tyrannus.* Illud interim obſervetur, qæ hìc ſejuncta Marcus poſuit, *tyrannicè* nimirum *agere*, & *ſerviliter aſſentiri*, in eiſdem perſonis conjunctim freqentiſſimè deprehendi. De Pſeudoprophetis Judas Apoſt. *epiſt. v. 16.* Τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα. θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν. De ſui temporis Epiſcopis, Iſidor. Pel. *l. 2. ep. 125.* Ὡς τὰ πολλὰ, τὴν μὲν ἀρχὴν, πρῶς μὲν ἀρχοντας· πρῶς δὲ δικαίους· καὶ πρῶς μὲν ἐπιτάσσοντας, πρῶς δὲ ὑπακροωμένους· καὶ πρῶς μὲν κακῶς ποιοῦντας, πρῶς δὲ χαίροντας· πρῶς μὲν ἐπίκειμένους, πρῶς δὲ ὑποπλήσσοντας· καὶ φοβοῦντας μὲν τύπτοντας, μισεῖσθαι δὲ ὑπὸ τύπτοντος. De Carthaginienſibus Plut. *præcept. polit.* Καρχηδονίων δῆμος ἥδιστα ὑπήκοος τοῖς ἄρχουσι, βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις, ἀκυρίσαλον ἐν φόβοις, ἀχειώτατον ἐν ὀργαῖς. De Perſei Regis avlicis, Livius *hiſt. l. 45. Servire regibus humiliter, aliis ſuperbè imperare aſſueti.* Et de turba in genere, *l. 24. Hæc natura multitudinis eſt; aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur.* Hinc illa Senecæ expoſtulatio, *de benef. l. 3. c. 28. Servum tu qenqam vocas, libidinis & gulæ ſervus, & adulteræ, imò adulterarum commune mancipium? negas tibi beneficium à ſervo tuo poſſe dari, cui oſculum alieni ſervi beneficium eſt? qæ eſt tanta animi diſcordia? eodem tempore ſervos deſpicis, & colis: imperioſus intra limen, atqe impotens; humilis, fortis; & tam contemptus, qàm contemnens. neqe enim ulli magìs abjiciunt animos, qàm qi improbè tollunt: nullique ad calcandos alios paratiores, qàm qi contunclius facere accipiendo didicerunt.* Ità qod Peripateticus qidam apud Procop. in *ineditis*. Τὰ ἐναντιώτατα ἐν ἀνθρώπῳ φύσει ξυμβαίνει εἶναι, ὥσπερ ἐν τῷ χαλκώτατον τῇ μίξει. qod & Marcus ipſe monuiſſe videtur. *l. 11. § 14.*

§ 32. Ταῦτα πάντα] forſan ταυτὰ, ut mox, τὰ αὐτὰ. *eadem qæ nunc vides.* Vide *ad l. 2. § 14.*

Αὐθαδιζομένους] *jactabundos.* Caſ. hoc eſt, ἀλαζονευομένους. *præfractos ſe geſſiſſe.* Xyl. Malim, *arroganter pervicaces*, vel *contumaces.*

Ἀποθανεῖν τινας εὐχομένους] *mori optantes.* Caſ. qod Joannes *Apoc. c. 9. v. 6.* ἀποθανεῖν ἐπιθυμίας dixit. & Xyl. *votis mortem vocâſſe.* Verùm aliud, opinor Marcus voluit. *aliorum mortem voto*, ſive *prece expetentes.* qod, optione datâ, non petiviſſe Salomonem, Deo gratum fuit. *Annal. l. 2. c. 1. v. 11.*

Οὐκ ἐν ὕδατι] idem argumentum tractat, *l. 8. § 25. & 31.* Vide & *ſupr. § 3. & l. 7. § 58. & infr. § 33.*

Ἐπιγεγραμμένους χρόνους] *periodos.* Caſ. πεπεγεγραμμένους. Malim, *ſignaturas*, ſive *ſignationes*, eo ſenſu, qo Tacitus an Fabius *de cauſſ. corrupt. eloq. Primùm hoc rogabo; qos vocetis antiqos, qam oratorum ætatem ſignatione iſtâ determinetis:* ut ἐπιγεγραμμένοι χρόνοι, ſint *tempora* regis alicujus imperio, avt ejusmodi notâ aliqâ inſigniore *deſignata.*

Κατεντιθέντες] *cùm ad ſummum contendiſſent.* Xyl. *Cùm hoc aut illud enixè contendiſſent.* Caſ. optimè. Vide *ſupr. § 3. μηδὲ κατειλεῖν.*

Ἔπεσον, καὶ ἀνελύθησαν εἰς τὰ στοιχεῖα] qod Pſaltes *Pſal. 146. v. 4. Abſcedit ſpiritus; ad pulverem ſuum redit: eo ipſo die intercidunt omnia cogitata ejus.*

Κενὰ κατωμῶνται] Vide *l. 2. § 2. ſuprà § 3. μὴ κατὼ.*

Ἀφέντας] ità *ſuprà § 19.* πλείης δὲ ἀκαίρως τὴν φυσικὴν δόσιν.

Ἡ ἐπιστροφὴ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν] ἐπιστροφὴ hìc Marco, qod περοχὴ Epicteto *diſſert. l. 4. c. 12.* Τί ἐχὶ δίωκεῖ τὴν προσοχὴν φυλάσσεις; σήμερον παῖζαι θέλω. τί ἔν; ἃ δεῖ προσέχειν ἄρσω. τί ἔν κωλύει προσέχοντα; μὴ γὰρ ἐξαιρεῖται τι μέρος τοῦ βίου, ἐφ' ὃ οὐ διατείνει τὸ προσέχειν. Saltem προσοχὴ illa jugis, via eſt ad ἐπιστροφὴν talem qalem Marcus hìc præſcribit, præſtandam; qâ nimirum poſt feriam rei cujusqe conſiderationem ad ſedulam debi-

támque pro rei natura & dignitate circa eam ſe gerendi curam animus accingitur. Vide ad ſequentia Senecam. Vide & *l.* 10. § 11. Quod autem περιοχὴν δλωτικὴν Epictetus, id σωτέχειαν ἐπιβλητικὴν περιοχῆς ἐν τῷ ἡγεμονικῷ appellat Heſychius noſter *in aſcetic. c.* 1. § 7.

Ἰδίαν ἀξίαν ἔχει καὶ συμμετρίαν] i. e. pro rerum circa quas verſatur, & in quibus exercetur, naturâ locóq; ſe gerit. Vide *l.* 1. § 6. Sic *l.* 3. § 11. ἅμα μὲν τοι τὰ κατ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συτοχάζομαι. Hoc eſt, quod Lucilius, referente Lactantio *inſtitut. l* 6. *c.* 5.

Virtus, Albine, eſt pretium perſolvere verum
Quòd ni verſamur, quis vivimus, rebu' poteſſe.
Virtus eſt homini, ſcire id, quod quæque habeat res:
Virtus, quærendæ rei finem ſcire modúmque:
Virtus, divitiis, pretium perſolvere poſſe:
Virtus, id dare, quod reipſa debetur bonori.

Senec. *epiſt.* 89. *Philoſophiæ moralis pars prima eſt, inſpectio ſuum cuique diſtribuens, & æſtimans quanto quidque dignum ſit, maximè utilis. quid enim eſt tam neceſſarium, quàm pretia rebus imponere? ſecunda, de impetu: tertia, de actionibus. primum enim eſt, ut quanti quidque ſit, judices: ſecundum, ut impetum ad illa capias ordinatum temperatúmque: tertium, ut inter impetum tuum actionémque conveniat, ut in omnibus iſtis tibi ipſi conſentias. tunc enim vita ſibi concors eſt. ubi actio non deſtituit impetum; impetus ex dignitate rei concipitur, perinde remiſſus acriórve, prout illa digna eſt peti.*

Οὐκ ἀποδυσπολήσεις] *Non ægrè feres, animo conſides.* Sic. *l.* 5. § 9. μὴ ἀποδυσπολεῖν.

Ἐὰν μὴ ὀπὴ πλέον ἢ περιῇκε σοὶ τὰ ἐλάσσω καλαγίνῃ] *Si non pluris quàm par eſt, rem ullam feceris; vel plus quam dignum eſt, in ea ſtudii poſueris.*

§ 33. Ἃ πάλαι σωνήθεις λέξεις, γλωσσήματα ρῆν] Malè accepit iſta Xylander, cùm vertit. *Uſitata quondam vocabula, nunc interpretationis loco ſunt.* Imò, interpretatione potiùs opus habent. Hinc Sext. Empiric. *adv. Grammat. l.* 1. *c.* 13. Διήνεγκε γάρ, ἢ βαρβάρου λέξεως ἑρμηνεῖας γίνεσθαι, ἢ τῆς καθ' ἡμᾶς γλώσσης περιεργοτέρας, ὁμοίως ἡμῖν ἀσυνήθεις οὔσης. Et, *Si gloſſemata interpretati ſunt:* inqit Varro *de ling. Lat. l.* 6. Galenus in *gloſſario Hippocratico*, ἀτὰ enim portiùs quàm *lexico* dixerim, cùm in ipſo limine ipſe Τῷ λέξιν à *gloſſa* diſtinguat: Ὅσα πίνυν ἦν ὀνομάτων, ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' ἐκὶν δεῖ, γλῶτται καλεῖσι. Fabius etiam *inſtitut. l.* 1. *c.* 14. *Gloſſemata*, *voces minùs uſitatas; gloſſas, linguam ſecretiorem, interpretatur.* Dionyſius Halicarn. *de compoſ. nomin.* Ἔστι τις ὀνομασία ποιητική, γλωσσηματικόν τε καὶ ξένων καὶ τροπικῶν καὶ περιοικούντων, ὅτις ἥδιστα τοῖς μίμοις. Idémque in Thucydidis hiſtoria obſervat quædam γλωσσηματικὰ, καὶ ἀπηρχαιωμένα, καὶ ξυνήκασα τοῖς πολλοῖς. Plut. *de Iſid. & Oſirid.* Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν τῆς ὀνομάτων τιὼ εἰς τὰ Ἑλληνικὰν ἀνάπλασιν. καὶ γὰ ἄλλα μυρία τοῖς μεδιταμβίοις ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνεκπεσόντα, μέχρι νυὶ παρμένει καὶ ξενίζεται παρ' ἑτέροις, ὧν ἔνια τιὼ ποιητικιὼ ἀναλαμβάνειν διὰ κάλλος ὡς βαρβαρίζοντα, οἱ γλῶτται τὰς τοιαύτας μεταχαράττουσι. Hoc ideò Plut. qia γλῶσσαν τιὼ ἀπεξενωμένην διάλεκτον dixere, ut Euſtath. *ad Il. a.* & γλώσσας, ἀπειλήφασι ὅσας τὰς βαρβάρων φωνάς, Clem. *Strom. l.* 1. qas à *dialectis* idem ibidem diſterminat. Atque hinc ὁ γλώσσαν λαλῶν, Apoſtolo *ad Cor. ep.* 1. *c.* 14. *v.* 4. i. e. *linguâ barbarâ & peregrinâ*, ideóque minùs intellectâ. cui ea de cauſſa ſilentium indicit, *v.* 28. Ἐὰν μὴ ᾖ διερμηνευτής. i. e. *ni interpres adfuerit. Gloſſematis* autem vox, quam ex nullo Græco ſcriptore afferri Hen. Stephanus aſſerit, apud noſtrum hoc loco, nec ſemel uſurpata, reperitur. Horat. *in arte poetic.* ad noſtri mentem, & à rebus & perſonis ad ſermones ac verba argumentatus. qemadmodum Marcus hîc ἀντιπρόσωπα à verbis ac ſermonibus ad perſonas réſque ipſas:

Ut ſylvæ foliis pronos mutantur in annos;
Prima cadunt: ità verborum vetus interit ætas;
Et juvenum ritu, florent modò nata vigéntque.
Debemur morti nos noſtráque. ſive receptus
Terrâ Neptunus, claſſes aquilonibus arcet,
Regis opus; ſterilisque diu palus aptáque remis,
Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum:
Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis
Doctus iter melius. mortalia facta peribunt:
Nec dum ſermonum ſtet honos & gratia ſemper.
Multa renaſcentur, quæ nunc cecidere, cadéntque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.

Vide *ad l.* 10. § 34.

Κάμιλλ.] de qo videndus Livius *l.* 5. & 6. & Plutarch. qi *vitam* illius conſcripſit.

Καίσων] Cæſonis nomine inſignes plures exiterunt. è qibus Cæſo Fabius, de qo Liv. *l.* 2. *Unus ille vir ipſe Conſul rempub. ſuſtinuit*; &c. Cæſo Quintius. legis Agrariæ, prout alter ille, oppugnator; de qo Liv. idem *l.* 3. *Unus impetus tribunitios populariſque procellas ſuſtinebat.* Dictos autem *Cæſones. à cæſo matris utero, qi necatis matribus nati ſunt, tradunt.* Plin. *hiſt. nat. l.* 7. *c.* 9. Et Val. Prob. *de nomin.* Unde & *Cæſaris* nomen ortum ſumpſiſſe, ſunt qi opinentur, ut Æl. Spartian. *in Æl. Vero*, & Serv. *in Æn.* 10. aliis tamen in alia euntibus.

Οὐολέσους] Sævitiâ atque immanitate inſignis præ cæteris hoc nomine Voleſius Meſſala; (ità Lipſ. ex Tacit. *l.* 3.) de qo Senec. *de ira, l.* 2. *c.* 5. *Voleſus nuper ſub Divo Auguſto proconſul Aſiæ, cùm CCC una die ſecuri percuſſiſſet, incedens inter cadavera vultu ſuperbo, quaſi magnificum quiddam conſpiciéndúmque feciſſet, Græcè proclamavit; O rem regiam!*

am? Quid hic rex feciſſet? non fuit hoc ira, ſed majus malum & inſanabile.

Λεοννάτος] Λεοννάτος Suidæs qi Philippo Macedoni ſangvine materno conjunctum refert fuiſſe, & ab eodem unà cum Alexandro filio, cui coætaneus erat, educatum, *τότε φρόνημα ὑπέροχον*, cùm *ingenio tumido admodùm* extitiſſe, tum & regiæ pompæ poſt mortem Alexandri æmulum. Leonatus item Curtio, qi unà cum Perdicca tutorem deſtinatum Alexandri filio ex Roxane futuro. *lib.* 10. § 7. Juſtino etiam, qi ab Athenienſibus tandem in prælio vulneratum obiiſſe, *lib.* 13. Verùm Diodoro Sicul. qi & exitum ejuſdem *l.* 18. narrat, Λεοννάτος, ſive *Leonatus*, ut Marco hîc, dicitur. Sed & Arriano *de geſt. Alex. l.* 6.

Ἐξίτηλα] Vide *ſupr.* § 19.

Μυθώδη] Vide *l.* 8. § 25. & *l.* 12. § 27. alluſiſſe videtur ad temporum diſtinctionem Varronianam illam, qâ ea in ἄδηλον, μυθικὸν & ἱστορικὸν dividuntur. Vide Cenſorinum *de die natal. c.* 21. & Scalig. *annot. in Euſeb. Chron.*

Παντελῶς λήθη κατέχουσιν] *Lib.* 2. § 17. ἡ ὑστεροφημία λήθη. Alluſit interim πρὸς τὰ ὄντως σώματων κατέχοντα, tanqam memoria ipſorum, ſicut corpora, qaſi terrâ congeſtâ & ſuperinjectâ obruta, unà cum eiſdem intercidiſſet. Vide *Pſalm.* 9. *v.* 7.

Ἄϊστοι, ἄπυστοι] Adſpexit Telemachi verba apud Homerum *Odyſſ. α'. v.* 242. de Ulyſſe patre, cujus de exitu nihil qicqam à qoqam reſciſcere poterat;

Οἴχετ' ἄϊστος, ἄπυστος.--

Ubi Euſtath. τὸν τελείως ἀφανῆ σημαίνει· ὃς μηδὲν ὑπολείπεται τις, ὅτι αὐτὸς ἰδὼν, ἢ ἐγνως ἀπὸ πύστεως ἤτοι μαθήσεως.

Τί ἢ κενὸν ὄντως ὅλως τὸ ἀείμνηστον; ὅλον κενόν.] Idem vult hic à Marco dici Caſavb. *ad Perſ. Sat.* 1. qod eſt à Solomone antiquius dictum הֲבֶל הֲבָלִים הַכֹּל הֶבֶל *Vanitas vanitatum; & omnia vanitas.* qo ille & exordio & epiphonemate *Eccleſiaſten* ſuum & inchoavit & concluſit. contendit avtem Caſavbonus & cum exordio Perſiano illo,

--ô quantum eſt rebus inane!

Solomone verò prior Davida pater ejuſdem de homine ad Adæ protoplaſti Abelisqe ſecundo-geniti nomina alludens; אָדָם לְהֶבֶל דָּמָה *Adam Abeli compar eſt*, id eſt, *homo vanitati. Pſal.* 144. *v.* 4. & *Pſal.* 39 *v.* 6. כָּל־חֶבֶל כָּל־אָדָם *Totus Abel eſt omnis Adam.* id eſt, *qivis homo totum vanitas.* Græc. interpr. τὸ σύμπαντα ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος. Poterat cum Marco noſtro vertere, ὅλον κενὸν πᾶς ἄνθρωπος. Xylander verò, qem & Mericus ſecutus eſt, iſta ità eſt interpretatus; *Quanqam qid eſt omnino cujus ſit memoria ſempiterna? omnia ſunt inania.* tanqam Marci dictum iſtud ei geminum eſſet, qod Solomon idem habet, *Eccles. c.* 1. *v.* 11. *Neqe præteritorum eſt memoria, neqe futurorum etiam apud eorum poſteros erit.* Verùm Marci mentem neviter aſſecutus videtur. Neqe enim avt rerum humanarum in genere vanitatem notare in animo Marcus hîc habuit, ſed eam tantùm qæ in futura claritate deprehenditur: Siqidem, præter τὸ τῆς ὑστεροφημίας ἐξίτηλον, *famæ poſtumæ memoriam fugitivam & evanidam*, qam ſuprà tetigerat; etiam hoc daro, poſſe hominum rerúmqe ab eis geſtarum memoriam in ævum omne extendi, *merum inane* tamen qiddam futurum τὸ ἀείμνηστον illud. Ità *ſupr.* § 3. Τὸ κενὸν τῆς ἐπιχάρτου. & *l.* 5. § 33. τὸ εὐδοκιμοῦν παρὰ τοιούτοις κενόν. Vide & *ſupr.* § 19. & *l.* 6. § 16.

Τί ἔν δεῖ, ἐφ' ᾧ δεῖ σπουδὴν εἰσφέρειν; ἐν τοῦτο] qare ἐν τοῦτο; qia τοῦτο μόνον δεῖ τὸ παρεσπευάσθαι δυνάμενον. *l.* 2. § 17. qia ἐν τοῦτο πολλοῦ ἄξιον. *l.* 6. § 47.

Ὡς ἀναγκαῖον] Vide *l.* 2. § 3.

Ὡς γνώσιμον] Vide *infr.* § 44. & 46. Seneca *de tranqill. c.* 11. de viro forti ac prudente: *Eodem animi robore præſtabit, neqid ex his qæ eveniunt, ſubitum ſit. qicqid enim fieri poteſt, qaſi futurum proſpiciendo, malorum omnium impetus molliet: qi ad paratos expectantésqe nihil afferunt novi; ſecuris & beata tantùm ſpectantibus [ſperantibus f.] graves eveniunt. morbus enim, captivitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum eſt. Sciebam in qàm tumultuoſum me contubernium natura cluſiſſet. totiens in vicinia mea conclamatum eſt; totiens prater limen immaturas exequias fax cereúsqe præceſſit: ſæpe alviùs ruentis ædificii fragor ſonuit: multos ex his qos forum, curia, ſermo mecum contraxerat, nox abſtulit, & vinctas ad ſodalitium manus copulatas intercidit. miror aliqando ad me pericula acceſſiſſe, qa circa me ſemper errarunt?* Vide *ad lib.* 7. § 61.

Ὡς ἀπ' ἐρχῆς τοιαῦτα καὶ πολλῶν ῥᾴων] Ità *lib.* 2. § 3. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. Pie admodum Chariclemus apud Dion. Pruſ. *orat* 30. Τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς ὅπως γέγονεν, ὡς ἔδοξε τῷ θεῷ. καὶ ἐμοὶ μὲν ἀπ' ἐκείνου γεγονέναι χαλεπὸν ἡγεῖσθαι, μὴ δὲ λυπεῖσθαι φέρειν. Vide *ad l.* 10 § 1.

§ 34. Ἔχειν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συμπλέκειν] Vide Cleanthis votum *ad l.* 3. § 4. & Epicteti *ad l.* 7. § 41. Senec. *epiſt.* 37. *Qod maximum vinculum ad bonam mentem, promiſiſti virum bonum. Sacramento rogatus es, eadem honeſtiſſimi hujus, & illius turpiſſimi autoramenti, verba ſunt, uri, vinciri, ferróque necari. Ab illis qi manus arenæ locant, & edunt ac bibunt, qæ per ſangvinem reddant, cavetur ut iſta vel inviti patiantur: à te ut volens libénsqe patiaris. & epiſt.* 107. *Ad hanc legem animus noſter aptandus eſt: hanc ſequatur, huic pareat. optimum eſt pati qod emendare non poſſis; & Deum, qo autore cuncta proveniunt, ſine murmuratione comitari.*

mitari. malus miles est qi imperatorem gemens sequitur. Paratos nos inveniat atque impigros fatum. hic est magnus animus, qi se Deo tradidit: at contrà ille pusillus ac degener, qi oblectatur, & de ordine mundi malè existimat, & emendare mavult deos, quàm se. Idem ep. 71. Magnus animus Deo pareat; & qicqid lex universi jubeat, sine cunctatione patiatur. Et de provident. l. 5. Boni viri laborant, impenduntur, impenduntur, & volentes qidem. non trahuntur à fortuna: sequuntur illam, & æquant gradus. Si scîssent, anteceſſiſſent. Mox, ubi Demetrii vocem illam adjecit, Hoc unum, Dii immortales, de vobis qeri posſem, qòd non antè mihi voluntatem vestram notam feciſtis. prior enim ad illa veniſſem, ad qæ nunc vocatus adsum. Subjungit; Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli. Vultis aliqam partem corporis? sumite. non magnam rem promitto. Citò totum reddam. Vultis spiritum? qid ni? nullam moram faciam, qò minùs recipiatis, qod dediſtis. à volente feretis, qicqid peticeritis. qid ergò est? maluiſſem offerre, quàm tradere. qid opus fuit auferre? accipere potuiſtis. Sed nè nunc qidem auferetis: qia nihil eripitur, niſi * retinenti: [* renitenti. f.] nihil cogor, nihil patior invitus: nec servio deo, sed assentio. Idem epist. 61. Da operam, nè qid unqam invitus facias. qicqid necesse est, futurum est. repugnanti, non volenti necessitas est, in volente necessitas non est. Ità dico, qi imperia libens excipit, partem acerbiſſimam servitutis effugit, facere qod nolit. Non qi jussus aliqid facit, miser est, sed qi invitus facit. Animum componamus, ut qicqid res exigit, id velimus. Et epist. 54. Nihil invitus facit sapiens. neceſſitatem effugit, qia vult qod ipsa coactura est. Itaq; qod Periander apud Avſon.

Faxis, ut libcat, qod est necesse.

& —*velis, qodcunqe necesse est.*

ſed & pleniùs Martial. l. 10. ep. 47.

Qod ſis, esse velis, nihilqe malis.

Παρίχων σωτῆσαι] Vide l. 3. § 4. & § 11. & supr. § 29. & l. 10. § 14. 21. Senec. de provident c. 5. Qid est boni viri? præbere se fato. Qin & piè admodum, & supra qod ab Ethnico sperari poterat, Epictet. Enchir. c. 38. Δεῖ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατέλαχέναι, τὸ πείθεσθαι τῷ θεῷ, καὶ ἕπεσθαι πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκωλύτως ἐπιτελεῖσθαι ἐκόντα, ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. & differt. l. 2. § 17. Μισεῖν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ θεὸς θέλει, καὶ τίς σε κωλύσει; τίς ἀναγκάσει; τῷ ὀρεκτῷ σε καὶ τῷ ἐκκλίσει τῷ πρὸς χρείαν· ἐκείνῳ παρέδος. ἐκεῖνος κυβερνάτω· μετ' ἐκείνου τετάχθω, καὶ πῶς ἐπὶ δυσφόρους; Deum dicit, qod Marcus κλωθὼ· i. e. fatum: qia fatum Stoicis, aut Deus ipſe, aut saltem Lex Dei. Senec. qæſt. nat. l. 2. c. 45. Vis illum Fatum vocare? non errabis. hic est ex qo suspensa sunt omnia; causſa causſarum. & de benefic. l. 4. c. 7. Hunc eundem & fatum si dixeris, non mentieris: nam cùm fatum nihil aliud sit, quàm series implexa causſarum, ille est prima omnium causſa, ex qa cætera pendent. Idem rursus de provid. c. 5. Ille ipſe omnium conditor ac rector scripſit quidem fata, sed & sequitur. Semper paret, semel jusſit. Qæ dicta notat Lipsius ex opinione, qà censebant Jovem dictare; (unde illud, Fatur, & est fatum) Parcas autem (ut Capella l. 1.) scribas ejus, ipsius decreta in æreas tabulas referre. & nat. qæſt. l. 2. c. 35. Ordinem rerum fati æterna series rotat, cujus hæc prima lex est, stare decreto. Epictetus idem apud Stob. tom. 1. l. 2. tit. 7. Μὴ ζήτει τὸ τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε, ὡς τὰ γινόμενα γίνεται, καὶ εὐροήσεις· ità enim legendum, pro eo qod codices exhibent perperam nullóqe sensu, unde & interpres omiſit prorsus, εὐρήσεις. atqe indè etiam corrigendi Epicteti codices impreſſi, qi Enchir. c. 13. unde Stobæus hæc decerpsit, exhibent etiam depravatiùs, qoad scripturam saltem, εὐποιήσεις. εὐροήσεις opponitur τῷ δυσροήσεις, qod supra positum est. Emendationem confirmant Laërtii illa l. 7. in Zen. Εἶναι δὲ αὐτὸ τοῦτο τέλος τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν καὶ εὔροιαν βίου, ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστου δαίμονος πρὸς τὴν τοῦ ὅλου διοικητοῦ βούλησιν. Idem Epictetus & differt. l. 3. c. 26. Ἐγὼ δὲ πάντως ὃ θέλων ἐκωλύθην, ὅτ' ἠναγκάσθην μὴ θέλων. παρεσκεύασται γάρ μοι τὸν ὁρμὴν τῷ θεῷ. θέλει τι; κἀγὼ θέλω. ὃ βούλεται, ὃ θέλω. καὶ τίς ἔτι μοι κωλύσει δύναται παρὰ τὸ ἐμοὶ φανόμενον, ἢ ἀναγκάσει ὃ μᾶλλον ἢ τὸν Δία. Ibid. Οὗτος ἐρίζησον καὶ ἐνόησον, ὅτι ἐὰν τῷ θεῷ παρατάξῃ τις ἑαυτὸν, διαλύσεται ἀσφαλῶς. πῶς λέγεις παρασκευάζεις ἵν' ὃ ἂν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ αὐτὸς θέλῃ, καὶ ὃ ἂν ἐκεῖνος μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸς θέλῃ. πῶς ἂν τοῦτο γένηται; πῶς γὰρ ἄλλως, ἢ ἐπανελθὼν τὰς ὁρμὰς τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ διοικοῦντος. & l. 1. c. 12. Πῶς ἐν ἐπιμέλειᾳ ἐγὼ ἐν παντὶ τῷ θεῷ; πῶς ἂν εὐαρεστήσαιμι τῇ θείᾳ διοικήσει; πῶς ἂν ἡσυχάσαιμι ἐλεύθερος; ἐλεύθερος γὰρ ἔζη, ᾧ γίνεται πάντα κατ' προαίρεσιν, καὶ ὃν ἐδεῖς δύναται κωλῦσαι. τί ἐν; ἀπόνοιά ἐστιν ἐλευθερίας. μὴ γίνοιτο. μανία γὰρ καὶ ἐλευθερίας εἰς ταυτὸν ἔρχεται. Ἀλλ' ἐγὼ θέλω πᾶν τὸ δοκοῦν μοὶ ἀποβαίνειν, κἂν ὁπωσοῦν δοκῇ. Μαινόμενόν ἐστι, παραφρονεῖς. ἔκ δίδασ, ὅτι καλὸν ἡ ἐλευθερία ἐστὶ καὶ ἀξιολόγον; τὸ δ' ὡς ἔτυχέ μοι βούλεσθαι, τά δ' ὡς ἔτυχε; δίζανία γίνεσθαι, τοῦτο κινδυνεύει, οὐ μόνον οὐκ εὖ καλὸν, ἀλλὰ καὶ πάντων αἴσχιστον εἶναι· πῶς γὰρ ἐπὶ γραμματικῶν ποιοῦμαι; βούλομαι γράφειν ὡς θέλω τὸ Δίωνος ὄνομα; οὐ. ἀλλὰ διδάσκομαι θέλειν ὡς δεῖ γράφειν. τί ἐπὶ μουσικῶν; ὡσαύτως. τί ἐν τῇ καθόλου, ὅπου τέχνη τις καὶ ἐπιστήμη ἐστίν; εἰ δὲ μὴ, οὐδενὸς ἦν ἄξιον τὸ ἐπισκοπεῖν τι, εἰ ταῖς ἑκάστων βουλήσεσι προσκρούσεται. ἐν ταῦτα ἦν μόνον ὅπου τὸ μεγίστου καὶ κυριωτάτου τῆς ἐλευθερίας, ὡς ἔτυχεν, ἐρεῖταί μοι θέλειν, οὐδαμῶς. ἀλλὰ τὸ παιδεύεσθαι, τοῦτό ἐστι, μανθάνειν ἕκαστα ὅτου θέλειν ὡς γίνε-

γίνεται, πῶς ὃ γίνεται; ὡς διέταξεν αὐτὰ ὁ διατάξων. Hinc Thymæridas apud Jamblychum in *vit. Pythag.* amico, qi discedenti tanqam fausta omnia precatus, dixerat, Ὅσα βέλῃ, παρὰ σοὶ θεῶν γένοιτό σοι. *Dii tibi dent, qæcunqe velis.* regessit, εὐχήμει· ἀλλὰ βελτίμιλλον μᾶλλον, ὅσα μοι παρὰ σοὶ θεῶν γένηται. *Bona verba, qæso. Velim ipse potiùs, qæcunqe dii dederint.* Hoc est qod Rufus Thraseæ in Epicteti *dissert. l. 1. c. 1.* Οὐ θέλεις μελετᾶν ἀρχαῖος τὸ δεδομένον; *Non vis discere in eo, qod est tibi datum, acqiescere?* Sic è nostris Eli sacerdos, *Reg. bist. l. 1. c. 3. v. 17.* Κύριος αὐτὸς τὸ ἀγαθὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει. *Dominus ipse est: faciat, prout ipsi bonum videbitur.* & *l. 2. c. 10. v. 12.* Joab imperator; Κύριος ποιήσῃ τὸ ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. *Faciat Dominus qod placuerit ipsi.* Judas Maccabæus, *Maccab. bist. l. 1. c. 3. v. 60.* Ὡς δ' ἂν ἡ θέλημα τοῦ οὐρανοῦ, ὅτω ποιήσει. *Faciat Deus prout ipse volucrit.* Siqidem cœlum ibi pro Deo; sicut Matth. *c. 21. v.* 25. & Luc. *c.* 15. *v.* 21. Pii illi, *Act. c. 21. v. 14.* Τὸ θέλημα τοῦ κυρίου γενέσθω. *Fiat Domini voluntas.* Jesus Dominus prout suos Deum orantes docuit dicere; Γενηθήτω τὸ θέλημά σου. *Fiat voluntas tua.* Matth. *c. 6. v. 10.* & Luc. *c. 11. v. 2.* sic & ipse Patrem suum comprecatus, Matth. *c. 26. v. 39.* & Marc. *c. 14. v. 36.* Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. *Veruntamen non qod ego volo, sed qod tu vis, fiat. Vide,* (inqit, Jo. Gerson. *consol. l. 2. c. 1.*) *utrum æqius sit, aut te voluntati divinæ conformando subdere, aut ut ipsa tuæ subserviat voluntati.* Sed & Seneca, sed idiomate suo, id est, naturali, locutus; *epist. 93. Utrum æqius judicas, te naturæ, an tibi parere naturam?* Respondeat Epictetus *dissert. l. 4. c. 7.* Ἀεὶ μᾶλλον θέλω τὸ γινόμενον κρεῖττον καὶ ἡγῶμαι, ὃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγὼ θέλω. Et *l. 2. c. 7.* Ἄλλο γάρ τι θέλεις, ἢ τὸ ἄμεινον; ἄλλο ἔν τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν; Augustinus item *epist. 149. Rectum est enim qicqid Domino placet. Et nos potiùs si nolumus qod ille vult culpandi sumus, qàm ille non rectè aliqid facere vel finere existimandus est.* Itaqe qod Senec. *ep. 74. Placeat homini, qicqid Deo placuit. Sic enim homo ab humanis in divina dirigitur, cùm voluntati humanæ voluntas divina præfertur.* Arg. *in Joan. tract. 52.* Vide & *l. 10. § 14.*

Συνῆσαι] sicut & συγκλῶσαι καὶ συμμοῦσαι, *innere,* sive *innectere* & *intexere*; tractum à fabulosis Parcarum fusis. Sic *infr.* §. 40. Ὅσα τις ἢ σύγκρισις καὶ συμμοῦσις. Epictet *dissert. l. 1. c. 12.* Σκέλος ἔν μοι γηΐδιον πεπερωμένον, ἀνθρώπου δὲ ἕτερον, εἶτα δὴ ἐν σκαλυδρείου τοῦ κόσμου ἐγκαλεῖς; ἐκ ἐπιδώσεις αὐτὸ τοῖς ὅλοις; ἐκ ἀπέχῃς; ἐ χαίρων παραχωρήσεις τοῦ δεδωκότος; ἀγανακτήσεις ὃ καὶ δυσαρεστήσεις τῷ τὸ τὸ Διὸς διατεταμένους, ἃ ἐκείνου μὲν καὶ Μοιρῶν παρόντων καὶ ἐπιλαθεσθῶν σὺ τίνι γένεσιν ἔσεσι καὶ διέταξεν; Vide *l. 3. § 11.* & *supr. § 26.*

§ 35. Πᾶν ἐφήμερον] Ità *l. 9. § 14.* Πάντα ἐφήμερα. Verùm istîc de personis, ibi de rebus: de hominibus ipsis hîc, ibi de humanis. de utrisq; Thucydides *l. 2.* ἐφήμερα τά τε σώματα καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως. Vide & *l. 8. § 25.* Allusum est autem ad animalculi illius historiam, de qo Aristot. *l. 5. c. 19.* Περὶ τὸν Ὕπανιν ποταμὸν ζῶον πλεῖστον, τετράπτερον ζῇ καὶ πέτεται μέχρι δείλης. καταφερομένου δὲ τοῦ ἡλίου ἀπαμαραίνεται, καὶ ἅμα δυομένῳ ἀποθνήσκει, βιοῦν ἡμέραν μίαν· διὸ καὶ καλεῖται ἐφήμερον. Et Ælian. *l 2. c. 4.* qi & vini fœcibus innasci tradit; Ζῶα ἐφήμερα ἅττα κέκληται, λαβύρινθα τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ μέτρου τοῦ χρόνου τὸν βίον. Plin. *l. 11. c. 36. Ad Hypanim Ponti fluvium volucre qadrupes, nec ultra diem unum vivit, unde & Hemerobion vocatur.* De eisdem Cicer. *Tusc. l. 1. Ex bestiolis qæ unum diem vivunt, qæ horâ octavâ mortua est, provecta ætate mortua est qæ occidente sole decrepita. confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, qâ illæ bestiolæ, reperiemur.* Plutarch. item *consol. ad Apollon.* Ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων ἐκείνων, ἅτερ ἱστορεῖται, περὶ τὸν Πόντον γινόμενα, τῷ ζωὴ ἔχειν ἡμερησίαν, ἕωθεν μὲν γινόμενα, μέσης δ' ἡμέρας ἀκμάζοντα, δείλης ὄντα γηρῶντα, καὶ τελευτῶντα τὸν ζῆν, οὐκ ἀκαίρων ἂν τὸ καθ' ἡμᾶς πάθος, εἰ τὴν ψυχήν τις ἀνθρωπίνη καὶ λογισμὸς ἑκάστοις ἐνεῖ, καὶ ταῦτα δή τι γ' ἂν σωφρονοῖεν; ὥστε τὸ ἐν μέσῃ τῆς ἡμέρας ἐκλείποντα θρήνου παρέχειν καὶ δάκρυα, τὰ ὄντα δημερεύοντα πάντως ἂν εὐδαιμονίζεσθαι. Inde ad hominem translatum; Eustath. ad illud *Odyss. φ. v.* 85.

Νήπιοι, ἀγρηοῦσιν, ἐφημέοις φρεσὶν ἴσοι·
Καλεῖται ἐφήμερα ζωύφια μίαν μόνον ἡμέραν ζῶντα. λέγεται ὃ τὸ ἐφήμερος καὶ ἐπ' ἀνθρώπου. Ità Silenus apud Aristotelem in *Eudemo,* referente Plutarcho *ad Apollonium* genus humanum vocat Δαίμονος ὄνειδος καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα. Certè Gregor. Naz. *Carm. de natur. human.* ἐφημερίοις simpliciter pro hominibus posuit, ubi dixit;

—ἀλλὰ σὺ πάμπαν
Γλῶσσαν ἐφημερίων ἔκφευγες ἀρεσκέων.

Sicut Homerus βροτοὺς sive mortales pro eisdem, ubi adjecto epitheto passim dicit, θνητοῖσι βροτοῖσι, & qod amplius est, ἀνθρώποις βροτοῖσι. Sed & Pindarus, teste Scholiaste *ad* illud Aristophan. *in Nubib.*

—τί με καλεῖς ὦ φήμερε;
—qid tu me vocas, homo?

in illis, Ὦ πάλαι ἐφήμερε. Antipho apud Stob. *tom. 2. tit. 96.* Τὸ ζῆν ἔοικε φορτὶ ἐφημέρῳ· τὸ τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρα μιᾷ. ἐφημέρων igitur πᾶν. i. e. totum genus humanum, qia βραχύβιον καὶ ἐλι-

γραφόντιον, ob vitæ brevitatem; qasi animalculi illius instar, unius tantùm diei sint. Aliâ ratione ἐφήμεροι καὶ ἡμερήσιοι dicuntur, qi *in diem vivunt*, de crastino nevtiqam soliciti. qo sensu Clemens *Pædag. l. 1. c. 11.* D. Christi præceptum illud Matth. *c. 6. v. 34.* Μὴ μεριμνᾶτε εἰς τῆς ἄυριον, explicans; ait Christiani hominis vitam esse βίον αὐτάρκη καὶ ἐφήμερον. Diogenémqe ἡμερήσιον indè dictum avtor est ex Satyro *de viris illustr.* Hieron. *adv. Jovinian. l. 2.* & in partem seqiorem ità vocantur etiam, qi præsentia tantùm spectant, futuros interim rerum exitus minimè prospicientes. Svidas: Ἐφημέριοι βροτοὶ, καθημερινὰ εἰδότες, ὑ σφοδρῶσθοι τὸ μέλλον. atqe ità accipiendum Homeri illud, ἐφημέσια φρονέοντες. de scenicis & palæstricis Neronianis Plut. in Galb. ἀνελώκεσαν γὸ ὁι πλείστοι ἧ λαβόντων ἐφήμεροι καὶ σαπυκνοὶ τὸ βίῳ ἄνθρωποι. qod Persius *Sat. 3. v. 68. ex tempore vivere: in diem vivere* Cicero *de orat. l. 2.* qi barbarorum esse hoc ait. *Si barbarorum*, inqit, *est in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent.* At brutorum, Gregor. Naz. in *Julian. 1.* Οἷς τὸ ζῆν τοῦτο νομίζεσθαι μόνον, καὶ ὐκ ἐξικνεῖσθαι τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ ἐπειδὴν, ὑδὲ εἶναί τινα νομίζειν ἧ τῇ ὑ βεβιωμένων λογισμὸν καὶ ἀντίδοσιν· ἀλλὰ ζῶσι βίον ἀλόγων, τὸ ποῖς ἡμέραν καὶ τὸ παρὸν ἀεὶ βιωλεύοντες.

Καὶ τὸ μνημονεῦον] Vide *suprà* § 19. & *l. 7.* § 5. Cas. ista qomodo cum seqentibus committit, videas licet, si otium est. Mihi Xylandri dispositio magis arridet.

§ 36. Πάντα κατὰ μεταβολὴν γινόμενα γίνεται] leg. ὅτι πάντα—γίνεται. ut in membro proximè seqenti, ὅτι ὑδὲν ὕτως φιλεῖ.

Κατὰ μεταβολὴν] Ità *l. 7.* § 18. Τί γὸ διώκεται χωρὶς μεταβολῆς ἡδονῆς; Vide *ibid.* § 25. & *l. 6.* § 15.

Οὐδὲν ὕτως φιλεῖ ἡ ἧ ὅλων φύσις] Ità *l. 7.* § 16. Τί καὶ φίλτερον τῇ ἧ ὅλων φύσεως & *l. 9.* § 32. Χαίρει τύτῳ ἡ ἧ ὅλων φύσις. Tertull. *de pall. c. 2. Certè habitum vertere naturæ totius solenne munus est.*

Ποιεῖν νέα ὅμοια] ἵνα ἀεὶ νεαρὸς ᾖ ὁ κόσμος. *l. 7.* § 25.

Σπέρμα γὸ τέρπον πνέ] qia istud ex illo nascitur. Ità σπόρμα τῆς ἡδύσεως, τὴν ὑλὴν dixit Hermes *ad Tatium* citante Stobæo *tom. 1. lib. 1. tit. 14.* Et παναιτρείαν ἧ στοιχείων, τὴν φύσιν, Democritus & Levcippus, apud Aristot. *de cœlo l. 3. c. 4,* &

——*discordia semina rerum,*

Naso *Metam. l. 1.* sed & sensu adhuc latiore Plinius in *panegyr. Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumqe semina Deus; & plerumqe bonorum malorúmqe caussa sub diversa specie latent.* Et Demosth. *pro Coron.* Ὁ γὸ σπέρμα παρασχὼν, ὅτῳ ἧ φυτῶν κακῶν ἄπ. *Qui semen*, i. e. caussam, occasionémve *præbuit, is malorum indè enatorum avtor meritò habetur.* Hoc est quod Paulus *ad leg. Aqil. l. 22. Pandect. l. 9. tit. 2. c. 30. Qi occasionem præstat, ipse damnum feciss videtur.* Cicer. *Philip. 2. Ut igitur in seminibus caussa est arborum & stirpium: sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti.* De Corinthiorum beneficentia Apostolus ad eosdem *ep. 2. c. 9. v. 10.* Ὁ ὲπιχορηγῶν τὸ σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσει, καὶ πληθυνεῖ τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ ἀυξήσει τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Synesius etiam *ad Arcad. Imper. orat. de regno:* Ἐγὼ δ' ἂν δίκαιον εἶναι νομίσαιμι φρῶτα ἧ ἑαυτῆς σπερμάτων τῆς βλάσης, ὅσον σε πλάτος βασιλέα, τοῦτο περιφῶναι. Senec. *ep. 120. Naturi nobis semina scientiæ dedit; scientiam non dedit.* & Cicer. *de finib. l. 5. In pueris virtutis semina, scintillulas igniculos videmus. Naso Trist. l. 2*

——*ludi qoqe semina præbent*

Negitiæ.——

Τὰ εἰς γλῶ ἢ μήτεργν καταβαλλόμενα] indè σπέρμα καταβολὴ, de Sara usurpatum Apostolo *ad Hebræos c. 11. v. 11.* de qo multa gratis argutantur interpretes, Piscator cumprimis. τὰ εἰς γλῶ καταβεβλημένα dixit, qomodo Chrysippus apud Laërtium in *Zenone*, ἓν τὸ σπέρμα πεῦμα χ' τλῶ ὑσίαν, ὡς ὤλεν ὲκ ἧ εἰς τλῶ γλῶ καταβεβλημένων σπερμάτων, ἃ παλαιωθέντα ὐκ ἐπ φύεται. qod de obscœnis Onanis æmulis, cur intelligi velit Lipsius *physiol. Stoic. l. 3. c. 6.* caussam nullam video. de humano reverà locutus fuerat; sed à Satorum seminio argumentum duxit, qo firmaret de illo qod dixerat. Vide *ad l. 6.* § 15.

§ 37. Ἤδη τεθνήξη] Vide *suprà*, § 12. & *l. 2.* § 6. & *l.* 10. § 1. Plut. Stoicas tricas ridens, *de commun. notit. c. 37.* ἔκρος ἡμῖν, ὡς ὅσιος, γέγονε μὴ ἀρξάμενος τοῦ ζῆν· καὶ τεθνήξεται, μὴ παυσάμενος.

Ἀνύποπτος τῇ βλακείᾳ] Vide *l. 2.* § 17. & *l. 7.* § 53. & *l. 10.* § 12.

§ 38 Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῆς διέλεπε] Videri possit Marcus repugnantia planè præcipere; cùm *supr. l. 2.* § 8. & *infrà l. 7.* § 55. prohibeat, περιελόμενον ἀλλότρια ἡγεμονικά, i. e. *aliorum animos intueri:* istic autem illos eosdem considerare jubeat. Verùm ipse ista optimè conciliat; *l. 3.* § 4. ubi hoc vetat fieri, χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελοῦς ἀνάγκης, *sine justa utilique caussa.* Non vult itaque ut aliorum animos sensúsqe intimos indagemus, aut per meram curiositatem divagando, aut de nobis factisq; nostris qid senserint, sensurive sint, solicitè cogitando: vult tamen, ut eosdem nobis ob oculos ponamus, qò minùs ipsorum opinionibus moveamur, & vel encomia captemus, vel vituperia curemus: cùm in

eis.

eis bonum noſtrum nevtiqam conſiſtat: quod ſubjungitur protinùs § 33.

Καὶ τοὺ φρονίμως] *& prudentes.* Xyland. ego ſuſpicor Marcum τὰς φρονίδας ſcripſiſſe, *& curas eorum.* eò magis, qia ſequitur, διὰ φόβους, διώκων. Ità Perſius Satyram ſuam exorſus eſt:

O curas hominum!--

curæ avtem hominum in rebus fugiendis & expetendis maximè ſe produnt.

§ 39. Ἐν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὸν οὐχ ὑφίσατται] neqe ergò meliorem te, neqe deteriorem efficere poteſt opinio de te aliena.

Οὐδὲ μὲν ἐν τινι τροπῇ ἢ ἐπιρρόσει τοῦ ἀέρος] ὑδὲ μὲν, leg. τὸ ἀέρον avtem hìc *cælum* intelligit Xylander. atque ità τὸ ἀέρον pro cœlo ſive aere ambiente crebrò ſumitur. Polyb. *l.* 2. Περὶ δὲ τὴν θάλατταν καὶ τὸ ἀέρον, ὅταν παραβάλωνται καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαπώμασι περιπίπτουσι. Theophraſt. *de cauſ. plant. l.* 1. *c.* 9. δεῖ γὰρ μὴ κραλεοὺς μηδὲ κωλύεσθαι τὴν κράσιν ὑπὸ τοῦ ἀέρος. & *c.* 17. Ἐις πλέον γὰρ καὶ χρόνον μικρὰ μεταβαλόμενον ἧττον ἀρκεῖ, συνίσταται τὸ ἀέρον τοῦτο ἐκ βλάσεως. & Marcus, τὸν περιέχοντα ἀέρα, dixit *l.* 8. § 54. Hæc igitur, ſi Xyl. ſequimur, Marci mens eſt futura, ab aëris ambientis ſtatu vario, etſi rerum aliarum bona maláve habitudo pendeat, qod in ſtirpibus Theophraſtus obſervat; at hominis, qâ hominis, non item. Multum ſanè valet aeris cœliqe ambientis affectio, & locorum indè profecta diſpoſitio, ad ingenii etiam indoliſque humanæ, affectuum etiam ſtudiorúmqe varietatem producendam. Ità Virgil. *Georg. lib.* 1.

Verùm ubi tempeſtas & cœli mobilis humor
Mutavere vias;--
Vertuntur ſpecies animorum & pectora motus
Nunc alios, nunc concipiunt alios.--

unde & Plin. *l.* 2. *c.* 6. *Solem, dum cœli triſtitiam diſcutit, etiam humani nubila animi ſerenare,* dixit. Qin & Polybius *lib.* 4. de Arcadibus ſuis: ἢ γὰρ ὑδῶν αὐτοῖς εἰσι τινες αἱ τοῖς παρέπονται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ συνότητα τὴν ἐν τοῖς τόποις ὑπαρχουσαν, ὧν συμβαίνει πᾶσι φύεσθαι πάντας ἀνθρώπους κατ' ἀνάγκην. ὃ γὰρ ἐν ἄλλοις, διὰ τοῦτο τὴν αἰτίαν καὶ τὰς ἐθνικὰς καὶ τὰς ὁλοχερεῖς διαφόρους πλεῖον ἀλλήλων διαφέρουσι, ἤθεσί τε καὶ μορφαῖς καὶ χρώμασιν, ἔτι δὲ ἐπιτηδεύμασι τοῖς πλείοσι. Cicero *Agrar.* 2. *Non ingenerantur hominibus mores tam è ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipſa natura loci, & à vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & vivimus.* & qæ ſequntur. nam argumentum hoc latiùs perſeqitur. Idem *de fato: Inter locorum naturas quantum interſit, videmus. alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes: in aliis eſſe pituitoſos & qaſi redundantes, in aliis exiccatos atqe aridos: multáqe ſunt alia, qæ inter locum & locum plurimùm differunt. Athenis tenue cœlum; ex qo acutiores qoqe putantur Attici: Craſſum Thebis; itaqe pingues Thebani & Valentes.* Philo. *de provident.* apud Evſeb. *præpar. l.* 8. *c. ult.* de Græcia: Μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀφθόνως ἀνθρωπογονεῖ, φυτὸν ἡρώϊνον, καὶ βλάσημα θεῖον ἠκριβωμένον, λογισμὸν ἀποτελοῦσα οἰκειότροπον ἐπιστήμῃ. τὸ δ' αὖπον, λεπτύνει αἴρεις ἢ διάνοια πυρικαὶ ἀκονάσας. διὸ καὶ Ἡράκλειτος ἐκ τοῦ σκοτεῖ φησιν, ἡ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Ego corpus potiùs ipſum intelligi exiſtimo, qod animam qaſi ambit. atqe ità etiam Cæſ. accepit. de hoc enim mox verba facit; de cœlo nihil. τὸν ψυχρὸν τὸ σῶμα περιέχειν dicit; qomodo τὸ ζῶον, τὸν ψυχρὸν ἐπέχειν, § 34. Sed & τῷ σώματι τὸν ψυχρὸν περιέχεσθαι, *lib.* 3. § 7. Cæterùm & iſtìc qæri poterat, qomodo verum ſit, hominis malum à corporis ſtatu non pendere, qum pro corporis affectionibus variis animus etiam pariter affici videatur. Ariſtot. *Phyſiognom. cap.* 1. Ὅτι καὶ διάνοιαι ἅπονται τοῖς σώμασι, καὶ ἓν εἰσὶν αὐτοῖς μεθ' ἑαυτὰς ἀπαθεῖς ὄσαι περὶ τὰ σώματος κινήσεων, τοῦτο δὲ ὅλον πάνυ γίνεται, ἔν τε ταῖς μέθαις καὶ ταῖς ἀφροσύναις. πολὺ γὰρ ἐξαλλάπτουσι φαίνονται αἱ διάνοιαι ὑπὸ περὶ τὰ σώματος παθημάτων. καὶ τἀναντίον ἢ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα συμπάσχον φανερὸν γίνεται, ἐπεί τε ἔρωτες, καὶ φόβοι τε, καὶ τὰς λύπας, καὶ τὰς ἡδονάς. Et rurſus *c.* 4. Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιωθῆναι συμβαλλοιτὸ τὸν τοῦ σώματος μορφὴν ἀλλοιωθῆναι συμβαλλοιτὸ τὸν τῆς ψυχῆς ἕξιν. qod Lucil. *Sat. l.* 26.

Animo qi ægrotat, videmus corpore hunc ſignũ dare:
Tum doloribus confectum corpus animo obſiſtere.

Verùm reſpondebit Marcus nec iſta τὸν προαίρεσιν immutare, etiamſi operationem impediant. Vide *l.* 5. § 20. Vide & *l.* 10. § 1. & *l.* 12. § 2.

Ὅτι τὸ ὑπολαμβάνον] id eſt, ὅτι δύναμις ὑπολητική, de qa *l.* 3. § 9. ἐν τῷ ἡγεμονικῷ.

Τοῦτο μὴ ὑπολαμβανέτω] qod ſupr. § 7. ἔφην τὸν ὑπόληψιν, ἤρτα τὸ, βέβλαμμαι.

Τοιοῦτόν ὄζι] leg. τυτίζι. atqe ità Xyl. cujus verſionem admiſit Lugdunenſis, ſed mendum retinuit.

Ὁ γὰρ καὶ τῷ κατὰ φύσιν βιοῦντι ἐπίσης συμβαίνει] deeſt alterum diſtributionis membrum, ità ſupplendum; ὁ γὰρ [τῷ παρὰ φύσιν] καὶ τῷ κ. β. reſpondent enim duo hæc membra ſuperioribus illis, κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ. Vide *ad l.* 2. § 11.

Οὔτε τοῦτο κατὰ φύσιν ὄζιν, ὔτε παρὰ φύσιν] Seneca, *epiſt.* 66. *Media qæ nihilo magis ſecundùm naturam, qàm contra naturam ſunt.* Vide tamen ibidem eundem de iſtis ſubtiliùs pavlò argutiúsqe differentem ac diſtingventem.

§ 40. Ἐν ζῶον τὸν κόσμον] Syneſ. pariter *de inſomn.*

ἐνσωμ. ἐν ἱνὶ ζῴῳ τῷ κόσμῳ. Thales ἔμψυχον τὸν κόσμον primus dixisse videtur. Laërt. *l.* 1. Pythagoras item, κόσμον ἔμψυχον, νοερόν. Idem *l.* 8. & *l.* 7. in *Zenon.* "Οτι ὁ κὸσμος, καὶ λογικὸν, καὶ ἔμψυχον, καὶ νοερόν. Ex Chrysippi Apollodori, & Posidonii sententia. id indè probant, quia τὸ ζῶιον τοῦ μὴ ζῴου κρεῖττον· οὐδὲν δὲ τοῦ κόσμου κρεῖττον· ζῶον ἄρα ὁ κόσμος. *præstantius est animans non animante: at mundo nihil præstantius: mundus itaque est animal.* Et rursus; Τὸν ὅλον κόσμον ζῶον εἶναι ἔμψυχον καὶ λογικόν. Sed & Hermes *pemand. c.* 10. Ὁ μὲν κόσμος θεὸς ἐστιν, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀθάνατος ζῶον μετὰ τὸν κόσμον. Et Plato (qod Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 25.) τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε dixit, eodem qo Stoici argumento usus. Verba hæc sunt in *Timæo.* Θέμις δ' ἐκ εἶν ὅτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον· λογισάμενον δ' ἐν ἕυεισιν ἐκ τῆδ' κατὰ φύσιν ὀρθῶς, εἶδεν αὐτὸν τὸν νοῦν ἔχοντος ὅλου κάλλιστ' ἔστε δὰ πρὸς ἔργων· νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, ἵνα μὲν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ σώμασι συνίστας, τὸ πᾶν συνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἰη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένον. ὕπως δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον, ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γένεσιν πεφυκέναι. Hoc est, ut Cicero *de universo*: **Fas** autem nec est, nec unquam fuit, qicquam nisi pulcerrimum facere eum, qi esset optimus. qum rationem igitur habuisset, repcriebat nihil esse eorum qæ naturâ cernerentur non ntelligens intelligente in toto gencre præstantius: intelligentiam autem nisi in animo, nullâ aliâ in natura posse reperiri. qo circa intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. *Sic ratus est opus illud effectum esse pulcerrimum.* qam ob caussam non est cunctandum profiteri, si modò invcstigari conjecturâ potest, hunc mundum animal esse, idqe intelligens, & divinâ providentiâ constitutum. Idem *Timæum* suum sic clavdit. Θνητὰ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν, καὶ συμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, οὕτω ζῶον ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητὸς (vel ut alii volunt εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητὸς,) μέγιστος καὶ ἄριστος, κάλλιστος τε καὶ τελεώτατος γέγονεν, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν. Julian. *Orat.* 4. Ὁ σύμπας κόσμος ἕν ὄζει ζῶον, ὅλον δ' ὅλα ψυχῆς καὶ νοῦ πλῆρες, τέλειον ἐκ μερῶν τελείων. Indè Nicephorus Gregoras *hist. l.* 4. *c.* 14. Ἓν γὰρ ὁ κόσμος σῶμα συμφυὲς, ἐκ μερῶν καὶ ὅλων, ὡς ὁ ἄνθρωπος, φάναι, συγκείμενον. Quinetiam animalis istius partes membráqe si vis, præcipua saltem, habebis apud Plutarchum *de facie Lunari; Solem cor, Lunam jecur, stellas oculos, Terram ventrem, Mare vesicam.* Seciùs pavlò qàm Sarapidis oraculum apud Macrob. *Saturn. l.* 1 *c.* 20.

Ἐγὼ μὲν κόσμος κεφαλὴ, καρδίη δὲ θάλασσα,
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὖατ' ἐν αἰθέρι δεινῷ,
Ὄμματα τ' ἠλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Mi cœlum caput est, mare venter, terra pedes sunt,
Sunt aures æther; oculus Sol omnituens est.

Qin & sexum, eúmqe geminum assignat Jarchas ex Indis sapientibus. Siqidem de mundo qærenti Apollonio respondebas. ζῶον τὸν κόσμον· ζωογονεῖν γὰρ τὰ πάντα· ἀμφοῖν, ἄρσενός τε καὶ θηλείας φύσεως· αὐτὸν γὰρ αὖτῳ ξυγγινόμενον, τὰ μητρός τε καὶ πατρὸς εἰς τὴν ζωογονίαν πεφῦσιν. Philostr. *l.* 3. *c.* 11.

Μίαν οὐσίαν] Ità *l.* 12. § 30. μία οὐσία κοινή. materia nimirum prima. Laërt. *lib.* 7. in *Zenon.* & Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 14. οὐσίαν δὲ φασι τὴν ὄντων ἁπάντων τὴν πρώτην ὕλην.

Ψυχὴ μίαν] qam & καθολικὴν vocat *l.* 6. § 14. & τὴν τῶν ὅλων ψυχὴν. *l.* 5. § 30. & τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν. *l.* 7. § 75. Vide *supr. ad* § 21. & 29. Laërt. *l.* 7. in *Zen.* Ἔμψυχον δὲ τὸν κόσμον, ἔλεγον ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐκεῖθεν ὥσπερ ἀποσπάσματος. Et *ibid.* Τὸν δὲ κόσμον οἰκείως καὶ τοῦ νοῦ καὶ τῆς προνοίας, εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῖν τῆς ψυχῆς. Theophilus itidem *ad Autolyc. l.* 2. de Stoicis: Ἄλλοι δ' αὐτὸ δι' ὅλου χωρητικὸν πνεῦμα, θεὸν δημαίζουσι. Et Cleanthes apud Hermiam in *irrif. philos.* Τὴν ψυχὴν δὲ ὅλου τοῦ κόσμου διήκειν· ἧς μέσης μετέχομεν ἡμεῖς ψυχῆς. Qin & Plato in *Cratylo* ex Anaxagoræ sententia, τὸν Δία, τὸν διὰ πάντων ἰόντα. Manil. *Astron. lib.* 2.

——*cum spiritus unus*
Per cunctas habitet partes, atqe irriget orbem,
Omnia pervolitans.—— Et Maro *Æn. l.* 6.
Principio cœlum, ac terram, campósqe liqentes,
Lucentémqe globum Lunæ, Titaniáqe astra,
Spiritus intùs alit: totámqe infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Spiritum autem hunc disertè *Deum* nuncupat (qod & Minutius in *Octavio*, & Salvianus *de provident. l.* 1. *c.* 1. advertêre) *Georg. l.* 4. verbis illis,

--*Deum namqe ire per omnes*
Terráqe, tractúsqe maris, cœlúmqe profundum.

Pythagoreo etiam (Lactantio referente, *de ira Dei c.* 11.) *Deus mens est incorporalis, qæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta, vitalem sensum cunctis animantibus tribuit. Spiritus per omnia, maxima, minima, æquali intentione diffusus.* Senec. *ad Helv. c.* 8. *Spiritus permeator universitatis.* Cleanthes apud Tertull. *apolog. c.* 21. Hinc illud Arati.

--αἰεὶ δ' Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί·
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ· μεστὴ δ' θάλασσα,
Καὶ λιμένες· πάντῃ δ' Διὸς πεπλήσμεθα πάντες.

Et Maro, *Eclog.* 3. ——*Jovis omnia plena.*

Atqi Zenonem hoc nomine notat Tatianus *adv. Græc.* qòd secundùm illius rationes, ὁ θεὸς ἐν ἀμάραις τε καὶ σκάληξι καὶ ἁρπαγοῖς κατάγεται. De Deo ipse: Πνεῦμα ὁ θεὸς, διῆκον διὰ τῆς ὕλης, κοσμημάτων δὲ ὑλικῶν, καὶ ὅλ' ἐν αὐτῇ χωνάτων κατασκευάσης. Sed & de Stoicis Clemens in *hortat.* διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀπιμοτάτης τὸ θεῖον δι-

ήκειν

ἀπαν λέγοντας. & *Strom. l.* 1. adjectâ etiam censurâ suâ: σῶμα ὅλα τὸν Θεὸν διὰ τῆς ἀπιμοτάτης ὕλης παριστάνειν λέγουσιν· ἀ κρλῶς. & rursus *Strom. l.* 5. Φασὶ σῶμα εἶ) τὸν Θεὸν οἱ Στωικοὶ, καὶ πνεῦμα κατὰ οὐσίαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχήν. quod utrumque ex sacris scripsis haussisse illos avtumant; Ἀλλ' ἐκ μὲν, inquit, ἀπίστου διὰ πίστεως τῆς κατ' αὐτὸν Θεὸν φασὶ· ἡμεῖς δὲ πιστεύομεν αὐτὸν μόνον κεκλῆσθαι, καὶ λόγῳ πιστεύειν. (quod & suprà Tatianus) hoc avtem, Deum omnia permeare, ex eo, quod in *Sapientiæ Solomonis libro, c.* 7. *v.* 24. de sapientia dicitur, ἥκνει καὶ χωρεῖ διὰ πάντων, perperam accepto, traxisse, cùm non de æterna Dei, eâdemque Deo, sapientiâ enunciatum id sit. Verùm, & de istâ Prisci plerique sumunt; nec ab avtore isto sumpsisse sectæ illius conditores verosimile est, cùm sint eo dubio procul antiquiores. Cæterùm quòd *corpus* illi, havd sanè, quoqam & Tertullianum Deum corpus dixisse monet, simul & refellens, Avg. *de Genes. ad lit. l.* 10. *c.* 25. atque ità reverâ ille *adv. Prax. c.* 7. *Quis negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis.* Verùm *Corpus* ille (quod & Avgust. *ad Quæstiones c.* 86. agnoscit) *Substantiam* intellexit. Sic enim *adv. Hermog. c.* 35. *Ipsa substantia corpus est rei cujusque. & de carn. Christ. cap.* 11. *Omne quod est, corpus est sui generis. nihil est incorporale, nisi quod non est.* At quod *omnia permeare Deum* havd malè. Siquidem de se Deus ipse per Jeremiam vatem *c.* 23. *v.* 24. *Annon cælum & terram impleo ipse.* Hieron. *ad Marcell. q.* 5. *In omnibus infusus, & circumfusus, ut cuncta penetret interior, & contineat exterior.* Et Hildebert. in *Symbol. Intra omnia, nec inclusus: extra omnia, nec exclusus.* Hinc celebre illud, quod Jo. Gerson habet *in Cantic. Mariæ Conc.* 3. & Trismegisto Alex. Halens. *post. 1. q.* 7. *m.* 1. Empedocli tribuit Jo. Tritenhem. *ad Cæsar. q.* 1. *Deum esse sphæram intelligibilem, cujus centrum ubique, circumferentia nusquam sit.* Consensum ferme Jul. Scaliger Trismegisto asserit, sed explodit ipse, *de subtil. exerc.* 363. *Pigmentum fallax,* inquit, *Trismegisti illud, Deus est cujus medium in centro, circumferentia ubique. pessimè. namque medium assignat infinito. & circumferentiam qi dat, finitum facit. tum si ubique erit circumferentia, erit etiam in medio. & idem fiet centrum cum circumferentia.* Et illud reverâ perièc aptiùsque pigmentum ac figmentum, infinitati divinæ depingendæ. Clemens ipse ex Pythagoræ sententiâ, quam & probare videtur, *in hortatorio*: Ὁ μὲν Θεὸς εἷς· χ' ἕτερος ἢ, οὐχ, ὥς τινες ἀνοήτως, ἐκτὸς τῆς διακοσμήσεως, ἀλλ' ἐν αὐτῇ ὅλῳ, ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπίσκοπος ἁπάσης γενέσεως, κράσεως ἁρμὸς ὅλων· πάντων τεκτὼν, νοῦς, καὶ ψυχωσις τοῦ ὅλου κύκλου, πάντων κράτος. quod ille διὰ ἑπτοίας, de Deo dictum contendit. Cæterùm Stoici ità universum hoc Deum permeare; ut numen cum mundo unum *ζῶον* ἀΐδιον constitueret. Vide *supr.* § 23. quod est à pietate Christianâque disciplinâ alienum.

Εἰς αἴδιον μίαν πολιτείαν, πάντα ἀναδίδοται] Vide *supr.* § 27.

Ὁμοῦ μὲν πάντα περέχει] Apostolus *ad Rom. c.* 8 *v.* 28. Πάντα συνεργεῖ τὰ *cooperantur omnia.* & Marcus *l.* 6 § 42. Πάντες εἰς τὸν κατὰ λεπτομέρειαν συνεργοῦντα.

Πάντα πάντων ἐν γνωσθέων σωματα] Ità *l.* 5. § 8. σωτήρια καὶ σωτήρια, ὥσπερ ἐν μορίοις, ὅταν ἢ καὶ ἐν ὅλοις. Eleganti similitudine illustrat hoc Clemens, *Strom. l.* 1. Οἱ πολλοὶ ἀνθρώπων οἱ καθ' ἑκάστην πόλιν ναῶν, ἃ πολλὰ ἄπτα λέγουσιν ἂν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἕπτον ἂν· ἃ ἐστι δὲ ἕπτα καθ' ἑκάστην πόλιν ναῶν, ἀλλὰ σοφὸς τοῖς ἄλλοις αἰτία καὶ σωτήρ. τάχα ἢ καὶ τὸ σωματον ἕπτον.

Οἷα τις ἡ σωτηρια καὶ συμπάρυσις] quod alibi ἱερὸν σωτῆρα vocat. *l.* 7. § 9. καὶ σωτέσιον καὶ σωτάξιν ἔνλογον; *infrà* § 45. Vide & *suprà* §§ 27. & 33.

§ 41. Ψυχάριον εἰ βαστάζον νεκρόν] Arnobius *l.* 2. *Quid sunt homines, nisi animæ corporibus illigatæ?* at Epictero *homo est animula bajula, sive gestatrix cadaveris,* h. e. corporis. quod χωλὸς πνεῦμα καὶ νεκρὸν ἐστιν. Jacob. *c.* 2. *v.* 26. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 19. Τὸ νεκρὸν ἅπτε μου κύριε καὶ λάβε αὐτόν. Idémque *l.* 3. *c.* 10. *de corpore;* Τὸ μὲν ἐμὸν, τὸ φύσει νεκρόν. Et *ibid. c.* 22. Πῶς ἢ μέγα ἢ ἀξιόλογον, τὸ φύσει νεκρὸν, ἡγῇ, ὁ πολλῆς Numen. *de bono l.* 1. apud Evseb. *præpar. Evang. l.* 15. *c.* 14. Ἐπεὶ ἢ τε σώματα ἐξ ὑφ' ὑποστάσεως καὶ νεκρὰ, καὶ διαφορεύμενα, καὶ ἀεὶ ἐν ταὐτῷ ἀφανίσια, ἀρ' οὐχὶ τοῦ καθέξοντος αὐτῆς δεῖ; Heraclit. *ad Alcidam. ep.* 1. Ἡ ψυχὴ ἐκφεύγουσα, καθ' ὅσα, ἐκκαλύπτεται βίον σῶμα τηρεῖν τοῦτο. Hermes *ad Tat.* apud Stob *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 40. Ψυχὴ δὲ ἀνθρώπου ἐχεῖται τὸν τρόπον τοῦτον· ὁ νοῦς ἐν τῷ λόγῳ· ὁ λόγος ἐν τῷ ψυχῇ· ἡ δὲ ψυχὴ ἐν τῷ πνεύματι· τὸ πνεῦμα δὲ διοῖκον (leg. διῆκον) διὰ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, καὶ ἅμαξις κινεῖ τὸ ζῶον, καὶ αὐτὸ χρόνον τινὰ βαστάζει. Arnob. iterum *ubi suprà. Audetis ridere nos, quòd animarum nostrarum provideamus saluti, id est, nobis ipsis? quid enim sumus homines, nisi animæ corporibus clavsa?*

§ 42. Οὐδὲν κακὸν τοῖς ἐν μαλακοῖς] Vide *suprà* §§ 5. & *l.* 7. § 22.

§ 43. Πολαμὸς τις καὶ ῥεῦμα βίαιον ὁ αἰὼν] Ità *l.* 2. § 17. τὸ τοῦ σώματος πολαμὸς. & *l.* 6. § 15. ἐν δὴ τούτῳ τῷ πολαμῷ. & *l.* 7. § 19. Διὰ τῆς ὅλης ὕλης, ὡς διὰ χειμάρρου, διεκπορεύεται σπέρμα. Naso *artis l.* 3.

——cum animare fluentis aqua.

& *Metamorph. l.* 15.

——assidue labuntur tempora motu,

Non secus ac flumen: nec etiam consistere flumen,
Nec levis hora potest.

Basil. *homil.* 24. Ποταμὸς ὁ βίος ἡμῶν, ῥέων ὁμαλῶς καὶ νύμασιν ἀλλήλοις πλημμυρούμενος. Τὸ μὲν γὰρ παρέρρυσεν ἤδη, τὸ δὲ ἔτι πρόεισιν. Augustin. *de Trin. l.* 4. *c.* 16. *Quasi fluvio quodam decurrit genus humanum.* Qui & Heraclitus apud Laertium. *l.* 9. ῥεῖν τὰ ὄντα ποταμοῦ δίκην. Cujus & celebre admodum effatum illud, quod Heraclides Pont. *de allegor. Homer.* Sic extulit: Πολλοῖς τοῖς αὐτοῖς ἐμβαίνομέν τε καὶ οὐκ ἐμβαίνομεν· εἰσί τε καὶ οὐκ εἰσίν. Aristot. ex parte explicat *polit. l.* 3. *c.* 2. Πότερον ἔστιν ἂν ἡ τὸ μένον τὸ αὐτὸ τῆς κατοικίας των, τοῦτο αὐτοῦ δεῖ φάσκειν πόλιν, καίπερ ἀεὶ τῆς μὲν φθειρομένων, τῆς δὲ γινομένων· ὥσπερ καὶ ποταμὸς εἰώθαμεν λέγειν τὸν αὐτόν, καὶ κρήνας τὰς αὐτάς, καὶ ὅτι ἀεὶ τὸ μὲν ἀπογινόμενον νάματος, τὸ δὲ ἐπιγίνεται. Plato in *Cratylo*: & inde Stobeus *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 24. Λέγει που Ἡράκλειτος, ὡς πάντα χωρεῖ, καὶ οὐδὲν μένει· καὶ ποταμῷ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα, λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Plut. *natur. quæst.* 2. Τὰ πηγαῖα καὶ ποτάμια ῥεύματα θερίζεται δῆλα καὶ νεογιΐοις· Ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης· ὡς φησὶν Ἡράκλειτος· ἕτερα γὰρ ἐπιῤῥεῖ ὕδατα. Et de *fera vindict.* ἢ λήσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαντα πρήγματα ποταμοῦ ἐμβαλόντες, εἰς ὃν οὐ φησι δὶς ἐμβῆναι, τὰ πάντα νυεῖν καὶ ἑτερορρεῖν πῶς φύσιν μεταβάλλοντα. Et ad nostri mentem aptissimè, *lib. de E I Delph.* Πολλαμοῦ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ, καθ' Ἡράκλειτον· οὐδὲ θνητῆς οὐσίας δὶς ἁψασθαι κατ' ἕξιν· ἀλλ' ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς σκίδνησι καὶ πάλιν συνάγει, προέρχεται καὶ ἥκει. Ὅθεν οὐδ' εἰς τὸ εἶναι φαίνεται τὸ γιγνόμενον αὐτῆς, &c. Seneca *epist.* 58. *Corpora nostra rapiuntur fluminum more. quicquid vides, currit cum tempore. nihil ex his quæ videmus, manet. Hoc est quod ait Heraclitus*; In idem flumen bis non descendimus. *manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est quàm in homine.) sed nos quoque non minùs velox cursus prætervehit.* Verùm, ut Aristoteles *metaphys. l.* 3. *c.* 5. Ὁ Κεφαλὼν Ἡρακλείτου ἐπιτίμα εἰπόντι, Δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι· αὐτὸς γὰρ ᾤετο, οὐδ' ἅπαξ.

Ῥεῦμα βίαιον] *torrens* etiam. atque ità *l.* 7. § 19. χειμάῤῥους. Ovid. *remed. l.* 2.

Flumine perpetuo torrens solet altiùs ire.

sed & rapidiùs. unde diverbium familiare, χειμάῤῥους Ἅιδου. *torrentis in morem.* de eis usurparum; qi ingenti impetu qasi provoluel, omnia secum corripiunt. Seneca pariter, *torrenti rapido* tempus assimilat, *de vit. brev. c.* 9. & Avg. *in Psal.* 38. *Torrens rerum fluit. cuncta rapiuntur.* Vide *ad lib.* 2. § 4.

Ἅμα τε γὰρ ἕλκει ἕκαστον, καὶ παρενίσχεται] Quod de seminibus quibusdam Theophr. *de caus. plant. l.* 3. *c.* 7. ὡς φαίνεται καὶ ἅμα πίπτον ἀλλοιοῦται. Et de externis iisdem Joan. Chrysost. *tom.* 5. *orat.* 19. Ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται φύσιν· ἅμα τε φαίνεται καὶ παρεισφέρει· ὁμοῦ καταλαμβάνει, καὶ ὑποσπᾷ. Elegantì similitudine illustrat istud Marcus noster, *l.* 6. § 15. Ità, non de Marcello tantùm, aut de Cejonio Commodo, ut Adrianus apud Spartian. aut de Quintillo Claudii Imper. fratre; de omnibus in universum tum personis, tum rebus ipsis, verùm est Virgilianum illud, *Æn. l.* 6.

Ostendent terris hunc tantùm fata, nec ultrò
Esse sinent.

Jo. Chrysost. *in Oziam orat.* 4. Μὴ ἴσασί πω τῆς ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται τὸν δρόμον. ἅμα τε γὰρ ἔφαίνη, καὶ σπᾶς ἐυκολώτερον ἡμᾶς καταλαμβάνει. Et de tempore Basil. Cæsar. *de creat. orat.* 1. Συμφυὴς ἅπασι τῷ κόσμῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ ζώοις τε καὶ φυτοῖς, ἡ τοῦ χρόνου δέξοδος ἐστίν, ἐπειγομένη ἀεὶ καὶ παρεξιοῦσα, καὶ μηδαμοῦ παυομένη τοῦ δρόμου. ἡ μὲν γὰρ ταύτης ὁ χρόνος, ἔστι τὸ μὲν παρελθὸν, παρῴδηται, τὸ δὲ μέλλον ὑπὸ πάρεστι, τὸ δὲ παρὸν, πεῖν γνωσθῆναι, διαδιδράσκει τῶν αἰσθήσεων· τοιαύτη δή τις καὶ τῶν γενομένων ἡ φύσις· ἡ αὐξανομένη πάντως, ἢ φθίνουσα, τὸ δὲ ἱσταμένον καὶ στάσιμον οὐκ ὀπίσθιλεν ἔχουσα.

Καὶ ἄλλο παρεφίσταται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται] *& aliud subsequitur, mox item aliud succedet.* Xyl. *aliud succedit, & hoc etiam protinus disparebit.* Casaborum alter qare παρεφίσταται istic verterit *succedere*, alter *subseqi*, cùm in membro præcedente uterque *præverire* reddiderit, me latet. ego malim, *aliud abripitur*, sive *tollitur, aliud statim infertur.* Παρεφίσταται *abripi.* Lucian. Ἂν πνα τῶ χειμῶν ὁ ποταμὸς παρασύρῃ, ἀδεῶς καὶ οὗτος ὅτι κερδαλῆ βαπτίζοντα. Plut. *de orac. defect.* in hoc ipso argumento. Τὸ χρόνῳ, καθάπερ ῥεύματος, ἅπασα παρεφέρεσθαι. indè τὸ παρέφορες *l.* 1. § 15. & τὸ τάχος τῆς παρεφορᾶς. *lib.* 5. § 23. Verùm qia non ἐνήνεκται, sed ἐνεχθήσεται in futuro dixerit, ideo ad Marci mentem propiùs existimo, ut reddatur, prout ipsa sonant vocabula, & *aliud* quidem quiddam *abripitur, illud verò* (quod utique prius abreptum fuerat) *inferetur* denuo. ut in orbem velit res agi; &, quod in motu circulari fit, quæ abierint per vices denuo revertamur & redeant. Vide *ad l.* 2. § 14. ἀναπολήψεως & *ad l.* 9. § 28. ἐγκύκλια.

§ 44. Πᾶν τὸ συμβαῖνον ὑπὸ συνήθειαν καὶ γνώμην] Vide *supr.* § 29, 32. & *infr.* § 46. Seneca *epist.* 107. *Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est. offendi rebus istis tam ridiculum est, quàm queri quòd spargaris in publico, aut inquineris in luto.* Usitata & usu familiaria jam facta, nec officium, nec afficiens etiam. hinc Aristotel. *problem. lib.* 2. *q.* 45. Τὰ γὰρ συνήθη, οὐκ ἀφίσμασι, ἀλλὰ προσηλώσαι.

§ 45. Σωφρο-

§ 45. Συνάφεια ἔυλογος] *Lib. 6. § 38.* ἐπισυνάψεως. & *l. 7. § 9.* σύνδεσις ἰσχύς. Vide *supra* § 40.

Συντέτακται] Vide *l. 5. § 8.*

§ 46. Γῆς θάνατος, ὕδωρ γενέσις] Inter Heraclitidogmata, apud Laërt. *l. 9.* Τιθὶ μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω· πῦρ τε κόσμον γίνεσθαι καὶ ταύτην. πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιζάνόμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· πάλιν τε αὖτὴν τιθὶ γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι. &c. Qod Ocellus Lucan. *de univers. c. 1 § 14.* Πῦρ μὲν εἰς ὃν συμβάλλομεν, ἀέρα ὑπολαμβάνει, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν. ἐκ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς, μέχρι πυρὸς, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. Plut. *de E I Delph.* ὁ γὰρ μέντοι, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος, ἀέρι γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος, ὕδατι γένεσις· ἀλλ' ἐπισφίγγειν ἐπ' αὐτῇ ἰδοὺ ἄν. Vide *ad l. 9. § 21.* Eodem pertinent, quæ apud eundem, *de Orac. defect.* leguntur, ista; Ὥσπερ ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δὲ ἀέρος πῦρ ἡνυσμένον ὁρᾶται, τῆς ὑσίας ἄνω φερομένης· ὥσπερ ἐκ μιᾶς ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δὲ ἡρώων εἰς δαίμονας, αἱ βελτίονες ψυχαὶ μεταβολὴν λαμβάνουσιν. &c. Idem *de prim. frigid.* Ἐπεὶ δὲ ἡ φθορὰ μεταβολή τις ἐστὶ φθειρομένων εἰς τἀναντίον ἐκάστῳ, σκοπῶμεν, εἰ καλῶς εἴρηται τὸ, Πυρὸς θάνατος, ἀέρος γένεσις. ἀπόκειται γὰρ τὸ πῦρ, ὥσπερ ζῷον, ἢ βία σβεννύμενον, ἢ δ' αὐτῆς μαραινόμενον. ἢ μᾶλλον ἐμφανέστερον ποιεῖ πῶς εἰς ἀέρα μεταβολὴν αὐτῆς, &c. Maxim. Tyr. *dissert. 25.* Ὁρᾷς τὰ πάντα, ἃ σὺ μὲν κλῇς φθορὰν, τεκμαιρόμενος τῇ σῇ ὀπώρᾳ ὁδῷ, ἐγὼ δὲ σωτηρίαν, τεκμαιρόμενος τῇ σῇ διαδοχῇ μᾶλλον· μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων καὶ γενέσεως, ἀλλαγὴν ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον καὶ αὖθις αὖ ζωὰς μὲν τὸν ἐκείνων βίον, (θάνατον leg. ex seqentibus liqet) κατὰ θνήσκοντας δὲ τὸν ἐκείνων ζωλύν. ζῇ πῦρ τῆς γῆς θανάτῳ, καὶ ἀὴρ ζῇ τὸν πυρὸς θάνατον· ὕδωρ ζῇ τὸν τοῦ ἀέρος θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. διαδοχὴν ὁρᾷς βίων, καὶ μεταβολὴν σωμάτων, κατιοῦσαν τὸ ὅλον. Verùm apud Clementem Alex. *strom. l. 6.* seciùs pavlò, sive Heracliti ista, sive ejusdem iisdem propinqa, leguntur; ψυχῶσιν θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι δὲ θάνατος, γῇ γενέσθαι. ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή. Qorum priora & Philo refert, multisqe explicat *lib. de mundi immortal.* ubi & ψυχὴν pro *aere* accepisse monet Heraclitum; *mentisqe* nomine μεταβολὴν, non ἀναίρεσιν designâsse. Inter alia, qibus ista enarrat, Τὰ στοιχεῖα, inqit, τὸ κόσμου ταῖς εἰς ἄλληλα μεταβολαῖς, τὸ παραδοξότατον, θνήσκειν δοκοῦντα ἀπαθανατίζεται, διαλυόμενα ἀεὶ, (διαλυόμενα meliùs dixisset, prout & alibi locutus est) καὶ τῷ αὐτῷ ἀδὲν ἄνω καὶ κάτω συνεχῶς ἀμείβοντα. ἢ μᾶλλον περιάγοντες ὁδὸς ἀπὸ γῆς ἄρχεται· πυκνοῦται γὰρ εἰς ὕδωρ μεταλαμβάνει τῷ μεταβολῇ· τὸ δὲ ὕδωρ ἐξατμιζόμενον εἰς ἀέρα, ὁ δ' ἀὴρ λεπτυνόμενος εἰς πῦρ. ἡ δὲ κατιοῦσα ἀπὸ κεφαλῆς, συνίζουσα μὲν πυρὸς κατὰ τοὺς σβέσιν εἰς ἀέρα· συνιζάνουσα δ', ὁπόταν σωθλίζοιτο, εἰς ὕδωρ ἀέρες. ὕδατος δὲ τῷ πολλῷ ἀναχυσιν κατὰ γῆν πυκνώσιν μεταβολήν. De eodem videri poterit & R. Moses Majmonides *de fundamentis legis cap. 4. § 10, 11.* Heraclitum autem vult Clemens hæc ab Orpheo sumpsisse, qi Heraclito prior cecinerit;

Ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ, θάνατος δ' ὑδάτοισιν ἀμοιβή.
Ἐκ δ' ὕδατος γαῖα, τὸ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ.
Ἐκ τοῦ δὴ ψυχὴ ἅλον αἰθέρα ἀλλάσσει.

Qibus subnecti non indigna, qæ ex Heracliti ejusdem sententiâ etiam Plut. *ad Apollon.* habet. Ἡ, φησὶν Ἡράκλειτος, Ταυτὸν ἔνι ζῶν καὶ τεθνηκὸς, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ τὸ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα, ἐκεῖνά ἐστι, κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα, ταῦτα. Vide *ad l. 2. § 3.* & *l. 5. § 8.* & *l. 8. § 18.* & *l. 10. § 19.*

Καὶ τὸ ὀπίσω θαυμάζειν ἢ ἡ ὁδὸς ἄγει] Videtur vel ad historicum aliqid, vel ad dictum aliqod proverbiale respexisse, de homine ignaro, qò via, qam insistit, ducat. Accommodari potest, vel ad eos, qi nullo certo vitæ actionúmqe fine proposito sibi, temerè huc illuc divagantur. qemadmodum Senec. *epist. 71. Ignoranti qem portum petat, nullus suus ventus est.* Vide *l. 2. § 16.* Vel ad eos etiam qi ad bonum aliqod tendere sese opinantur, cùm ad exitium suum properiter eant. qalis fatuus ille, qem depingit rex sapientissimus, *Parœm. c. 7. v 22. qi mœcham sequitur, tanqam bos, qi ad mactationem abit, aut tanqam stultus, qi ad cippum ducitur, vel tanqam avis, qæ ad laqeum festinat; nescius vitam suam poni.* Vide & *lib. 6. § 20.* τὸν ἀγνοοῦντα ὁδὸν. Suboritur tamen ista pensiculatiùs recogitanti suspitio, locum havd esse satis integrum, & Heraclitcum etiam istìc, qomodo & in seqentibus, dictum aliqod qasi διπτυλοδεικλεῶς, ejusmodi forsan, qale de via sursum deorsúmqe ferente superiùs allatum est.

Ὦ μᾶλιστα διηνεκῶς ὁμιλοῦσι λόγῳ, τοῦ τὰ ὅλα διοικοῦντι, τούτῳ διαφέρονται] Nec hæc abscedunt longè ab Heracliti illis, qæ Sextus Empiric. habet *adv. Logic. lib. 1. c. 2.* Δεῖ ἕπεσθαι τῷ ξυνῷ. τὸν λόγον δ' ὄντος ξυνοῦ, ζώσιν οἱ πολλοὶ, ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν· ἡ δ' ὄψις ἀκριβὲς τι, ἀλλ' ἐξαπατᾷ· καὶ τὰ σχήματα τῆς ὄψεως τοιαῦτα φαίνεται. διὸ καθ' ὅ, τι ἂν αὐτοῦ τῆς μνήμης κοινωνήσωμεν, ἀληθεύομεν· ἃ δ' ἂν ἰδιάσωμεν, ψευδόμεθα. A ratione prima ac suprema, cujus numine reguntur, discrepant & dissentiunt, sive cùm eadem litigant, dum privatas rationes, ab universali & communi illa diversas, perperam affectantur.

Ὅτι καθ' ἡμέραν ἐξωνοῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται] qod *l. 12. § 1.* dixit, θαυμάζειν, ὡς

ἀνεφοδόκητα, τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. *tanquam peregrina & inusitata habent ea, quæ quotidiè solent occurrere.* ideò eis offenduntur, primæque caviſæ de illis litem intendunt. Hoc eſt fortaſſe Heracliti illud apud Clem. *Strom. l.* 2. ὁ γὰρ φρονίμως τοιοῦτός πολλοὶ, ὁπόσοι εἶναι θέλουσιν. præſertim, ſi ὁπόσοις legas; quod & rectum exiſtimem. Vide *ſupr.* § 29. & § 44. & *l.* 8. § 15. Senec. *epiſt.* 107. *Id agendum eſt, neqe nobis inopinatum ſit: & qia omnia novitate graviora ſunt, hæc cogitatio aſſidua præſtabit, ut nulli ſis malo tyro.* Et mox: *Nihil miremur eorum, ad qæ nati ſumus: qæ ideò nulli querenda, qia paria ſunt omnibus.* Idem *epiſt.* 91. *Inexpectata plus aggravant. novitas adjicit calamitatibus pondus. nec qiſquam mortalium non magis, qod etiam miratus eſt, doluit. ideò nobis nihil improviſum eſſe debet, in omnia præmittendus eſt animus: cogitandúmqe, non qicqid ſolet, ſed qicqid poteſt fieri. tota antè oculos ſortis humanæ conditio ponatur: nec quantum frequenter evenit, ſed quantum plurimùm poteſt evenire, præſumamus animo, ſi volumus opprimi, nec ullis inuſitatis, velut novis, obſtupefieri. in plenum cogitanda fortuna eſt.* Idem *ad Marc. c.* 9. *Unde tanta nobis pertinacia in deploratione noſtri? qod nihil nobis mali, antequam eveniat proponimus, ſed ut immunes ipſi, & aliis pacatius ingreſſi iter, alienis non admonemur caſibus, illos eſſe commanes. tot præterdomum noſtrum ducuntur exequia: de morte non cogitamus. tot acerbis funera: nos tegam noſtrorum infantium, nos militiam, & paternæ hæreditatis ſucceſſionem animo agitamus. tot divitum ſubita paupertas in oculos incidit: & nobis nunqam in mentem venit, noſtras qoqe opes æqè in lubrico poſitas. qi unqam res ſuas, tanqam perituras, aſpexit? qi unqam noſtrum de exilio, de egeſtate, de luctu cogitare ausus eſt? qi nun, ſi admoneatur ut de iſtis, ut ſuis, cogitet, (*ità lego ex Schol. M S.) *tanqam dirum omen reſpuat, & in capita inimicorum, aut ipſius intempeſtivi monitoris, abire illa jubeat? neceſſe eſt itaqe magìs corramus, qi qaſi ex inopinato ferimur. Non putavi futurum. Qicqam tu putas non futurum, qod multis ſcis poſſe fieri, qod multis vides evenisse?*

Cuivis poteſt accidere, qod cuiqam poteſt.

Ille amiſit Liberos: & tu amittere potes. ille damnatus eſt: & tua innocentia ſub ictu eſt. hic nos error decipit, hic effœminat, dum patimur, qæ nunqam pati nos poſſe prævidimus.

Ὥσπερ καθεύδοντας] hoc eſt, qod Ariſtoteles *de philoſoph. l.* 8. apud Euſeb. *præpar. l.* 14. *c.* 17. καθεύδειν ἐν ὕπνῳ, ζῆν εἰκῆ καὶ ἐμπλήκτως. Imò qod Heraclitus etiam, qem & iſtic forſan Marcus in animo habuit, apud Sextum loco ſuperiùs memorato; Τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους λανθάνει, ὁκόσα ἐγερθέντες ποιοῦσιν, ὅκωσπερ ὁκόσα ἐυδοντες, ἐπιλανθάνονται. Senec. *de provid. c.* 5. *Languida ingenia, & in ſomnum iturâ, vel in vigiliam ſomno ſimillimam.* Lucret. *l.* 3.

Qi ſomno partem majorem conterit ævi,
Et vigilans ſtertit, nec ſomnia cernere ceſſat,
Atqe animi incerto fluitans errore vagatur.

Itaqe non incommodè prorſus Xylander hìc: *vult perficiendum ſtrenuè, qod rectò conſilio agendam ſuſceperimus; neqe in medio actu deſiſtendum aut titubandum. nam in ſomnis ſæpe imaginamur nobis aliqid agere, nihil tamen efficimus.* Homer. Iliad. χ. v. 199.

Ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται φεύγοντα διώκειν,
Οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται ὑποφεύγειν, οὔθ' ὁ διώκειν·
Ὡς ὁ μὲν οὐ δύνατο μέρφαι ποσὶ, οὐδ' ὃς ἀλύξαι.

Oppian. *hiſcat. l.* 2. de torpedine:

Ὅσον δ' ἀρτιάοντι ἐν εἰδαλίοισιν ὀπηδῶν
Ἀνδρὶ ἐπιξυθίσιο, καὶ ἱεμένοιο φίλεσθαι
Ὀρώρεται μὲν χραδίη, τὸ δ' ὑγρὸν παλαμάων
Ἀσπερχὴς ἄπτε δίσμὸς ἐπιγρυθίοιο ῥεπύνει·
Τόσσον γειομένῳ πεφάζει ἰχθὺν ναρκη.

Maro *Æneid. l.*

Ac velut in ſomnis, oculos ubi languida preſſit
Nocte quies, neqicqam avidos extendere cursus
Velle videmur: & in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba ſequuntur.

Vide Plutarch *ad Præfect. indoct.*

Ὅτι δεῖ παῖδας τοκέων, ὧν τοῦτ' ἔστι, κτλ. φίλον, καθὸν παρελήφαμεν] Locus inſigniter depravatus, cujusque medicinam penè deſperat periciſſimus omnium, qos ego nôrim, iſtorum ſanandi artifex: clariſſimum Salmaſium, etiamſi nullus nominaretur, qem velle deberem, agnoſcent mecum, qi in ſtudiis iſtis exercitati fuerint, ni æruginem mera candorem illis omnem exederit. Tentavit tamen is medelam dare, partim loco ſuo emota, qædam reſtituendo, partim ſupplendo, qod excidiſſe viſum, & in proximè præcedentibus haud ſemel occurrit, τὸ μεμνῆσθαι. ut ſic legatur, ὡς ὄν δεῖ παῖδας τοκέων μεμνῆσθαι, ὁ κτῆμα φίλον, τοῦτο ἐστι, καθὸν παρελήφαμεν. Senſúsque ſit, *Oportere pueros parentum meminiſſe, non ſimpliciter qidem, hoc eſt, qatenus vulgò nobis præcipitur.* nimirum parentum memoriæ hæc nobis debet meſſe eo fine, ut ſciamus, quomodo illi eam hanc vitæ abierunt, ità etiam nobis abeundum; aut aliqid ſimile. Cæterùm tentandi & nobis poſt Machaonem qoqe venia, ſpero, condonabitur. Qid ſi ergò ſic reſtituere velimus? ὅτι ὁ δεῖ [ὥσπερ] παῖδας, τοῦτο ἐστι, κτῆμα φίλον, καθὸν δεῖ τοκέων παρελήφαμεν. *non oportere nos agere puerorum inſtar, hoc eſt, merè nudèqe, abſqe judicio diligentiqe examine; jnxta illud,* qicqid tandem fuerit, *qod à parentibus noſtris accepimus.* ut κτῆμα φίλον ἐστὶν ὁ ἄλογον Origeni *adv. Celſ. lib.* 1. Velitque rejici τῷ ματαίᾳ ἀναστρέφειν τῷ πατροπαραδότῳ, ut Petrus loquitur, *epiſt.* 1. *c.* 1. *v.* 18. Occurrit itaqe exceptioni illi, qam benè monentibus rectoràqe monſtrantibus opponere ſolet vulgus hominum; Faciemus prout

fecere

fecere majores noſtri, & prout ab eiſdem nos accepimus. Sic enim Judæi idololatræ, Jerem. *c.* 44. *v.* 17. Sic Pontificii, non minùs etiam càm illi eodem crimine innexi. Sic ethnici, primis Chriſtiani nominis temporibus, apud Clement. in *hortator.* Ἀλλ' ἐκ πατέρων, φασὶ, παραδεδόμενον ἡμῖν ἔθος ἀναστρέφειν ἐκ ἐυλογον. Symmach. *l.* 10. *epiſt.* 43. *Sed majorum ſervandus eſt ritus.* Et Tibull. *l.* 2. *eleg.* 1.

——*fruges luſtramus & agros,*
Ritus ut à priſco traditus extat avo.

qibus regeri qid poſſit, conſulantur Clemens *ibid.* & Ambroſ. *epiſt.* 31. qâ Symmacho reſpondet: nam tranſcribere nimis prolixum fuerit. Optimè Juſtinus *apolog.* 2. Τὰς κατ' ἀλήθειαν ἐυσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τιμᾶν καὶ σέβεσθαι ὁ λόγος παραγορεύει, παραλιμπάνειν δὲ ξαι παλαιὰν ἐξαπολυθεῖν, ἣν φαῦλαι ὄσιν. Rectéque Theodoret. *therapeut. l.* 1. Ἀνδρῶν δὲ γε σωφρονούντων ἔδιον, μὴ φλαῦροι δοκεῖν, μηδὲ ἔθεσι φεύδεσθαι παγχόοις, ἀλλὰ ζητεῖν τἀληθὲς, καὶ τὸ χρήσιμον πανταχόθεν ξυλλέγειν. qi & Socratis illud Critoni dictum ſubjungit; Ὡς ἐγὼ, ὦ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ πείθομαι, ὅτι ἐν ἐμοὶ οὐδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Illud interim adjicere ſubet, horſum etiam ſpectare videri, qod apud Plutarchum toties repetitum ex Heracliti dictis occurrit *de poët. leg. regul.* 10. & *de audiend.* Βλάξ ἀνθρώπου ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπαίνεσθαι φιλεῖ. monet enim, inqit Plut. μὴ παντὶ λόγῳ πλάγιον, ὥσπερ πνεύματι, παραδιδόναι ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀπιστεῖν καὶ ἀντιβλέπειν, καὶ πολλὰ διαχρώμενον ἐν ἐκ ἀλαθῶς, οὐδὲ ὡς ἥμιος λεγομένων. ut ſit idem cum Solomonis illo, *Parœm. c.* 14. *v.* 15. *Fatuus credit omni verbo.* Sive verum, ſive falſum; ſive utile, ſive noxium. Piſcat. vel etiam, *omni rei.* ut Jun. Quin *nihil magis præſtandum* ſit, (ut Senec. *de benef. cap.* 10.) *càm ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes, non qâ eundum eſt, ſed qâ itur. nec ulla res nos majoribus malis implicet, quàm qòd ad rumorem componimur; optima rati ea, quæ magno aſſenſu recepta ſunt; quorúmque exempla nobis multa; nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem vivimus. Ità, qod in ſtrage hominum magna evenit, cùm ipſe ſe populus premit, nemo ità cadit, ut non alium in ſe attrahat: primi exitio ſequentibus ſunt. hoc in omni vita accidere videas licet. Nemo ſibi tantùm errat; ſed alii erroris cauſſa & autor eſt. nocet enim applicari antecedentibus: & dum unusquiſque mavult credere, càm judicare; nunquam de vita judicatur, ſemper creditur; verſátque nos & præcipitat traditus per manus error; alienísque perimus exemplis.* hoc eſt, κατ' ἀγέλην, καθάπερ καλλιπάμων, ποιεῖν τι καὶ πάσχειν. Cæterùm Marci mentem an attigerimus, aliorum eſto judicium. De ſenſu idem cenſet eruditiſſimus D. Bootius. Verùm is pro πᾶσας πηγὰς, legit πυθαγορείαν, vel potiùs πυθαγορείως, ut ſit πυθαγορείως μιμᾶσθαι, qibus ſolenne fuit illud, Αὐτὸς ἔφα. *Ipſe dixit.* qod probarem pronus, niſi à ſcriptura vulgata recederet longiùs, & mutatione leviori negotium confici poſſe videatur. Cæterùm de Platone pariter Ariſtides *apolog. pro quatuorviris*: Εἴ τις τῷ Πλάτωνι & δόξει σὺν πάντων ἰχνείζοιτο,—πῶς ἂν μὴ φορτικὸς εἶναι δοκοίη, εἰ μὴ κατ' ἐξουσίαν λέγοι, ἀλλ' ὥσπερ πᾶς, ἀρχεῖον τοῦθ' ὑπολαμβάνων, ὅτι φαίη Πλάτων; Marci mentem planè expreſſit.

§ 47. Ἄνειον τεθνήξη, ἢ πάντως εἰς τεῖτλα] *cras, aut ſummum perendiè moriturum te.* Cicer. *ad Attic. l.* 12. *epiſt.* 43. *Scio forteſſe cras, ſummum perendiè.* Socrati par ferè monitum divinitùs datum refert Laërtius *l.* 2. qum enim in ſomnis qidam viſus eſt illi dixiſſe ex *Iliad.* λ'. *v.* 363. illud.

Ἤματί κεν τριτάτῳ φθίοι ἐυκτίμενον ἶπιον.

conjecit indè *perendiè moriturum ſe.* εἰς τεῖτλα, inqit, ἐποδωνίσμασι. conjecturæ rationem, eâ qam Eraſmus dedit, probabiliorem è Nannio *miſcel. l.* 8 *c.* 36. & Calavb. *ad* Laërt. petas licet.

Οὐκ ἐτ' ἂν παρὰ μίγα ἴπιδι] Senec. *epiſt.* 93. *Nunqid feliciorem judicas eum, qi ſummo die muneris, qam cum qi medio occiditur? nunqid aliqem eſſe tam cupidum vitæ putas, ut jugulari in ſpoliario, càm in arena malit? non majore ſpatio alter alterum præcedimus. mors per omnes ità qi occidit, conſequitur occiſum. minimum eſt de qo ſollicitiſſimè agitur. qid autem ad rem pertinet, qamdiu vites, qod vitare non poſſis?* Et *qæſt. nat. l.* 2. *c.* 59. *Omnes reſervamur ad mortem. totum hunc qem vides populum, qouſque cogitas eſſe? citò natura revocabit & conflet. nec de re, ſed de die qæritur. eodem citiùs tardiúsve veniendum eſt. qid ergo? non tibi ſtimidiſſimus omnium videtur, & inſipientiſſimus, qi magno ambitu rogat moram mortis? nonne contemneres eum, qi inter perituros conſtitutus, beneficii loco ſeteret, ut ultimus cervicem præberet? idem facimus. in omnes conſtitutum eſt capitale ſupplicium. magno æſtimamus tardiùs mori. Qid porrò prodeſt pavcos dies aut annos lucrifacere? Qid tanjam ac magno detrimento times? nemo multum ex ſtillicidio poteſt perdere.* Idem *epiſt.* 37. & 70. Apud Platonem in *Phædon.* Socrates de eis, qi venenum haviſturi, moram aliqam ac dilationem expetebant; Εἰκότως γοῦν πιεῦσι· κερδανεῖν γὰρ οἴονται· καὶ ἐγὼ εἰκότως ὔ πιόμαι· οὐδὲν γὰρ ὄφελος κατεσθίοντι, ὀλίγῳ ὕστερον πιεῖν, ἀλλό γε ἢ γέλωτα ὀφλήσειν παρ' ἐμαυτῷ, γλιχόμενόν & τοῦ ζῆν, καὶ φειδομένῳ & ἀνδρὸς ἐπ ἐνόντος. At contrà Micyllus apud Lucianum in *Catapla*; ὦ πάνυ μοι ἢ τῆς Κύκλωπος ἐκείνη ἐυφροσύνης δωρεά, τὸ ἐσπαγέσθαι, ὅτι πύματον ἐγὼ & ἅπαν κατέδομαι. ἂν τε γὰρ ἄφρονα, ἅπτα πύματον, οἱ αὐτοὶ ἐόντες ἀφικόμεθα. Epict. *l.* 2. *c.* 1. Τί ἂν ἀγανακτοῖς, εἰ νῦν; εἰ γὰρ μὴ νῦν, ὕστερον. Vide *l.* 6. § 10.

Τὸ

Τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μᾶλλον ἢ αὖθις, μηδὲν μέγα] Vide *l.* 10. § 8. & *supr.* § 15. Plut. *de sera vindict.* Ἐπεὶ τοῖς γε θεοῖς πᾶν ἀνθρωπίνου βίου διάστημα, τὸ μηδέν ἐστι. καὶ τὸ νῦν, οὗ τὸ διάλειμμα, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἑξήκοντα, τριῶν ἢ τέτταρων ὄντων, οὓς τὸ διάλειμμα, χρεολυτεῖν ἢ χρεωκοπεῖν τὸν πονηρόν. Et Zosim. *hist. lib.* 2. Πᾶς χρόνος τῷ θείῳ βραχὺς δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐσοῦμενος.

§ 48. Πόσοι μὲν ἰατροὶ] Vide *l.* 3. § 3. & *lib.* 6. § 45. & *lib.* 7. § 19. & *lib.* 8. § 25. Lucret. *l.* 3.

Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis:
Lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliqvit,
Qvi melior multis, quàm tu, fuit, improbe, rebus.
Indè alii multi reges, rerúmque potentes
Occiderunt, magnis qi gentibus imperitárunt.
Ille qoque ipse, viam qi qondam per mare magnum
Stravit, itérqe dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus salsas docuit super ire lacunas;
Et contempsit aqis insultans murmura ponti,
Lumine adempto, animam moribundo corpore fudit.
Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,
Ossa dedit terræ, proinde ac famul' infimus esset.
Adde repertores doctrinarum atqe leporum:
Adde Heliconiadum comites: qorum unus Homerus
Sceptra potitus, eádem aliis sopitu' qiete est.
Denique Democritum, postqam matura vetustas
Admonuit memorem motus languescere mentis,
Sponte suâ leto caput obvius obtulit ipse.
Ipse Epicurus obit, decurso lumine vitæ,
Qi genus humanum ingenio superavit, & omnes
Præstrinxit stellas exortus ut æthereus Sol.

Lucretium, Epicureum hæc loqi meminêris. Illud interim ὡς ἐν παρέργῳ notetur, allusisse videri primoribus hisce verbis ad Achillis verba illa apud Poetarum principem *Iliad.* φ'. v. 107. qæ & Callisthenem sibi occinere solitum, ubi Alexandri animum abs se alienatum senserat, qò adversùs mortis metum mentem sibi obsirmaret, avtor est in *Alex.* Plutarchus,

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.
Τὰς ὀρρῦς ὑπὲρ ἥβης ἀρρωσθένησι συναπάσσοντες] contractis scil. in tristitiæ gravitatisqe indicium supercíliis, morti propinqos significare volebant ægrotos & pro conclamatis jam habendos.

Ἐξουσία ψυχῶν] qia nimirum jus habent vitæ & necis. Hinc fastuosum illud Pilati Joan. *Evang.* c. 19. v. 10. Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε; At Diogenes Perdiccæ mortem, ni ad se accederet, minitanti, οὐδὲν μέγα. καὶ γὰρ κάνθαρις ἢ φαλάγγιον τοῦτ' ἂν ποιήσειεν. *Nihil*, inqit, *hoc magni, cum cantharis & phalangium, musca & aranea, idem possint.* Laërt. *l.* 6. Theodorus pariter Cyrenæus Lysimacho idem interminato, *Enimvero magnifica res tibi contigit, qia cantharidis vim assecutus es.* Refert Cicero *Tusc. l.* 5. & Val. Max. *l.* 6. *c.* 2. Vel, ut Seneca, *de tranqill. c.* 14. *Habes, cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est.*

Ὡς ἀθάνατοι] At Anaxagoras, renunciato morti addictum se à suis, Ἆρα κἀκείνων κἀμοῦ πάλαι ἡ φύσις κατεψηφίσατο. *Eundem in utrumqe nostrum jam olim natura calculum tulit.* Laërt. *l.* 2. Et Socrates pariter, dicenti, Θάνατόν σε κατέγνωσαν. *Morti te addixerunt.* κἀκείνων ἡ φύσις. *& ipsos natura.* Laërt. *ibid.* Ad Marci mentem Plin. *l.* 7. *c.* 7. *Tu, qi te Deum credis, aliqo successu tumens, tanti* (lucernæ odore extinctæ) *perire potuisti, atqe etiam bodie minoris potes.*

Πόσαι ἢ πόλεις ὅλαι] De urbibus opidisqe montium concursu collisis, terræ motu prostratis, hiatu absorptis, marisve incursu havstis submersisqe, videri poterit Plinius *hist. natur. l.* 2. *c.* 83, 84. 88, 91, 92. & Strabo *geograph. l.* 1. Aristotelis nom. *de mund. c.* 6. Τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ὑυγεσθέντα ὄντα, πολλὰς ἐτρεπίσατο καὶ πάλιν ἀνεδίδαξεν· σεισμοὶ τε γὰρ ὕδατος βίαιοι, πολλὰ μέρη τῆς γῆς ἀνέῤῥηξαν· ὕμβροί τε κατέκλυσαν, ἐξαίσιοι καὶ ῥαγδαῖοι· ὁπόσαι τε κυμάτων καὶ ἀναχωρήσεις, πολλάκις καὶ ἠπείρους ἐθαλάττωσαν, καὶ θαλάττας ἠπείρωσαν· βίαί τε πνευμάτων καὶ πυρώσεων, ἔστιν ὅτε πόλεις ὅλας ἀνέτρεψαν· πυρκαϊά τε καὶ φλόγες, αἱ μὲ ἐξ ἀέρος ἠθροίσθαι φέρονται, ἄνωθεν φασὶν, ὑπὸ φαύδοντος τοῦ ἀέρος ἕως μέρη κατέφλεξαν· αἱ δὲ ἀπὸ ἔργων ἐν γῆς ἀναβλύσασαι καὶ ἐκφυσήσασαι, καθάπερ ἐπὶ ἐν Αἴτνῃ καιόμενον ἀναῤῥαγέντων, καὶ ἀπὸ τοῦ γλῶ φερομένων, χειμάῤῥοι δίκην. Aristides περιφανεστάτῳ Σμυρναίῳ. Ἀκίνητον δὲ ὑδὲν, φασὶ, ἐπ' ἀνθρώποις· ἀλλὰ καὶ γῆ θαλάττας ἀλλάττει, καὶ θαλάττα ἠπείρους· καὶ πόλεις, αἱ μὲν ἐπὶ γῆς ἔδυσαν, αἱ δὲ ὕσαι ῥεύματων ὑργίων τε καὶ πυκτίων ἠφανίσθησαν. Vide eundem de Smyrnæ clade in μονῳδίᾳ ἐπὶ Σμύρνῃ, de Rhodi in *Rhodiaca.* Tertull. *apolog. c.* 20. *Qod terræ vorant urbes, qod insulæ maria fraudant, qod regna regnis compulsant,* &c. & *c.* 40. *Qantæ clades orbem & urbes ceciderint? Legimus Hierannapen.* (leg. Hieran, & Anaphen; ex Strab. *l.* 10. Plin. *l.* 2. *c.* 87. & *l.* 4. *c.* 12. & Ammian. *l* 17) *& Delon, & Rhodon, & Con insulas multis cum millibus hominum pessum abiisse. Sed & mare Corinthium terræ motus ebibit: & vis undarum Lucaniam Italiæ abscissam in Siciliæ nomen relegavit.* Qibus gemina habet & *adv. nation. l.* 1. *c.* 9. ubi tamen perperam pro *Delos, Delphos* legitur. Sed & *de pallio cap.* 2. ubi inter alia, *Inter insulas nulla jam Delos, arenæ Samos; & Sibylla non mendax.* Allusit ad Sibyllinum illud;

——καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Σάμαθος Σάμιος ἔσται.——

Seneca *nat. qæst. 6. l.* 1. *Non homines tantùm, qi brevis & caduca res nascimur, urbes orbæqe terrarum*

&

& littora, & ipſum mare in ſervitutem fati venit. & l. 3 c. 16. Sunt abrupti in infinitum hiatus, qi ſæpe illapſas urbes receperunt, & ingentem in alto ruinam condiderunt. Itaque mirum dixiſſe eundem, ubi incendium Lugdunenſe Lucilio ſuo narrat, *epiſt. 91. Terrarum vix unquam tam gravis & perniciosus fuit motus, ut tota oppida everteret. nunquam denique tam infeſtum ulli exarſit incendium, ut nihil alteri ſupereſſet incendio. Tot pulcerrima opera, quæ ſingula illuſtrare urbes, ſingulas poſſent, una nox ſtravit: una nox fuit inter urbem maximam & nullam. Denique diuitiæ illam tibi periiſſe, quàm periit, narro.* Mirum, inquam, hoc Senecæ excidiſſe, vix unquam tam gravem & perniciosum terræ motum exſtitiſſe, cùm ipſe idem dicat loco ſuperiùs nominato; *Aſia duodecim urbes ſimul perdidit.* & in eadem ipſa epiſtola haud ità multò pòſt ſubjiciat: *Quoties Aſiæ, quoties Achaiæ* (ubi fortean, pro *quoties, quot*, legendum) *urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syriâ? quot in Macedonia devorata ſunt? Cyprum quoties vaſtavit hæc clades? quoties in ſo Paphus corruit? frequenter nobis enunciati ſunt totarum urbium interitus. Et nos, inter quos frequenter iſta nunciantur, quota pars omnium ſumus?* Idem mox, *ibid. Omnium iſtarum civitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, veſtigia quoque tempus eradet. Non vides quemadmodum in Achaiis clariſſimarum urbium jam fundamenta conſumpta ſint, nec quoquam extet, ex quo appareat illas ſaltem fuiſſe? Non tantùm manu facta labuntur, non tantùm humanâ arte atque induſtriâ poſita vertit dies: jugis montium diffluunt, totæ deſcedere regiones. Operta ſunt fluctibus, quæ procul à conſpectu maris ſtabant. Vaſtavit ignis colles, per quos elucebas; eroſit, & quondam altiſſimos vertices, ſolatia navigantium ac ſpeculas, ad humilem arenam deduxit. Ipſius naturæ opera vexantur. & ideò æquo animo ferre debemus urbium excidia. Caſura omnia extant: omnibus exitus manet; ſive interna vis flatúsque præcluſi violentè pondus, ſub quo tenebantur, excuſſerint; ſive torrentium in abdito vis obſtantia effregerit; ſive flammarum violentia compaginem ſoli ruperit; ſive vetuſtas, à quâ nihil tutum eſt, expugnaverit minutatim; ſive gravitas cœli ejecerit populos, & ſitus deſerta corruperit. enumerare omnes fatorum vias, longum eſt: hoc unum ſcio; omnia mortalium opera mortalitate damnata ſunt: inter peritura vivimus.* Adjici poterant his, ni fabuloſa meritò haberentur, quæ de Atlantide inſula Plato in *Timæo*, & ex Platone Philo *de mundo*: Ἡ δὲ Ἀτλαντὶς νῆσος, ἅμα Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, ἦν πρὸ μιᾶς καὶ νυκτὸς, σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, δύσα τε θαλάσσης, ἐξαίφνης ἠφανίσθη. Sed & Tertullianus *apolog. c. 40. Memorat & Plato majorem Aſiæ vel Africæ terram Atlantico mari ereptam.* & *ad nation. l. 1. c. 9. Vel quam Plato memorat majorem Aſiâ aut Africâ in Atlantico mare merſam.* Et rurſus, *de Pall. c. 2. In Atlantico Lybiam aut Aſiam adæquans queritur.* Quanquam & fabuloſis iſtis aliqid etiam veri ſuberat. Siquidem quæ temporibus illis quaſi demerſa latebat, noviſſimis his emerſit quodammodo, & in notitiam noſtram ſe dedit, ultra mare Atlanticum, Lybiam aut Aſiam, ut ille loquitur, adæquans terra, forſan etiam ἅμα Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων, præſertim ſi utriusque hujus quantum Platonis diebus innotuerat ſumpſerimus, certè *Europæo orbe potior inſula*, ut cum Ammiano loqui ſidenter licet.

Ἵν' ὕπω εἴπω, πιθήκους] Ità *l. 10. § 19.* Ἕκαστον πάντων ὡς ἐφ' ἡμῖν. Gregor. Naz. *ep. 39. ad Olymp.* Δεινὸν μὲν καὶ ἀνδρὸς θανεῖν· πολλῷ γε δεινότερον, πόλιν ὑποθανεῖν. Serv. Sulpitius (quod & Xyl. obſervavit) *in conſolatoria ad Ciceronem epiſtola, quæ ad famil. l. 4. ep. 5.* habetur. *Ex Aſia rediens, cùm ab Ægina Megaram verſus navigarem, cœpi regiones circumcircà proſpicere; poſt me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræus, ſiniſtra Corinthus: quæ oppida quondam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos jacent. Cœpi egomet ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſiqis noſtrûm interiit aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant?* Et Sulpitium imitatus Ambroſius *ad Fauſtin. ep. 8. Doles quòd dudum florentiſſima reipublicæ occiderit. Verùm hoc nobis commune eſt, non ſolùm cum hominibus, ſed etiam cum civitatibus terriſque ipſis. nempe de Bononienſi veniens urbe, à tergo Claternam, ipſam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas; in dextra erat Brixillum, à fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipſo adhuc nimine ſonans; ad lævam Apennini inculta miſeratus, & florentiſſimorum quondam populorum caſtella conſiderabas, atq; affectu relegebas dolenti. tot igitur ſeminutarum urbium cadavera, terrarúmq; ſub eodem conſpectu expoſita funera non te admonent unius, ſanctæ licèt & admirabilis fœminæ deceſſionem conſolabiliorem habendam? præſertim cum illa in perpetuum proſtrata & diruta ſint; hæc autem ad tempus quidem erepta nobis meliorem illic vitam exigat.* De Sodoma & Gomorrha pariter Tertullian. *de pallio c. 2. Hactenus Sodoma, & nulla Gomorrha, & cinis omnia, & propinquitas maris juxtà cum ſolo mortuum ivit.* ità ex M. S. reſtituit Cl. Salmaſ. *mortuum ivit.* i. e. mortua eſt. Alluſit autem ad *maris mortui* appellationem. Inſulas etiam *Tenon* & *Delon*, alteram *vivere* adhuc, alteram *non* item, dixit Antipater in *in epigr. anthol. l. 1. c. 18.*

Νῦν δὲ σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' οὐκ ἔτ'. τίς κεν ἐώλπει
Ὀφθῆν Τλῶν Δῆλον ἐρημοτέρην;

quod tamen carmen Alphæo Mitylenæo tribuit Cl. Salmaſ. *ad Tertull. Pall.* *Vivere* autem quod dicitur, cur non & *mori* dicatur? aut qid eſt aliud *non amplius vivere*, quàm *mori*? Sicut autem urbes *mori* ità & *ſepeliri* dicuntur. Mitto Maronianum illud *Æneid. l. 2.* *Inu-*

Invadunt urbem somno vinóq; sepultum.

urbem enim pro incolis poluit: Incertus poeta in *Hectoris epitaph.*

——*cum qo fua Troia ſepulta eſt:*
Conduntur pariter, qi periere ſimul.

De Cremona Tacitus *hiſt. l. 3. Cæterùm aſſidere ſepultæ urbis ruinæ, nocia tabo humus, hæud diu permiſit.* ſed & *domum ſepultam* Catullus, at aliâ ratione. ad *Manlium ep. 64.*

Tecum unà tota eſt noſtra ſepulta domus.

& qemadmodum *civitatum cadavera* illi, ità ex antiqis neſcio qis earundem *ſepulcra* dixit, *buſta* Plinius, de Athenis, Mycenis, aliisqe urbibus jam diruris ille epigr. hoc,

Hæ ſunt, qos meritò qondam eſt mirata vetuſtas:
Magnarum rerum magna ſepulcra vides.

Iſte *l. 2. c. 93. Motus enim terræ ſileantur, & qicqid eſt, ubi ſaltem buſta urbium,* (*ſepularum* M. S.) *extat.* Qin & qomodo Marcus *civitates mori* dixit, ubi devaſtantur: ità è contrario Ariſtides reviviſcere eaſdem, ubi inſtavrantur denuo. Ἀπὸ ἧς Νόμου (inqit Marco noſtro, Commodóqe ſupplex pro Smyrna reſtituenda) ταύτην ἡμῖν δεῖ τὴν πόλει χάριν, ἃς ἀναζῶσαι δι' ὑμῶν. eandémqe ab eis inſtavratam, φοίνικος δίκην, ἀναζώσασαν, *palinodiâ in eandem compoſitâ.* & *orat. in Romam:* Ἀλλ' ἀτυχοῦς ἦν τὸν Παμφύλων μῦθον, οἱ ἧς μὲν Πλάτωνος, οὐ σὺν τῇ πυρᾷ ἤδη κείσθαι αἱ πόλεις, ὑπὸ τῆς πρώτης ἀλλήλας ἐκείσης καὶ ταραχῆς, ἀδρόαν ἐξέλαβον τὴν ἡγεμονίαν, καὶ ἐξαίφνης ἀνεζίωσαν. Hiſtoriam in fabulam Eris Armenii gente Pamphylii reſpexit, qam narrat Plato *polit. l. 10.* & à Platone mutuati Val. Maxim. *l. 1. c. 8.* Macrob. *in ſomn. Scip. l. 1. c. 2.* Clem. *Strom. lib. 5.* Æneas Gaz. *de anim. immortal.* ex Platone corrigendi noviſſimi duo, cum apud alterum πρὸς pro ἠρὸς, apud alterum Ἀρμένιον pro Ἀρμενίου ſit ſcriptum. Vide Leopard. *emend. l. 9. c. 2.* Cæterùm ſicut urbibus etiam *mortem* Marcus, & *mortalitatem* Seneca ſuprà lavdatus; ità partibus qibuſdàm corporis humani *immortalitatem* qandam & immunitatem à morte Plato tribuit in *Phædone*; Ἔνια δὲ μέρη τῶν σωμάτων καὶ ἐὰν σαπῇ, ὅσα τε καὶ νεῦρα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ὅμως, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀθάνατά ἐστι. de cadaveribus loqitur Ægyptio more conditis. Qin & Tertull. *de reſurr. c. 42. Nec gigantum autem antiquiſſima cadavera devorata conſtabit, qorum crates adhuc vivunt.* & mox: *Conſtat, non tantùm oſſa durare, verùm & dentes incorruptos perennare; qæ ut ſemina retinentur fructificaturi corporis in reſurrectione.* de dentibus certè Plinius *l. 7. c. 15. Dentes tantùm invicti ſunt ignibus, nec crematur cum reliqo corpore.* Subjicit tamen, *Iidem flammis indomiti, tabe cavantur pituitæ. Vivere* itaqe in iſtis eſt perdurare, ſive perennare, *mori* avtem corrumpi, deficere, deſtrui. *Moriendi* vocabulo uſus eſt Marcus, qià de morte hominum differebat: *vitæ & immortalitatis* Plato & Tertullianus, qis animæ immortalis futuræ ille, ille carnis ad vitam reſurrecturæ cavſſam agebat.

Ἑλίκη] *Helice*, Achaiæ urbs, de qa Strabo *geogr l. 1.* Βύρρᾳ δὴ καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματός, ἡ δ' ὑπὸ χύματος καὶ πρηνίδη. & *l. 8.* καταλαβοῦσα δὴ Ἑλίκην δυοῖν ἔτεσιν πρὸ τῆς Λεύκτρων ὑπὸ σεισμῶν δὴ τὸ πέλαγος κατέπιεσεν αὐτήν. qo loco ex Heraclide calamitatis illius, cùm hiſtoriam, tum & cavſſam ab ira Neptuni fabuloſam commemorat. Adjungit idem *l. 1.* & Buræ Bizonam Illyricam urbem, Ἧς κατεπόθη (inqit *l. 7.*) πολὺ μέρος ὑπὸ σεισμῶν. ut in priore loco lectionem receptam mutare nihil ſit neceſſe, ut σεισμῷ ſubſtituatur, cum eadem exiſtat utrobiqe. Plin. *hiſt. nat. l. 2. c. 92. Helicen & Buram in ſinu Corinthio pontus abſtulit.* Senec. *natur. qæſt. l. 6. c. 26. Illa vaſta concuſſio, qæ duas ſuppreſſit urbes, Helicen & Burin, citra Æ gaum conſtitit.* de qarum interitu, cùm Ephorum ſcripſiſſe, idem refert, *qæſt. nat. l. 7. c. 16.* tum & Calliſthenem cladem eam libro peculiari deſcripſiſſe. *Ibid. l. 6. c. 23.* & *l. 7. c. 5.* Ipſe eodem trahit, qò Marcus iſtic, *l. 6. c. 32. Ego*, inqit, *perire timeam, cùm terra ante me pereat? Helicen Burimq; totas mare accepit. Ego de uno corpuſculo timeam? Supra opida duo navigatur. duo avtem, qæ noviimus, qæ in noſtram notitiam memoria literis ſervata perduxit. qàm multa alia aliis locis merſa ſunt? qot populos aut terra in ſe, aut mare incluſit?* Ovid. *Metamorph. l. 15.*

Si qæras Helicen, & Burin, Achaidas urbes,
Invenies ſub aqis.——

Meminere etiam cladis iſtius Ariſtotelis nomine Avtor *de Mundo c. 4.* Ariſtoteles ipſe *Meteorolog. l. 2. c. 7.* Diodor. Sicul. *l. 15.* Pavſan. in *Achaic.* Polyb. *hiſt. l. 2.* Evſeb. *anno 1137.* Oroſ. *l. 3. c. 3.* Favorinus apud Stobæum *tom. 2. tit. 105.* qi ubi Simonidis illud retuliſſet, qod & è threnis ejuſdem avtor idem ſeorſim commemorat, (eſtqe locus alter ex altero ſupplendus) & attingit, qoqe Dio Pruſ. *orat. 74.*

Ἄνθρωπος γὰρ ἐὼν, μιᾶς πόλεως οἴκησιν, πηγήν τε ἄφθονον,
Μηδ' ἄνδρα ἰδεῖν ἄλλιον, ὅσσον χείνον ἐόντα·
Ὠκεῖα γὰρ, ὡς τανυσίπτερυγα μύιαν

Οὕτως, ἐ μετάσιτος.

Clavſulæ illi, Μηδ' ἄνδρα. Subjungit, ἀλλὰ μηδ' ὄιχον. ὅσσον ἀμέλει ὁ ποιητὴς ὠκέα χαρίζεται, πλὴν ὅτι Σκοπάδων ἀθρόαν ἀπώλεσεν. ἤδη δὲ καὶ πόλεις, παρ' ὃ περιεδόκησεν ἀνάσιτος γενόμενος αἰτίδιον· αἱ μὲν ὑπὸ πυρὸς· αἱ δ' ὑπὸ σεισμῶν· αἱ δ' ὑπὸ τῆς θαλάττης ἐπελθούσης. τῷ μοι Ἑλίκης κατεπόθη. καὶ Βύρρας καὶ αὐτὴ κατεπόθη. δύο πόλεις Ἑλλήνιδες ἀπώλοντο, ὡς οὐδὲ πλέονες. qo loco ὁ ποιητὴς non eſt Homerus, ut Geſnerus eſt opinatus, ſed Simonides, qi Scopadarum interitum ex adium ruinâ; cui miraculo qodam ereptum Simonidem ipſum ſubduxtum referunt

ferunt. Cicero *de Orator. l. 2.* Val. Maxim. *l. 1. c. 8.* Fabius *l. 11. c. 2.* Svidas. alii) nec interitum tantùm deflevit, sed res gestas etiam (uti ex Theocrito *Idyl. 16.* videre est) carmine celebravit. neq; tamen ideò necesse arbitror, cum Leopardo *emendat. l. 10. c. 10.* pro ἀμέλᾳ, ἐν μέλει rescribere, qia melicus Simonides. qum ἀμέλει, *utique, verbi gratiâ*, possit commodè satis consistere. Philo itidem *lib. de Mund. immortal.* qi & Helicæ Buræ'qe tertiam addit Ægyram his verbis:

Κατὰ Πελοπόννησόν φασι τρεῖς πόλεις,
Αἴγειραν, Βοῦράν τε, καὶ ὑλήλιὸν Ἑλίκην,
ἐυδαίμονας τὸ πάλαι γενομένας, πολλῇ τὸ παλαίωμα
ὑπελυθρώσας φορᾷ. Verùm Ægiram Plinius illarum cladi superfuisse significat. Sic enim loqitur *hist. nat. l. 4. c. 5. Achaiæ opida, Helice, Bura; in qæ refugere, hausti prioribus, Sicyon, Ægira, Ægion, Erineos.* Nec subticendum, qod de Helice Ælian. *hist. animal. l. 11. c. 19.* Μελέσης δ', inqit, οἰκίας καταφθορὰς αἰδηπικὰς ἔχουσιν ὅτε ἐν ἀυλῇ μῦες, καὶ ὑφ' ὅτου καὶ γαλαὶ, καὶ φθάνουσι τὸν καταφορέα, καὶ ἐξοικίζονται. τοῦτό τοι καί φασιν ἐν Ἑλίκῃ γενέσθαι. πρὸ πάντων δὲ ἡμερῶν τὸ ἀφανισθῆναι τὴν Ἑλίκην, ὅσοι μῦες ἐν αὐτῇ ἦσαν καὶ γαλαὶ, καὶ ὄφεις, καὶ σκολόπενδραι, καὶ σφονδύλαι, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἦν τοιαῦτα, ἀθρόα ἐκπέφευγε τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Κορίαν ἐκφέρουσαν. ἐπεὶ δ' ἀνεχώρησαν τὰ σωθέντα ἐμβρία ζῶα, νύκτωρ γίνεται σεισμὸς καὶ συνιζάνει ἡ πόλις, καὶ ἐπικλύσαι πολλοὶ κύμασι, ἡ Ἑλίκη ἠφανίσθη. Ammianus denique rerum gestarum *l. 17.* ubi Nicomediæ urbium Bithyniæ matris cladem, qam Constantio rerum potito pertulit, miserabilem pluribus descripserat; *Fiunt*, inqit, *terrarum motus modis qatuor: aut enim brasmatiæ sunt, qi humum intùs suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles, ut in Asia Delos emersit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus, & Eleusin in Bœotia. & apud Tyrrhenos, Vulcaniæ insulæqe plures: vel climatiæ, qi limis ruentes & obliqi, urbes & ædificia, montésqe complanant: aut chasmatiæ, qi grandiori motu patefactis subitò voratrinis, terrarum partes absorbent; ut in Atlantico mari, Europæo orbe potior insula, & in Crisæo, Helice, & Bura, & in Ciminia Italiæ parte opidum Succuniense, ad Erebi profundos hiatus abacta æternis tenebris occultantur. Inter hæc tria genera terræ motuum mycematiæ sonitu audiuntur minatorio, cum dissolutis elementa compagibus ultrò adsiliunt, vel relabuntur confidentibus terris. tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitúsqe terrenos.* Buræ atqe Helicæ exitii ratione pares facit Sardes Bianor *in epigram. anthol. l. 1. c. 70.*

Σάρδεις, αἳ τὸ πάλαι Γύγεω πόλις, αἵ τ' Ἀλιάττεω,
Σάρδεις, ἃς βασιλεῦ Πρῆσις ἐν Ἀσίδι &c.
Αἱ κρείσσω τὸ παλαιὸν ὑπανθήσασαι μέλαθρον,
Ὅλεον Παιλωλῦ ῥήμασι δεξάμεναι.

Νῦν δ' ὅλαι δύσμοροι ἐς ἓν χθαμὸν ἀφανισθεῖσαι,
Ἐς βυθὸν ἐξ ἀκαμοῦς χάσματος πεπτᾶσι,
Βοῦρα τε καὶ Ἑλίκη κωκυτοφλέγα· αἱ δ' ἐπὶ χάρυβδι
Σάρδεις, ἐν βυθίαις εἰς ἓν ἐκειάδι τέλος.

Sardibus obtigit hæc clades sub Tiberii imperio: refert Strabo *l. 12.* sed non solis. Plinius *l. 2. c. 84. Maximus terræ, memoriâ mortalium, exitit motus Tiberii Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asiæ unâ nocte prostratis.* de numero, Tacito *l. 2.* cum Plinio convenit. Evsebius verò tredecim numerat & nominat, qarum una forsan reliqis celebris minús.

Καὶ Πομπήϊοι] *Pompeii* Campaniæ opidum, Plin. *l. 3. c. 5.* De hoc Senec. *nat. qæst. l. 6. c. 1. Pompeios, celebrem Campaniæ urbem, in qam ab altera parte Surrentinum Sabianúmqe litus, ab altera Herculanense conveniunt, maréqe ex aperto conductum amano situ cingit, descidisse terræ motu, vexatis qacunqe adjacebant regionibus, audivimus; & qidem dicbus hibernis, qos vacare à tali periculo majores nostri solebant promittere. Nonis Febr. fuit hic motus, Regulo & Virginio Consulibus. & c. 27: Aiunt sexcentarum ovium gregem exanimatum in Pompeiana regione.* Strictim Tacitus *annal. l. 15. Motu terræ, celebre Campaniæ opidum Pompeji, magnâ ex parte proruit.* Cæterùm & altera urbis istius clades nihilo minùs insignis memoratur, de qâ infrà dicendi locus dabitur.

Καὶ Ἡρακλάιον] *Herculanum* etiam Campaniæ opidum, Plinio *ibid.* Seneca de Pompejorum motu loquitus, loco superiùs adducto: *Campaniam nunqam sexcuram hujus mali, indemnem tamen, & totiens defunctam metu, magnâ strage vastavit. nam & Herculaneensis opidi pars ruit, dubiéqe stant etiam qæ relicta sunt.* & *ibid. c. 26.* ubi dixerat ex Callisthenis sententia, *insulas esse certioris soli, urbésqe eò tutiores, qò propiùs ad mare accesserunt. falsa*, inqit, *hæc esse, Pompeii & Herculaneum sentire.* De utroqe Dio Cassius *l. 66.* in *Tito.* ubi Vesuvii montis incendium immane descripserat; Καὶ πόλεις δύο ὅλας, τήν τε Ἡρακλάιον καὶ τὸν Πομπηΐους, ἐν διαστήματι τοῦ ὁμίλου αὐτῆς κατέκαυσε. Duplex ergò tum Pompeios, tum & Herculaneum clades afflixerat: à terræ motu altera, altera ab igne, qi è monte vicino eruperat. illa sub Nerone contigit, ista sub Tito. prior Senecæ, Dioni posterior memoratur. Marcus utram voluerit, ambigi potest. hanc magis, opinor, qia post priorem illam revixisse qodammodo videtur, graviori malo reservata. de hac certè Tertullianus *de pallio c. 2.* postqam Sodomæ ac Gomorrhæ cladem retulerat; *Ex hujusmodi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta, qò magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios.* Sed & *in apologet. c. 40. Vulsinios de cœlo, Pompejos de suo monte perfudit ignis.* qod cum idem eisdem planè verbis in scripto

adver-

adversùs nationes l. 1. c. 9. reponatur; eo loci tamen vir doctissimus Jac. Gothofredus, cujus diligentiæ Tertulliani fœtum hunc postliminio receptum debemus, in codice M S. *Tarpeios*, non *Pompeios* legi testatur; idémque vocabulum in *Apologetico* restituendum contendit. ut Tarpe civitas Italiæ: cujus Stephanus Byzant. meminit, utrobique intelligatur, unde Ταρπαῖον ὄρος, & gentilitium nomen Ταρπαῖος. id eò magis urget; primò, qia Pompejorum clades sub Nerone demum contigerit, cùm avtor de eis cladibus agere propositurus fuerit, quæ disciplinâ Christianâ erant antiquiores. deinde qia terræ motu illa facta sit, cùm hæc, de qa Tertullianus, igne contigerit. Verùm & Tarpæ istius nomen obscurum satis videtur, nisi si qis montem Tarpeium huc transferre velit, qod *nisi per somnum* fieri posse Gothofredus ipse negat; nec clades hujus ulla istiusmodi scripto consignata deprehenditur. tum Pompejos non terræ motu tantùm prorutos, etiam igne perfusos, cineribúsque obrutos constat. potuitque Tertullianus memoriâ lapsus, posterioris etiam, inter multas alias, cladis alicujus mentionem feciſſe.

Ὁ μὲν τῶν κνιδίων] Sententia ἀνακόλουθος, qualem suprà observavimus, *lib. 3. § 4.* de argumento avtem hoc ipso paria habes, *infr. § 50. & l. 8. § 23.*

Εἰς τὰ ἐξετάσθη] à gestu defunctorum tractum. Vide *supr. ad § 3.* Ἐκτέτασται.

Πάντα δὲ ἐν βραχεῖ] ità *infr. § 50.* ὅλον μικρόν ὄζει τὸ διδυμα. Vide & *supr. § 15.*

Τὸ γὰρ ὅλα καταδὲν ἀεὶ] M. Casavb. τὸ γὰρ ὅλον καταδὲν ἀεὶ, &c. q. d. *hæc est summa rei, ut humanas res semper intuearis, tanqam transitoria & vilia.*

Τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα] Ità *lib. 9. § 14.* πάντα ταῦτα ἐφήμερα. & *supr. § 29.* πᾶν ἐφήμερον. Evripid. *Phœniss.* à Plut. *ad Apollon.* & Stob. *tom. 2. tit. 105.* lavdatus;

Ὁ δ' ὄλβος ὁ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.

Fortuna fluxa est; vixqe durat in diem.

Et apud eundem Hecuba;

Τὸν πάντ' ὄλεσον ἦμαρ ἓν μ' ἐφείλετο.

Qibus, altero alludi poterat ad Ephemeron, plantam sic dictam, si Nicandri Scholiastæ fides, διὰ τὸ ἅπαξ ἀναδιδόναι, τῇ δὲ μεσημβρίᾳ πίπτειν, ὡς ἐκεῖραν δὲ αὐαίνεσθαι· vel, ut ego potiùs existimem, qod florem ferat, citò deciduum, ut vix in diem alterum duret. nec abludit Moses, qi *uno die totam vitam hominis concluſit*, ut Philippus presb. *in Job. l. 1.* dum genus humanum *herbæ campestri* comparat, *qæ mane succrescit, vesperi succiditur. Psal. 90. v. 5, 6.* altero ad aliam eidem cognominem, indè dictam, ut *ad Dioscorid. c. 700.* ex Theophrasti sententia Herm. Barbarus, *qod intra diem jugulet*: sive, διὰ τὸ ἡμέρᾳ ὅλῃ μὴ δύνασθαι ἐξαρκεῖν πρὸς πόνους αὐτὸ, vel φαγόνας etiam, qemadmodum de Pharico Nicander ipse *l. 2. v. 400.*

——ὑσὶ μονήρει

Ῥηΐδιος ἀνὴρ βαρὺν καταναίρεται ἄνδρα.

indè Svidas, Ἐφήμερον δηλητήριον, τὸ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀναιροῦν. Vide qæ ex Sophocle, Sosiphane, Evripide, aliisqe pavlò superiùs retulimus.

Ἐχθὲς αὖ] heri id est, nuper, sive nuperrimè. qo sensu & Job. *c. 8. v. 9.* χθιζοὶ γὰρ ἐσμὲν. *besterni enim sumus. & Histor. Reg. l. 2. c. 15. v. 20.* Ἐχθὲς προαγόμενος. *heri*, id est, nuper, *accessisti.* Vide *ad l. 10. § 7.*

Μυξάριον] Piscem aliqem innui existimavit Xylander, qia τάριχος sequitur. itaqe vertit, *qod heri fuit piscis, cras erit Salsamentum aut cinis.* Nec mirum adeò crassè halucinatum Xylandrum, qum & Henr. Stephanus eundem errorem erraverit; qi in *Thesauro* suo apud M. Awrelium μυξάριον nomen piscis esse pronunciavit, *saperdam* forsan vel *ichthyocollam.* Verùm utrumqe aliud docere poterat Marcus ipse, qi *l. 6. § 13.* πρὸ σωμάτων definivit, ἐντερίου παφῆς ἓν καὶ μικρὰ πτῦ ἀπασμοῦ μυξαρίου ἄκρησιν. *intestini affrictionem & cum convulsione qadam muci excretionem.* respexit dubio procul utrobique ad genituram humanam, qæ mucum referre videtur, qámqe R. Aqiba in Pirke Aboth, טִפָּה סְרוּחָה hoc est, ut Palladas in *anthology. epigr. l. 1. c. 81.* μιαρὰν βαλίδα, sive *gustulam fœdam*, appellat. *limum* dixit Tertull. *de pudicit. c. 6. non ex seminis limo, non ex concupiscentiæ fimo:* &, *lasceas sordes*, Rigaltio refingente, idem *ibidem.* qo modo & Jobus honestiori pavlò usus imagine *cap. 10. v. 10.* sic Numen alloqitur, *An non* כחלב *sicut lac fudisti me; & tanqam caseum coagulâsti me?* Plin. *hist. nat. l. 7. c. 7. Miseret atqe etiam pudet æstimantem, qàm sit frivola animalium superbissimi origo.* Stoicis avtem diminuentis formulæ vocabula frequentia & familiaria, nemo non novit, qi in scriptis ipsorum est vel leviusculè versatus. ità apud cùm Marcum nostrum, tum & Epictetum creberrimè deprehendas, μυξάριον, ὀνάριον, ὀσάριον, ὀρνιθάριον, ῥυπάριον, φυτάριον, ψυχάριον, ἀνθρωπάριον, σωμάτιον, πλευμάτιον, πνευμάτιον, αἱματίον, σαρκίον, σαρκίδιον, ἀνθύλλιον, ἀνδρύδριον, & innumera ejusmodi. qæ eo fine illi usurpâsse videntur, qo σφῶν μίσους καὶ ἀδιαφόρων istorum contemptum qendam innuerent, qámqe ea súsqe déqe ipsi haberent, eis loqendi formulis subindicarent. Vide *supr. § 20.*

Τάριχος ἢ πίσσα] Ità de Protesilao Artayctes apud Herodotum *l. 9.* ὅτι πεζὸς καὶ τάριχος ἰὼν, δώσειν σφὶ θεὸς θεὸν ἔχει τὸν δεδιότα πῦρ. τάριχος propriè *salsamentum.* dubitavi aliqandò an *succidiam* verterem, qia de carnibus agitur, cùm *salsamentum* de piscibus præcipuè usurpetur. *Salsuram* malui, qia *succidiam* ad suillas carnes restrin-

gi.

gi, *salsuram* à Columella, *l.* 8. *c.* 17. & *l.* 12. *c.* 53. latiùs extendi, animadverteram. Verto itaque, *salsura vel favilla.* Tertull. *de resurr. carn. c.* 27. *Sepulcra cellas promas dixit* (Esaias *c.* 26. *v.* 20.) *qia in cellis promis caro salita & usui reposita servatur, depromenda illinc suo tempore. proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturæ, mausoleis & monumentis fegestrantur, processura indè cùm jusserit dominus.* Respexit Marcus ad mores ritúsque, qos circa defunctorum cadavera observabant Ægyptii, at cum Græcis pariter Romani; qorum alteri condiebant suorum corpora, alteri cremabant. Eustath. *ad Il.* α'. Ἕλλησι μὲν τοὺ νεκροὺς καίειν, τὰ ὀστᾶ μόνα καταλέγοντες καὶ θάπτοντες εἰς μήτραν ἐβάλλοντο. Αἰγύπτιοι δὲ τοὺ νεκροὺς ἐταρίχευον, ἵνα ὅλον τὸ σῶμα (an σῶμα) τὸ πάλαι ζῶντος ἔχωσιν εἰς μνήμην ζώπυρον. ità apud illos cadaver fit ταρίχος, id est, *salsura*, sive *mummia*, uti appellant recentiores Medicorum filii, ab Arabico *Mum*, id est Ceræ; qia ceromate etiam in eo negotio utebantur; apud istos τάριχος, id est, *favilla* vel *cinis*. De Ægyptiis Herodot. *l.* 3. à Stobæo etiam relatus *tom.* 2. *tit.* 121. Τὸν νέκυν ταριχεύουσιν, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ ἐυλέων καταβρωθῇ. Et Sext. Empir. *Pyrrhon. hypothes. l.* 3. *c.* 24. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἐντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσιν αὐτά. qi & Persas ait, νίτρῳ ταριχεύειν. Ex Chrysippo Cicero *Tusc. l.* 1. § 108. *Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi servant: Persæ etiam cerâ circumlitos condiunt.* qod κηρῶσαι Herodotus *l.* 1. dixit. Verùm *condunt*, non *condiunt* legi postulat Victorius *var. lect. l.* 10. *c.* 6. Sic enim Herodotus; καὶ κηρώσαντες δὴ ὧν τὸν νέκυν πέρσαι, γῇ κρύπτουσιν. Hinc Plato in Phædon. Συμπονὸν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχεύειν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχεύοντες, ὁλίγου ὅλον μένει ἀνάλωτον ὅσον χρόνον. Et Lucian. in *Necyomant.* apud inferos vidisse se in defunctorum congerie, τοὺ μὲν πολλοὺς τινας καὶ εὐρωπίνους, καὶ ἀμφιλύους, τοὺ δὲ νεκροὺς, καὶ σωπεκνότας, καὶ μάλιστα τοὺ Αἰγυπτίων αὐτοῦ, διὰ τὸ πολυανδρὶς τῆς ταριχείας. Indè ταριχευταὶ Diodoro Sic. *l.* 1. dicti, qi id muneris obibant. Qin & de Api bove, qem colunt Ægyptii, Nymphodorus Amphipolita *lib. de ritibus moribúsve Asianis*, à Clemente *Strom. lib.* 1. lavdatus; Τὸν Ἆπιν τὸν ταῦρον τελευτήσαντα καὶ ταριχευθέντα, εἰς σορὸν ὑποδέχ. Unde *Sarapis*, qasi *Soroapis* dicatur. Et de Osiride Athenagoras in *legat.* sive *apolog. pro Christianis*: ὃ μόνον οὐ τάφῳ τῷ Ὀσιριδος δέδεικται ἀλλὰ καὶ ταριχεία. *Osiridis apud Ægyptios, non sepulcrum tantùm, sed & conditura ostenditur.* Itaque apud Tacit. *histor. l.* 5. de Judæis, qod vulgò legitur, *Corpora condere, qàm cremare, è more Ægyptio. Condire* malim. Vide Mosen *l.* 1. *c.* 50. *v.* 2. Et Joan. *Evang. c.* 19. *v.* 39. Ad ritum cremandi alludens Marcus *supr.* § 3. ἐκπέτας, πετόφρων. De utroqe Lucian. adjectis etiam gentium aliarum ritibus aliis, in *dissert. de luctu.* Ὁ μὲν ἕλλην ἔκαυσεν· ὁ δὲ Πέρσης ἐθαψεν· ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑέλῳ περιχέει· ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. Quo loco (ut id obiter adnotem) ὑέλου nomine, nec, cum Erasmo, *adipem suillam*; & *stercus suillum* multò minùs; designari existimem; (qamvis alterum è duobus necessariò intelligendum censeat M. Casavb.) qum nevtrum horum usqam ità nuncupari comperiam. Sed nec assentiri possum Lilio Gyraldo, *de Var. sepult. rit.* pro ὕαλον, μύελον, qod *medullam* is interpretatur, legenti. ὕδωρ potiùs ex Gorrhæo, *electri sive succini genus, vitri instar, pellucidum*, intellexerim: qod & Plinius *l.* 37. *c.* 3. à Germanis *gleſſum* (**glas** nostrum agnoscas) indéqe *l.* 4. *c.* 16. *insulas*, qæ & *Electrides*, *Gleſſarias*, monuit appellari. *electrum* avtem sive *succinum* apud Indos copiosè haberi Ctesias prodit in *Indicis*; unde excerpta habes in Photio *cod.* 72. Qanqam & vitro etiam inclusa cadavera suorum, γυαλώσαντας, (id est, γύαλῳ χείσαντας, qod de Britannici corpore veneno sublati à Nerone factum refert Dio *l.* 61.) *cum calce*, sive *creta* priùs *illevissent*, vel τυνιχάσαιεν (ut Diodor. Sic. *l.* 2. *c.* 15.) *ubi salsamenti instar condivissent*, assevare Solitos Æthiopes, avtor est *ibidem* Herodotus. idémqe narrans Strabo *l.* 17. Οἱ δ' ὀικοι καταχυθέντες ὕαλον. & Diodor. *l.* 2. περιχύσαντες αὐτοὺς πολλῷ ὕαλον. ità enim legendum, qod libri ὕλῃ perperam exhibent. qi & ex Ctesia subjicit, priùs avreâ, vel argenteâ, vel fictili, pro defuncti opibus statúqe, thecâ qadam, ad corporis dimensiones ac lineamenta accuratè effictâ, includi solita refert cadavera, qàm *vitro* sive *succino* perfunderentur. *Indorum* avtem nomine *Æthiopes* apud veteres venisse, ut alios nè dicam, docebit Maronis illud de Nilo, qem ab Indis fluere ait, *Georg. lib.* 4.

Usqe coloratis amnis devexus ab Indis.

Videatur Jos. Scalig. *de emend. temp. l.* 7. in *Comput. Æthiop.* Sed &, ὡς ἄποικοι Ἰνδῶν Αἰθίοπες παρῴκησαν, *Æthiopas ab Indis ortos ac profectos, ritúsque patrios retinuisse*, vulgò creditum ex Philostrato discimus in *vit. Apollon. l.* 6. *c.* 8. Verùm aliud est περιλείειν, *includere*, aliud περιχρίειν, *inungere*, qod, ut *calci* sive *cretæ* convenire possit, *vitro* commodè sive *succino*, vix potest. qid si ergò, vel pro ὑάλῳ γύῳ, vel pro περιχρίει περιλείει legatur, ut sit, vel *gypso oblinunt*, vel, *vitro includunt*? addam & aliam conjecturam, ὑάλῳ περιχέειν, qàm ὕαλον περιχέειν, qod Strabo habet, ritè dicitur. Qanqam si qi codices illud μυέλῳ exhiberent, leviculâ mutatione posset in μέλιτι defingi. melle avtem inuncta, qo diutiùs servarentur, cadavera, nemini ferè non est notissimum. De Assyriis Herodotus *l.* 1. Ταφαὶ δ' ὅσοι εἰσὶ μέλιτι. Lucret. *l.* 3.

Nam

Nam si in morte malum est, malis morsúque ferarum
Tractari; non invenio, qì non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis;
Aut in melle situm suffocari; atque rigere
Frigore, cùm in summo gelidi cubat æqore saxi;
Urgerive superne obtritum pondere terræ.

Varro περὶ ταφῆς apud Nonium in *Vulgus Quæ Heraclides Ponticus plus sapit, qi præcepit ut comburerent; quàm Democritus, qi ut in melle servarent: quem si vulgus secutus esset, pereram, si centum denariis calicem mulsi emere possimus.* Plin. *hist. nat. l.* 23. *c.* 24. *Mellis natura talis est, ut putrescere corpora non sinat.* Idémque *l.* 7. *c.* 3. *Hippocentaurum Claudii Cæsaris principatu allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* Refert Xenophon. *Comment. Græc. l.* 5. Agesipolis Spartani regis *cadaver melle conditum*, qò Spartam reduceretur ad regalem sepulturam. Agesilai verò, per mellis penuriam, *cerâ obductum*, avtor est Plut. in *Agesil.* Silius avtem Italicus, qi varia itidem sepulturæ apud gentes varias genera *belli Punici l.* 13. recenset, à Ponti incolis ora suorum *murrhata*, id est, *myrrhâ condita, in longum ævum reponi* adfirmat. Cæterùm de Luciani loco viderint eruditiores: qibus & conjecturas hasce nostras liberè censendas libenter relinqimus. Qod avtem Marcus istîc, τάειχος ἢ τήρεμα, idem eidem, sed inverso ordine, *l.* 5. § 33. ἀποδὺς ἢ σκέλεπτε dicitur.

Τὸ ἀγελαῖον] Vide *ad lib.* 2. § 10. & *supr.* § 26.

Κατὰ φύσιν ἀλελθεῖν] Vide *l.* 1. § 9. & 16. & *l.* 2. § 9.

Ἴλεως καλαλῦσαι] Vide *l.* 2. § 3. καλαλῦσαι dixit, qod ἀναλῦσαι Pavlus *ad Philippens. c.* 1. *v.* 23. Sed & Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 9. Ὅταν ὁ θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύσῃ πρὸς αὐτόν.

Εὐφημῶσα] ità *l.* 2. § 3. εὐχάριστος. Epictet. *l.* 3. *c.* 26. πείθεσθαι, ἀκολουθῶ, ἐπιφημῶ τὸν ἡγεμόνα. Senec. *epist.* 30. *Jam verò si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret, non repentè avulsum vitæ, sed minutatim subductum, næ ille gratias agere Diis omnibus debet, qòd satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est.*

§ 49. Ὅμοιον ἐπὶ τῇ ἄρκῃ] Similitudine eâdem usus est Attius, & ex Attio, cùm Papirius Pætus *ad Ciceronem*, tum & Cicero ipse ad *Pætum famil. l.* 9. *ep.* 16. *Illam Attii similitudinem non modo jam ad invidiam, sed ad fortunam transferam: quam existimo levem & imbecillem, ab animo firmo & gravi, tanquam fluctum à saxo frangi oportere.* Seneca alias item adjecit, de constant. *sap. c.* 3. *Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec fecari adamas, aut cædi vel deteri potest, sed incurrentia ultrò retundit; quemadmodum quædam non possunt igne consumi, sed flammâ circumfusâ, rigorem suum habitúmque conservant, quemadmodum projecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla sævitiæ vestigia, tot verberati seculis ostentant: ità sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tutus sit ab injuria, quàm illa quæ retuli.* Idem *de vit. beat. c.* 27. Socratem sic loqentem inducit: *Duritia filicis nulli magìs, quàm ferientibus nota est; nec ulli magìs intelligunt, quanta sit virtus mea, quàm qi vires ejus lacessendo senserunt. præbeo me, non aliter quàm rupes aliqa in vadoso (undoso, Lipsius) mari desituta, quam fluctus non desinunt undecunque moti sunt verberare; nec ideò avt loco eam movent, avt per tot ætates crebro incursu suo consumunt.* Evstath. *ad Il. β'. v.* 396. Ἰσέον ὅ ὅτι καὶ ποτὲ τὸν στρεπὸν ἄνδρα καὶ κυδιόωντα ἀπεικλόντων, τοιοῦτῳ σεσιλῆτι σκοπέλῳ εἰκάσαι, ὃν ἔ ποτε κύματα λείπει.

Παντοίων ἀνέμων, ὅταν ἔνθα καὶ ἔνθα γένωνται,

Atque ità de Achivis Homer. *Il. o'. v.* 618.

Ἶσχον γὰρ πυγόνδεν ἀρηϊθόωντες, ἠΰτε πέτρην
Ἠλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα,
Ἥτε μύκει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα,
Κύματά τε προφέβηλα, τά τε στεμφηδὸν ἀυτῇ
Ὣς Δαναοὶ Τρῶας μύον ἔμπεδον, οὐδὲ φέβοντο.

De Latini constantia Maro *Æn. l.* 7.

Ille velut pelagi rupes immota resistit:

(qem de Homero versiculum usurpavit Macrob. *Sat. l.* 6. *c.* 3.)

Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese multis circumlatrantibus undis
Mole tenet: scopuli nequicqam, & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

Et de Mezentii fortitudine *l.* 10.

Ille velut rupes, vastum quæ prodit in æqor,
Obvia venturum furiis, expostáque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque,
Ipsa immota manet.——

Achelous apud Nasonem *Metamorph. l.* 9. *v.* 39.

Me mea defendit gravitas: frustráque petebar;
Haud secùs ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant, manet illa, suóque est pondere tuta.

De Andronico majore Nicephorus Gregoras *hist. Rom. l.* 8. *c.* 10. Πολλὴ γὰ τὰ πράγματα εἰληφὼς διατρέχοντες κυκεῶν, ὅτῳ ἂν διαδρόμοι νεφέλας ὀπυίκα εἴη τροφῶν ἀπαρκίας, καὶ μικρῷ πάντων ἐνδεῖν ἐφ' ἡμᾶς κιγκλίζων, ὅπω σφοδρῶς, ὥσπερ ὑς φασι καταρρήξας Νείλω, μόνῳ αὐτὸς τὰς ἐμβολὰς εἰς σαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἐσῶσι φρονίμασι, παρεπλησίως σεσιλῆτι, πολλῶν σεσειραγγυιδίων κυμάτων, ἀκυμάντῳ μένοντι, &c. Nicetas Chon. in *Manuel. l.* 2. *c.* 1. Ἀλλ' ἀνδρείᾳ ἐπυκλῶν νῷ διοικισμένοις, ἀπεικάσθη, ὡς εἰ μὴ σεσιλῆτα σεσείσαν ἀπνίκτῳ. Idem in *Alex. Man. c.* 13. de Theodosio Patriarcha; ὅτε γὰ ἡ Ἀνδρονίκε μεγαλειότης καὶ σωφροσυνὴ, ἐφ' ᾗ δὴ αὐτῇ λόγων ἐσιφόλιξε δωμας

λυόμενος, ὃ δ' αἰ ἀπειλαὶ διετάραξαν· ἀλλ' ἦν ἀτίνακτος, ὡς ἐπεῖν & ὁ περίβολος, ὃς ὃν ἀεὶ κῦμα ὀρθὸν ἵστατο, καὶ ἅλμη ἀφεμορμύρουσα· ὃ δὴ εἰς ἀφετὴν θαλύων, καὶ μακρὰ χλάειν ἐων τῷ ἠπείρατον θάλασσαν, ὅτι τῆς αὐτῆς ἐστὶ πέτρας βάσεως. Et de Alemanno quodam milite, in *Isaac l. 2. c. 7.* Γελᾷ ὑπερφέρετο, ἀτίνακτος καὶ πέτρα ἢ περίβολόν τινα τοῖς τῆς βαρβαρικῆς ὀμοίνου ξυλλόγοις βλήμασιν. De Roberto Comite Gloceſtrenſi Henrici primi filio Gvilielm. Malmesbur. *biſtor. novell. l. 2.* Quamvis & Rex ipſe & cuncti principes, magno annisu ſatagerent, Comitem in ſua vota traducere,

Ille, velut pelagi rupes immota, reſiſtens,
omnes eorum conatus, vel irritos fecit, vel rationabiliter compeſcuit. Gregor. Naz. *orat.* 27. Ὁ αὐτὸ δὴ ἑαυτῷ πωλῶ τε καὶ πρίαπον τὸ κλοὸν, ἐπειδὴ τῆς ἐσῶπις ἑρᾶ, ἐσῶσαν ἔχει καὶ τῷ σκεῖ αὐτὸ φερόμιον, ὥστε θεῖόν τι πάσχων, καὶ τὸ τῆς θεᾶς ἀγάλμα λέγειν, ἐγὼ ἢ ὁ αὐτὸς εἰμὶ, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· ἔκαν μεταπαιδεύσεται, ὑδὲ συμμετασχεδήσεται τοῖς χαρίεσι καὶ τοῖς περίφασιν, ἄλλοτε ἄλλο γιόμενος, καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας, ὥσπερ τὰς ἀπὸ πετρῶν ὀκ πολύποδες, ἃς ἂν ὁμιλήσωσι· μόνει ἢ ὁ αὐτὸς ἀεὶ, πάντα ἐν ὁ πετρόσι, καὶ ἐν στερεομόροις ἄσροφος. πέτρα τις, ὄιμαι, πρὸς ἐμβολὰς ἀνέμων τε καὶ κυμάτων, ὅτε πινασσομένη, καὶ δαπανῶσα περὶ ἑαυτὸν τὰ περισσίπλοντα. Idémque *orat.* 28. procellam deſcribens: Ἡ μὲν θάλασσα ἀνέμοις μεγάλοις πνέουσι διηγείρετό τε καὶ ἐπορθοῦτο· ἀπὸ ἢ κυμάτων τὰ μὲν πρῶτα ἀνίσταμένα καὶ κατὰ μικρὸν κορυφούμενα, εἶτ' ἐλαπτόμενα πρὸς τὰς ἀκτὰς ἐλύετο, τὰ ἢ τοῖς γείτοσι πέτραις περισσίπλοντα καὶ ἀποκρουόμενα, εἰς ἄχνην ἀφρώδη καὶ ἅλμην ἐσκορπίζετο. ἔνθα χάλικας καὶ φυκία καὶ κήρυκας καὶ σὺν ὀστρέων τὰ ἐλαφρότατα ἐξώθειτο καὶ ἀπεπίπτει· ἔστι ἢ καὶ ἡρπάζετο πάλιν ἀναχωρήσαντος τοῦ κύματος. αἱ ἢ πέτραι ἄσσον καὶ ἀτίνακτοι, ὑδὲν γε ἧττον ἢ ὁλοχλῶντες ὑπενόει, πολὺ ὄσον τοῖς κύμασι. mox ubi ſimiles in vita humana procellas emergentes narraverat; Σὺ περιεργάζομένων, inquit, ὁι μὲν ἐδόκουν μοι ὡς τὰ κυφότατα καὶ ἄφοα παρασύρεσθαι, καὶ ὑδὲ μικρὸν ἀντέχειν πρὸς τὰς ἐπηρείας· ὑδὲ γὰρ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς στερρότητα καὶ βάσεις λογισμῷ σώφρονι καὶ τοῖς περισσίπλεσιν ἀντιβαίνοντος. Οἱ ἢ ἐπὶ πέτρᾳ, τῆς πέτρας ἐκείνης ἄξιοι, ἐφ' ἧς βεβήκαμεν, καὶ ἡ λογισμὸν, ὅσοι φιλοσόφῳ χρώμενοι λόγῳ, καὶ ὑπερανεβηκότες τῶν σὺν πολλῶν ταπεινότητα, πάντα φέρουσιν ἀσείστως καὶ ἀπενάκλως, καὶ διαγελῶσι μᾶλλον ἢ ἐλεῶσι τὸν σειομένης, τὸ μὲν ὑπὸ φιλοσοφίας, τὸ ἢ ὑπὸ φιλανθρωπίας. Joan. Chryſoſt. *in Matth. orat.* 84. Οὕτω καὶ ἡ νίκη λαμπροτέρα γίνεται, ὅταν πάντες σὺν σρῶν σφιγγώμεθα· ὃ καὶ μάλιστα ἰσχύν τεκμήριον. ὥσπερ καὶ αἱ θαλάτται πέτραι, πολὺ παίουσι τὰ κύματα θαλύουσιν· ὥσπερ καὶ οἱ ἅγιοι πάντες ἀνεκηρύχθησαν, καὶ ἐστεφανώθησαν, καὶ λαμπροὶ τέθριπται ἔσησαν, τῶν ἀπεργμένα ταῦτα νικῶντες νίκλω. Indè proverbiale hemiſtichium;

——ὀχλεῖς μάτην μι, κῦμ' ὅπως.

Cyprian. *epiſt.* 3. *Manere debet apud nos frater, fidei robur immobile; & ſtabilis atque inconcuſſa virtus, contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine ac mole, debet obſiſtere.* Huic aliam addere licet imaginem, havd minùs elegantem, ex Evripidis Antigone, exhibente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 126.

Τίς γὰρ πέτραιον σκοπιὰν ὑπάζων ἀεὶ,
Ὀδυνᾶσι δώσει;
Molem qis autem ſaxeam haſtâ verberans,
Citat dolorem?

Cui non abſimile Plavtinum illud *Curcul.* 3. 1.

Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.

ſcil. ſaxum qi cædit, nec illud lædit, & noxam parit ſibi.

Συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτον παντὶ ἐδυνάτο] Geminum planè huic Antiphanis illud apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 108.

Τὸ μὲν ἀπυχῆσαι, παντὸς εἶναί μοι δοκεῖ·
Ἀνδρὸς δ', ἐνεγκεῖν ἀπυχίαν ὀρθῶ τρόπῳ.
Namqe eſſe infortunatum cujusvis puto:
Adverſa rectè tolerare, id verò viri. Grot.
Ἐνταῦθα ἀνὴρ γὰρ ἀνδρός ὄζι διάφορος,
Ἐν τῷ τό, τε κακὸν ἓν φέρειν, καὶ τἀγαθόν.
Hoc enim alio alius præſtat, quòd conſtantiùs
Bonam malámque didicit fortunam pati. Grot.

Philemon. *ibid.*

Ἂν γνῶς τί ἐς' ἄνθρωπος, εὐδαίμων ἔσῃ.
Τέθνηκέ τις· μὴ δεινὸν ἦν τοῦτο σοι.
Κεκύρκε τις, ἢ κακύρκε τις· ἠτυχκέ τις·
Βέβηλε τις· οἰμώζει τις· ἡ φύσις φέρει
Ἄπαντα ταῦτα. φεῦγε τὰς λύπας μόνον.
Si noverit homo qid ſit, ſat felix erit.
Interiit aliqis: nè ſit cordolium tibi.
Hæc peperit, hæc non peperit: eſt alius miſer:
Hic tuſſit: ille plorat: hæc fert omnia
Natura ſecum. tu tantùm luctu abſtine. Grot.

Τοῦτο εὐτύχημα] —λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ', εἰ τύχοι

Κατ' ὀρθὸν ἐξίοντα, παντ' ἂν εὐτυχῆν.

Ille apud Svidam, & Stobæum.

——*qippe cuncta, quamvis triſtia,*
Rectè expedita, ritè fuvſta dixerim.

Itaqe Philemon:

Ἄνθρωπος ὢν ἀπέθανεν· οὐκ ἐς' ὑδὲν εἶς,
Ὦ, μὴ κακόν τι γένοιτ' ἢ χρήσεται.
Ὁ ποιῶν δ' ἐλάχιστον τὸ γενόμενον,
Ἀμφοτέρως ἔτος, εὐτυχεῖ τε καὶ σοφεῖ.
Nullum invenire eſt uſpiam mortalium,
Mala qi non ſit ſenſurus, aut jam ſenſerit.
At qi qod fert fortuna, qàm minimi facit,
Utrumqe, & ſapiens bicce & fortunatus eſt.

Ὃ οὐκ ἔστιν ἀποτύχημα] ἀποτύχημα, *fruſtratio*

aberratio, ubi qis à fine scopóqe sibi proposito excidit, eúmqe nevtiqam assequitur. hoc itaqe loco naturæ humanæ ἀποτύχημα dicitur, qod ità eidem adversatur, ut impediat qo minùs finem sibi propositum assequatur. at hoc in natura humana, inqit, nihil externum suâ vi potest efficere. neqe est itaqe istiusmodi aliqid pro infortunio hominis habendum. Hoc eodem argumento (utì refert Plut. *de tranqil.*) Metrocli Cynico occlusit os Stilpo Megarensis: potuitqe eo Marcus etiam hîc respexisse. Qum enim Metrocles illi filiæ suæ impudicitiam exprobraret, Ἐμὸν ὗν, inqit ille, ἁμάρτημα τοῦτό ὄζιν, ἢ ἐκείνης; & respondente Metrocle, ἐκείνης μὲν ἁμάρτημα, σὸν δ' ἀτύχημα· regessit ille: Πῶς λέγεις; ὑγὶ ἁμαρτήματα καὶ διαπτώματά ὄζι; τὰ δ' διαπτώματα, οὐχ ὧν διαπτώματα, καὶ ἀποτεύγματα; τὰ δ' ἀποτεύγματα, οὐχ ὧν ἀποτεύγματα ἀτυχήματα; Ità, inqit Plut. πρᾴως λέξῳ καὶ φιλοσόφῳ πεσὸν ἀπέδεξεν ὕλαγμα τοῦ τὸ Κυνικὸ ϛλασφημίαν. Refert & Laërt. *lib.* 2. idem objicienti cuidam, dicentíqe, ὡς κατισχύροι αὐτὸν· respondisse, ἤ μᾶλλον, ἢ ὑγὼ ταύτῃ νομίῳ. *Non magis est illa mihi probro, qàm ego illi sum ornamento.* Atqe sensus verborum Marci iste cum seqentibus conspirat optimè, qibus interrogat an casus istiusmodi prohibere qenqam possint, qo minùs justus, magnanimus, reliqarúmqe virtutum cultor existat. Possunt tamen & aliâ ratione intelligi, ut *aberrationes* sive *frustrationes*, ἀποτεύγματα naturæ humanæ, negentur esse hujusmodi contingentia, qia præter naturam humanam ejusdémqe rationem nevtiqam contingant. Vide *supr.* § 33.

Τί ὗν τὸ βύλημα μεμάθηκας] Oratio defecta videtur. Itaqe Xyl. vertere neglexit. forsan sic distingvendum. Τί ὗν τὸ βύλημα; μεμάθηκας. *qidnam est igitur qod vult natura? didicisti* jam pridem; ipse satis nôsti. qid id avtem sit, in seqentibus indicat; sed & *l.* 5. § 1. Epictet. Enchir. *c.* 32. Τὸ βύλημα τῆς φύσεως καταμαθὼν ὄζιν, ἐξ ὧν ὑ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. Et *dissert. l.* 1. *c.* 17. τί ὗν θαυμαστόν ὄζι; νοήσας τὸ βύλημα τῆς φύσεως. Alex. Aphrodiss. *de beatit.* τὸ καὶ φύσιν, τὸ καὶ τὸ βύλημα τῆς φύσεως ἀκέτω.

Ἀπρόπλαστον] Vide *ad l.* 3. § 9.

Ἀδιάϛροφον Sic *l.* 2. § 17. μηδὲν ποιοῦντα διεϛραμμένως, καὶ μετ' ὑποκρίσεως, ut nihil ficti simulatíqe subsit: & *supr.* § 33. λόγος δεῖ μήποτε διαϛροφὰς. *Sermo mendacio omni immunis.* Istic avtem, τὸ ἀδιάϛροφον, vel agendi, vel patiendi significatum habere possit: prout & *l.* 1. § 15. τὸ ἀϛρόφως. Utrovis sumpseris, ad Stoicam disciplinam spectat. Siqidem illi, ut Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* aiebant, μὴ δεξάσθαι τὸν σοφὸν, τυτέϛι ϕαῦλόν συγκατάθεσιν μηδενί. Explicatiùs Stob. *tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 4. § 8. Λέγουσ δὲ μὴ ϕαῦλόν τὸν σοφὸν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν. ὑ γὰρ ἐν τῷ λέγειν τὸ ϕεῦδος τὸ ϕαῦλόν ὑπάρχειν, ἀλλ' ἐν τῷ διαϕόροις τὸ ϕεῦδος λέγειν, καὶ ὅτι ἀπάτη ἡδὺ πλησίον. τῷ μὲν τοι ϕαῦλόν ποτὲ συγχήσειν νομίζουσιν αὐτὸν καὶ πολλὰς τέχνας ἀνῃρηκέναι συγκαταθέσεις· καὶ γὰρ καὶ χρησιμίαν ἡδὺ ἀντιπάλων, καὶ καὶ τινὰ τῶν συμφέροντα προσόρεσιν, καὶ καὶ ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. ϕεῦδος δ' ὑπολαμβάνειν ὑδέποτέ φασι τὸν σοφόν. ὑδέποτε γὰρ παρέψεται ἀκατάλημπτόν τινι συγκαταθέσεως, διὰ τὸ μηδὲ δοξάζειν αὐτὸν, μηδ' ἀγνοεῖν μηδέν. Et *ibid.* ὅτε ἐξαπατᾶται, ὅτε ἐξαπάτᾳ ἄλλον, ὅτε διαϕθείρεται, ὅτε ἀγνοεῖ, ὅτε λανθάνει [αὐτὸν τὸ, sive τι αὐτὸν,] ἑαυτὸν, ὅτε καθόλου ϕαῦλός ὑπολαμβάνει. Verùm hoc est Dei solius, qi verè ἀϕθὸς solus, ut Paulus *ad Tit. c.* 1. *v.* 1. cæterùm ut idem *ad Rom. c.* 3. *v.* 4. πᾶς ἄνθρωπος ϕόσις. etiam Stoicorum sapientissimus.

Ἃ συμπαρέντων] leg. forsan, ὧν συμπαρόντων, *qæ si affuerint.*

Ἡ ϕύσις ἡ τῷ ἀνθρώπῳ ἀπήχει τὰ ἴδια] Ità *l.* 9. § 42. ἀπήχει τὸ ἴδιον. Et *lib.* 11. § 1. Ἐγὼ ἀπήχω τὰ ἐμά· phrasis emphatica, qâ non tantùm suum qod est affecutus qispiam indicatur, sed ità id omne qod suum ducit, plenum & integrum affecutus, ut in eo planè acqiescat, nec qicqam ampliùs requirat, utpote qum illud sibi sufficere existimet. Ità Matth. *c.* 6. *v.* 2. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. & Luc. *c.* 6. *v.* 24. ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. interpretatur Theophylact. πᾶν ἀπόλαυσον. *totam mercedem suam acceperunt; totam habent. totam consolationem vestram accepistis*; totam habetis. ut qòd ampliùs sperent expecténtve, sive præmii sive solatii, avt illi avt isti, nihil prorsus sit reliqum. & apud Marc. *c.* 14. *v.* 41. Ἀπέχει. Sufficit, qam versionem firmant Henr. Stephan. & Theod. Beza, adducto Anacreontico illo; Ἀπέχει. βλέπω γὰρ αὐτοῦ. *Sat est, sufficit: ipsam enim video.* cui adjungit & Dunæus noster ex Sept. versione, Num. *c.* 16. *v.* 3. ἐχέτω ὑμῶν. qod mox *v.* 7. ἱκανόν ὑμῶν. *Sufficiat vobis.* Synes. *calvit.* Τέτοις (τοῖς ζωχέροις) ἂν τις ἐκδὸς μοιχὸν ἢ κλεπτὴν ἐν πολέμῳ ϕάναι, κομιδῇ ἀπολαύων, ἀπέχει τέλειόν μα. *habes totum id qod injunctum est*; *nihil ampliùs requirit.* Cui libens subjunxerim illud ejusdem de militia rapaci, ex *orat. de regn.* Ὅσις ὗν ἐμοῦ τὸν μὲν ἀλλόφυλον ἐχθρὸν ἀπεῖναι, αὐτὸς δ' ὑ τὰ μέτρια μοι χρῆται, ἅτος ὑδέν μοι δοκεῖ διαφέρειν κυνὸς, ὃ αὐτὸ τοῦτο τοὺ λύκου ὡς πορφυρέου διώκοντος, ἵνα αὐτὸς ἐπὶ χολῆς καράζῃ τοῦ πολίτου. *Non ampliùs* ἀπέχειν τῆς φυλακῆς τὸν μισθὸν τῷ γαλεῷ ἐμφορούμενον. ubi ἀπέχειν τὸν μισθὸν idem est, qod Lucæ Evangelistæ *c.* 3. *v.* 14. in Jo. Baptistæ responso ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις. His adjicere licebit, & illud Plutarchi in *Solone* (qod Scultet. qoqe advertit *exercit. Evang. l.* 2. *c.* 30.) ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρῶν τὸ κῆδος, ὑ τίκτων ὕστερος, ϕίλος ὄζιν, ἀλλ' ἱκανῶς,

ἡδονῆς, ἀγόμενος γυναῖκα· τὸν δὲ μισθὸν ἀπέχει, καὶ παῤῥησίαν αὐτῷ πρὸς τὸν γαμβρὸν οὐ διαλείπειν, διὰ αὐτὸ τοῦτο πεποίηκεν ὀνειδος. Et Athanasii (si is avtor est) illud *in serm. de semente.* ubi illos exagitat, qi qò nobili alicui viro se concilient, templum adeunt, ibíque conspicandos se præbent. πρόσχυσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἀνθρώπῳ δείξωσι τὸ σεμνεῖον. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων, συνεξῆλθεν ὁ ἀντικείμενος, καὶ ἀπέχει τὸν μισθὸν· δι' ἀνθρώπων ἦλθεν, ἀνθρώπων ἦρεν. παρὰ θεοῦ οὐδὲν ἔλαβεν· ὃ γὰρ ἐκείνῳ ἔδεξε τὴν διάνοιαν. Nec præteriri digna hìc Dunæi nostri subtilitas, qi ad Apostoli illud *ad Philip. c. 4. v. 18.* ἀπέχω πάντα, καὶ περισσεύω, πεπλήρωμαι· Hæc tria, inqit, prorsus idem declarant: nam ἀπέχω πάντα, non est, *accepi omnia quæ mihi fuit:* esset enim ταυτολογία qod subjungitur, δεξάμενος παρ' Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν· sed significat his verbis sibi abundè satisfactum esse. *Habeo*, inqit, jam *omnia* quæ velim, nihil ampliùs desidero, satis supérque est. ità Pindarus *Isthm. 5.* In his, inqit, duobus est summa felicitas, ὅτῳ τυ πάρεστι, λόγον ἐσθλὸν εἰδέναι. Hæc si habes, καὶ μάτηρ Ζεὺς ψυάξῃ, πάντ' ἔχεις. hoc est qod Paulus ἀπέχειν.

Οὐχ ὅπερ τοῦτο ἀπύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ ψυχαίως, εὐψύχημα] Transponendum opinor, legendúmque. ὅπερ οὐ τοῦτο, sive ὅπερ οὐχὶ τ. &c. Vide *supra ad § 1. & ad l. 7. § 58.* Epictet. *dissert. l. 2. c. 10.* οὐ δὲ θανατᾷ, ἢ τὸν φοβερὸν φοβερὸν (ἢ καὶ πονηρόν) ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον. lavdatur itaque, qi dixit,

Οὐ καταθανεῖν δὲ δεινὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Neque enim est mori miserum, sed turpiter mori.

sive ut Gnomologus extulit,

Τὸ δὲ θανεῖν οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.
Mors ipsa non est fœda, sed fœdè mori.

Tacitus Stoicorum placita tangens, *annal. l. 6.* *Nege mala vel bona, qæ vulgus putet. multos qi conflictari adversis videantur, beatos; ac plerósque, quamquam magnas per opes, miserrimos; si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prosperá inconsultè utantur.* Bias apud Laërt. *l. 1.* Ἀτυχῆ εἶδε, τὸν ἀτυχίαν μὴ φέροντα. Senec. *Herc. fur. 2. 2.*

L. *Quemcunque miserum videris, hominem scias.*

A. *Quemcunque fortem videris, miserum neges.*

Vide Senecam Philosophum istud fusissimè disputantem, *epist. 66. & ep. 67.*

§ 50. Ἰδιωτικὸν] non ἴδιον, ut *supr.* § 8. sed κοινότερον, ut *l. 2, § 10.* argumentum *vulgare*, non Stoicorum *peculiare*, qi altiora spirant, & validioribus firmamentis adversùs vitæ hujusce cupidinem incedunt muniti. itaque ἄτεχνον καὶ ἰδιωτικὸν conjunxit Hermog. *de invent. l. 2. c. 1.*

Τῶν γλίσχρως ἐνδιατριψάντων τῷ ζῆν] γλίσχρως ἐνδιατρίβειν τῷ ζῆν, non est simpliciter, qod Xylander avtumat, *diu vivere*, sive *vitam in longissimum tempus extraherè*; sed *vitæ quasi pertinaciter inhærere*, & ægrè gravatimque ab ea divelli. hoc enim τὸ γλίσχρως illud designat. Apud Svidam avtor innominatus: Ἀλλ' ἐγώ τις ἄρα δυσαπάλακτος ἦν ὑπὸ φιλοτιμίας, καὶ γλίσχρως ἐπ' ἐμοὶ τῆς αὐτῆς ἀληθείας, ἅτε οὐκ ἀληθῶς ὄναρ πλουτήσας. Est enim τὸ γλίσχρον, qod & Xylander ipse nos monet, ipsúmque significatûs hujus τῆς γλίσχρως monere poterat, *lentum*, *tenax*; idque τῆς γλίας τύπον, *glutinis instar*; unde forsan & vocabulum istud ortum habuerit. itaque τὸ γλίσχρον καὶ κολλῶδες, tanqam συνώνυμα copulantur, ab Aristot. *problem. l. 2. q. 22.* & γλισχρόδερμος, *cunctari*, vel potiùs *lentum & tenacem esse*. Sunt itaque οἱ γλίσχρως ἐνδιατρίβοντες τῷ ζῆν, οἱ γλισχρόβιοι τοῦ ζῆν, ut Aristot. *politic. l. 3. c. 4.* Δῆλον δ', ὡς ῥᾳδιουργοῦσι πολλοὶ καὶ κακοπαθοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, γλισχρόβιοι τοῦ ζῆν· ὡς ἐνίοις τισὶ δοκιμασίας ἐν αὐτῷ καὶ γλυκύτητος. qod ille γλίσχρως dixerat in *Critone*: Ὅτι ὁ γέρων ἀνὴρ μικρῷ χρόνῳ τῷ βίῳ λοιπῷ ὄντος, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐτόλμησας ὕπνου γλίσχρως ἐπιθυμεῖν τοῦ ζῆν, νόμιμα τοῦ μεγίστου παρεβάλου ἑαυτῷ; Affectum avtem, qem noster hìc notat, graphicè depinxisse videtur Plut. in lib. *de tranqill.* his verbis: Τὸν μὲν γὰρ ἀνόητον ὁ τοῦ θανάτου φόβος, ὡς ὁ τοῦ ζῆν πόθος, ἐκκρέμασε τοῦ σώματος ποιεῖ ἀκαπλεγμένον, ὥσαρ τὸν Ὀδυσσέα τῷ ἐλατῷ, λεθικότα τὴν χάρυβδιν ὑπονεμόμενον.

Ἐνθ' ὅτε μίμνειν ἄνεμος, ὅτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ, καὶ πρὸς ταῦτα δυσαρέστως, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἀκηδῶς ἔχοντα. De Ulysse qod refert, habetur *Odyss. μ. v. 432.* Senarius est ex Æschyli *Philoctete*, proverbii vicem adeptus, qod ex Diogeniano discimus; & ab Aristæneto *l. 1. epist. 27.* usurpatus: in qo τὸ ἐκπλεῖν est à Grotii manu in *excerptis*, cùm vulgò πλεῖν tantùm legatur. Sin Plutarchi illa minùs placent, qia mortis formidini magìs qàm vitæ cupidini affectum illum tribuit, Antiphanes advocetur, cujus è *Geminis* ista apud Stob. *tom. 2. tit. 122.* leguntur:

—ὑδεὶς πώποτε,
Ὦ Λίαντ', ἀπῆλθ', ὃν θανεῖν προὔδυμος ἦν·
Τὸν γλισχρόβιον δ' ζῆν κελεύουσ' τὸν σκέλως
Ἀχυλλεὺς ὁ χάρων.—
—*nemo unqam here,*
Moriendo alacrem vitæ imposuit terminum:
Sed avidos vitæ pedibus Orcus detrahit
Restantes frustra.—

Vel Lucianus, qi in *Cataplo*, de tyranno qodam: Ἀπαπαπαῖ· ἦχθε· ὁ γὰρ δὴ ὅπως, καθάπερ ἐξῶ τινι, προσέχεται τοῖς τοιούτοις ἡ ψυχὴ, καὶ οὐκ ἐθέλει ἀπαλλάττεσθαι ῥᾳδίως, ἅτε αὐτοῖς πάλαι προσπεπηγυῖα. μᾶλλον δ' ὥσαρ ἄῤῥηκλός τις ἐστὶ ὁ βασμὸς ὅτιν, ᾧ δεδέσθαι ξυμβέβηκεν αὐτῷ. qem & ampliùs ibidem vise sis. Spectat horsum & qod in Evangelio Luc. c. 12. v. 20. de locuplete illo dicitur, qi

opinione ſuâ ſpéque inani vitæ ſpatium ſibi ad annos plures protelaverat, Ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. *Amens homo, nocte hâc ipſâ repetent à te animam tuam.* Siqidem, ut Caſavb. *ad Theophr. charact. c.* 11. αἰτεῖν eſt *poſcere à volente*; ἀπαιτεῖν, *à nolente.* Andocides περὶ καθόδου (an περὶ ἀδείας, ut ex Harpocrat. vult G. Canter. *nov. lect. l.* 8. *c.* 4.) Ταῦτ' ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε αὐτῶ· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ. De utriſque Seneca *epiſt.* 4, *Vitam multi ſic complecti untur & tenent, quomodo qi à torrente rapiuntur ſpinas & aſpera. plerique inter mortis metum & vitæ tormenta miſeri fluctuant; & vivere nolunt, & mori neſciunt.* De his Epictetus, Θαυμασοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν. Cui non diſpar illud apud Cyprianum *de mortalit.* à ſatellite cœleſti non ſine indignatione inſigni infremendo emiſſum, *Pati timetis, exire non vultis: qid faciam vobis?* Hos itaque hisqe ſimiles notat Marcus, vitæ nimio plùs avidos καὶ φιλοψυχοῦντας, ideoqe omnibus modis mediſque ſatagentes, qò eam qàm diutiſſimè protelare poſſint. qò ſpectant & Evripidis verſiculi, qos *l.* 7. § 51. ſed mutilos Marcus exhibet. Vide *ad l.* 10. § 8.

Τί οὖν αὐτῆς πλέον ἢ τοῖς ὡρίοις;] In eadem planè conditione ſunt, inqit, iſti vitæ tantopere cupidi, etiamſi id qod tam enixè expetunt, fuerint aſſecuti, ut ad annos numeroſos ſpiritum prorogârint. qâ illi ipſi, qi immaturo fato defunguntur. qare? primùm, qia nihil intereſt citiùs an ſeriùs è vita migraveris, cùm aliqando migrandum ſit: cùm intervalli illius qod ab ortu ad obitum pertingit diſtantia, qæcunqe ea tandem fuerit, ad æternitatis utrobiqe adjacentia ſpatia rationem nullam obtineat. deinde, qia etiamſi qàm diutiſſimè vixerint, tamen *uvæ acerbæ inſtar*, ut Eliphaz *Jobi c.* 15. *v.* 33. avt *pomi immaturi, vitæ* qaſi *avelluntur*: ut Senec. *epiſt.* 30. non *tanqam excant de vita* ſed *tanqam extrahantur.* Idem *de brev. vit. c.* 11. Cicer. *de ſenect. Qaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur; ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis auferet, ſenibus maturitas.* Verùm vitæ cupido immoderata iſtos pariter ſe habere facit, ſenes an juvenes defungantur: qos itaque ridens Luciani Diogenes; Τί ἔν ἄνθρωπε ὅτι λέγοι σοὶ τὸν νέων, ὁπόταν οἱ γηραιότατοι φιλόζωοι εἰσίν, ὡς ἐκεῖνῶ δώσειν τὸν θάνατον, ὡς τὴν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φόρτον; denique qia mors eodem in ſtatu utrumqi conſtituet. καὶ γὰρ ὁ ἐφαλγήρως ἀποθανὼν ἐς ἴσον καθίσταται τῷ γεγήρᾳ, *l.* 9. § 33.

Καδικιανὸς] Corruptum credo nomen iſtud: forſan Καικιλιανὸς, *Cæcilianus*, vel Καπιδιανὸς *Catidianus* fuerit. Καπίδιος καὶ Καπιδιανὸς, ὀνόματα κύρια. Svid. Qanqam longævus utrovis nomine nullus occurrit: Occurrit à priore illo parum deflexo, Καικίλιος Καλλαϊτιανὸς, ut Svidas habet, Καικίλιος, ut Caſavbonus *ad Athen. l.* 6. *c.* 21. in hoc cenſu meritò collocandus, ſi (qod Svidas refert) ὑπὸ τὸν Σεβαστὸν Καίσαρος, καὶ ἕως Ἀδριανοῦ, *ſub Auguſto Cæſare & ad Adrianum uſqe* Cæcilius iſte Siculus rhetor Romæ ſophiſticen an rhetoricen profeſſus eſt: tùm inter utriusqe horum imperium ſeculum ſolidum intercedat.

Φάβιος] Inter μακροβίους, *Q. Fabium Maximum* commemorat Plinius *nat. hiſt. l.* 7. *c.* 48. qem 63 annis *Augurem fuiſſe* refert. Val Max. *l.* 8. *c.* 13. *Q. Fabius Maximus duobus & ſexaginta annis auguratûs ſacerdotium ſuſtinuit, robuſtâ jam ætate id adeptus: qæ utraqe tempora, ſi in unum conferantur, facilè ſeculi modum expleverint,* Et Livius *hiſt. l.* 30. *Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis; ſiqidem verum eſt augurem duos & ſexaginta annos fuiſſe, qod qidam autores ſunt.* Ità Livius ac Maximus, Plinio minus uno anno adſcribunt.

Οἱ πολλοὶ ἐξιλίσγαν, εἶτα ἐξιλίσχθησαν] Ità *ſupr.* § 48. ὁ τὸν κηδεύσας, εἶτα ἐξετάθη.

Ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα] μικρὸν, Lugd. ab exemplari, an à typothetæ lapſu, incertum iſtud opinor. Vide *ſuprà* § 15. & 47. & 48. Senec. *epiſt.* 49. *Non poſſunt longa intervalla eſſe in ea re, qæ tota brevis eſt.*

Καὶ τοῦτο δι' ὅσων] Cicero ad Luceium, *famil. l.* 5. *epiſt.* 15. *In longa vita nihil eſt niſi propagatio miſerrimi temporis.* Cæcilius *Plocio* (indè enim eſſe docet Nonius in *advenire*) à Cicerone in *Catone* relatus,

Diu vivendo multa, qæ non vis, vides:

Itaqe Avguſtin. *de tempore* (uti vocant) *Serm.* 113. *Qid eſt diu vivere, niſi diu torqeri?* Illúdqe poetæ neſcio cujus pro oraculo habet Seneca *de brev. vit c.* 2.

Exigua pars eſt vitæ, qam nos vivimus.

Cæterùm omne ſpatium non vita, ſed tempus eſt. Idémqe *epiſt* 49. *Poteſt fieri, imò ſæpe fit, ut qi diu vixerit, parùm vixerit.* & *epiſt*, 99. *Ex hoc tam exiguo temporis ſpatio, qod ætatem vocamus humanam, qantum lacrymæ, qantum ſolicitudines occupant? qantum mors, anteqam veniat, optata? qantum valetudo? qantum timor? qantum teneri, avt rudes, avt inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. adjice labores, luctus, pericula, & intelliges etiam in longiſſima vita minimum eſſe qod vivitur.* Martial. *lib.* 6. *epigr.* 70.

At noſtri bene computentur anni,
Et qantum tetricæ tulere febres,
Avt langvor gravis, avt mali dolores,
A vita meliore ſeparetur;
Infantes ſumus, & ſenes videmur.

Senec. *epiſt.* proximè citatâ: *Hoc qod inter primum diem & ultimum jacet, ſi moleſtias æſtimas, etiam puero longum; ſi velocitatem, etiam ſeni anguſtum.*

Luci-

Lucianus, Pueri quinquennis epitaphio, *Anthолog. l. 3. c. 9.*

Ἀλλά μα μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετίχον
Παύρης, καὶ παύρων ἦλθ' ἀπὸ βιότοιο κακῶν.

Nemo tamen me flere velit; qia tempora vitæ ut
Pauca tuli, vitæ sic mala pauca tuli.

Evripid. *Alceſtid.*

Ὁ βίος ἀληθῶς, ὦ βίος, ἀλλ' ξυμφορά.
Haud vita verè eſt vita, calamitas mera eſt.

Idémq; apud Plut. *ad Apollon.* reſtituente Grotio;

Ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ πέλει.
Vita hæc vocatur vita, reverà eſt labor.

& Menand. *Citharift.* apud Plut. *de tranq.* Laërt. *l. 7.* in *Zenon.* & Stob. *tom. 2. tit. 98.*

Ἆρ' ὅτι συγγενές τι λύπη καὶ βίος·
Τρυφερῷ βίῳ σωίεσιν· ἐνδόξῳ βίῳ
Πάρεσιν. ἐπόρῳ συγκαλαγηδόκει βίῳ.
Res ſunt cognatæ, vita & anxietudines.
Vitam ſequuntur mollem; vitæ fulgidæ
Non abſunt; vitæ conſenescunt pauperi.

Plinius denique *l. 7. c. 50. Incertum ac fragile nimirum eſt hoc munus naturæ, qicqid datur nobis: malignum verò & breve etiam in iis, qibus largiſſimè contingit, univerſum utique ævi tempus intuentibus. qid quod æſtimatione nocturnæ qietis, dimidio qisque ſpatio vitæ ſuæ vivit? pars æqa morti ſimilis exigitur, aut pœnæ, niſi contingit qies. nec reputantur infantiæ anni, qi ſenſu carent, non ſenectæ in pœnam vivacis. tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata mors, ut nullum freqentius ſit votum. Natura verò nihil hominibus brevitate vitæ præſtitit melius.*

Καὶ μετ' ὀίων] Vide *l. 5. § 10.* & *l. 9. § 3.* & *l. 10. § 36.* & adde piorum qærimonias illas *Pſalm. 120. v. 5, 6.* & *Pſal. 55. v. 6, 7.* & *Pſal. 57. v. 4.* & *Jerem. c. 9. v. 2, 3.*

Ἐξαντλήμονον] A ſentina navis, qæ moleſtiæ multum exhibere ſolet exhaviendâ tractum, & elegantèr hîc poſitum, ad vitam moleſtiis laboribúsqe creberrimis infeſtam deſignandam. Pari modo τὸ ἀντλεῖν καὶ ἐξαντλεῖν uſurpatum alibi deprehendas. Æſchyl. *Prometh.*

Ἐγὼ γὰρ πῶς παῦσαν ἀντλήσω τύχαν.

Idémqe *ferè.*

Τὰ νῦν γὰρ ἄλλα πλημμύρας ἤντλων κακά.

Evripid. *Creſphont.*

——ἄλλαι μύριαι
Τὸν αὐτὸν ἐξεῖντλησαν, ὡς ἐγὼ, βίον.

Et in *Cyclope*

Παπαῖ. τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί.

Marinus in *Proculo c. 3.* Δεύτερα γὰρ ἐγὼ σωμάτων, ἀπαθὴς μὲν ὑπὸ χειμώνων καὶ κυμάτων, ἄτρωτος δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μοχθηρίας καὶ ἡμελημένης διαίτης, καὶ πόνων ἐκείνων, ὡς νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐξεῖντλει. qem locum fruſtra ſolicitat Heraldus in *Iambl. c. 4.* Vide *ad l. 3. § 4.* νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν. Plavt. *Amphitr.* (ſi Plavti ſaltem ea ſint) *Act. 4. Sc. 4. v. 20.* & Nonius Attio tribuit.

Fata iſtæc me premunt, ſertolerarem vim tantam cladésqe
Exantlarem impatibiles.——

Lucil. *Sat. l. 30.* apud Nonium;

Qantas qotq; modo ærumnas, qantóſqe labores
Exanclárit.——

Ennius *Andromach.*

Qantis cum ærumnis illum exanclavi diem?

Cicero *de divinat. l. 2. § 64.*

Tot nos ad Troiam belii exantlabimus annos.

Et apud eundem *Tuſcul. l. 2. § 20.* Attius *Trachin.*

O multa dictu gravia perpeſſu aſpera,
Qæ corpore exanclavi, atqe animo pertuli!

Exanclare, ſive *exantlare*; utrovis enim modo ſcribas, ciccum havd interduis; idem eſt qod Græcis τὸ ἐξαντλεῖν. ut rectè Stephanus monuit: nec opus fuit, ut hâc rejectâ, aliam ei originem darent Turneb. *adverſ. lib. 3. c. 10.* & Camerar. *problem. cent. 5. q. 5.*

Μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα] Oratio elliptica; forſan mutilata. Μὴ igitur mortem pro re difficili accipe. Xyl. & ſic *l. 5. § 29.* τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; malim tamen, Μὴ igitur vitam diuturniorem, tanqam rem alicujus pretii aut momenti habeas, aut enixiùs expetas. ut *ſuprà § 46.* & *l. 12. § 32.* μὴ δὲν μέγα. ——*qid qaſi magnum*, inqit ille apud Perſium *Sat. 5.*

Nempe diem donas?

qid itidem tu qaſi magnum qid poſcis, aut optas? Vide Senecam *infrà* & *l. 6. § 9.* Ità Stoicus qidam Tullio Marcellino, (referente Senecâ *epiſt. 77.*) *Noli torqeri, tanqam de re magna deliberes. non eſt res magna vivere. Omnes ſervi tui vivunt, omnia animalia. Magnum eſt honeſtè mori, prudenter, fortiter. Mori velle, non tantùm prudens, & fortis, aut miſer, ſed etiam faſtidioſus poteſt.*

Βλέπε γὰρ ὀπίσω τὸ ἀχανὲς] Iſtud non ſemel inculcat Marcus; *ſuprà § 3.* & *l. 5. § 24.* & *l. 12. § 7.* Senec. ad *Marc. c. 20. Omnia humana brevia & caduca ſunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum populis, urbibúsqe, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponimus. minorem portionem vita noſtra, qàm partem puncti habet, ſi tempori comparetur omni; cujus major eſt menſura qàm mundi, utpote cùm ille ſe intra hujus ſpatium toties remetiatur. qid ergò intereſt id extendere, cujus qantumcunqe fuerit incrementum, non multum abcrit à nihilo.*

Καὶ τὸ μέσον ἄλλο ἀπειρον] Baſil. Cæſar. *epiſt. 60.* Κἂν ὅλον τις εἴπῃ τὸν ἀνθρώπινον βίον, σμικρότατόν ἐστιν διάζωμα παντελῶς συγκείσει ἐκεῖνα ἀπεραντίᾳ αἰῶνος τὰ ἐν ταῖς ἐλπίσιν ὑποκρυπτόμενα. Philo *de Joſeph.* Ὡκύμοροι δ' εἰσὶ πάντες ἄνθρωποι· καὶ γὰρ ὁ μακροβιώτατος, ὀλιγοχρονιώτατος ἀνεξέταζόμενος αἰῶνι.

Τί διαφέρει ὁ πεπαιδευμένος τῆς πεπαιδευμένης] Senec. epist. 77. *Nulla vita est non brevis. nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Statiliæ brevis est; quæ inscribi monumento suo jussit, annis se nonaginta novem vixisse.* & epist. 99. *Omnes, quantum ad brevitatem ævi, si universo compares, & juvenes & senes in æquo sumus. minus enim ad nos ex omni ætate venit. quàm quod minimum esse quis dixerit. quorum quidem minimum aliqua pars est: hoc quod vivimus, proximum nihilo est.* Ibid. *Qui consenuit, quantulo vincit infantem? propone profundi temporis vastitatem, & universum complectere. deinde hoc, quod ætatem vocamus humanam, compara immenso. Videbis quàm exiguum sit quod optamus, quod extendimus.* Πῶς γὰρ ἔτός γε ὁ ἐκ παιδὸς μεχρὶ γερουσίου χρόνος πρὸς πᾶσαν εἰλίγις τις ἂν εἴη. Plato *de repub. l.* 10. Τότε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν, οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀποφῶσιν αἰῶνα. καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος δὴ καὶ σμικρὸς πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα. Plut. *ad Apollon.*

Τῆς γεγερηνίας] Alluſit ad ætatem Neſtoris, qi ria hominum ſecula degiſſe perhibetur: unde γεγηράω & γεγηρανίος dictus. Athen. *dipnoſoph. l.* 10. Πλεῖσον δ' ἐπὶ ἔτη ἐβίω ἡρώων Νέστωρ ὁ γεγέρας, & epigramma *antholog. l.* 3. *c.* 10.

——ἐθανεν γὰρ γεγήρων Πύλιος.

§ 51. Ἐπὶ τῷ σώφρονι ἀεὶ πρέχε] Vide *l.* 12. § 1. Jactare ſolebant Cynici σωφρωσύνην πρὸς εὐδαιμονίαν ὁδὸν reperiſſe ſe. Vide Cratetis *epiſt.* 6. Sed & epigrammatarius apud Laërt. *l.* 6. Diogenem prædicat ſolum oſtendiſſe mortalibus ζωῆς βίμον ἐλαφρότατον. Quoqam, Galenus, *de errat. curand. c.* 3. ῥᾴδιον καὶ σωφρονεῖν ἐπ' ἀρετῇ ὁδὸν pro eo quod diſciplinam Cynicam eſſe magiſtri hujus profitebantur; verius cenſuiſſe affirmat alios quosdam, qi σύντομον ἐπ' ἀλαζόνειαν ὁδὸν eſſe dixerunt. Quod autem Marcus *viam compendioſiſſimam* ſemper inſiſtere conſulit, aliud conſilium ſuggerere videtur Julianus *de cynicſm. orat.* 2. qi prædicantibus hoc idem Pſeudocynicis qibuſdam, τὴν σύντομον ὁδὸν καὶ σύντονον ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ſeſe inſiſtere. (quod & Plutarchus de profeſſione Cynica in *Amatorio*, σώφρονον ὁμοῦ καὶ σώφρονα ἐφηκέναι πορείαν ἐπ' ἀρετήν) ὄρθιον, inqit, καὶ ὑμεῖς τὴν μακρὰν ἐπορεύεσθε. ῥᾷον ἂν δ' ἐκείνης ἤλθετε. ἢ ἴσε ὅτι μεγάλας ἔχετε αἱ σώφρονες τὰς ἀφελείας; ὥσπερ ἐν ταῖς ἀτραφόβοις, ὁ μὲν τὴν σώφρονα ἐλθεῖν δυνηθείς, ῥᾷον ἐμπίπτει τῷ κύκλῳ· ἐκεῖ μὲν τοι τὸ ἀνάπαλιν ὁ κύκλῳ πορευθείς, ἐλθοι ἂν πάντως καὶ τὴν ἐπίτομον. Cæterùm ille eos alloqebatur, qi nihil præſtabant minùs, quàm quod profitebantur, cùm à virtutis ſede, ſemitisque etiam ad eam ducentibus, quàm longiſſimè eſſent diſſiti, viáſque eas ſectarentur quæ à virtute ipſa inſiſtentes abducerent. deinde aliter ſe habet ittic, quàm in itineribus corporeis, in qibus via compendioſiſſima eſt ſæpenumerò prorſus intercluſa, cùm iſtic nulli ſit niſi ſuo vitio ſuâque pravitate ſtoliditateque obvallata. Qin & Julianus ipſe ὁδὸν σώφρονα eandem ibi agnoſcit, quam & Marcus hic, τὴν καθ' φύσιν.

Σώφρονος ἢ καθ' φύσιν] nimirum qia εὐθεῖαν πραίνει. *l.* 5. § 3. *recta incedit.* Via autem recta, eadem & breviſſima. Optimè Veemeſius noſter *de leg. mor. l.* 1. *exerc.* 1. *Lex divina, lex recta. Pſ.* 19 *v.* 8. *in Mathematicis linea rectiſſima, linea breviſſima. Via itaque ad beatitudinem breviſſima eſt legis divinæ, quæ eſt rectiſſima, obſervatio.*

Κατὰ τὸ ὑγιέστατον] Ità *l.* 8. § 30. ὑγιεῖ λόγῳ καθῶς. Vide & Platonem *ep.* 10. *ad l.* 3. § 5. adductum.

Πάσης οἰκονομίας] Vide *ſupr.* § 19. Εἰ μὴ δι' οἰκονομίαν τινά. & *l.* 11. § 18. πολλὰ κατ' οἰκονομίαν γίνεται. itaque Caſaubono potiùs aſſentior, qi *diſſimulationem*, quàm Xylandro, qi *rei familiaris curam*, reddidit.

Κομψείας] *Solicitudine*, Xyl. *oſtentatione*, Caſ. meliùs. ſiquidem κομψεία illâ, ſive dictionis elegantiam, ſive ſermonis feſtivitatem deſignet, jactare ſe atque oſtentare ſoliti ſunt, qi avram captabant populærem. unde κομψεύειν & pro *oſtentare ſe*, & pro *adulari* etiam uſurpatur. Heſych. κομψεύεται, κολακεύει. poſſis & *verſutiam* vertere. Siquidem, ut Erotian. in *lexic. Hippocr.* Οἱ Ἀττικοὶ τὴν παυσιλογίαν κομψείαν καλοῦσι, καὶ τὸ σχολὸν κομψόν. Vide *l.* 3. § 5.

Ad Librum V.

§ 1. Ῥᾳθυμεῖ] Idem tractat argumentum *l.* 8. § 12.

Ὧν ἕνεκεν γέγονα.] *l.* 2. § 1. γεγόναμεν πρὸς συνήλιαν.

Ἵνα κατακείμενος τοῖς στωμυλτίοις] Plut. *de tranquill.* adversùs Democriti ſententiam diſſerens, qâ negotiis abſtinere ſe monet eum, qi vult tranqillè degere. Πρῶτον μὲν, inqit, ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένου ὠνίου ἀπραξίας· οὗ ἀφέσεως, παραινῶν ἐκείνῳ,

Μὴν ὦ ταλαίπωρ' αὐτόμας σοῖς ἐν δεμνίοις, i.e. *Maneas, miſer, quietus in ſtragulis tuis,*

ἐφιστέλ-

πρεισέ ων τὸ σαρκίδιον. Versiculus sumptus est ex Evripidis *Oreste*: qo & eodem fine usus est in *lib. de Sene polit. & adv. Colot. c.* 8.

Πρὸς τὸ ἥδιόν ἔν γέγονας;] Ità *l.* 8. § 19 Σὺ ἔν πρὸς τί; τὸ ἥδιόν; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. Cicer. Offic. *l.* 1. § 103. *Neque enim ità generati à natura sumus, ut ad ludum jocúmque facti esse videamur; sed ad severitatem potiùs, & ad quædam studia graviora atque majora.* Aristot. *Ethic. l.* 10. *c.* 6. ἄτοπον γε τὸ τέλος εἶ παιδιάν· καὶ πρεσβυτέδιος τοῦ παίζειν χάριν· ἀποδέξειν ὃ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἡλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν· παίζειν δ' ὅπως ἀποδέξῃ, κατ' Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ. ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδιά· ἀδυνατοῦντες δὲ συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται. ἡ δὲ τέλος ἡ ἀνάπαυσις· γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. Et mox: Βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων, καὶ μᾶλλον παιδιᾶς, καὶ τὸ βελτίονος ἀεὶ καὶ μείζω καὶ ἀνδρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν.

Οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια] Gemina his, *l.* 8. § 19. & *infr.* § 6.

Τὰς μύρμηκας] Ad *formicas* ablegat pigrum inertémque hominem & Solomon Rex *Proverb. c.* 6. *v.* 6, 7 & Faccus, *Sat.* 1.

Parvula (nam exemplo est) magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo,
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.

Maro item *Æneid l.* 4. de eisdem;

It nigrum campis agmen, prædámque per herbas
Conciliant calle angusto; pars grandia trudunt
Obnixè frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigántque moras: opere omnis semita fervet.

Aristot *hist. animal. l.* 9. *c.* 38. Τῶν δ' ἐντόμων ζώων ἐργατικώτατον, τὸ τῶν μυρμήκων γένος, καὶ τὸ τῶν μελιττῶν· ἡ μὲν ἓν τῶν μυρμήκων ἐργασία πᾶσιν ὅτιν ὁπποίας ἰδεῖν. καὶ ἀεὶ μίαν ἀτραπὸν πάντες βαδίζουσι, καὶ τὴν ὑποθέσιν τῆς τροφῆς καὶ ταμείαν. [ποιοῦνται.] ἐργάζονται γὰρ καὶ ταῖς νυξὶ ταῖς πωτελλίοις. Naso *Metamorph. l.* 7. *v.* 658.

——parcum genus est patiénsque laborum,
Quæstique tenax, & quod quæsita reservet.

Vide Simocat. *epist* 61.

Τὰς ἀράχνας] Et de ista Agur ὁ σοφὸς, in *Solom. Proverb. c.* 30. *v.* 27 *Aranea manibus prehendit.* id est, *pedibus*, inqit Junius, *qi utringe ità constituti sunt, ut patula hominum manus ad tractanda fila, & escam retibus suis deprehendendam.* Plin. *hist. nat. l* 11. *c.* 14. *Aranearum natura digna vel præcipuâ admiratione. genus cruditâ operatione conspicuum. orditur telas. tantique operis materiæ uterus ipsius sufficit. tam moderato ungve, tam tereti filo, & tam æquali deducit stamina, ipso se pondere usus.* Vide quæ sequntur. Aristot. *hist. animal. l.* 9. *c.* 39. Τρέφει μὲν (τὸ τῶν ἀραχνίων γένος) πρῶτον μὲν διατείναν πρὸς τὰ πέριξτα ταυλαχόθεν· ἔπειτα σημοίζεται ὑπὸ τὸ μέσον κάμβάνει δ' τὸ μέσον ἰκανῶς· ἐπὶ δ' τέτοις ἄνωθεν κρόκας ἐμβάλλει· ἔπειτα συνυφαίνει, &c.

Τὰς μελίσσας] Plin. *hist. lib.* 11. *c.* 5. *Apibus principatus, & præcipua admiratio. mella contrahunt: favos confingunt, & ceras: ad usus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, consilia privatim, ac duces gregatim: & quod maximè mirum sit, mores habent: nihil novere nisi commune.* Ἔστι δ' ὡς καὶ τῶν ἐργασίαν αὐτὴν καὶ τὸν βίον πολλὴ ποικιλία. Aristot. *hist. animal. l.* 9. *c.* 40. Qem igitur vide sis ibi. Sed & Maronem *Georg. l.* 4. canentem, *qâ illæ* ——*arte recentes*

Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.

qi & *Æn. l.* 1. de Tyriis colonis urbem sibi condentibus.

Qualis apes æstate novâ per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas;
Aut onera accipiunt venientûm; aut agmine facto,
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:
Fervet opus; redolentque thymo fragrantia mella.

Τὸν καθ' αὑτὰς συγκοσμήσας κόσμον] κόσμος hîc Marco *constitutio*, prout Hesych. κόσμος, κατάστασις sive *politia*, qomodo apud Thucydidem Scholiastes κόσμον exponit πολίτειαν. Alio sensu Aristoteles, citante Galeno *de usu part. l.* 1. dixit, ἄπαντα τὰ ζῶα κεκοσμῆσθαι τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον. Verùm Marcus κόσμος vocabulum videtur eo libentiùs usurpâsse, qasi non homo tantùm μικρός τις κόσμος exisiat, sed & animalcula illa μικρὸν κόσμον τινὰ, avt mundi saltem icunculam qandam, non politiam duntaxat, apud se habeant, qam & illa pro suo ingenio modulóqe excolant. ut τὸν καθ' αὑτὰς κόσμον συγκοσμεῖν, sit accingere se ad *mundi* partem eam, qæ ipsis assignatur, qasi mundandam, id est, excolendam, qicqid in ipsis est, & ab ipsis exigitur, ad eum exornandum ac perficiendum, qasi mutuâ qadam conspiratione præstare contendentes. ità *l.* 7. § 48. Τὸ παμμιγὲς καὶ τὸ ἐξ ἐναντίων συγκεκριμένον. potest & reddi, *ordinem suum*, sive qi est illis attributus, cunctis operis excolentes. nam & in ea significatione ὁ κόσμος usurpatur. Sed priùs illud arridet magís. qia relationem respectúmqe, qem ad universi naturam res qæqe habent, Marcus passim inculcat. istò Xyl. inclinat. illò Cas. sic *infr.* § 5. τῷ ὄντι αὐτῆς διοικουμένῳ κατὰλληλον, κόσμῳ scil.

Τὸ ἀνθρωπικὸν ποιεῖν] alioqi nec homo qidem, hominis saltem nomine dignus, futurus. Marcus *infr. l.* 10. § 8. Ἕνεκα τοῦ μὲν συκῆν, τὰ συκᾶ πεπῶσαι· τὸν δὲ κύνα, τὰ κυνός· τοῦ δὲ μέλιτος, τὰ μελίττης· τὸν δὲ ἄνθρωπον, τὰ ἀνθρώπου. Vide & *l.* 6. § 33. Aristot. *Ethic. lib.* 10. *cap.* 6. Ἐκάστῳ δὲ ἡ κατ' τοῦ οἰκείαν ἕξιν αἱρετωτάτη ἐνέργεια.

Ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι] Πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυναλεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν. Aristot. *ethic. lib.* 10. *cap.* 4. & *ibid. c.* 6. Ἀδυνατοῦντες ἓν συνεχῶς πονεῖν, ἀναπαύσεως δέονται. Et *politic. l.* 8. *c.* 3. Ὁ γὰρ πονῶν δεῖται ἀναπαύσεως. διὰ τοῦτο δεῖ εἰσάγειν χαμερφυλακτοῦντας τῷ χρῆσιν, ὡς περιαγωγὰς φαρμακείας χάριν. Hinc festivum illud Democriti, à Stobæo relatum, *tom.* 2. *tit.* 16. Βίος ἀνίορτος, μακρὴ ὁδὸς ἀπανδύκτου. *Vita sine feriis, via longa absque diversoriis.* Senec. *epist.* 3. *Inter se ista miscenda sunt; & quiescenti agendum; & agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera. illa dicet tibi, se & diem fecisse & noctem.* Vide *ad l.* 4. § 26.

Ἔδωκε καὶ τούτῳ μέτρα ἡ φύσις] Rectè Hieron. *Potes hoc facere: sed non est hoc opus tuum.* Cicer. *Offic. l.* 1. § 103. *Ludo autem & joco, uti illis quidem licet: sed sicut somno, & quietibus cæteris, tum cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus:* Dio in *chriis*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 34. Τῷ γελοίῳ, καθάπερ ἁλί, περισμῶσι δεῖ χρῆσθαι. Aristot. *ethic. l.* 9. *c.* 10. Οἱ σφόδρα ἡδονὴν ἀρχὴν ποιοῦμενοι, ὥσπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα. Vide *ad l.* 4. § 21. E nostris Gabri. Barelet. in *quadrages. hebd.* 4. *serm.* 2. *Delectatio ad vitam, ut sal ad cibum. peccant mulieres, cùm jusculà nimis condiunt sale.* Et Thom. Aqin. *Sum. part.* 2ª. 2æ. *q.* 168. *a.* 4. *Parum de delectatione sufficit ad vitam pro condimento; sicut parum de sale sufficit in cibo.* Huc Dionysii Sophistæ illud: χρὴ τὸ μέλιτος ἀκρῶς ἁπτόλω, ἀλλὰ μὴ κοιλῇ χείρι γλίσχρ. Philostr. *vit. Sophist. l.* 1. Flacc. *Sat.* 1.

Est modus in rebus; sunt certi denique fines,
Quos ultra citráque nequit consistere rectum.
Nec lusisse pudet; sed non incidere lusum.

Idem *epist.* 14. Ἡ φύσις ὥσπερ ὅρους ἑαυτῇ καὶ τοῖς περάγμασι τέθεικε· καὶ δεῖ τὸν ἄειρα ζῆν ἐθέλοντα τῷ ἥδει δὲ γνῶσιν ὁρᾶν τε καὶ φιλεῖν, καὶ ζῆν ἐθέλειν ἐντὸς τῶν ὅρων. Man. Palæolog. *ad fil. præcept.* § 40. Et Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Ἀοικτεῖν γὰρ ὑδαμῶς δεῖ, ἀλλ' ἔχεσθαι ὅρου καὶ μέτρου ἐν τοῖς τοιούτοις. Optimè Senec. *epist.* 114. *Alter se plus justo colit, alter se plus justo negligit. tam hunc dicam peccare, quàm illum.*

Ὑπὲρ τὰ μέτρα] Casavb. *ad Athen. l.* 3. *c.* 29. *Vetus dictum est, non oportere ἡδύσμασι uti, seu ἐδέσμασι. hoc est, scitamentis tanquam eduliis uti.* Nec illud minùs vulgatum, *Non esse medicamenta alimentorum instar adhibenda.* Siquidem τὰ φάρμακα, τὰ κηρίζοντα τοὺς νοσοῦντας, ἐπτείνει καὶ λυμαίνεται τοὺς ὑγιαίνοντας. Plut. *adv. Epicur.* Itaque Alcidamantem notat Aristoteles *rhetor. l.* 3. *c.* 3. ὑχ ὡς ἡδύσμασι χρησάμενον, ἀλλ' ὡς ἐδέσμασι, τοῖς ἐπιθέτοις. Damnátque Clemens *Strom. l.* 1. τὴν σκληρὰν τροφὴν, ὡς μὴ καλὴν, τὴν πλείω χρόνον τρεφόντων ἔχουσαν τὰ ἡδύσματα. hoc est, in qa plùs ἡδύσματος ἢ ἐδέσματος existit. de lusu ac quiete, qæ sunt vitæ operisque condimenta, & lassitudinis indè contractæ aut oborientis saltem medicamenta quædam, idem dictum fuerit.

Qæ cæteroqi non egeret legibus?
Tun' credis hominem relliqis animantibus
Differre? nihilum distat; hoc dempto tamen,
Qod alia cùm sint prona, rectum animans homo est.

Grot. Eleganter Chrysost. in illud Psalmæ *Psal* 49. *v.* 20. *Homo jumento compar factus est.* Serm. *de ascens. Dom. Deterius est comparari jumento, quàm nasci jumentum.* Nempe qia, ut Avg. *in Psal.* 103. *conc.* 4. *Qod illi natura est, homini crimen.* Vel, ut Bern. *de bon. deser. qod illis natura est, homini culpa.* Ideò Bern. idem *ibid.* & *in Cant. serm.* 34. *Ipsis etiam bestiis bestialior est homo, ratione vigens, & ratione non vivens.* Vide *l.* 10. § 8.

§ 12. Οὐκ ἀν ταῦτα θεσεπνεύσας, εἰ μὴ ἔσαι δυνατὸν π. ὑπὸ τῷ ἁγαθῷ γὰρ ἐκαμύοσει] Periocha tota ferè illa miserè disturbata, depravata, mutilata est. Itaqe Xylandrum nihil illic affecutum,

tum, haud mirum est. legendum forsan, οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἐπ ἀκόσαι δυνηθείη π, ὅτῳ τῷ ἀγαθῷ οὐκ ἐφαρμόσει. *Siqis*, inqit, *eorum aliquod qæ verè bona sunt*, puta justitiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, *animo ac cogitatione præceperit, bis semel mente præceptis nihil vel ipse subjungere, vel adjectum ab alio qopiam audire sustinebit, qod non aptissimè cum boni natura consistat.* Membrum proximum, huic ἀνηρέφον, lectionem hanc firmare videtur.

Τὸ ὑπὸ τῆς κωμικῆς] *à Comico dictum:* illud utique qod in periochæ hujus clausulâ extremâ ponitur.

Οὐ γὰρ ἂν τοῦτο, μὴν ὁ περιέκοπτεν καὶ ἀπηξίωτο· τὸ ᾧ ὅπῃ τῆς πλάτης] Lego, ὁ γὰρ ἂν τοῦτο μὴν [ἐπ' ἐκείνων] ὁ περιέκοπτεν καὶ ἀπηξίωτο· ὅπῃ δὲ τῆς πλάτης, &c. Sive ad Scripturam vulgatam propiùs accedendo, qod D. Salmasio visum magis, ὁ γὰρ ἂν ὅπῃ τότων μὴν ὁ περιέκοπτεν, &c. forsan & sequentia tunc ità concepta fuerint. ὁ περιέκοπτεν καὶ ἀπηξίωτο τόδε· ὅπῃ ᾧ τῆς πλ. &c. *Alioqi*, inqit, *Comici istud non offenderet & ut indignum repudiaretur, si de bonis illis verè bonis enunciatum fuisset; contrà admitteretur & plausu excipereturtanqam commodè admodum ac urbanè dictum, ubi de divitiis esq; bonis usurpatur, qæ bonorum loco vulgus hominum habet.*

Τὸν κεκλιμένον αὐτὸν, ὑπὸ τῆς ὑποθέσεως οὐκ ἔχειν ὅπως χέσῃ] Cujusnam Comici istud sit, mihi haud liquet. Aristophanis forsan fuerit, cujus multa interciderunt. Hoc innuit, omnia apud illum nescio qem per summam opulentiam jam ità esse exornata & depicta, ut locus, in qo ventris onus deponatur, nullus supersit. Qomodo Aristippus, si Laërtio *l.* 2. credimus, vel Diogenes potiùs, si Galeno *in hortat. c.* 5. (Cynicam enim proterviam redolet magis, qàm urbanitatem Aristippeam) in locupletis cujusdam faciem inspuisse legitur, qod in ædibus omni ex parte splendidissimè exornatis locum, in qem sputum demitteret, nullum deprehenderet. Cæterùm D. Salmas. ὑποθείας mavult, ut à divite aliqo infelice & luxurioso in scena pronunciatum sit, qi dixerit, Se ὑπὸ τῆς ὑποθείας οὐκ ἔχειν ὅπως χέσῃ. qod à tali viro dictum populus pronis avribus & cum plausu accepit. at de prudente, avt justo, avt forti ac temperante non ità facilè diceretur, nec dictum cum favore & attentione avdiretur. Utrovis modo legeris, Aristophaneum illud in Concionatricibus resipit, ubi Praxagoræ maritus, Ἀλλ' ἐν καθαρῷ τῷ πρὸ τε ἂν χέσαι τύχοι, *At in vacivo alicui ubi cacare dabitur?* D. Bootius verò legendum existimat, ὅτε θήσει αὐτά. ut sit locupletis alicujus, cum illo Lucæ, *c* 12. *v.* 17. conqerentis, non suppetere ampliùs, ubi opes suas reponat. qod de externis istis commodè satis dictum censeretur, eum qi ista possideat, præ nimia copia non habere, qid illis agat. at de verè bonis, justitia, temperantia, &c. enunciatum, ineptum planè etiam vulgo hominum haberetur. Hæc illi.

§ 13. Ἐξαπώδως καὶ ὑλικῶς] hoc est, *ex forma & materia*; ex anima & corpore. Vide *l.* 2. § 2. *l.* 4. § 21. & *l.* 6. § 32.

Οὐκ ἦττον τότων εἰς τὸ μὴ ὄν] Vide *l.* 4. § 4. Jul. Scalig. *ad lib.* 1. *de plant. Si è nihilo nihil fieri potest; igitur id qod est aliqid, in nihilum revorti neqit. Par enim ratio creationis & corruptionis.*

Πᾶν μέρος ἐμόν] Vide *l.* 7. § 50.

Εἰς μέρος τι τὸ κόσμε] Vide *l.* 8. § 18. & *l.* 10. § 7. Gregor. Nyssen. *orat. catechet. c.* 8. Λύεται τὸ αἰσθητὸν, οὐκ ἀφανίζεται. ἀφανισμὸς μὲν γὰρ, ἡ εἰς τὸ μὴ ὂν μεταχώρησις· λύσις δὲ ἡ εἰς τὰ τοῦ κόσμε στοιχεῖα πάλιν, ἀφ' ὧν τὸν σύσασιν ἔχει, διάλυσις, τὸ ᾧ ἐν τότοις ψυόμενον οὐκ ἀπόλωλε, κἂν ἐκφύγῃ τὸν καταληψιν τῆς ἡμετέρας αἰσθήσεως.

Εἰς ἕτερον κόσμε μέρος μεταβαλεῖ] *mutabit*; i. e. mutatione interveniente, sive mutatum, transibit. μεταβάλλειν *mutare*, pro μεταβάλλεσθαι *mutari*, Sic Plato *polit. l.* 8. Ὅτι πᾶσα πολιτεία μεταβάλλει ἐξ αὐτῆς ἐχούσης τὰς ἀρχὰς, ὅταν ἐν αὐτῇ τότῳ ἡ στάσις ἐγγένηται. Aristot. *polit. l.* 5. *c.* 1. ἐκ τίνων ᾧ αἱ πολιτεῖαι μεταβάλλουσιν, —— καὶ ἐκ ποίων εἰς ποίας μάλιστα μεθίστανται. Et *ibid. c.* 3. κἀν εἰς ἄλλα ζῶα μεταβάλλοι μορφάς. &, μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως. & *c.* 4. Μεταβάλλει γὰρ ἡ πολιτεία ἐκ δύο νεανίσκων στασιασάντων, &c. Theophrast. *de caus. plant. l.* 6. *c.* 10. Μεταβάλλειν ᾧ ὑποκαθίσασθαι πάλιν συμβαίνει μᾶλλον τοῖς αὐχμοῖς καὶ ᾧ μᾶλλον ὅταν ἡ θαλαττωθῇ, ἢ ἐπὶ τῆς τῦ ἄρτε ὑπερβολῆς προσκινήσῃ. qo loco & τὸ παρακινεῖν passivè pariter usurpatur. de vino loquitur. ità passim usurpat Marcus ipse; *l.* 2. § 17. *l.* 4. § 3. prope finem. & § 16. & *l.* 8. § 15. *Mutare* itidem Latinis passivè sumitur. Livius *l.* 5. *Annona nihil mutavit.* & *l.* . *Animi mutaverant.* Tertull. *de pallio c.* 2. *Mutavit & totus orbis aliqando.* &, *Mutavit rursus orbis, alius idem.* &, *Lata mutant.* &, *Laudans orbem mutantem, qid denotas hominem?* & *c.* 3. *Chamæleon mutare totus, nec alius, valet.* μεταβάλλειν etiam simpliciter pro *sedem mutare, de loco in locum migrare.* Vide *ad. l.* 6. § 45. ἐκεῖ δὴ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ. *eodem concedere, migrare nos oportet.*

Ἦλθ εἰς ἀπειρον] Vide *l.* 2. § 3. & *l* 6. § 15.

Καὶ τοιούτῳ μετρηθῆναι καιρῷ ὑπέστη] Vide *l.* 4. § 5. & *l* 7. § 18.

Κἂν κύκλῳ περιόδως πεπερασμένας] etiamsi, inqit, mundus per finita qædam intervalla dissolveretur, nec in æternum integer persisteret, generationis tamen & corruptionis series vel sic etiam in infinitum prorogaretur. Vide *l.* 10. § 7. Apud Laërt. *l.* 7.

l. 7. Zenon. Stoici volunt, Deum mundi conditorem, χ͂ χρόνων ποιὰς περιόδους, ἀναλίσκειν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, κ͂ πάλιν ἐξ ἑαυτῆ γενναῖν. Indè περιοδικὰ illæ παλιγγενεσίαι quarum meminit Marcus l. 11. § 1. qásque Philo de mundo his verbis oppugnat: Ἀμήχανον παλιγγενεσίαν τὸν κόσμον λαβεῖν, μηδενὸς ἐντετυφωμένου σπερματικῶ λόγω, πάντων ὃ ἀπαναλώτων, ἧ μὴ ἄλλων ὑπὸ πυρὸς, αὐτὸ ὑπ' ἐνδείας. Tatian. adv. Græc. c. 41. Ἐκπύρωσιν ἀποδέχεται χ͂ φησὶ λέγει. ἐγὼ δ' εἰς ἀπαξ. Et latiùs, οὐχ ὡς οἱ Στωικοὶ δογματίζουσι, κατὰ τινας κύκλους περιόδους γινομένων εἰς κ͂ ἀπογινομένων ἧ αὐτῶν, οὐκ ἐπί τι χρήσιμον· ἅπαξ δ' ἧ κόσμος ἀπ' ἀρχῆς ἡμᾶς αἰώνων πεπραγμένων, κ͂ εἰς τὸ παντελὲς διὰ μόνων ἧ ἀνθρώπων τῶ σύστασιν ἴσασιν, χάριν κείνων. Cæterùm non Stoicis solis hoc placuit, sed & longè ante Stoicam disciplinam enatam, Heraclito, qi ἐκπυρῶσιν τὸν κόσμον καλά τινας περιόδους ἐναλλάξ, asserebat, avtore l. 9. Laërtio.

§ 14. Ὁ λόγος κ͂ ἡ λογικὴ τέχνη] Non est affecutus Xylander, qid Marcus hîc vellet, cùm opinatus est id voluisse, qod Aristoteles ethic. l. 1. c. 1. & Plato in Lachete, non esse in rebus ad vitam humanam pertinentibus eam certitudinem atqe constantiam, qæ est in scientiis & artibus. Etenim aliud est prorsus, qod hîc Marcus monet, nec semel avt iterum tantùm alibi inculcat; rationem nimirum artémq; rationalem, (de qa l. 11. § 5. τίς σου ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶ.) esse ejusmodi facultates, qæ sibi ipsis sufficiant, nec ullius rei extra se adminiculo opus habeant, vel ad opus suum exercendum, vel ad finem suum consequendum. Vide l. 4. § 40.

Κατορθώσεις] rectas effectiones. Cic. fin. l. 3. κατορθώματα Stoicis rectè facta; qibus opponuntur σκολιὰ κ͂ στρεβλὰ, sive ut Pers. Sat. 3. v. 51. curvi mores, qi ad rectè rationis obrusam non sunt exacti. Casavb. ad Pers.

Τὴν ὀρθότητα τῆς ὁδῆ] de qa l. 4. § 51.

§ 15 ὑπεξάλλει] homini, qà homo est, convenit. Xyl. & Cas. malim, ad hominem, qà homo est, pertinet, sive qod ad officium hominis spectat, qà homo est. atqe ità mox Cas. vertit, ὃ ὑπεξάλλον τῶ ἀνθρώπω. ex eis esset, qæ ad hominem pertinerent. Vide ad l. 7. § 7. Galenus de optim. sect. c. 11. Ἡ δὲ τοιαύτη κρίσις φιλοσόφοις, κ͂ οὐκ ἰατροῖς ὑπεξάλλει. Judicium istiusmodi ad Philosophos, non ad Medicos pertinet.

Οὐκ ἔστι ἀπαστήματα ἀνθρώπου] Epict. l. 4. c. 5. ὑπόσχεσαί σοι τὸ ταμεῖον, ἴδε τίνας δυνάμεις ἔχων ἐλήλυθας. ἵππῳ ἦν πού τις ἀθλίος ὄζων; ὅταν δὲ φυσικῶν δυνάμεων στέρησιν· οὐχ ὅταν μὴ δύνηται κονιᾶν, ἀλλ' ὅταν μὴ ᾖ χρεία. ὁ δὲ κύων, οὐχ ὅταν πέτεσθαι μὴ δύνηται, ἀλλ' ὅταν μὴ ἰχνεύειν· μή ποτ' ἦν ἄτοπος κ͂ ἀνθρώπῳ δυσχερὴς ὄζειν, οὐχ ὁ μὴ δυνάμενος λεοντίαν πίνειν, ἢ ἀρδιάνιας ἀπολαμβάνειν· ἀ γὰρ πρὸς τοῦτο δυνάμεις τινὰς ἔχων ἐλήλυθε παρὰ τὴν φύσιν; ἀλλ' ὑπολωλεκὼς τὸ εὐγνώμον, τὸ πιστὸν· τοῦτον σωτηθῆναι ὄφελεν, εἰς ὅσα καλὰ ἐλήλυθεν· οὐχὶ, μὰ Δία, τὸν φώτα, ἢ τὸν πεφυγκότα· ἀλλ' ὃς ζώνην συμβεβύκει ἀπολέσας τὰ ἴδια, ἀ τὰ παρῶα, τὸ ἀγείδιον, κ͂ τὸ οἰκίδιον, κ͂ τὸ πανδοκεῖον, κ͂ τὰ σκελάδια· τούτων γὰρ οὐδὲν ἴδιον τῶ ἀνθρώπω ὄζειν. & qæ sequntur.

Ὑπερφρονεῖν] Vide l. 8. § 8. Longin. de sublim. οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, ἢ τὸ καταφρονεῖν ὄζει μέγα, οἷς πλοῦτοι, τιμαὶ, δόξαι, τυραννίδες κ͂ ὅσα ἄλλα ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν παρεσταγμένον, οὐκ ἂν τῶ γε φρονίμω δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα, ὧν αὐτὸ τὸ ὑπερφρονεῖν ἀγαθὸν ἐ μέτριον. Θαυμάζουσι γοῦν ἧ ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τοῦ δυναμένους ἔχειν, κ͂ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑποφορῶντας.

Κατεξανίσασθ] Vide l. 8. § 39. omisit Xyl.

Οὐδὲ ἐπαινετὸς ἦν] At cum ptimis lavde dignus censetur, qi externa ista vel contempserit, & pro supervacaneis habuerit, vel honesti cavsâ libens etiam à se abdicaverit. Epictet. enchir. c. 15. Ἂν ἧ κ͂ παρεληλύθῃ σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπεξέλθῃς, τότε ἐ μόνον συμπότης ἧ θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ κ͂ σωφρόνων. ὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης, κ͂ Ἡράκλειτος, κ͂ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεὸς ἐκλήθησαν κ͂ ἐλέγοντο. Sen. epist. 18. (ex Maron. Æneid. 8.)

Aude hospes contemnere opes, & te qoqe dignum
Finge Deo——

Nemo alius est Deo dignus, qàm qi opes contempsit. Socrates apud Laërt. l. 2. & Xenoph. memoral. l. 3. τὸν ἐλαχίστων δεόμενον, ἔγγιστα ἧ θεῶν.

Ἐλαπωλικὸς] Bona ista nevtiqam esse, indè probat, qia tum bonus neqaqam esset, qi se istis ulla ex parte privaret, séqe ab illis cohiberet: cùm boni ea sit ratio, ut qò majus ampliúsqe, eò etiam meliùs ac lavdabilius sit. Eodem argumento adversus voluptatem depugnat Seneca de vit. beat. c. 14. *Voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum, nè qid nimium sit. Non est bonum, qod magnitudine laborat suâ.* Et adversus iram, de ira l. 1. c. 13. *Qæ habenda sunt in bonis, qò majora, eò meliora & optabiliora sunt. Si justitia bonum est, nemo dicet meliorem futuram, si detractum ex ea fuerit: si fortitudo bonum est, nemo illam desiderabit ex aliqâ parte deminui. Ergò & ira, qò major, hoc melior. qis enim ullius boni accessionem recusaverit? atqi avgeri illam inutile est: ergò & esse. non est bonum, qod incremento malum fit.*

Ἡ ἀφαιρέμβυά τι τούτων ἀνέχηται] Omisit clavsulam hanc Latinus interpres. mendum scripturæ subesse liqet. leg. ἢ ἀφαιρέμβυός τι. Tam sustinere æqanimiter damna rerum istarum, qàm ab eis se continere, virtutis est. Hoc est, vel plus hoc etiam qod Apostolus de Hebræis fidelibus, c. 10. v.

34. Καὶ τῷ ἁρπαγῇ τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μὴ χαρῆς προσδέξασθε. Itaque Joannes ὁ χρυσορρήμων *in epist. 1. ad Thess. orat. 3.* Εἰκότως τοῦτον μᾶλλον θαυμάζομεν τὸν ἐπιεικείας εὐχαείσως φροντα, ἢ τὸν ἐκόντα διδόντα. Et *de statuis 1.* Τῷ γὰρ ἐλεημοσύνῃ δῶναι, τὸ τοιοῦτον ἀσπασόμενα πρόγμασιν (de Jobi damnis verba facit) εὐχαειστῆται τῷ θεῷ, πολλῷ μείζον ὄζι. ὁ γὰρ ἄφρ ἂν δι' ἐλεημοσύνην δῶρῃ, ἀλλὰ κ ἄφρ ἂν πάρ ἑτέρων ἁφαιρεδέντες ἐπίκωμεν γενναίως, κ ταῦτα πολιτῶν ἡμῶν φέρει τὸν κερδῶν, κ δοκιμωτέρους ἢ ποιεῖ, κ πλείονα προξενεῖ τὸν μισθόν. Et mox: Τῷ γὰρ ἐν πλούτῳ ζῶντα ποιεῖν ἐλεημοσύνην, τὰ πάντα ἁφαπαγέντα γενναίως ἐνεγκεῖν κ μετ' εὐχαειστίας πολλῷ μεῖζόν ὄζι.

§ 16. Ὅια ἂν πολλάκις φαντασθῇς] Clemens *Strom. l. 4.* Ὁ ἄνθρωπος, κ' ὑπόσων ἐγγενομένων τῇ ψυχῇ, ὧν αἱρήσεται, χαρακτηρίζεται. Itaque Jeremias de Judæis *cap. 2. v. 5. Vanitatem sectando vani evaserunt.* Et Xylander in *præfat. ad Marc. Apud sani judicii homines tanti unumquemque fieri, quanti sunt eæ res pretii, in quibus is operam suam industriámque ponit.*

Βάπτεται γὰρ ὑπὸ τῆς φαντασίας ἡ ψυχή·] Ità *l. 6. § 30.* μὴ βαφῇς. γίγνεται γάρ. Epictet. *l. 3. c. 3.* Οἷόν ὄζιν ἡ λευκάνη τῷ ὕδατος, τοιοῦτόν ἡ ψυχὴ· οἷς ἡ αὐγὴ ἡ προσπέπτωκε τῷ ὕδατι, τοιοῦτον αἱ φαντασίαι.

Ἔστιν ἄρα κ ἐν ζῇν ἐν αὐλῇ] Pii 2. Papæ dictum à Platina refertur: *Ut in mare flumina omnia; sic vitia in magnas aulas influere.* De avla itaque Papali Bern. *ad Eugen. l. 4. Plures in eâ probavimus defeciſſe bonos, quàm profeciſſe malos.* Hinc Epigrammaticum cujuſdam (nomen enim non ſuccurrit) illud,

Pauços beavit avla; plures perdidit;
Sed hos qoqe ipſos, qos beavit, perdidit.

Licet tamen etiam in avla, inqit Marcus, bene vivere. licet in avla Neronis etiam piè & Chriſtianè. *Philip. c. 4. v. 22.* neqe neceſſarium ideo prorſus, ut, qod *l. 1.* Lucanus,

—*exeat aulâ,*
Qi velit eſſe pius.—

De ſe Julianus in avla agens *epiſt. 12.* Ζωώσωμεν ἀλλήλοις ἀ μὴ τῆς αὐλικῆς ὑποκρίσεως μόνης, ἀλλὰ μὴ τῆς ἀλλήλοις προσηκούσης ἐλευθερίας. Vide *l. 1. § 17. & l. 8. § 9, 45.* Senec. *epiſt. 28. Bene vivere omni loco poſitum eſt. nam qid tam turbidum fieri poteſt qàm forum: ibi qoqe licet qietè vivere, ſi neceſſe ſit. & epiſt. 55. Non multùm ad tranqillitatem facit locus. animus eſt qi commendat omnia. Vidi ego in villa hilari & amœna mœſtos: vidi in media ſolitudine occupatis ſimiles. & epiſt. 104. Puta veniſſe te Athenas, puta Rhodum: elige arbitrio tuo civitatem: qid ad rem pertinet, qos illa mores habeat? tuos afferes. & epiſt. 51. Neminem Canopus eſſe frugi vetat.* Sic ergò componendus eſt animus, uti Flaccus *l. 1. epiſt. 11.*

Ut qocunqe loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas.—

ut qocunqe fueris, bene agere poſſis. Clemens *Strom. l. 1.* Ὡς ἐν πανὶ βίῳ ὀρθῶς ὄζι βιῶν· ὕτω ἢ κ ἐν θεωρίᾳ ἕξεσιν.

Οὐ γὰρ ἕνεκεν ἔνδυσιν κατασκεύασας πρὸς ὃ ἢ κλισοπέασας, πρὸς τοῦτο φέρεται] deeſt prioris membri clauſula poſterior, ità ſupplenda: ὃ γὰρ ἕνεκεν ἕκαστος κατασκεύασας, [πρὸς τοῦτο κατασκεύασας] Vide *l. 6. § 16, 40. & l. 7. § 55.*

Ὅτι πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν πάλαι δέδεκται] *L. 2. § 1. & l. 3. § 4. & l. 4. § 3.* Sic & *l. 11. § 18.* ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. Hierocles *de nupt.* apud Stob. *tom. 2. tit. 67.* Ἅπαν τὸ γίνεσθαι ἔχει πρὸς κοινωνίαν. *Sic enim mihi perſpicere videor, ità patos eſſe nos, ut inter omnes eſſet ſocietas qædam, major autem, ut qiſqe proximè accederet: itaque cives potiores ſunt qàm peregrini, & propinqi qàm alieni.* Gicer. *de amic.* Vide *l. 9. § 7.* Baſil. Cæſ. an Evſtath. Sebaſt. *regul. ſrolixior. ad qæſt. 3.* Τίς ὢν ἄδηλον, ὅτι ἥμερον κ κοινωνικὸν ζῷον ὁ ἄνθρωπος, κ οὐχὶ μανασικὸν, οὐδ' ἀχρεῖος ὑδὲν γὰρ ἴδιον τῆς φύσεως ἡμῶν, ὡς τὸ κοινωνεῖν ἀλλήλοις, κ χρῄζειν ἀλλήλων, κ ἀγαπᾶν τὸ ὁμόφυλον.

Τὰ χείρω τῶν κρειττόνων] Vide *infr. § 30. & l. 6. § 23. & l. 7. § 55. & l. 11. § 18.*

Κρείττω τῶν μὴ ἐμψύχων τὰ ἄψυχα·] Ex Chryſippo Laërt. *l. 7.* Τὸ ζῷον τοῦ μὴ ζῴου κρεῖττον. Plutarch. item *de Iſid. & Oſir.* Μηδὲν ἐμψυχον ἐμψύχῳ, μηδὲ ἀναίσθητον αἰσθανομένῳ χρήσθαι. ità enim legendum, contrà planè qàm ibi in vulgatis habetur, ἔμψυχον ἀψύχῳ. Hinc Avg. *de dab. anim. contr. Manich. c. 3. & 4. Muſcæ animam Solis Lunæqe Luci; Muſcam* ipſam hac ratione *Soli* ipſi *Lunæqe* præferre videtur.

Τῶν ἢ ἐμψύχων τὰ λογικά] Plato *Timæo.* Οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλου ὅλου κάλλιον. Dionyſ. *de divin. nomin. c. 5.* τῶν ὄντων μὲν τὰ ζῶντα, τῶν ἢ ὅσα ζῇ, τὰ αὐθυπερέχοντα. κ τούτων τὰ λογικὰ ὑπερέχοντα.

§ 17. Τὸ τὰ ἀδύνατα διώκειν, μανικόν] *L. 6. § 50.* ἀδυνάτων ἐπ ὠρέγου. Pindar. *Nem. od. 11.*

Ἀφροσίτων ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι.

Et *od. 8.*

—χανεῶν ἐλπίδων γαυτὸν τέλος.

Gorgias *apolog. pro Palamed.* Μανίαι γάρ ὄζιν ἔργοις ὁπιχειρεῖν ἀδυνάτοις. Epictet. *l. 3. c. 24.* Τὸ μὲν δυνατῶν ἐφίεσθαι, ἀνδραποδώδες κ ἠλίθιον, ξένε, στοματχάντος. Bias etiam apud Laërt. *l. 1.* Νόσον ψυχῆς τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾶν. Plut. *de tranq.* οὐκ ἤκουσα τίνων εὐδυμίαν κωλύει τὸ μὴ συμμέτροις χρῆσθαι τοῖς τῶν ὑποκειμένων δυνάμεων, ὥσπερ ἰσίοις, ἀλλὰ μειζόνων ἐφιεμένους τοῖς ἐλπίσιν,

ἐλπίσιν, εἶτ' ὑποτυχόντας, αἰτῶσι δαίμονας ἢ τύχην, ἀλλὰ μὴ φῦναι αὐτοῖς ἀξιοῦσιν. ὑδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν τῷ ἀφέντι βουλόμενος, ἢ τῷ βοὶ λαγὼ κυνηγετεῖν, δυσχερές ἐστιν· ὑδὲ τῷ χείρους ἢ συγγενεῖς ἐλάττους εἰς λαμβάνοντι, μηδὲ εἰς δικαίων ἐναντίωσιν μοχθηρὸς, ἀλλ' ἀξιοπιστία ἢ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσι. Vide *l.* 7. § 4.

Ἀδυνάτων γὰρ τὸ τοῦ φαύλου μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν] Ità *l.* 11. § 18. Τὸ ἀξιοῦν μὴ ἁμαρτάνειν τοῦ φαύλου, μανικόν· ἀδυνάτων γὰρ ἐρίεται. Vide & *infr.* § 28. & *l.* 9. § 42. & *l.* 12. § 16.

§ 18. Οὐδὲν ὑδενὶ συμβαίνει, ὃ ἢ αὐτὸ ἐκεῖνο πέφυκεν φέρειν αὐτῷ] transponendas opinor voculas duas; ὃ ἢ αὐτὸ ἑκάστῳ φέρειν πέφυκεν αὐτῷ. Vel immutandas potiùs, ut sic legatur; ὃ ἢ αὐτὸ ἐκεῖνο πέφυκεν φέρειν αὐτῷ· *nihil homini cuiquam contingit, quod ipsum is non natus sit ferre.* id est, quod non à natura habeat, ut ferre possit. neque enim interpretibus assentior, alteri, qi ad naturæ destinationem; alteri, qi ad ordinarios in rerum natura eventus refert: cùm ad ferendi potestatem à natura tributam respexisse Marcum subseqentia doceant, qibus alios eadem pertulisse monet, vel per ignorantiam, vel per ostentationem. Vide *l.* 8. § 46. & *l.* 10. § 3.

Ἢτοι ἀγνοῶν] Sive rei ipsius ignarus. neqe enim nondum rescita qenqam movere possunt infortunia etiam gravissima. Hinc Evripidis illud *Antiopâ*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 99.

Φεύγω δ' ὃ πάσχω· ἢ τοῦδ' ὑ μικρὸν κακόν.
Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινα
Νοσοῦντα· κἀρδὸς δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.
Intelligo qæ patior: haud leve hoc malum.
Qædam est voluptas abstrahi à sensu mali;
Intérque damna qæstus ignorantia est. Grot.

Sive etiam rei naturam non intelligens, avt qid indè possit ipsi mali vel molesti saltem obtingere. Ità Aristot. *ethic.* *l.* 3. *c.* 8. Ἀνδρεῖοι γὰ φαίνονται ἢ οἱ ἀγνοῦντες. Et Epictet. *l.* 4. *c.* 7. Τί ποιεῖ φοβερὸν τὸν τύραννον; οἱ δορυφόροι, φησὶ, ἢ αἱ μάχαιραι αὐτῶν, ἢ οἱ ἐπὶ κοιτῶνι, οἱ ἀποκλείοντες τοὺς εἰσιόντας. διὰ τί οὖν, ἐὰν παιδίον αὐτῷ προσαγάγῃς μὴ φοβούμενον ὅπλα, ἀ φοβεῖται; ἢ ὅτι οὐκ οἶδεν ἢ τοῦτο τὸ παιδίον; ἐὰν ἔχῃ φοβερὸν τοὺς δορυφόρους, ἢ ὅτι μαχαίρας ἔχουσιν, ἐκεῖ αὐτὸ ἔρχεται αὐτῷ, θέλον ἀποθανεῖν διά τινα πρόξασιν, ἢ ζῆσαι ἐκεῖ ἄλλως παθεῖν αὐτὸ εὐκόλως, μᾶλλον φοβεῖται τοὺς δορυφόρους; θέλω γὰ τοῦτο, ἀλ' ὃ φοβεροί εἰσιν. ἐὰν δέ τις μάτ' ἀποθανεῖν, μήτε ζῆν θέλων ἐξ ἁπάντως, ἀλλ' ὡς ἂν δύνωται, προσέρχεται αὐτῷ, τί κωλύει μὴ διδιέναι προσόρχεσθαι αὐτόν; ὑδέν. Indè Sen. *epist.* 36. ubi submonuerat, *nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem,* subjungit, *Esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stultitia perducit.*

Ἡ ὑπεικνυμένῳ μεγαλοφροσύνῃ] Sen. *epist.* 78. *Athletæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate. nec tantùm qia pugnant, ista patiuntur, sed ut pugnent. exercitatio ipsa tormentum est.* Tertull. *ad Martyr. epist. c.* 4. *Timebit forsan caro gladium gravem, & crucem excelsam, & rabiem bestiarum, & summam ignium pœnam, & omne carnificis ingenium in tormentis. Sed Spiritus contrà ponas tibi & carni, acerba licèt ista, à multis tamen æqo animo accepta, imò & ultro appetita, famæ & gloriæ causâ, nec à viris tantùm sed etiam à fœminis. Lucretia vim stupri passa, cultrum sibi adegit in conspectu propinqorum, ut gloriam castitati suæ pareret. Mutius manum suam dextram in ara cremavit, ut hoc factum ejus fama haberet. Minus fecerunt Philosophi: Heraclitus, qi se bubulo stercore oblitum exussit: item Empedocles, qi in ignes Ætnæi montis desiliit; & Peregrinus, qi non olim se rogo immisit: cùm fœminæ qoqe contempserint ignes. Dido cùm post virum dilectissimum nubere cogeretur: item Asdrubalis uxor, qæ jam ardente Carthagine, nè maritum suum supplicem Scipionis videret, cum filiis in incendium patriæ devolavit. Regulus dux Romanus captus à Carthaginiensibus, cùm se unum pro multis captivis Carthaginiensibus compensari nollet, maluit hostibus reddi, & in arcæ genus stipatus, undiqe extrinsecus clavis transfixus, tot cruces sensit. bestias fœmina libens appetiit, & utiqe horridiores, aspides serpentes, tauro vel urso, qos Cleopatra immisit sibi, nè in manus inimici perveniret. Sed mortis metus non tantus est, qantus tormentorum. Itaqe cessit carnifici meretrix Atheniensis, qæ conscia conjurationis, cùm propterea torqeretur à tyranno, & non prodidit conjuratos, & novissimè linguam suam comestam in faciem tyranni exuit; ut nihil agere se scirent tormenta, & si ultra perseverarent. Apud Lacedæmonios ante aram nobiles qiqe adolescentes flagellis affliguntur, astantibus parentibus, & propinqis, & nisi perseverent adhortantibus. ornamentum enim & gloria deputabitur, majore qidem titulo, si anima potiùs cesserit plagis, qàm corpus. Omitto nunc gloriæ caussam. eadem omnia sævitiæ & cruciatûs certamina jam apud homines affectatio qoqe & morbus qidam animi conculcavit. qot otiosos affectatio armorum ad gladium locat? certè ad feras ipsas affectatione descendunt; & de morsibus & de cicatricibus formosiores sibi videntur. jam & ad ignes qidam se avtoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulavêrunt.* In eandem sententiam multa habet, & ex istis qædam repetita, in *apologet. c.* 50.

Εὐσταθεῖ] *fortiter, constanter perfert.* Plut. *Lycurgo:* Οὔτε γὰ φόβον ἔστι δυμὸν ἐγγίνεσθαι πλεονάζουσα τοῖς ὑπὸ διαπαιδεύσεως εἰκὼς ἔζιν, ἀλλ' εὐσταθὴς φέτημα μετ' ἐλπίδος ἢ θάρσους. Idem in

Publicol. de Horatio in Capitolii dedicatione, etiam *filii morte nunciatâ, perſiſtente: Θαυμαστὸ ὁ ἀνὴρ τῆς εὐσεβείας.* Vide *ad l. 6. § 10.*

Δεινὸν ἦν ἄγνοιαν καὶ ἀφίσκειν ἰσχυρίζεσθαι ἢ) φοβήσεως] Senec. *epiſt. 76. Concupita vulgò & formidata, inconſulto impetu plerique calcârunt. Inventus eſt qi flammis imponeret manum, cujus riſum non interrumperet tortor;* (ſervus in domini ultionem Asdrubalis interfector, de qo Val. Max. *memor. l. 3. c. 8.* Juſtin. *hiſt. l. 44.* Liv. *hiſt. l. 21.* & ruſus Senec. *epiſt. 78.*) *qi in funere liberorum lacrymam non mitteret; qi morti intrepidus occurreret. amor, ira, cupiditas, pericula deprofcerunt. Quòd ſi hoc poteſt brevis obſtinatio animi aliqo ſtimulo excitata; quantò magis virtus, qæ non ex impetu, nec ſubitò, ſed æqaliter valet,* cui *perpetuum robur eſt?* qem & ex *epiſt. 36. ſuprà* adductum viſe ſis : & ex *epiſt. 4. ad lib. 12. § 34.* Tertull. *ad martyr. c. 4. Igitur ſi tantum terrenæ gloriæ licet de corporis & animi vigore, ut gladium, ignem, crucem, beſtias, tormenta contemnans ſub præmio laudis humanæ; poſſum dicere, modicæ ſunt iſtæ paſſiones ad conſecutionem gloriæ cæleſtis, & divinæ mercedis. Tanti vitreum? tanti verum margaritum? qi non libentiſſimè tantum pro vero habeat erogare, qantum alii pro falſo? Hæc non ſine cauſſa Dominus in ſeculum admiſit, ſed ad nos, & nunc exhortandos, & in illo die confundendos, ſi reformidaverimus pati pro veritate in ſalutem, qæ alii affectaverunt pro vanitate in perditionem.*

§ 19. Τὰ πράγματα] Idem *ſupr. l. 4. § 3.* & *infr. l. 11. § 16.*

Οὐδὲ τρέψαι, οὐδὲ κινῆσαι] Idem *l. 6. § 49.* & *l. 7 § 15.* & *l. 11. § 11, 16.*

Οἷων ἂν χριμάτων] Hoc eſt qod ſuprà ſæpiùs, in opinione judicióqe noſtro totum ſitum eſſe. *l. 2. § 15.* & *l. 3. § 9.* & *l. 4. § 3, 7.* & *l. 8. § 47.* & *l. 11. § 16.*

§ 20. Ἐυ ποιητέον καὶ ἀνεκτέον] *Infr. § 33.* εὐπρόσωπος ἡ ἐυ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῆ καὶ ἀπέχεσθαι. *Charitas vera eſt, amare qos tolerare, tolerare qos amas.* Gregor. Rom. *in Job. l. 10. c. 5.* & *in Evang. hom. 35.* Epict. *lib. 3. c. 13.* Ἔπειτα πᾶσι, παραχωρῶν, ἀνεχόμενος· ὅτου αὐτοῦ ἀφέλει καὶ μὴ κατιξέρα αὐτῆ τὸ σαυτῆ φλέγμα. Iſocrat. *Panathen.* Τὸς φρονίμους καὶ δικαίους ὁμιλητὰς τῆς ἀεὶ πλησιάζουσι, καὶ τὰς μὲ ἡδὺ ἄλλων ἀηδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥαδίως φέρουσας· σφᾶς δ' αὐτοὺς, ὡς δυνατὸν ἐλαφροτέρους καὶ μετριωτάτους τοῖς ἐπιοῦσι παρέχοντας.

Καὶ ὅσον ἢ ἐπίσασθαι] Vide *l. 8. § 41.* ὁμοίωσον ἑαυτὸν ἐγκλήματι ἐγκλητῆ ; & *lib. 11. § 9.* ὁμοιοπαθῶν.

Ἐν τῇ περὶ ἀδιαφόρων] Vide *l. 6. § 32.* & *l. 8. § 56.*

Ἐνέργειαι μέν τινες ἐμποδιζόμεναι] Vide *lib. 8. § 32.*

Ὁρμὴ καὶ προαίρεσις ἢ γίνεται ἐμποδία] Vide *l. 8. § 41.* & *l. 10. § 33.*

Διὰ τὰ ὑποκείμενα] de qa *lib. 4. § 1.* & *l. 6. § 50.*

Καὶ τὰ παρεπόμενα] de qa *ibidem.*

Παρεγένετο γὰρ καὶ μαθήσων] Ità Plut. *de tranqil.* Ἔξεστι γὰρ μαθεῖν παρ' ἄλλων ἐν τοῖς ἀβελτέροις.

Ἐπὶ τὸ προκείμενον] *ad ea qæ præceſſerunt.* Xyl. haud ſatis commodè. *ad illud qod intendit.* Caſ. ex meâte forſan Marci, ſed non ad ſenſum vocabuli. malim, *ad id qod eſt poſiti.* Vide *ad l. 3. § 1.*

Πρὸ ὄργου γίνεται τὸ τῆ ὄργῳ ἐφεκτικόν] Ità Paulus *ad Philipp. c. 1. v. 12, 13.* Τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τῆ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, &c. eleganter autem Marcus, illud ait ad opus noſtrum cum primis eſſe conducibile, qod opus ipſum impedit, illud ad viam perficiendam conferre cum primis, qod in via nobis obſiſtit. hoc enim τὸ προ ὄργου & προ ὁδοῦ ſignificat : uti multis exemplis docent Budæus in *Comment.* & Dunæus noſter *ad Demoſth. de pace*, qæ ab illis petas licet. Indè Heſiod. *l. 2.*

Ἠὼς ἢ προτέρη μὲ ὁδὸν, προτέρῃ δ' ἐπὶ ἔργον.

Aurora & confert ad iter, confert ad opiſque.

Gregor. Naz. *in Cyprian.* Οἶδε γὰρ καὶ ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῶν τὰ ἐναντία οἰκονομοῦντες, ἵνα καὶ μᾶλλον θαυμάζηται.

§ 21. Τὸ κρεῖττον τίμιον] Diogenes [perperam Diotogenes in excuſis] Pythagoricus *de regno*, apud Stob. *tom. 2. tit. 48.* Δεῖ γὰρ τὸ ἄρειον κατὰ τὸν ἀείσω τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἀγαμοῦν κατὰ τὰ ἀγαμοῦντα.

Τὸ πᾶσι χρώμενον, καὶ πάντα διάτον] numen ſcil. τὸ τὸν κόσμον διοικοῦν. *l. 2. § 4.* & *l. 6. § 5.* ὁ διοικῶν λόγος. & § 42. ὁ τὰ ὅλα διοικῶν. & *infr. § 32.* ὁ οἰκονομῶν τὸ πᾶν. qod Senec. *epiſt 71. cuncta temperans Deus.* Manil. *l. 2.*

Infuſúmqe Deum cælo terrísqe fretóqe.
Ingentem æqali moderantem fœdere molem.

Τῶν ἐν σοὶ τὸ κρεῖττον τίμιον] qod *ſuprà l. 3. § 9.* Τῷ κατὰλιπόντι δύναμιν σέβε. & *lib. 6. § 16.* ἡ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμή. & *l. 12. § 1.* μόνον τὸ ἡγεμονικόν σε, καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον τιμήσῃς. & *l. 7. § 55.* ἡ νοερὰ ἐθέλει φροντίδειν, καὶ μὴ κατακραλεῖσθαι. Cicer. *de repub. l. 6. in ſomn. Deum te ſcito eſſe. Siqidem Deus eſt, qi viget, qi ſentit, qi meminit, qi prævidet, qi tam regit & moderatur, & movet id corpus, cui præpoſitus eſt, qàm hunc mundum princeps ille Deus: & ut ipſum mundum ex qadam parte mortalem Deus æternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus, movet.* Senec. *epiſt. 65. Qem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: qod eſt illic materis, id nobis corpus eſt. Serviant ergò deteriora*

melioribus.

meloribus. Hoccas. *ad Demonic.* § 33. Μέγιστον γὰρ ἐν ἀλαχίστῳ, νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι.

Τὸ ἐκείνῳ ὁμοιοῦν] quod *l.* 12. § 1. τὸ ἕν σοι θεῖον. & *l.* 6. § 13. vice versâ, τὸ τῇ ψυχῇ ὁμοιοῦν, Deum. Τῷ γὰρ κρίνοντι ἑαυτῷ. Aratus in *phænom.* ab Apostolo lavdatus, *Act.* c. 17. v. 28. secundùm partem nimirum meliorem nostri.

Τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον] Ità *l.* 7. § 55. πάντα γὰρ χρησιμὰ πᾶσιν ἐκείνοις. aliis omnibus utitur; scilicet etiam *l.* 3. § 1. τῷ ἑαυτοῦ χρῆσθαι. Epictet. *dissert.* *l.* 1. c. 1. Τῶν ἄλλων ἀνωφελῶν, ἀδημίαν ἐυρήσεις αὐτῷ αὐτῆς διαφθορικῷ· ἢ πίνειν ἀδὲ δοκιμαστικῷ, ἢ ὑποδοκιμαστικῷ· ἢ γραμματικὴ μέχρι τίνος χρήσιμον τὸ διαφθορικὸς μέχρι τοῦ διαγνῶναι τὰ γράμματα. —αὐτὴ ἕν αὐτῷ διαφορὰ τῆς αὐτῆς ἀδαμῶς. ἀλλ' ὅταν μὲν ἀνθρώπου τοῦ ἑταίρου δῇ, τότε τί γραπτέον, ἢ γραμματικὴ ἐρεῖ· πότερον ἢ γραπτέον τῷ ἑταίρῳ, ἢ ἃ γραπτέον, ἢ γραμματικὴ ἐκ ἐρεῖ. ἢ δεῖ ἦν μελῶν ὠσαύτως ἡ μουσική. πότερον δ' αἰσθητὸν νῷ ἢ κιθαιστόν, ἐκ ἐρεῖ τίς ἕν ἐρεῖ; ἢ ἢ αὐτῷ διαφθορὰ, ἢ τἄλλα πάντα. αὕτη δ' ἔστι τίς; ἡ δωάμις ἡ λογική. μόνη γὰρ αὕτη ἢ αὐτῷ καλανοήσασα παρέληπται, τίς τέ ὅτι, ἢ τί δωατὸν τι, ἢ πόσα ἀξία ἐστὶ ἑλήλυθε, ἢ τὰς ἄλλας ἁπάσας. τί γὰρ ὄφελος ἄλλο τὸ λέγειν, ὅ, τι χρυσίν καλὸν ὄφελος; αὐτὸ γὰρ ἀ λέγει. δῆλον, ὅτι ἡ χρησικὴ δύναμις τῶν φαντασιῶν. τί ἄλλο, τὸ μουσικῷ, γραμματικῷ, τὰς ἄλλας δωάμεις, διακείνον, δοκιμάζον, τὰς χρήσεις αὐτῶν ἢ τοῦ καιροῦ παραδεικνύον; ὡδὲν ἄλλο. ὥσπερ ἕν ἦν ἄξιον, τὸ κράτιστον ἁπάντων ἢ κυριεῦον ὁι θεοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐπίστευσαν τῷ χρῆσιν τῷ ὀρθῷ τῶν φαντασιῶν. τὰ δὲ ἄλλα, ὐκ ἐφ' ἡμῖν. Idem *l.* 2. c. 23. Ἄνθρωπε, μήτε ἀχθέστης ἴσθι, μήτε πάλιν ἀμνήμων ὧν χρεωστόνων· ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τοῦ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν, ἢ, νὴ Δία, ὑπὲρ αὐτοῦ ζῆν, ἢ ὧν σωφρόνων πρὸς αὐτὸ, ὑπὲρ καρπῶν ξηρῶν, ὑπὲρ οἴνου, ὑπὲρ ἐλαίου ἐυχαίσει τῷ θεῷ. μέμνησο δ' ὅτι ἄλλο τί σοι δέδωκε χρεῖττον ἁπάντων τούτων, τὸ χρησόμενον αὐτοῖς, τὸ δοκιμάζον, τὸ ἀξίαν ἑκάστου λογιούμενον. τί γὰρ ὄζει τὸ ὀσφραινόμενον ὑπὸ ἑκάστης τούτων τῆς δωάμεων, πόσου τις ἀξίας ὄζειν αὐτῆς; μήτι αὐτὴ ἑκάστη ἡ δωάμις; μήτι τῆς ὀρεκτικῆς τινος ἥκουσας λεγούσης περὶ ἑαυτῆς; μήτι τῆς ἁκουστικῆς; —ἀλλ' ὡς διάκονοι καὶ δῆλα τεταγμένοι εἰσὶν ὑπηρετεῖν τῇ χρησικῇ τῆς φαντασιῶν. —πῶς ἕν δωατόν τις ἄλλη δύναμις κρεῖττον ἦ ταύτης, ἡ καὶ τῆς λοιπῆς διακόνοις χρῆται καὶ δοκιμάζει αὐτὴ ἑκάστα; —τίς γὰρ ἐκείνων οἶδε τίς ὄζει αὖτη καὶ πόσην ἀξίαν; τίς ἐκείνων οἶδεν, ὁπότε δεῖ χρῆσθαι αὐτῇ, καὶ πότε μή; τίς ἔστιν ἡ ἀνοίγουσα καὶ κλείουσα τοῦ ὀρθαλμοὺς, καὶ ἀφ' ὧν ἃ δεῖ ἀποχρήσουσα, τίς ἢ παρέσαγουσα ἡ ὀρεκτικὴ; ἃ. ἀλλ' ἡ προαιρετικὴ. τίς ἡ τὰ ὦτα ἐπικλείουσα καὶ ἀνοίγουσα; —ἐκ ἄλλη ἢ ἡ προαιρετικὴ δωάμις, —πότερον εἰσπεῖν ἄμεινον, ἢ σιωπῆσαι, καὶ ὅτως ἄμεινον ἢ ἐκεῖνος, καὶ τοῦτο πρέπον ἢ ἃ πρέπον, καὶ τὸν καιρὸν ἐκδέχου, καὶ τῶν χρειῶν, τίς ἄλλη λέγει ἢ ἡ προαιρετικὴ; —καὶ δωάμεθα τὰ διακονῶν χρήσιμον ἦ ἐκείνῳ ᾧ διακονεῖ; ὁ ἵππος τῷ ἱππέως; ἢ ὁ κύων τῷ κυνηγοῦ; ἢ τὸ ὄργανον τῷ κιθαριστοῦ; ἢ οἱ ὑπηρέται τοῦ βασιλέως; τί ὄζει τὸ χρώμενον προαίρεσις. τί ὀπτικὴ ἦται πάντων; προαίρεσις. τί ὅλον ἀναιρεῖ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν λιμῷ, ποτὲ δ' ἀγχόνῃ, ποτὲ δ' κτ' κρημνῶν; προαίρεσις. ἔτα τούτου τί ἰσχυρότερον ἀνθρώποις ὄζει καὶ πῶς δίον τε τῶν ἀκωλύτων τὰ κωλυόμενα;

Ὁ πῶς βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖ;] Vide de his plura apud Epictetum loco superiùs allato.

§ 22. Ὁ τῆ πόλει ὠκ ἔστι βλαβερόν] Habes his gemina, *infrà* § 35. *l.* 6. § 44, 54. *l.* 8. § 55. & *l.* 10. § 6.

Εἰ δ' ἡ πόλις βλάπτεται, ὠκ ὀργιστέον τῷ βλάπτοντι τὴν πόλιν. τί δὲ παροράμενον] Mutila esse hæc, res ipsa clamat. olim opinabar deesse negativam, εἰ δ' ἡ πόλις ὐ βλάπτεται, ὠκ ὀργιστέον τῷ μὴ βλάπτοντι τὴν πόλιν· eo motus, quòd *infrà* dicitur § 35. τίς δ' βλάβη τοῦ κοινοῦ; tanquam communitas ipsa lædi non possit. Jam sententiam muto, & postrema sic suppleo, ὠκ ὀργιστέον τῷ *β. τ. π.* [δεικτέον δὲ] sive, [ἀλλὰ δεικτέον] τί τὸ παροράμενον. quomodo *l.* 7. § 26. συμφέρῃ ἐστὶ τῷ παροράντι. & *l.* 11. § 13. καὶ τότῳ αὐτῷ ἕτοιμον τὸ παροράμενον δεῖξαι. ut dicat, etiamsi detur lædi civitatem, tamen non esse lædenti succensendum, sed citra iracundiam commonstrandum errorem. De Demonacte Lucian. Τῶν μὲν ἁμαρτημάτων καθάπτεται. τοῖς δ' ἁμαρτάνουσι συνεγίνωσκε. καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ἰατρῶν ἐθὲς λαμβάνειν, τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργὴ δὲ πρὸς τοὺ νοσοῦντας ὐ χωρούντων. Evripid. *Bellerophon.* Svidâ lavdante;

——τὸ μὲν νοσοῦντι συμφορᾶς κακόν.

Senec. *de constant. sap.* c. 13. *Quis phrenetico medicus irascitur? quis febricitantis, & frigida prohibiti maledicta, in malam partem accipit? hunc affectum adversùs omnes habet sapiens, quem adversùs ægros suos medicus: quorum nec obscœna, si remedio egent, contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem sævientium excipere convicia. scit sapiens omnes hos qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratósque, malè sanos esse: quos non aliter videt, quàm ægros intemperantes. itaque nè succenset quidem, siquid in morbo petulantiùs ausi sunt adversùs medentem.* Idémque *de irâ l.* 1. c. 15. *Corrigendus est itaque qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & asperè: incliórque tam sibi quàm aliis faciendus, non sine castigatione, sed sine ira. quis enim, cui medetur, irascitur? & ibid l.* 2. c. 9. *Non est irascendum erroribus. quid enim, si quis irascatur in tenebris parùm vestigia certa ponentibus? quid siquis surdis, imperia non exaudientibus? quid si pueris? quid si illis irasci velis qui ægrotant, senescunt, fatigantur? hac conditione nati*

sumus

ſumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quàm corporis morbis. Vide *ad l.* 2. § 1.

§ 23. Τὸ τάχ᾽ τῆς παραφορᾶς] τῇ χρόνῳ, καθάπερ ἰάματι, ἔκρισε παραφόρους. Plut. *de Orac. defect.* Gemina his habes *l.* 4. § 43. & *l.* 6. § 4, 15. & *l.* 7. § 18.

Οἷον ποταμὸς ἐν ὀλισθαίνει ῥύσει] Vide *ad l.* 4. § 43. Flaccus, *Carm. l.* 3. *od.* 29.

—*quod adeſt memento*
Componere æqus, cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruſcum
In mare; nunc lapides adeſos,
Stirpésque raptas, & pecus, & domos
Volventis unà, non ſine montium
Clamore, vicinæque ſylvæ,
Cum fera diluvies quietos
Irritat amnes.—

Ἐν συνεχεῖ μεταβολαῖς] Vide *l.* 7. § 18, 25. & *l.* 10. § 18. & *l.* 11. § 35. πάντα μεταβολαί.

Ἐν μείσει τροπαῖς] *l.* 8. § 6. πάντα τροπαί.

Οὐδὲν ἑστὼς] ità *infrà* § 33. ἐυμετάβλητα καὶ οὐχ ἑστῶτα. Naſo *Metamorph. l.* 15.

—*nihil eſt toto quod perſiſtet in orbe:*
Cuncta fluunt.—

Auguſtinus *in Joan. tract.* 38. *In omnibus actionibus & motibus noſtris, & in omni prorſus agitatione creaturæ, duo tempora, præteritum & futurum. præſens quæro, nihil ſtat. quod dixi jam, non eſt, quod dicturus ſum, nondum eſt.* Hinc Plato Theæteto: ἔστι γὰρ οὐδέποτε ὂν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. & Plut. *de EI. Delph.* Ἡμῖν μὲν γὰρ ὄντως τὸ ἦν μέτεστιν οὐδέν, ἀλλὰ πᾶσα ἀνθρωπίνη φύσις ἐν μέσῳ γενέσεως καὶ φθορᾶς γνώμην φάσμα παρέχει καὶ δόκησιν ἀμυδρὰν καὶ ἀβέβαιον αὐτῆς· ἂν δὲ τὴν διάνοιαν ἐφῇς, λαβεῖν βυλόμενος, ὥσπερ ἡ σφοδρὰ πεῖρα τοῦ ὕδατος τὸ πιεῖν εἰς τοὐπίσω καὶ σωιάειν διαρρέον ἀπόλλυσι τὸ καταληπτὸν, οὕτω τὴν παθημάτων μεταβολὴν ἐφέσει τῷ ἄγαν ἐνάργειαν ὁ λόγος ἀποσφάλλει, τῇ μὲν εἰς τὸ γιγνόμενον αὐτὴν, τῇ δὲ εἰς τὸ φθειρόμενον, οὐκ ὄντος μόνου, οὐδὲ ὄντος ἕνιος διαμένοντος. Et mox: Μένει δ᾽ οὐδὲν, ἐπεὶ ἔστιν εἷς, ἀλλὰ γιγνόμεθα πολλοὶ περὶ ἓν φάντασμα καὶ κοινὸν ἐκμαγεῖον, ὕλης ἀεὶ ἀπορρεούσης καὶ ἐπιθαυούσης. Aliâ ratione Baſil. Cæſ. *orat.* 12. & Simeon Cancellar. *orat.* 21. ἔστε τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἅπαξ πῆς πλάσεως, τὸ ἑξῆς καὶ μόνιμον ἔχει, ὅτε τὰ ἀριστερὰ ἦν πραγμάτων καὶ κατηφῆ παγίως ἤδρασε· ἀλλὰ πάντα νάλω πως καὶ κλόνῳ, καὶ μεταβολαῖς ἀδεκπτοις ὑποκείται. & qæ ſequuntur.

Οὐδὲν ἑστὸς, καὶ τὸ παρεγγὺς, τὸ ἦ ἄπειρον] Vitioſa interpunctio, qæ & Xylandrum in fraudem induxit. leg. οὐδὲν ἑστὼς. καὶ τὸ παρεγγὺς τοῦ ἄπειρον, &c. Conſule verſionem. Vide *l.* 4. § 3, 50. & *l.* 12. § 7.

Ὦ, πάντα ἐναφανίζεται] Vide *l.* 2. § 12. & *l.* 12 § 32.

Πῶς ἐμοιρὸς, ὁ ἐν τούτοις φυσιόμενος, ἢ ἀσυνίετος] Vide *l.* 4. § 44. & *l.* 7. § 73. Horum autem ſtultitiam icone pulcerrimâ depingit nobis Dion. Chryſoſt. *orat.* 67. Εἶπε εἴν τοιοῦτος ἄνθρωπος, ὃς ζῇν πρὸς τὴν αὐτὴν σκιὰν, ὥστε αὐξομένης μὲν αὐτῆς ἐπαίρεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖσθαι· βραχυτέρας δὲ γιγνομένης, λυπεῖσθαί τε καὶ ὀρρωδεῖν τὰ πανδεινότερα, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳπερ ἂν ἐλάττων γένηται· ὁ πολύ γε ἂν εἴη τῶν Μαργίτου σοφώτερος. τῆς γὰρ αὐτῆς ἡμέρας, ὅτε μὲν λυποῖτ᾽ ἄν, ὅτε δὲ χαίροι· ὅτε μὲν ἐπεκδὺν ἴδοι τὴν σκιὰν τὴν ἑαυτοῦ πάνυ μακρὰν, ἧκέ τε κυπαρίττων, καὶ ἧκε ἐν τοῖς τείχεσι πύργων ἀεὶ μείζω, ὅλον ὅτι χαίροι ἂν, ὡς αὐτὸς ἐξαπίνης γεγονὼς τοῖς Ἀλωιάδαις ἴσος· καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζοι ἄν, καὶ εἰς τὰ θέατρα, καὶ παντάχοσε τῆς πόλεως, ὅπως ἂν ἀεὶ πάντων βλέποιτο ἄν· ὅτε δ᾽ ἡ πλήθουσαν ἀγορὰν ἄρχοιτ᾽ ἂν σκυθρωπότερος αὐτὸς γίγνεσθαι, καὶ ἀναχωρεῖν. τὰς δ᾽ μεσημβρείας, αἰσχυνοῖτ᾽ ἂν ὀφθῆναι ἀνθρώπῳ πῃ, καὶ ἔνδον μένοι ἂν ἐσκιασμένος, ἐπειδὴ ἐν ποσὶ βλέπειν τὴν σκιὰν παρῆ. ὅτε δεί᾽λλυ δ᾽ ἀναλαμβάνοι αὐτὸν, καὶ γαυρότερος φαίνοιτο ἂν ἀεὶ πρὸς ἑαυτόν. πάνυ μοι δοκεῖς ἄτοπον διάθεσιν, καὶ ἄνδρα διαπλάττων ἠλίθιον. ὑπὲρ ὁ τῇ δέξῃ προσέχων, οὐδέν τι βελτίων, ἀλλὰ πολὺ ἀβελτερώτερος. πολλάκις γὰρ ἂν, πλείους μεταβολὰς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μεμεδόλοιτο· καί τοι, ὑπὲρ ὧν ἐμεῖνον ἐν τεταγμέναις ὥραις ποιῆν, ἀλλὰ καὶ δεί᾽λης, καὶ ἑωθεν, οὐδὲν αὐτὸν κωλύσει μὴ δυσχέραντον ἄνθρωπον εἶναι, νῦν μὲν φερόμενον καὶ πτήσσοντα ὑφηλότερον τῶν νεφῶν, ἂν τύχωσι μαρτυρήσαντες αὐτῷ τινες καὶ ἐπαινέσαντες, νῦν δὲ συστελλόμενον καὶ ταπεινούμενον· πολὺ πλείας αἰσθήσεις τε καὶ ὄψεις τῆς ψυχῆς αὐτῷ λαμβανούσης, ἅμα δικαίᾳ τῇ σελήνῃ.

§ 24. Τῆς συμπάσης οὐσίας, ἧς ὀλίγοις μέτεχεις] Vide *l.* 10. § 17. & *l.* 12. § 32. Senec *epiſt.* 91. *Quota pars omnium ſumus?*

Βραχὺ καὶ ἀκαιρίαν διάσημα] Vide *l.* 2 § 17. & *l.* 4. § 16, 48. & *l.* 11. § 18. ἀκαιρίᾳ ὁ ἀνθρώπειος βίος. Diodor. Sicul. *hiſtor. l.* 1. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀδένειαν, βίου μὲν ἀκαιρίου τὰς μέρος τῆς παιδὸς αὐτῶν, τετελευτήκασι· πάλαι τὸν ὕστερον χρόνον. Aristid. *in Eteon.* Βίος ἡ πᾶς ἀνθρώπου βραχὺς καὶ οὐ πολὺ πρὸς ἄξιος εἰς ἀεὶ μῆκος λόγου. ἀλλ᾽ ἐάν τε Ἀργαδάνιον ἐάντε Τίθωνον λέγῃ τις, ἐάν τε τὸν τὰς χρεὰς γηρεὰς διαχίσαντα Νέστορα τὸν Πύλιον, πάντας τοὺς χρόνους σωθεὶς, εὑρήσει ἐλάττονα μέρος ὅλου τοῦ παντὸς αἰῶνος, ἢ ὅσον εἰπεῖν.

§ 25. Ἄλλος ἁμαρτάνει τι εἰς ἐμέ] Xyl. legiſſe videtur, Ἄλλος ἁμαρτάνει τις εἰς ἐμέ. *Peccat alius qis adversùm me.* Verùm lectionem receptam ſolicitare nihil eſt neceſſe; *Peccat qidpiam alius adversùs me.* Ego, ſiqid eſſet mutandum, legerem potiùs,

tiùs; Ἀλλ' ἁμαρτάνει τί εἰς ἐμέ; *Peccat alius, qid hoc ad me? ipse viderit.* Verùm nihil moverim. *l.* 4. § 26. & *l.* 9. § 4. ἑαυτῷ ἁμαρτάνει· *sibi peccat.* Epictet. *l.* 2. *c.* 13. Τί ἂν σοι μέλοι περὶ ἄλλου πράγματος; μὴ ἐνείνου ἁμάρτημα, πῶς ἔτι σώσαι δ' ἄλλου μὴ ἔστιν ἁμάρτημα, ἄλλου δὲ κακόν; ὅ. τί ἔν ἀγωνίᾳ περὶ τῶν ἀλλοτρίων; ·

Ὄψεται] *Viderit ipse.* σὺ τοῦτο μελέτω. qasi dicat, Qid ad me? sive, nihil id ad me pertinet. Sic Cic. *Acad. l.* 4. *Viderit hoc Epicurus.* Naso *Art. l.* 1.

Viderit Atrides,—— q. d. nihil ad me. carissim ipse suam tueatur. & *l.* 3.

Videris utilitas.—— q. d. utilitatem ipse nihil moror. Sic *l.* 8. § 41. & *l.* 9. § 27. & *l.* 11. § 13. & *l.* 12. § 1.

Ἰδίαν ἔχει διάθεσιν] *supr.* § 3. ἴδιον πνεῦμονικὸν ἔχει.

Ἐγὼ νῦν ἔχω ὅ με θέλει νῦν ἔχειν] Hoc argumento compescit suos rex pius à viro neqam ac nefario maledictis impetitus. *Regum hist. l.* 2. *c.* 16. *v.* 12. *Sinite istum: Ipse enim maledixit, qia id Dominus edixit.* Vide *ad l.* 4. § 34.

Καὶ πείσομαι, ὅ με νῦν πείσειεν] Ità *l.* 6. § 22. Ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ καθήκων πείσω. Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 12. Ἐκεῖνοι μὲν πιστεύουσι τὰ φαινόμενα αὐτοῖς· ἡμεῖς δὲ ἀδύνατον ἡγούμεθα. Sen. *ep.* 103. *Tu ità cogita, qod ex homine periculum sit; ut cogites, qod sit hominis officium. alterum instuearis, nè lædaris; alterum, nè lædas. commodis omnium lateris, movearis incommodis: & memineris qæ præstare debeas, qæ cavere.* Verùm ista non ad Stoicam amussim exacta proïsus.

§ 26. Ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας ἢ τραχείας κινήσεως] i. e. *à voluptate vel dolore.* eadem periphrasis *supra l.* 4. § 3. λείως ἢ τραχέως κινωμένῳ. Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 1. Πόθεν τί δεῖ; μορμολύκειον. σκέψον αὐτὸ καταμαθὲ. τραχέως κινεῖ τὸ σαρκίδιον, εἶτα πάλιν λείως. ἄν σοι μὴ λυσιτελῇ, οὐ θύεις ἤκουσίως· ἐν λυσιτελῇ, φέρε. Senec. *de beat. c.* 15. *Quomodo hic potest Deo parere, & qicqid evenit bono animo excipere, nec de fato qeri, casuum suorum bonus interpres, si ad doloris voluptatúmqe punctiunculas concutitur?* Vide *l.* 10. § 8.

Μὴ συγχωρείτω] Νὲ *admittat persuasiones.* Xyl. tanqam si de principalis partis judicio agatur, qod in casibus istiusmodi inhibendum toties inculcat Marcus *l.* 4. § 39. & *l.* 8. § 28, 44. & *l.* 11. § 9, 16 & istic etiam in nox subjunctis, πῶς ὑπόληψιν μὴ παρείληφέτω. Verùm meliùs Cas. *nè immiscetur,* sive *nè immisceat se.* Vide *l.* 7. § 67. & *l.* 10, § 24.

Περιγραφέτω αὐτὸ] *Circumscribat eas.* Xyl. Verùm αὑτὸ potiùs legendum. atqe ità Cas. *circumscribat se.*

Τὰς πείσεις] *Persuasiones,* Xyl. *perpessiones,* vel *affectiones* potiùs; de qibus & *l.* 3. § 6. & *l.* 7. § 55.

Πρὸς τὸ δόξαν φυσικῶς ἔσεσθαι ἢ παράλογον δύνασθαι] frustra enim id foret. Senec. *de ira l.* 2. *c.* 2. *Omnes enim motus, qi non voluntate nostrâ fiunt, invicti & inevitabiles sunt: ut horror frigidâ aspersis, ad qosdam ictus aspernatio, ad pejores nuncios subriguntur pili, & rubor ad improba verba suffunditur, seqitúrqs vertigo prarupta cernentes. qorum, qia nihil in nostra potestate est, nulla qò minùs fiant ratio persuadet. Sensum enim hominis nulla excuit virtus.* Idem *epist.* 85. & *epist.* 11. *Nullâ sapientiâ naturalia corporis aut animi vitia ponuntur. qicqid infixum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. qibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter qàm fatigatis & æstuantibus solet: qibusdam tremunt genua dicturis: qorundam dentes colliduntur, lingua rituhat, labra concurrunt. hæc nec disciplina, nec usu unqam excutit: sed natura vim suam exercet; & illos vitii sui etiam robustissimos admonet. inter hæc ruborem esse scio, qi gravissimis qoqe viris subitus offunditur. magis qidem hoc in juvenibus apparet, qibus & plus caloris est, & tenera frons: nihilominus veteranos & senes tangit. --non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à novitate rei; qæ inexercitatos etsi non concutit, movet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. nam ut qidam boni sanguinis sunt, ità qidam incitati & mobilis, & citò in os prodeuntis. Hæc nulla sapientia abigit. alioqin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. qæcunqe attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multùm se diúqe animum composuerit, hærebunt. nihil horum vitari potest, non magis qàm accessi. --nihil adversùs hæc sapientia promittit, nihil proficit: sui juris sunt; injussa veniunt, injussa discedunt.* Idem *epist.* 57. *Illum qoqe in qem jus fortuna perdidit, ferietur animus, mutabitur color. qædam enim nulla virtus effugere potest: admonet illam natura mortalitatis suæ. itaqe & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si vastam altitudinem in crepidine ejus constitutus despexerit. non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi.*

Τῷ δὲ καταλιπεῖν μὴ παρείληφέτω τὸ ἡγεμονικόν] In eandem sententiam Stoicus qidam apud Gellium *l.* 19. *c.* 1. eâdem ferè affectione, qâ Seneca *epist.* 57. in crypta Neopolitana, in procella vehementiori dum navigat, ipse correptus, ex Epicteti dissertationum ab Arriano digestarum, qi nunc non prostat, *l.* 5. *Visa animi, qæ φαντασίας Philosophi appellant, qibus mens hominis primâ statim specie accidentis animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neqe arbitraria, sed vi qadam suâ inferunt sese hominibus. noscitandi probationes autem, qas συγκαταθέσεις vocant, qibus eadem visa noscuntur ac dijudicantur, voluntariæ sunt, fiúntqe hominum arbitratu. propterea cùm sonum aliqis formidabilis, aut culo, aut ex ruina, aut repentinum nescius [*ullius*]*

periculi*

periculi nuncius, vel qid aliud ejusmodi factum; sapientis qoqe animum pavidus moveri, & contrahi, & pallescere necessum est. non opinione alicujus mali perceptâ, sed qibusdam motibus rapidis & inconsultis, officium mentis atqe rationis prævertentibus. mox tamen illo sapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, Visa istæc animi sui terrifica non approbat, hoc est, ὐ συγκατατίθεται ὐδὲ ἀποδέχεται, sed abjicit respuitqe: nec ei metuendum esse in his qicqam videtur. Atqe hoc inter insipientis sapientisqe animum differre dicunt, qòd insipiens qalia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva & aspera, talia esse verè putat, & eadem incepta, qæ qasi jure metuenda sint; suâ qoqe assensione approbat, ϗ ἀποδέχεται. Sapiens autem, cùm breviter & strictim colore atqe vultu motus est, ὐ συγκατατίθεται, sed statum vigarémqe sententia suæ retinet, qam de hujuscemodi visis semper habuit, ut de minimè metuendis, sed fronte falsâ, & formidine inani territantibus. Seneca etiam *epist. 71. Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolorem ab illo, ficut ab aliqa rupe nullum sensum admittente, submoveo. memini ex duabus partibus illum esse compositum. altera est irrationalis: hæc mordetur, uritur, dolet. altera rationalis: hæc inconcussas opiniones habet, intrepida est & indomita.*

§ 27. *Ζυζῆν θεοῖς*] L. 10. § 1. θεοῖς συμπολιτεύεσθαι. In sacra pagina itidem, הִתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים *Ambulare cum Deo.* de Enocho dictum, *Genes. c. 5. v. 24.* Aliud est, qod apud Minucium Octavius, de Deo: *Non tantùm sub illo agimus; sed cum illo, ut propè dixerim, vivimus.* Qanqam dictionem emollire avt deminuere nihil fuit necesse. ampliùs ac fidentiùs Paulus Athenis, referente Lucâ *Act. c. 17. v. 28.* ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, ϗ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν. Sed & Minuc. ipse alibi; *Non solùm in oculis ejus, sed & in sinu vivimus.* Verùm istud, inqam, aliud est ab eo qod hìc Marcus. istud enim necessitatis, illud voluntatis est.

Ἀφασιμοφιλῶ μὴ τοῖς ἀποτεμαθίοις] Vide *l. 2. § 17. & l. 3. § 16. & l. 4. § 33. & supr. § 8. & l. 10. § 11. & l. 12. § 11.*

Ὁ δαίμων] Vide *l. 2. § 13. & l. 3. § 12, 16. & supr. § 10. & l. 12. § 26.*

Ἀπόπασμα ἑαυτῆ] In eundem sensum *lib. 2. § 1.* ἀπόμοιρα, & *§ 4.* ἀπόρροια, qo istìc ἀπόπασμα τοῦ Διός, humana mens dicitur. Laërt. *lib. 7.* in *Zenon.* ex Stoicorum sensu; Ἐμψυχον ἡ τὸν κόσμον, ὅλον ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐπεῖθεν ἴσπερ ἀπόπασμα. Epictet. *dissert. l. 1. c. 14.* Αἱ ψυχαὶ μόνῳ ἴσασιν ἐφαπτῆσθαι ϗ συναφεῖς πῇ θεῷ, ἄτε αὐτοῦ μόρια ὄσαι ϗ ἀπόπασματα. Et *l. 2. c. 8.* Θεῶν ἔργα κἀκεῖνά ἐστιν, ἀλλ' ὐ σφετερίσματα, ὐδὲ μέρη θεῶν. ζῷ δὲ σφετέρισμα ἐστί, σὺ ἀπόπασμα εἶ τοῦ θεοῦ· ἔχεις τι ἐν σαυτῷ μέρος ἐκεῖνο. Pythagoras apud Laërt. *l. 8.* Εἶναι ϗ τὴν ψυχὴν, ἀπόπασμα αἰθέρος. Cujus sententiam impugnans Cicero *de nat. Deor. l. 1. Pythagoras, qi censuit Deum animum esse, per naturam rerum omnium intentum & commeantem, ex qo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari Deum; & cùm miseri animi essent, qod plerisqe contingeret, tum Dei partem esse miseram, qod fieri non potest.* Philo *de insomn.* Ἐν ἀνθρώποις ὁ τοῦ ἀποπάσματος θεῖος. Idémqe *de Cajni infid.* Πῶς γὰρ οἰκὸς βεβηχὼς ὕπνος ὄντα τὸν ἀνθρώπινον νοῦν μιλύγγι, ἢ καρδίᾳ βεβηχὸς ὄγκοις ἐγκαθειλημμένον, μεγάλοις ὠρυγαῖς ϗ πόνοις χαρᾶσαι τοσοῦτον, οἱ μὴ τῆς θείας ϗ εὐδαίμονος ψυχῆς ἀπόπασμα ἦν ὁ διαρρεύσας; Qod Manilius *astronom. l. 2.*

Qis cælum possit, nisi cæli munera nôsset,
Et reperire Deum, nisi qi pars ipsa Deorum est?

Versum primum, utì vulgò concipitur, qid velit, non assequor. ego sic potiùs concipiendum censuerim,

Qi cælum possit, nisi cæli munere, nôsse?

Cicer. *de divinat. lib. 1. A natura divina hausios animos & delibatos habemus.* Et *Tusc. l. 5. Humanus animus decerptus ex mente divina.* Et Manichæi diserè, referente Epiphanio *hæres. 66. § 9.* τὴν ψυχὴν μέρος θεοῦ εἶναι, ϗ ἀπ' αὐτοῦ ἀποσπασθεῖσαν. cavtiùs pavlò Hermes in *Pœmandr. c. 12.* Ὁ νοῦς οὐκ ἔστιν ἀποτετμημένος τῆς ὑπάρξεως τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἀπλωθείς, καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς. Qod Philo *de Cajn. infid.* proximè post superiùs adducta; Τέμπται γὰρ οὐδὲν τοῦ θείου κατ' ἀπάρτησιν, ἀλλὰ μόνον ἐκλείπεται. Verùm nevtèr tamen cavtè satis. Vide *ad l. 2. § 1. & 4.*

§ 28. Τῷ γέφυρι] ità restituit Xylander, cùm in membranis θέφυρι reperisset. γέφυρα, ὁ γέφυρος ὄζος, ut Aristot. *problem. l. 4. q. 21. & l. 13. q. 9.* Sive ὁ κινάδεας ὄζος, ὥσπερ ὁ τέφυρος, ut de Cyclope Lucian. *in Galat.* unde & τεφυρομάχαι & Aristophani in *pace*, qi, cum Gorgonio Horatiano, *bircum olet.* γέφυρος, qo vocabulo Marcus qoqe usus est *l. 9. § 36.* fœtor ille, qi *birsatis*, ut est apud Horatium, *cubat gravis birsus in alis.* αὐτὸν ἦλθε τὸν γέφυρον ἐκ ὑποθύμου. De Persis Alexandri militibus pugnam initvri. Plut. in *apoph.* qo loco tamen H. Stephanus non γέφυρον, sed γέφυρον legit, & ἀλαλαγμὸν, sive clamorem ac vociferationem à militibus in congressione acierum edi solitum interpretatur, qi Vegetio *l. 3. c. 18.* & Ammiano *l. 16. c. 12. & l. 26. c. 10. & l. 31. c. 8. barritus* dicitur. Pollux *l. 2. c. 4. § 14.* ἡ ἐν τοῖς τέφυσι δυσωδία, ϗ ἡ ἐν ταῖς μαχάραις κινάμῳ κληθεῖται, ϗ χέλυσι. Et Etymologus. Γέφυσα, ὁ ἐκ τῶν ἰχθύων τῆς περιττοτάτου σωματώδης ὑπος, ϗ ἡ τῆς μαχαίρας δυσωδία. Et Svidas è Marco

noſtro emaculandus; Γεάσιος, ἢ δυσωμία ὀξὺ τρέχων. ἢ γεάσιον ἀνθρωπον, ὁ δύσοσμον. τὸ γεάσιον μὴ ὀρθίζε. leg. τῷ γεάσιονι μήτε ὀρθίζῃς. locum enim iſtum dubio procul adduxerat. qem Xyl. etiam (qem Caſ. qoqe ſequitur) ſic verterat; *Nè iraſcaris ei qi hircum olet, aut cui anima fœtet.* Ego verò ἐρωτηματικῶς legendum, vertendúmque omnino cenſuerim. *Nunqid ei iraſceris, qi hircum olet? nunqid ei, cui anima fœtet?* Sicut in lana ſuccidiore ſordes contractæ gravem mittunt odorem, ità ex pilorum hirſutie ac ſudore crebrò ſordes in alis collectæ: qalis hircis cùm ſit familiaris, à lanis ad hircos, ab hircis ad homines tranſlata vox eſt. Ad Marci mentem pulcrè Gregor. Naz. Περὶ ἐυταξίας. Εὐσχήμων τῆς τῶ ἀδελφῶ δυσωδίας, ἢ ὕστις, ἢ δυώσης, ὁ τῷ πνεύματικῷ μύρῳ συμμιγισμένος, ἵνα μεταδῷς τέτῳ τῆς σῆς εὐωδίας. ἀν ἔσιν ἐγκάθυπνος ἰὸς ἢ κακία, ἵν' ὁμῶ τῷ πληγῶναι ἀπελληνθῆς ὀδωδίας, ἢ ἢ διαφθορῆς, ἢ διὰ τέτο ἢ σοι συγγνώμη φύγειν τὸ δύσοσμον ἢ ἀποκλείσαντι· ἀλλ' εἰ μὴ εἰ δυνατὸς, κἀκεῖνον θεράπευσον· εἰ δὲ μὴ, τό γε ἀσφαλὲς ἔχεις, ἐν τῷ μηδὲν αὐτὸς τῆς μοχθηρίας μεταλαβεῖν. ὁτιμὴ τίς ἔζιν ἀνδρὸς τὸ ἑαυτὸν πάθος, ἵν' ἀπαλάσσῃ τυχὸν τὸ σὸν εὐωδέστερον ἐπιτηδεύσας τυχὸν, ἀν ἐλίξω τι τοιῦτον ὑπὲρ τῶ ὁμοδέλου ἢ συγγενοῦς συμπαθές. &c. Hinc meretricularum ſcommata illa, apud Athenæum *l.* 13. Θαῦς ἀεὶ γεάσινα τερφνωμένη ἐρᾷν, ἐπεί τις αὐτὴν ἰδὼν τὰ πρῶτα τῇ πρόσεται, εἶπεν,

Αἰγεῖ σωσικόμα τὸ Παιδίον &c.

Φεύγη σωσδιπνοῦσα ποτὲ γεάσινι, ἅρπα φοείνιλλι, Λαΐδι, εἶπ, ἢ καπάγαγε. allusit altera ad vocabulum αἰγὸς, quæ *capram* ſignificet, qod Ægæi nomen includere videtur; altera ad τράγε, qod *hircum* deſignat, qaſi τράγε, hoc eſt, *birce* dixiſſet.

Τῷ ὀζοσόμῳ] Ità Lucian. *Anthalog. l.* 2. *c.* 14.

ὀζόσομος ἐξορκισής.

——*cui ſcilicet ægris*

Fœcibus exuperat gravis halitus,——

Gutture ſulphureas lentè exhalante Mephites.

uti Perſ. *Sat.* 3. unde *guttur meditatorium efficiunt latrinarum*, ut Hieron. *adv. Jovinian. l.* 2. dum nimirum,

Τὸ σῶμα χὼ πρωκτὸς ταυτὸν ὄζει,

ut ille in *Anthalog.* loqitur. ut poſſint illi *ex veteri Stoicorum decreto* æqè *liberi crepitus atque ructus eſſe.* uti Cicero ad Pætum ſuum jocatur, *lib.* 9. *epiſt.* 21.

Ἀνάγκη τοιαύτῃ ὀσφρήσει] corpus ità affectum non poteſt non ejuſmodi odorem emittere: nec improbi animus talibus dogmatibus imbutus, non ejusmodi actiones, & operationes edere. Vide *ſupr.* § 17. & *l.* 11. § 18. & *l.* 12 § 16.

Εὖ σοι γένοιτο] formula ironica: qâ & Epict. *l.* 2. *c.* 5. & alibi utitur. Sed & nos Angli; *well fare thee.* aliud eſt qod Xyl. *bene res habet.* Ἔυ ἔχει. *l.* 10. § 1.

Δείξον] Vide *ſupr.* § 22.

Εἰ δὲ ἐπαΐει, δεσπόσυνος] Ità Dominus Chriſtus, Matth. *c.* 18. *v.* 15. Ἐὰν σε ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σε.

Οὔτε τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη] Iſta iſtîc qid velint, ego neſcire me fateor. cum ſequenti periocha committunt plerique, ità vertit Xyl. ac ſi legiſſet, ὅτε ὡς τραγῳδὸς, ὅτε ὡς πόρνη, ὃς ἐξελθὼν ζῆν δυνῆ, ὅτω ἐσταῦθα ζῆν. Vertit enim, *Non ità hîc vivendum eſt tibi, ut tragœdo aut ſcorto, qi egrediens vivere cogitat.* qod ego planè qid ſit, non capio. M. Caſ. *ubi nec vociferator nec ſcortator futurus eſt.* [qi iſtud] *qomodo vivere ſtatuis, ubi ad locum ejuſmodi ſeceſſeris, ubi bonum nevver exiſtat, ità iſtîc licuerit.* D. Salmaſ. ſic legit. ὅτε τραγῳδὸς, ὅτε πόρνη, ὡς ἐξελθόντι ζῆν διανοεῖτην. ὅτως ἐσταῦθα ζῆν ἔξεσι. *neqe hiſtrio, neqe ſcortum ſcenicum ità in theatro vivere cogitant, ut inde exeant. Sic & hîc etiam vivere licet.* Si tragœdus, inqit, & ſcortum, qi operam ſuam ſcenæ addixerunt, perpetuò in eo exercitio, qamvis turpi & infami vivere deſtinant, nec ab eo vitæ genere recedere cogitant; qid ni & liceat nobis manere in hac turbulenta vitæ rutuba? Avdeamus in loco penè conclamato & noſtram, licèt minùs dexteram forſan, conjecturam interjicere. Qid ſi voluit Marcus, qod *l.* 4. § 31. μὴ τύραννον, μήτε δῆλον· qódqe Plato *epiſt.* 7. μήτε ἀπιχθανέσθαι μάτην νεωτέρῳ τινὶ, μήτε δὴ κολακεύοντά γε, ὑφηγεῖσθαι αὐτοῖς. Vide *l.* 11. § 18. Ità certè uſurpavit τὸ τραγῳδεῖν *l.* 9. *c.* 29. εἰ ἢ ἐτραγῳδήσαμεν, ἀλλ' ἐς μετακίνησιν μιμεῖσθε.

§ 29. Ὡς ἐξελθὼν ζῆν δυνῆ] Turpe & periculoſum eſt in eo ſtatu vivere, in qo nolis mori. Verùm nihil impedit, inqit Marcus noſter, qo minùs qiſqe in eo ſtatu vivat, in qo mori ac defungi deſiderat atqe in animo ſuo habet. Vide *ſupr. l.* 2. § 11. & *infr. l.* 11. § 3.

Ἐξελθὼν] *exiens*, è vita ſcil. ut *l.* 2. § 11. ἐξιέναι τῆς βίε. pro *mori.* ἐξελθεῖν & ἀπελθεῖν ſimpliciter pro *mori.* Ità Epictet. *l.* 2. *c.* 15. συμβήμῳ ἵνα ἐξέλθῃς. Liban. *Monod. in Daphn. Apoll. templ.* ὦ νυμφίε πνὸς, πλεκομένων ἤδη στεφάνων, ἀπελθόντος. nam qod M. Caſ. de *Seceſſione*, ſive ἀναχωρήσει intelligit, qalem *l.* 4 § 3. loqitur; mihi nevtiqam probandum videtur.

Τότε καὶ τῦ ζῆν ἔξοδι] Ità *l.* 8. § 47. ἄπιθι ἔνθα καὶ τῦ ζῆν. Stoicum hoc dogma, pietati parùm conſentaneum: de qo vide *ad l.* 3. § 1. Apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. Muſonius, opinor, ἐὰν μὴ ἐκπονῇ πεντάδυσι, μένειν ἐν τῷ βίῳ· εἰ ἢ μὴ, ἐφ' ἡδίας ἀπαλλάττεσθαι, ὥσπερ ἐκ παιγνίε, ὕτω καὶ ἐκ τῦ βίε. καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅταν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας ἢ κομιζόμενος.

μιζόμῳ, τὴν θύραν ἀφέλη, τὸν καπνὸν ἀφέλη, τὸ φέρε ἐγκλείσω. ὅταν γὰρ ἐν τῷ σώματι ἐξοικίζομαι, ὅταν ἡ μυδώσασα φύσις, τοῦ ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας, οὐκ ὑποπτεύω· ἀλλ' ὥσπερ ὅταν συμποσίου ἀπαλλάττομαι, ὑδὲν δυσχεράνων, ὅταν γὰρ ἐν τῷ εἴσω, ὅταν ἡ ὥρα ᾖ. ἔμβα πορθμίδος ἔρυμα. quæ noviſſima cùm mendo nevtiqam vacent, aliis emendanda relinqo. Epictet. *l.* 2. *c.* 16. Ὦ, γὰρ ἔξεστιν, ὅταν θέλῃ, ἐξελθεῖν τοῦ συμποσίου, μὴ μέλλει παίζειν, ἐπὶ ὅπως ἀνιάται μᾶλλον, ἀλλ' ἵνα ἧττον ἀνιάται; nec iſta vitii expertia, qod interpretem fugit, ſed emendatu ſatis proclivia. leg. ὡς παιδία, ut pueri, qi ludum, qamdiu volupe eſt, protelant, ubi tædio ceperit eſſe, incidunt. Vide eund. ipſum *l.* 1. *c.* 24. ad *l.* 8. § 44. Epicurus ipſe apud Ciceron. *de fin. l.* 1. *Dolores, ſi tolerabiles ſint, ferammus: ſin minùs æqo animo è vita, tanqam theatro, exeamus.* Senec. *epiſt.* 98. de ſene neſcio qo: *Hic tam turpe putat mortem fugere, qàm ad mortem confugere. qid ergo? non, ſi ſvadebit res, exibit? qid ni exeat? ſi nemo jam eo uti potcrit? ſi nihil aliud qàm dolori operam dabit?* & *epiſt.* 70. *Nil melius æterna lex fecit, qàm qod unum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos.* Idémqe *epiſt.* 12. *Epicurus dixit:* Malum eſt in neceſſitate vivere: ſed in neceſſitate vivere, neceſſitas nulla eſt. *Qidni nulla ſit? patent undiqe ad libertatem viæ multæ, breves, faciles. agamus Deo gratias, qòd nemo in vita teneri poteſt. calcare ipſas neceſſitates licet.* Idem (ſi idem ſaltem) *Thebaid.* 1. 1.

Eripere vitam nemo non homini poteſt:
At nemo mortem.—

Plin. *hiſt. nat. l.* 28. *c.* 1. *Ex omnibus bonis, qæ homini natura tribuit, nihil melius tempeſtivâ morte: in câqe id optimum, qòd illam ſibi qiſqe præſtare poteſt.* Bacchi illud in Evripidis *Bacchis v.* 498.

Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.

huc accommodat Flaccus *l.* 1. *epiſt.* 17.

Ipſe Deus, ſimulátqe volam, me ſolvet. Opinor,
Hoc ſentit, Moriar, mors ultima linea rerum eſt.

Ὡς μηδὲν κακὸν πάσχω] Ità & Epictet. *l.* 1. *c.* 25. Μόνον μηδὲν βαρέως, πείσει, μηδ' ὑπολαμβάνων ἐν κακοῖς εἶ. qia ſcil. nihil ineſt malli, avt in vitæ moleſtiis, avt in morte ipſa; cùm iſta omnia ſint adiaphora. *l.* 2. § 11, 12. & *l.* 4. § 5, 42. Epictet. *lib.* 3. *c.* 8. Ἀφεῖλεν αὐτῷ (ὁ Ζεὺς) τὸ εἶ κακά. ἐξεστί σοι πάσχειν ταῦτα εὐδαιμονεῖν. τῷ θύραν σοι ἤνοιξεν ὅταν σοι μὴ ποιῇ, ἔξελθε, καὶ μὴ ἐγκάλει. Senec. *de Provident. c.* 2. *Cato, qâ exeat, habet.*

Καὶ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι] *ac fumi inſtar abeat.* Xyl. nullo planè ſenſu. legendum, εἰ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι. *Si me fumus* in loco aliqo, ubi verſari tunc contingit, *vexat*, maléqe habet, *diſcedo, exeo.* Alluditur ad diverbium, qo tria notantur, qæ domo exigant, *fumus, ſtillicidium, & mulier rixoſa.* Vide Druſ. *Proverb. claſſ.* 2. *l.* 1. *adag.* 213. & Bern. *de diverſ. ſerm.* 14. Vide & *l.* 8. § 47. Emendationem ex Epicteto adfirmo, cujus iſta ſunt, *diſſert. l.* 1. *c.* 25. καπνὸν ἐπιπέπτωκεν ἐν τῇ οἰκήματι· ἂν μέτριον, μένω· ἐὰν λίαν πολύν, ἐξέρχομαι. τοῦτο γὰρ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ προσδοκᾶν, ὅτι ἡ θύρα ἠνοίκται. qod noviſſimum in ſuis ſubinde inculcat, *l.* 1. *c.* 9. & *c.* 24. & *l.* 2. *c.* 1. Et pavlò poſt ſuperiora illa: Ἀλλὰ πολύς μοι καπνὸς φαίνεται, τὸ ἐν γυναιξὶ οἰκεῖν. ἀποχωρῶ, ὅτι μ' οὐδεὶς κωλύσει οἰκεῖν· ἐκεῖνο γὰρ ἡ οἴκησις πάντα ἠνοίκται. Lucem avtem, qaſi è fumo, fœnerabuntur iſta alii cuidam Epicteti loco, *l.* 4. *c.* 10. Ἀλλ' οὐκ ἔξω φαγεῖν. εἰ ὅτου πάλαι εἰμὶ, λιμῷ τὸ ἀποθανεῖν. ἔστι δ' ἔστιν λιμῷ πάντων, ὁ θάνατος· αὕτη ἡ καταφυγή. διὰ τοῦτο οὐδὲν δεῖ ἐν τῷ βίῳ χαλεπὸν ἔστιν. ὅταν θέλῃς, ἐξέλθε, καὶ οὐ καπνίζῃ. Et iſtic enim ab ædibus fumo infeſtis eadem eſt translatio.

Τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς;] *qid hoc rei eſſe putas?* Xyl. imò, *cur hoc grave ducis,* (vitâ ſcil. diſcedere) avt tanqam moleſtum qiddam horreſcis? ità ſiqidem τὸ πρᾶγμα uſurpari docuimus ad illud *ſuprà lib.* 4. § 50. μὴ ἔν ὡς πρᾶγμα. ità Plato in *Sympoſ.* Ἐὰν ᾖ φαῦλον, οὐδὲν δὴ πρᾶγμα. Epictet. *diſſert. l.* 4. *c.* 7. Ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀποθανεῖν. μὴ πραγῴδει τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' εἰπὲ ὡς ἔχει, ἤδη καιρὸς τοῦ ὕλλου, ἐξ ὧν συνῆλθεν, εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἀναλυθῆναι. καὶ τί δεινόν; τί μέλλει ἀπόλλυσθαι ἐν τῷ κόσμῳ, τί ἡμῶν καινόν, παράλογον; & *l.* 2. *c.* 1. Ἂν μὴ λυσιτελῇ, ἡ θύρα ἤνοικται.— πρὸς πάντα γὰρ ἠνοῖχθαι δεῖ τοῦ θύραν, καὶ πρᾶγμα οὐκ ἔχειν. Senec. *epiſt.* 70. *Vita non ſemper retinenda eſt, non enim vivere bonum eſt, ſed bene vivere. Itaqe ſapiens vivit, non qantùm poteſt, ſed qantùm debet.*— *Si multa occurrunt moleſta, & tranqillitatem turbantia, emittit ſe.*— *nihil exiſtimat ſuâ referre, faciat finem an accipiat, tardiùs fiat an citiùs. non tanqam de magno detrimento timet. nemo multum ex ſtillicidio poteſt perdere. citiùs mori, vel tardiùs, ad rem non pertinet: bene mori, vel malè, ad rem pertinet. bene avtem mori, eſt effugere malè vivendi periculum.* & *epiſt.* 17. *Si qid te vetat bene vivere, bene mori non vetat.* Sed de hoc vide ſis *ad l.* 3. § 1.

Οὐδεὶς με κωλύσει πιεῖν· ἀ θέλω] Vide *l.* 4. § 49. & *ſupr.* § 10. & *l.* 8. § 48.

§ 30. Ὁ τῶν ὅλων θεὸς] Vide *ſupr.* § 21. & *l.* 6. § 1.

Τὰ χείρω τῶν χρειττόνων ἕνεκεν] *ſupr.* § 16.

Ὑπόταξε, σωτάξε] *ſupr.* § 8. & *l.* 3. § 4.

Τὰ κρατίστου διονῖα εἰς ὁμόνοιαν] Vide *l.* 9. § 9.

§ 31. Πῶς δυσσυνήνεκται μέχρι νῦν θεοῖς, ἀνθρώποις] Democritus apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. *Ad*

μεγάλαι τέρψεις, ὑπὸ τῶν θεῶν τὰ καλὰ καὶ ἔργων, γίνονται. Martial. *l.* 10. *epist.* 23. de M. Antonio.

Præteritósque dies, & totos respicit annos.
Nulla recordanti lux est ingrata gravísque:
Nulla fuit, cujus non meminisse velit.
Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis, vitâ posse priore frui.

De aliis autem Marcus aliorúmque bene gestis *l.* 6. § 48. qod de se ſuisque iſtic.

Μήτε πνὰ ῥῆξαι ἐξαίσιον, μήτε εἰπεῖν] *neminem unqam vel facto vel dicto læsisse.* Syntaxis gemina Homericæ illi *Odyss. σ. v.* 15.

Δαιμόνι' ἔτί τι σε ῥέζω κακὸν, ὅτ' ἀγορεύω.

Ὅσα ἤρκασας ἀκομείναι] Hoc nomine Deo gratias agnoſcit deberi, *l.* 1. § 17. διὰ τὸ ἀνυπομεῖναι τὸ σῶμα ὅτι τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ. *quòd laboribus tot tantísque exantlandis par fuerit, in corpuſculo tam infirmo.*

Πλήρης ἤδη σοι ἡ τελεία τοῦ βίου] Vide *l.* 3. § 8. & *l.* 9. § 33. & *l.* 10. § 1. Lucret. *l.* 3.

Cur non, ut plenus vitæ conviva recedis?

De Pollio Stat. *Sylv. l.* 2. *Sylv.* 2. *v.* 127.

--dubio qem non in turbine rerum
Deprendet ſuprema dies; ſed abire paratum,
Ac plenum vitæ--

Καὶ τελεία ἡ λειτουργία] Vide *l.* 12. § 36.

Ἀλινώσουσι ἀυλινώμων] ità reſtituit Xyl. qod in membranis ἀλινώμων ſenſu planè adverſo legebatur.

Θέλω ἢ χρὴ φύσιν] Vide *ſupr.* § 9.

§ 32. Διὰ τί συλχίων] Anacharſis illud in Græcis, qos cæteroqi ſuſpiciebat, qaſi rationi minùs conſentaneum notabat, ὅτι παρ' αὐτοῖς ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται· κρίνουσι ἢ οἱ μὴ τεχνῖται. *qòd in certaminibus de peritis imperiti judicarent.* Qod reſpexit Tertullianus, *apolog. c.* 1. *Quanto magis, hos Anacharſis denotâſſet imprudentes de prudentibus judicantes, qàm immuſicos de muſicis?* Hòrum ergò judicia peritum prudentémqe qemlibet contemptim habere vult Marcus noſter. Cui accedit Demetrius Cynicus, qi, ut Seneca *epiſt.* 91. dicere ſolebat, *eodem loco ſibi eſſe voces imperitorum, qo ventre redditos crepitus.* Varro Margopoli:

--ſtultos contemnite docti.

Vide *l.* 2. § 1. & *l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 34.

Ἄτεχνοι καὶ ἀμαθεῖς ψυχαί] rerum naturæ ac conditionis ignari. Avſon. *lud.* 7. *ſap.*

Bias Prieneus dixit; Οἱ πλεῖστοι κακοί.
Qod eſt Latinum; Plures homines ſunt mali.
Sed imperitos ſcito, qos dixit malos.

Et mox:

Bias Prieneus dixi; Οἱ πλεῖστοι κακοί.
Latinè dictum ſuſpicor, Plures mali.
Dixiſſe nollem. Veritas odium parit.
Malos ſed imperitos dixi & barbaros,
Qi jus, & æqum, & ſacros mores negligunt.

Epictet. *l.* 1. *c.* 29. Ἔστα μυσικὸς μὲν ὑκ ὀπιχρήσεται ἀυτῷ ὑποφανομένῃ ἀεὶ τῆς νύκτος, ἢ ἀκούσῃ. ὑδὲ γεωμετρικὸς, ἂν ὀπικρίνῃ τὰς ὑπὸ κάντρῳ ἀρὲς τὸν κύκλον ἀφεσπκυίας μὴ ἢ ἴσας· ὁ ἢ τοῖς ἀληθείαις πεπαιδευμένῳ, ἀνθρώπῳ ἀπαιδεύτῳ ὀπιχαρήσεται, ὀπικρίνοντός τι ἀεὶ ὀσίου καὶ ἀνοσίου, καὶ δικαίου καὶ ἀδίκου; ἃ πολλῆς ἀδικίας ἐστὶ πεπαιδευμένων. Vide reliqa. Idem *l.* 4. *c.* 5. Τί ἔν; θέλεις με καλαφρονῆσαι; ἀκοὺ πνων; ἀκοὺ εἰδότων; καὶ πῶς καλαφρονήσουσιν οἱ εἰδότες τὸ φρόνιμον καὶ ἀδήμονον; ἀλλ' ἀκοὺ ἐστὶ ἀγνοούντων; τί σοι μέλει; ἢ τινι δὲ ἄλλῳ τεχνίτῃ ἐστὶ ἀτέχνων. Vide & eundem *ad l.* 9. § 26. ἀμαθεῖς autem ψυχαὶ, *animæ imperitæ*, pro hominibus imperitis. qod eſt Hebræis ac Hebraiſantibus valde familiare. Vide *ad l.* 1. § 16. ubi σώματα, id eſt, *corpora*, pro *ſervitiis*. Moſes *lib.* 2. *cap.* 1. *v.* 5. *Fuerúntqe omnes animæ, qæ è Jacobiſemore prodicrunt, ſeptuaginta animæ.* qod Stephanus apud Lucam *Act. c.* 7. *v.* 14. Græcam ſecutus verſionem, ἐν ἑβδομηκονλαπέντε ψυχαῖς. Idémqe *c.* 27. *v.* 37. ἦμεν ἢ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσαι ἑβδομηκονταέξ. Pavl. *ad Rom. c.* 13. *v.* 1. Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Nec abhorrent Latini. Tertull. *de anima c.* 13. *Enimvero qi non animæ dabit ſummam omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata eſt?* Qantas animas paſco? *ait dives. & animas ſalvas optat gubernator.* Cicer. *familiar. l.* 14. *epiſt.* 14. *Vos meæ chariſſimæ animæ, qàm ſæpiſſimè ad me ſcribite.*

Ἡ εἰλικὴ ἀρχικὴ καὶ τέλος] Vide *l.* 8. § 3.

Τὸν διὰ τῆς ὑσίας δικονομίαν λόγον] Animam ſcil. œcumenicam, vel catholicam potiùs, de qa *ſuprà* § 30. & *l.* 4. § 40. & *l.* 6. § 14.

Κατὰ φλέβας τεταμένας] ſive καιρὰς τεταμένας, ut Apoſtolus *Act. c.* 17. *v.* 26. Vide tamen *ſuprà* § 13.

Οἰκονομικὴ τὸ πᾶν] Vide *ſuprà* § 21.

§ 33. Σποδὸς, ἢ σκελετὸς] *cinis, aut ſceletus:* qod *ſupr. l.* 4. § 48. Τάφος, ἢ τύφος. ibi vide. Apud Plutarchum Antonius poſtridie de rerum ſumma cum Cæſare decertaturus ad cœnam ſuos jubet, σφοδρότερον ἐναγχεῖν ἄδηλον γὰρ εἰ τοῦτο ποιήσουσιν αὖθις, ἢ διακόψαι ἑτέροις ὑφαιρήσονται, αὐτὸς ἢ κείσεται σκελετὸς καὶ τὸ μηδὲν ῥυθμιζόμενος. Teles Pythagoricus, *de exilio*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. Ἡμεῖς μὲν καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι ὀκνοῦμεν ὅσοι ἢ σκελετίδιά σφισιν ἔνδον ἔχουσιν, ὡς κακὸν τι, καὶ ἐκφορᾶς τοὺς νεκροὺς λαμβάνουσιν.

Ἤτοι ὄνομα, ἢ ὄδε ὄνομα] Vide *l.* 4. § 33. & *l.* 12. § 27. μῦθος, ἢ ὅδε μῦθος.

Ψόφος καὶ ἀπήχημα] *Lib.* 4. § 3. τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως. & *l.* 6. § 16. χρότος γλωσσῶν.

Κενὰ, καὶ σαπρὰ, καὶ μικρά] Vide *lib.* 2. § 12.

§ 12. & *l.* 6. § 13, 36. & *l.* 7. § 3. & *l.* 9. § 36.

——πρὸς Ὄλυμπον] Ex Heſiodi *oper. l.* 1. *v.* 195. de quarto agens ſeculo:

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθόνος εὐρυοδείης
Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον, περιλιστὸν ἀνθρώ-
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις.—— (πων,

Et Arat. *Phaenom.*

Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κάτω γλαφ' ἀνδρῶν,
Ἐπλα δ' ὑπερφίαλα.

Ovid. Feſt. Avienus:

Sic juſta in populos mox Virginis inculpata
Exarſere odia, & cœlum pernicibus intrat
Diva alis. ——

& Cicero,

Deſcruit properè terras juſtiſſima virgo,
Et Jovis in regno, cœliq; in parte reſedit.

Refert Lactantius, ſed ità in vulgatis, qaſi Ciceronem iſtud negare dicatur. *Sed non, ait Cicero, & Jovis in regno, &c.* cùm deberet eſſe, *ſed non, ut ait Cicero.* hoc, inqit, non eſt verum, qod Cicero dixit, Jovis in regno Juſtitiam reſidiſſe, cùm Jupiter ipſe injuſtiſſimè ſe geſſerit. De eodem hoc Naſo *Metamorph. l.* 1. *v.* 129.

——fugere pudor, verámque fidésque.

& mox, *v.* 149.

——& virgo cæde madentes
Ultima cœleſtûm terras Aſtræa reliqit.

Juvenalis itidem, *Sat.* 6.

——ad ſupcros Aſtræa receſſit,
Hac (pudicitiâ ſcil.) *comite; atque duæ pariter fugere ſorores.*

Scilicet, ut Lactant. *inſtit. l.* 5. *c.* 5. *Hi planè intellexerunt, abeſſe juſtitiam à rebus humanis; eámque ſinxerunt offenſam vitiis hominum, ceſsiſſe terrâ, in cœlúmque migrâſſe.* Alluſit huc Val. Flaccus *Argonaut. l.* 2. de procellis cladibúsque agens cœlitus immiſſis;

——tunc flagitat iras
In populos, Aſtræa Jovem, terriſque relictis
Invocat aſſiduo Saturnia ſidera geſtu.

Alluſit & Maro ipſe *Georg. l.* 2. ubi de agricolis dixit;

——extrema per illos
Juſtitia excedens terris veſtigia liqit.

Indè ludens Lucian. *in his accuſato* τῷ Διΐ inducit Jovem patrem nè in terram denuo mittatur deprecantem verbis illis: Ἄνδις ἐς τὸ γλῶ, ἵν' ἐξελαυνομένη πρὸς αὐτῆ, δραπετεύω πάλιν ἐκ τοῦ βίου, τὸ ἀδικίαν ὀπιλῶσαν ὑ φόρων; Cæterùm, Marco noſtro imperante, δίκη καὶ αἰδὼς ὑποδοῦναι πάλιν ἐς ἀνθρώπους. *juſtitiam ac verecundiam ad homines regreſſas,* aſſerit Ariſtides *orat. in Romam.* Idémque de Severi cum filio Antonino imperio cecinit Oppianus ἁλιευτ. β. prope finem,

——τῷ γάρ σε, Δίκη, θρέψαμεν πολίων
Γινάσκω μεγάροισι σωφρονέειν ἠδὲ σώοικον,
Ἐξ ὧ μοι κραίνουσι μέγαν θρόνον ἐμβεβαῶτες
Ἄμφω θεσπεσίοις τε πατὴρ καὶ φαίδιμος υἱός.

Scripta enim hæc Severo ſuperſtite, etiamſi non antè defunctum jam publicata. Qin & idem planè futurum pronunciat Porphyr. *de abſtinent. l.* 3. ſi ad victum ſimplicem ac innoxium reduci poſſet genus humanum. Ἦ θέλον, inqit, ὡς εὐδαιμονήσομεν ἀδικίας μὲν ἐξελαθείσης ἀπ' ἀνθρώπων, δικαιοσύνης δὲ πολιτευομένης καὶ παρ' ἡμῖν, καθάπερ καὶ ἐν ἥρᾳ. Cæterùm Didymus Cynicus apud Plut. *de orat. defect.* Θαυμαστὸν ἔστιν, εἰ πραΰτης εἰς [ἡμᾶς] καρίας ἐκκεχυμένης, ἢ μόνον, ὡς ἔφασκεν Ἡσίοδος, αἰδὼς καὶ νέμεσις τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀπολελοίπασιν, ἀλλὰ καὶ φρένοια θεῶν συγκλεισαμένη τὸ χρησίμως παλαχθὲν ἔσχατον. Ità enim reſtituendum locum illum avtumo: niſi qis & ἔλεγεν interjiciendum exiſtimet, ut ſit θαυμαστὸν ἐλέγεν· ea enim dubio procul Cynici mens eſt. Viſe Ammian. *l.* 22. *c.* 10. *p.* 239. & *l.* 25. *c.* 6. de Juliano. Viſe & ſis Hieronym. *adv. Pelagium l.* 3. *c.* 5. qem viduæ cuidam in epiſtola ad eam data adeò fœdè adulatum refert, ut *juſtitiam, quæ eſſe jam non niſi in cœlo credatur, apud illam ſolam dicat inveniri in terris.*

Τὰ μὲν αἰδήμονα, ἐυμετάβλητα, καὶ οὐκ ἑστῶτα] *ſuprà* § 23.

Τὰ δὲ αἰδήμονα ἀμυδρὰ, καὶ ἐυπαραπόπτωτα] Vide *ad l.* 2. § 17, & *l.* 6. § 16.

Ἀναδυμίασις ἀφ' ἁλὸς] Ità *l.* 6. § 15. ἢ ζωὴ ἐκείνη, οἵᾳ ἡ ἀφ' ἁλὸς ἀναδυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τῆς ἀέρος ἀνάπνευσις.

Τὸ δ' εὐδοκιμεῖν παρὰ τοιούτοις κακὸν] *l.* 3. § 4. & *l.* 4. § 3, 33.

Τί ἂν θέμιδίοις ἴλεως τῷ] *Quid ergò aliud operiri, niſi vel* &c. Xyl. fruſtra legendum enim, τί ἢ θέμιδίοις &c. *Cur non propitio lubentique animo mortem expectas, ſive ea deſtructio eſt ſive demigratio?*

Ἔστε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν] Ambiguè loquitur iſtîc Marcus, utì ſæpe alibi. Vide *ſupr. ad l.* 4. § 21. ſed & *l.* 8. § 25. & *l.* 11. § 3.

Σβέσιν] ſic *l.* 4. § 21. ἐξάπλουτον. qia igneum qiddam animam exiſtimabant. Ignis avtem & accendi & extingvi dicitur.

Θεὸς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν, ἄνθρωπος δὲ εὖ ποιεῖν] Eadem monita ſalutaria, *l.* 6. § 30. Vide ibi adnotata.

Ἀνέχεσθαι αὐτῆς καὶ ἀπέχεσθαι] Ità *l.* 4. § 3. τὸ ἀνέχεσθαι μέρος δικαιοσύνης. & *ſuprà* § 20. εὐποιητέον καὶ ἀνεκτέον. Epictetus ſolitus eſt dicere, (utì ex Favorini relatione Gellius, *noct. Attic. l.* 17. *c.* 19.) *duo eſſe vitia m Iſtò omnium graviſſima ac terrima, intolerantiam & incontinentiam.* itaque *ſuturum plenaque impeccabilem, vitámque victurum tranquilliſſimam, qi hæc duo verba cordi habeat, eáque ſibi imperanda atque obſervanda curet,* Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. *Suſtine & abſtine.* Atqi Tertullianus etiam *incontinenti-*

tinentium ſub *intolerantia* comprehendit, *continentiam* ſub *tolerantia* contineri contendit. *de patient. c. 5. Ut compendio dictum ſit, omne peccatum impatientiæ aſcribendum. malum impatientia eſt boni. nemo impudicus, non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. ut malus unusquisque fiat, bonus perſeverare non poterit.* Et *ibid. c. 15. Omnia Dei placita tuetur patientia* &c.

Μήτε σὰ, μήτε ἐπὶ σοί] Eycher. in *orat. hortat.* *Eſto tu*, inqit, *tibi charior, quàm tua.* Verùm Marcus hic iſta, & qicqid extra corpuſculi animulæq; fines conſiſtit, *tua* eſſe tibi negat. ſed & Lucilius apud Senecam *epiſt.* 8.

Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.

& Publius Syrus,

Alienum eſt omne, qicqid optando venit.

ideo nimirum, qia, ut Lucilius idem,

Dari bonum quod potuit, auferri poteſt.

In eandem ſententiam Bernard. *de bon. deſer. Divitiæ iſtæ nec veræ, nec veſtræ ſunt. ſi veſtræ ſunt, vobiſcum auferte. Quod enim hic relinquitur, non noſtrum ſed alienum eſt.* Ambroſ. *epiſt. 9.* Baſil. Cæſar. explicans illud Moſaicum, Περσέχε σαυτῷ τετέχνι, μήτε τοῖς σοῖς, μήτε τοῖς ἐκείνου inqit, ἀλλὰ σαυτῷ μόνῳ. ἄλλο γὰρ ἑαυτὸν ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἕνα τὰ περὶ ἡμᾶς. ἡμεῖς μὲν ἴσμεν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα, καὶ αἱ δι' αὐτὸ αἰσθήσεις· περὶ ἡμᾶς ἡ τὰ χρήματα, αἱ τέχναι καὶ ἡ λοιπὴ τῶν βίων καταστασις. Cæterùm Epictetus nec reculam nec corpuſculum etiam, tuum eſſe tibi conceſſerit. Siqidem, illud etiam explicans, qod Marcus hìc, μήτε ἐπὶ σοί, ſic infit, *diſſert. l. 1. c. 1.* Τί λέγει ὁ Ζεύς ; Ἐπίκτητε, [ità diſtingvendum, ſecùs qàm in vulgatis] εἰ ἐδυνάμην, καὶ τὸ σωμάτιον δὲ σε, καὶ τὸ κτησίδιον, ἐπίνησα ἂν ἐλεύθερον καὶ ἀπαρεμπόδιστον· νυνὶ δὲ μή σε λανθανέτω. τοῦτο ἐκεῖνόν ἐστιν. Cui concinit & Pythagoras referente Stobæo *tom. 1. tit. 1.* Πέπεισο, μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὃ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις. Epictetus idem *enchir. c. 1. § 2.* Τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ὄντα φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. ἐὰν οὖν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, —μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δ' ἀλλότριον, ὡς ἔστιν ὄντως, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδεὶς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδέν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐκ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. Vide & Marcum ipſum *l. 12. § 3, 26.*

§ 34. Ἐυρεῖν] Vide *l. 2. § 5. l. 10. § 6.* Epict. *diſſert. l. 1. c. 1.* εὐθυμεῖται καὶ εὐροῆντα. & *c. 4.* εὐροΐα καὶ ἀπαραπόδιστος βιώσεται. Ei opponitur τὸ δυσρεῖν. Epictet. *l. 1. c. 18.* Ὅτε τὸ πρῶτον καὶ μόνον αἴτιόν ὅτι τῷ κατορθῶν ἢ ἁμαρτάνειν, τοῦ εὐροεῖν ἢ δυσροεῖν, τῷ εὐτυχεῖν ἢ εὐτυχεῖν. cùm res ſcil. ex voto & animi ſententia non ſuccedunt, non fluunt. ab eis tractum, qi æſtu adverſo conflictantur. Idem *l. 2. c. 17.* Θέλεις τὰ δυνατὰ, καὶ τὰ σοὶ δυνατά; τί ἂν ἐμποδίζῃ; διὰ τί δυσροεῖς ἢ φεύγεις τὰ ἀναγκαῖα; διὰ τί ἂν θέλῃς τινί; διὰ τί δυσχερεῖς; διὰ τί δέκοντός σου τὶ, ἢ γίνεται, καὶ μὴ θέλοντι, γίνεται; ἀπόδειξις γὰρ μεγίστη δυσροίας καὶ κακοδαιμονίας.

Ὀφθῆναι] ſuprà § 14.

Ὀφθῆ ὑπολαμβάνειν] *certam in opinando rationem methodúmque obſervare.* Vide *ad l. 1. § 9.*

Καὶ πρόσεχειν δύο ταῦτα] Diſtinctio plena poſt πρόσεχειν eſt collocanda. qod & advertit Caſ. dum non attendit Xyl. ſententiam corrupit.

Καὶ παιδὸς ζώου λογικοῦ] hoc ideo, qia philoſophi λογικὸν ζῶον, ſive *animal ratione inſtructum* non homini ſoli, ſed Deo etiam, dæmonibus & heroibus genus commune conſtituebant; uti ex Plut. *de orac. ceſſat.* Xylander hic monet.

Τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλου] *ſupr. § 10. & 20. & l. 3. § 12. & l. 12. § 8.* Epictet. apud Stobæum *tom. 1. l. 2. tit. 7. ex enchirid. c. 13.* Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δ' οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ· καὶ ἄγασον ἕκαστον τῶν περὶ ἐμπειρίαν ἄλλου τινὸς ἐμποδίου, σὺ δ' οὔ.

Τὸ ὄρεξιν ἀπολήγειν] Vide *l. 4. § 37, 49. & l. 6. § 50. & l. 7. § 28. & ſu. rà § 14.*

§ 35. Εἰ μήτε κακία ἐστί] Vide *ſuprà § 25.*

Μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται] Vide *ſupr. § 22.*

Τίς ἡ βλάβη τοῦ κοινοῦ;] vide *l. 8. § 55.* Epictet. *diſſert. l. 4. c. 7.* Τί μέλλει ἀπόλλυσθαι τῷ τοῦ κόσμου; ſi tibi vita etiam erepta fuerit ?

§ 36. Μὴ ὀλοχερῶς τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι] Hoc velle videtur, nè in opem egenis afflictisve aliis qibusvis, qi ejuſdem indigent, ferendo, id ſtatim admittamus, qod imaginatio forſan nobis noſtra ad aſpectum primùm ſuggeſſerit: miſerum nimirum hominem illum eſſe. ſive mali aliqid illi obtigiſſe; unde & nos ipſi pariter afficiamur. id qod *l. 7. § 43.* dixit, μὴ συναπορρεῖν, μηδὲ συμπάσχειν. Epictet. *enchir. c. 16.* Ὅταν κλαίοντά τινα ἐν πένθει, ἢ ἀποθνήσκοντα τέκνα, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτοῦ, φύσεσθαι μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτῷ τοῖς ἐκτός. ἀλλ' εὐθὺς διάκρει παρὰ σαυτῷ, καὶ λέγειν ἔσω προέχειρον, ὅτι τῶτον θλίβει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων. locum integrum apposui, qia minùs integer videtur, qò integritati reſtituam ſuæ. Excidiſſe aliqid Hier. Volfio ſuboluit: ſed in ſupplendo parùm feliciter verſatus eſt. in annotatis interſerit, ἄλλον γάρ τινα θλίβει. cujus rationem ſubjungit, ὅτι ἄλλο ἐκ ἅπτεται. *Alium*, inqit, *non angit, qia non tangit.* ut ſit qod Comicus,

Facilè

Facilè omnes, cùm valemus, recta consilia ægrotis damus.

Tu si hic sis, aliter senties.

sed & illis interjectis, adhuc clavdicabit sententia. etsi interjiciantur, sensum alium multò magis idoneum, & Epicteti menti consentaneum, redderent: qualem versio ipsa representare videtur. *Istud afficit, non casus ipse; alium enim non afflixit,* [vel potiùs *non affligeret*] *sed concepta de eo opinio.* Verùm supplendum ampliùs ex Stobæo *tom. 2. tit. 115.* Ὅτι τοῦτον θλίβει, ὐ τὰ συμβεβηκότα· ἄλλον γὰρ ὐ θλίβει· ἀλλὰ τὰ δόγματα. qi & pro τῆς ἑκτὸς legit ἀνθρώπου. & illa δοκεῖ παρὰ σαυτῷ omisit prorsus. qæ & mihi suspecta. Generaliùs pavlò Epictet. idem *dissert. l. 4. c. 10.* Μὴ φεῦγε τὰ ἐπάγοντα τὸν φυσικὸν χαρακτῆρα, φεύγοντα δὲ τὸν συγκαλαπήδακτον. Et *l. 2. c. 18.* Τὸ πρῶτον ἀπὸ τῆς ὀξύτητος μὴ σωφρονισθῇς, ἀλλ' εἰπὲ, ἐκλεξαί με μικρὸν, φαντασία· ἄφες ἰδῶ, τίς εἶ, καὶ πρὸ τίνος· ἄφες σε δοκιμάσω. Redonanda eidem eadem vox hæc *enchir. c. 20.* Ὅρα μήποτε ἰδών τινα ταραττόμενον, ἢ ἄλλως ἐνδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ἀπὸ τῆς φαντασίας σωφρονισθείς. pro eo quod codices perperam, σωτηρισθείς. Sic enim ipse mox *c. 21.* Τεταγμένη ἐν πρώτοις περιφῶ, ἀπὸ τῆς φαντασίας μὴ σωφρονισθῆναι. Idem *enchir. c. 33.* à Stobæo *tom. 2. tit. 17.* Ex qo codices Epicteti emendandi; lavdatus: Ὅταν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, ὅπερ καὶ ἐπὶ πᾶσι ἄλλοις φαντασιῶν φύλασσε, μὴ συναρπάζῃ σε ταχέως· ἀλλ' ἐκδιδάσκου σε τὸ πρᾶγμα, καὶ μικρὰν ἀναβολὴν αὐτὸς παρὰ σαυτῷ λαβὼν, ἐπισκόπησον τὴν φαντασίαν, καθ' ὃν ἔχεις κανόνα· καὶ πειρῶ κρατεῖν τῆς ἡνιῶν. Ὁλοχερῶς] *omnino.* Xyl. ut sit, Ὁλοχερῶς, ὁλοπαλῶς· qomodo Svidas exponit. Sed cum συναρπάζειν conjungit, *nè in totum abripi nos sustineamus;* cùm Boorius τὸ μὴ adhærere malit, *nè ulla ex parte abripi nos patiamur.* Ego ὁλοχερῶς istic, ut & *l. 9. §. 3.* ἀντὶ τοῦ πρόχειρον, *temerè, temerariè* positum existimem. ut ὁλοχερῶς συναρπάζειν idem sit Marco, qod ταχέως συναρπάζειν Epicteto. re scil. ipsâ non satis sedulò & accuratè perpensâ. Vide *ad l. 1. § 7. & l. 9. § 3.*

Ἀλλὰ βοηθεῖν χρὴ δυνάμενον] Ità Cicer. *Tuscul. l. 4. Cur misereare potiùs quàm feras opem, si id facere possis? an fine misericordia liberales esse non possumus? non enim ipsi suscipere ægritudinem propter alios debemus, sed alios, si possumus, levare ægritudine.* Et Plut. *de tranqill.* Ἔνιοι τῶν φιλοσόφων (Stoicos notat) καὶ τὸν ἔλεον ψόγον πρὸς ἀνυχεύλας ἀνθρώπους γιγνόμενον, ὡς καλὸν τὸ βοηθεῖν, ὐ τὸ συναλγεῖν καὶ συνεπιδιδόναι τοῖς πλησίον δοκοῦσι. Qod autem in casibus istiusmodi qoad alios observandum præcipit Marcus, idem & qoad nosipsos Epictet. *l. 1. c. 27.* Τετραχῶς αἱ φαντασίαι γίνονται ἡμῖν. ἢ γὰρ ὄντι τινὰ ὄντως, ὡς φαίνεται· ἢ οὐκ ὄντα, οὐδὲ φαίνεται ὅτι ὄντι· ἢ ὄντι, καὶ ὐ φαίνεται· ἢ οὐκ ὄντι, καὶ φαίνεται· λοιπὸν ἐν πᾶσι τούτοις εὐσυχῶν ἄριστον ἔχει τὸ πιπαιδιωμένον. ὅ, τι δ' ἂν ᾖ τὸ θλίβον, ἐπείγῃ δεῖ πρεσάγειν τῷ βοηθείᾳ.

Κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται, μὴ μᾶλλον θλάβῃ] *Si in mediis istis* (qæ nec bona nec mala sunt) *detrimenti aliqid sustinuerint, nè eos lædi existimes.* ἐλαττοῦσθαι est τὸ ἐλάττων ἢπερ ἐλάττω φέρειν, sive ἔλαττον ἔχειν, ut Epictet. *l. 3. c. 15.* (qi locus & *ad l. 8. § 1.* allatus, cùm & illum illustrat, & cum eo qi hìc sequitur Platonis sororiat.) i. e. *minus conseqi, detrimentum damnúmque aliqod sustinere.* Siqidem is hoc eodem sensu τὸ ἐλαττοῦσθαι usurpavit, *polit. l. 8.* Φάρμακόν τέ τι ἀρχὴν καὶ πομπὰς καὶ θέλγητρα καὶ ἐλαττοῦσθαι· ὥστε πρόγμασι μὴ ἔχειν. Et Dio Prus. Τίς γὰρ ἐλαττοῦσθαι ἐκελευσμένων, καὶ τὴν δυκῆσαν ἥττων ῥᾳδίως ὑποφύων, ὐ πολλαπλάσια τῶν ἄλλων ἐκτήσατο; & *orat. 64.* Τῆς γὰρ ὑμετέρας μετέξεσιν ἀρετῆς, καὶ τὴν αὐτὴν ἐλαττώμενοι. Allusisse videtur Marcus ad illa Epicteti *l. 2. c. 10.* Ἀλλ' ὅπου τι σωματικὸν ἐλάττωμα ἢ εἰς κτῆσιν, ἐκεῖ ἡ βλάβη· ὅπου εἰς τὴν προαίρεσιν ἐφέρει βλάβη; Marcus ipse *suprà § 15.* ὁ ἐλαττωτικὸς ἑαυτὸν ἐν τούτοις, ἀγαθὸς· *bonus habetur, qi minùs sibi in istis concedit.*

Κακὸν γὰρ ἔδος] forsan fuerit, *κακὸν γὰρ οὐδέν· nihil enim mali subest,* cùm ista nec bona nec mala, sed media sint, qibus privantur illi. Potest tamen ferri istud, *κακὸν ἔδος.* Sic enim Plutarch. *de exil.* Μὴ σκόπει τὰ νῦν δάκρυα καὶ τὰς ὀπτρηλωπείας τῶν εἰσόντων, ἔδει τινὶ φαύλῳ πραγματείᾳ πρὸς ἕκαστον. Faciúntqe eodem qæ Epictetus habet loco superiùs lavdato: Εἰ ἔδος ὄζει τὸ θλίβον, πρὸς ἐκεῖνο τῷ βοηθείαν ἀπευείσκειν πειρατέον. Τί ἂν πρὸς ἔδος ὄζειν ἐνείσκειν βοήθημα; τὸ ἐναντίον ἔδος· τῶν ἰδιωτῶν λεγόντων, Τάλας ἐκεῖνος· ἀπώλετο ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἢ μήτηρ ἐξεκόπη· ἄκουσον τῶν ἐναντίων λόγων· Ἐπάσασον σαυτὸν τούτων τῶν φωνῶν· ἀντίθες· τῷ ἔδει τὸ ἐναντίον ἔδος. Sed prius tamen illud magis placet.

Ἀλλ' ὡς ὁ γέρων] Fabellam aliqam seu historiolam respexisse videtur, de sene, qi pueruli alumni sui rhombum, sive ludicrum aliqod, animi cavsâ poscebat, non qòd ipse expeteret, aut momenti alicujus esse duceret, cùm παιγνιῶδές τι esse cognosceret: sed qò pusio ipsum beneficio aliqo afficisse se opinaretur. ità solemus nos ab infantulis nostris ejusmodi petere ludibundi, qò illi nobis gratificari videantur. est enim istic ῥόμβος, qod & Salmas. monuit, non *rhombus*, uti Xyl. vertit, sed puerilis *turbo*, qem & στρόμβον dixere. Hinc inter Bacchi infantuli crepundia, uti ex Orpheo Clemens in *protrept.*

Κώνος, καὶ ῥόμβος, καὶ πύγγια καμπεσίγυια,
Μῆλά τε χρύσια καλά. &c.

Ἐπεί τοι γίνη καλῶν ἐπὶ τῷ ἐμβλωπι] Xyl. *quoniam boni aliqid fiat in rostris.* tanqam si esset, ἐπεί τι γίνηται καλὸν. Cal. *qid facit,* avt *qorsum sit clamor omnis ad rostra iste?* ut aliter etiam legisse videa-

videatur. Ego, etsi in loco suspecto, nihil muto; sed καλῶν illud pro participio habeo, non pro nomine. Verto itaque; *Quando ad rostra clamitans fueris*, sive honorem ac dignitatem aliqam tibi ipsi, aut cui faves cuipiam ambiendo, sive litem aliqam vel propriam vel alienam prosequendo. Verùm D. Salmas. καλὸς mavult. i. e. *splendidè vestitus & pulcer.* ut alludsum sit ad magistratus, qi pro rostris splendidè amicti concionem habebant. ἐμβόλα sive ἐμβολοι, *rostra:* locus in foro Romano, navium Antiatium, qas in pugna ceperant, rostris instructus; uti Livius *l.* 8. Περὶ τοῦ καλουμένου ἐμβόλου εἰς τὴν ἀγορὰν. Polyb. *l.* 6. &, ἀναβὰς εἰς τοῦ ἐμβόλου. *ibid.* & apud Svidam autor incertus, Τὸν δὲ παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον ῥητῆρα καλασάσας ἀπὸ τοῦ ἐμβόλου, ἐποιεῖτο τοὺς λόγους. *Prætorem, qi populum ad bellum hortabatur, cùm detraxisset, verba ipse faciebat*, vel, *concionem ipse habebat.* Quem locum Svidam de aciei genere, quod apud Tacticos ἔμβολον dicitur, perperam cepisse monuit & toties hìc nominandus mihi clariss. Salmas.

Ἄνθρωπε, ἐπιλάθῃ] hoc tibi, inqit, occurrat, ubi in foro consistis, locum forsan honestiorem dignitatémve aliqam vel tibiipsi vel alii cuiqam enixius ambiens: *O homo, an istarum rerum conditionis oblitus es*, qòd ea, tanqam si boni qidpiam eis inesset, tam studiosè perseqaris? sive, *Nescis, ô homo, qalia hæc sint?* pulcrum putas ac beatum magistratum capessere, ac pro rostris concionari, & affari populum?

Καὶ ἀλλὰ τούτοις φιλονεικήσεις] Respondet, qasi ex ambientis persona. Agnosco revera esse ejusmodi, qalia tu suggeris; adiaphora scil. Verùm ea sunt, qæ isti in æstimatione cum primis habeant; qæq; ambiunt & affectant omnes.

Διὰ τοῦτ' ἦν κἀγὼ μωρὸς γένῃ;] Regerit huic: *An ideo & te stultum fieri*, & inter stultos nomen tuum profiteri necesse est, qia stolidè sese illi habuerint? Qod in *Scolio* apud Athen. *l.* 15.

Σοὶ μοι μαινομένῳ μαίνεσθαι σωφρονέστερον ἐστί.
Tu velis mecum insanire, sano ego consipiam tibi.

Et Callias apud Clem. *Strom. l.* 6.

Φασὶ μὴ μαινομένων
Χλιαίρειν μαίνεσθαι παῖδας.
Apud insanos omnibus aiunt
Esse insanire decorum. Grot.

Vide & Apollodorum *Adelph. ad l.* 9 § 3. Atqi ut Menelao Agamemn. apud Evripidem in *Iphigen. Aulid. v.* 406.

Συνωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' ἐ σωφρονεῖν.
Consipere, non confurere sum promptus tibi. Grot.
Consipere, non desipere tecum debeo. Lips.

Eodémqe alludens Plut. de amico genuino;

Συνωφρονεῖν γὰρ, ἐχὶ σωφρονεῖν ἔφυ.

Et ex Sophocle;

Οὐ γὰρ σωφρονεῖν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυ.

Καὶ τὴ δία, συγκαλοῦσιν ἢ συμφιλοκαλεῖν, ἢ συναμαρτάνειν, ἢ συμπαραδωρεῖν. Marcus ipse *supra* § 29. Εἰ δ' ἐτερεγνώδησαν, ὡδεὶς με καλαχάρας μωρὸς μωρὸς autem, i. e. *stultos sutr. l.* 4. § 38. pronunciaverat eos omnes, qos res istiusmodi solent, εὐφραίνειν ἢ λυπεῖν, si concedantur & adsint, lætos; si negentur, tristes faceret.

Ἐγκύμων ποτὲ, ὁπωσδήποτε καλαληφθεὶς, ἔυμοιρος ἀνθρωπος] Locus morbi manifestus; sed cui citra codicum opem havd facilè medicina fiat. Mer. Casavb. illud ἐνεγκύμων ποτέ ad priora refert, eôqs periocham vult clavdi. vertit itaqe, *Fueram qandoqe* [id sufficiat.] In *præfatione* sic παραφορέζει; *Num & tu idcirco stultus futurus es? sufficit qòd tam diu etiamnum fueris.* Xyl. seqentibus congluti-nat, redditqe; *Aliqando, utcunque relictus, factus sum felix.* ut ὅπως δήποτε, non ὅτι δήποτε legendum fuerit. qod, si cui admittendum videbitur, malim; *Qi nunc nescio qo pacto neglectim habeor, fuit qando felicior eram, sortémqe ferebam meliorem.* Ut verba sint indignè ferentis, aliis jam posthaberi se, cùm prælatus aliqando fuerit. qalis illa Menandriana apud Sext. Empir. *Pyrrhon. hypoth. l.* 1. *c.* 19.

Τί γὰρ ἐγὼ κατελειφθείς;

Verùm Casavb. καλαληφθεὶς, non καλαλειφθεὶς legit, vertitq; παραφορετικῶς, *Mors me, ubicunque voluerit, deprehendat: ipse felix futurus sum.* Atqe ità Marcus *l.* 12. § 7. Οποῖον δεῖ καλαληφθῆναι τὸν τῦ θανάτυ. Et simpliciter Epictetus *l.* 3. *c.* 5. Τί θέλεις ποιῶν καλαληφθῆναι; videndus *ad l.* 6. § 30. Lectionem eam probat D. Boot. sed pro ἐγκύμων mavult γένοιο ἄν ποτέ. ut sit sensus; *Quocunqe loco deprehensus, felix fueris*, sive *esse poteris:* in tua est potestate situm, ut sis felix, qemadmodum *l.* 11. § 1. dicit, in mentis potestate situm esse, ut vitam sibi plenam ac consummatam efficiat, ὅπου ἂν καλαληφθῇ, *ubicunque* vel *qandocunque morte superveniente deprehensa fuerit.* Vel, γένυ ποτέ. *Fias aliqando vir felix:* fac te felicem. illud tibi acqire, ut, qocumqe loco deprehensus fueris, felix sis. Hoc verò sensu admisso, à superioribus ista sejungenda sunt, ut periocham integram cum eis qæ sequntur conficiant. D. Salmas. deniqe sic concinnat, ut dialogismus prior continuari videatur. Ἐγκύμων ποτὲ ἔυμοιρος. Ἄνθρωπε, σὺ δ' ἔυμοιρος, ὁπωσδήποτε καλαληφθεὶς, ἀγαθὸν μοῖραν σαυτῷ δυνείμω. *Felix aliqando fui. Mi homo, tu verò felix, ubicunque deprehensus, si bonam ipse tibi sortem feceris.* qod qomodo fiat, mox subjicit. Hoc est qod Plavt. *Trinum.* 2. 2.

Nam sapiens qidem pol ipse fingit fortunam sibi.

Cicer. in *paradox.* 5. *Nec est ulla res, qæ plus apud sapientem polleat qàm ipsius voluntas atqe judicium, cui qidem etiam, qæ vim habere maximam dicitur, Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit;*

Suis ea cuiqe fingitur moribus.

At

At qis is poeta ſapiens? Forſan docebit id nos Saluſtius. Is etenim *orat. ad Cæſar.* 1. *Res*, inqit, *docuit id verum eſſe, qod in carminibus Appius ait,*

Fabrum eſſe ſuæ qemqe fortunæ.

Sed & Corn. Nepos in *vita Attici*;

Sui cuiqe mores fortunam fingunt.

Et de Catone Livius *l.* 39. *In hoc viro tanta vis animi ingenitqe fuit, ut qocunqe loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur.*

Τὸ ἢ εὐμοιρος, ἀγαθὴν μοῖραν σαυτῷ ἐπονόμας] Iſtis avt corrigit Marcus ſententiam hominis, qi ideo felicitatem tribuebat ſibi, qòd in dignitate aliqa petenda res ex voto nonnunqam ſucceſſerant. avt exponit etiam clariùsqe explicat, nè qis perperam accipiat, qid τὸ εὐμοιρος vocabulo intelligi velit. Εὔμοιρος, inqit, ſive *felix* (unde & *l.* 2. §. 6. εὐμοιρία *felicitas*) is verè dicitur, qi μοῖραν ἀγαθὴν, id eſt, *ſortem bonam ſibi nactus eſt.* Sors avtem bona, non in mediis iſtis, ſed in bona mentis dipoſitione, bonisqe conatibus atqe actibus indè proſtuentibus, conſiſtit. Vide *lib.* 7. § 17. In his etiam ἀγαθοὶ τρόποι pro ἀγαθαὶ τροφαὶ reſcribendum monet D. Salmaſ.

Ad Librum V I.

§ 1. Τῶν ὅλων ὑσία ὑυπειθὴς καὶ ὑυπερεπὴς] *Univerſi materia eſt obſeqi ac fingenti parere prompta.* Verùm hoc in dubium vocat Seneca *qæſt. natur. l.* 1. *præfat.* ubi inter alia qærendum proponit; *Deus materiam ipſe ſibi formet, an datâ utatur?— Deus qicqid vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda deſtituant; & à magno artifice pravè formentur multa, non qia ceſſat ars, ſed qia id, in qo exercetur, ſæpe inobſeqens arti eſt.* Idémqe fidentiùs in adverſam partem, *de provident. c.* 5. *Qare Deus tam iniqs in diſtributione fati fuit, ut bonis viris pavpertatem, vulnera, & acerba funera adſcriberet? non poteſt artifex mutare materiam. hæc paſſa eſt. qædam ſeparari à qibuſdam non poſſunt, cohærent, individua ſunt.* Scilicet Deum neſciebant illi materiæ avtorem, qam illi Deo ſuo coævam ſomniabant. nec mirum ſi inobſeqentem experiretur, in qam lege creandi jus nullum obtineret. Videatur *adversùs Hermogenem*, qi paria illis ſentiebat, Tertullianus.

Ὁ ἢ ταύτῃ διοικῶν λόγος] Vide *ſupr. l.* 4. § 40. & *l.* 5. § 21, 30. & *infr.* § 4.

Ὑυδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τῦ κακοποιεῖν] Ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν. Jacob. *c.* 1. *v.* 13. Vide *ad lib.* 2. § 11. Quomodo ergò, inqies, ipſe de ſe? Eſaiæ *c.* 45. *v.* 7. *Ego Dominus creans malum.* & Amos *c.* 3. *v.* 6. *An erit malum in civitate, qod Dominus non effecerit?* Reſpondet Baſil. Cæſar. *orat.* 8. κἄζει κακῶ τινὶ, μεταχωρεῖ αὐτὰ καὶ εἰς βελτίωσιν ἄγει· ὥσπερ ὑποδήματα τὸ ἐπὶ κακῷ, τοῦτο τῷ καλῷ φύσιν μεταβαλεῖν. ὥσπερ τὸ κλίζειν, Ψαλ. 51. *v.* 10. & *ad Eph. c.* 2. *v.* 10. ἐκ ὧν τῶ μὴ ὄντος παράγειν, ἀλλὰ τοῦ ὄντας μεταχωρεῖν. Verùm reſpondet ſecundò, diſtingvendo de malis. Κακὸν, τὸ μὲν ὡς πρὸς τοῦτον ἡμαρτημένον ἀδικία· τὸ ἢ ὡς πρὸς τοῦτον ἑαυτῷ φύσιν. τὸ μὲν ἓν ὡς φύσει κακὸν, ἐξ ἡμῶν ἤρτηται. κακὸν ἢ τὸ ἡμῖν ἐπίπονον καὶ ὀλιγωρὸν πρὸς τοῦτον τὸ φρονίμως καὶ ἀγαθῶ διαιτᾶσθαι, πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἐπάγεται. Et rurſus: Τὸ μὲν κυρίως κακὸν ἡ ἁμαρτία, ὅθεν μάλιστα δῆτι τῆς τῦ κακῶ προσηγορίας ἄξιον, ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως ἤρτηται· τὰ ἢ λοιπὰ, τὰ μὴ ὡς ἀγωνίσματα, εἰς ἐπίδειξιν ἀνδρείας προβάλλεται· τὰ ἢ, ὡς διορθώματα τῶν ἡμαρτημένων ἐπάγεται· τὰ ἢ, ὡς παραδείγματα, ὅπως τῷ σωφρονεστέρως ποιῆσαι τοὺς πρὸς ἁμαρτίαν ὑυλισθάνοντας. Gregor. Rom. *in Job. l.* 3. *c.* 6. *Neqe enim mala, qæ nullâ ſuâ naturâ ſubſiſtunt, à Domino creantur; ſed creare ſe mala Dominus indicat, cùm res bene conditas nobis malè agentibus in flagellum format; ut ea ipſa & per dolorem, qo feriunt, delinqentibus mala ſint; & per naturam, qâ exiſtunt, bona. Unde & venenum, mors qidem eſt homini, ſed tamen vita ſerpenti.* Tertull. *adv. Marcion. l.* 2. *Qia mala dicuntur, & delicta; & ſupplicia, conditorem malorum intelligi volunt, ut malitiæ avtor renuncietur. Nos adhibitâ diſtinctione utriuſqe formæ; ſeparatis malis delicti & malis ſupplicii, malis culpæ & malis pœnæ, ſuum cuiqe parti definimus avtorem, malorum peccati & culpæ diabolum, malorum pœnæ & ſupplicii Deum creatorem, ut illa pars malitiæ deputetur, iſta juſtitiæ mala condenti judicia adversùs mala delicta. de his ergò creator confitetur malis, qæ congruunt judicii: qæ qidem illis mala ſunt qibus rependuntur: cæterum ſuo nomine bona, qà juſta, & bonorum defenſoria, & delictorum inimica.* Ità Irenæus *adv. Valent. l.* 4. *c.* 77. *Mala eis in qos incidunt; bona qia ex Dei judicio procedunt.* Et Auguſt. *ep.* 120 *c.* 19. *Mala non peccata, ſed ſupplicia. Malum avtem malo non malè redditur: nam & ei cui redditur malum eſt, qia ſupplicium eſt; & ei à qo redditur bonum eſt, qia rectè factum ejus eſt.* Idem *ad Pelag. ep. l.* 2. *c.* 7:

Πάντα

Πάντα ἤρτ' ἐκεῖνον γίνεται] Vide *lib.* 2. § 2, 17. Vide & de passerculo, de pilo, Domini nostri pronunciata, Matth. *c.* 10. *v.* 29, 30.

4. § 2. Κακῶς ἀκούων, ἢ εὐτυχούμενος] Vide *l.* § 25. & *l.* 5. § 3. & *infr.* § 7. & *l.* 7. § 36. & *l.* 8. § 2. & *l.* 10. § 11. Epictet. *enchir. c.* 49. Ὅσα προῄρησαι, τάττοις, ὡς νόμοις, καὶ ὡς ἀσεβήσων παραβήσομαι, ἄμμφω. ὅ, τι δ' ἂν ὀφῇ τις σοὶ σῷ, μὴ ἐπιτρέπε· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ὀξὺ σόν.

Μία δὴ βιωτικῶν πράξεων] Vide *l.* 3. § 7. Sen. *ep.* 77. *Quid? tu nescis unum esse ex vitæ officiis, & mori?*

Τὸ παρὸν εὖ θέσθαι] Hoc est quod noster passim inculcat; *l.* 3. § 10, 12. & *l.* 4. § 26. & *infr.* § 32. & *l.* 7. § 6. 29. & *l.* 8. § 2. Pittacus, τί ἄριστον; interroganti, respondit, τὸ παρὸν εὐπρεπῶς. Laërt. *l.* 1. qod postea in proverbium abiit. Svidas. τὸ παρὸν εὐπρεπῶς. παροιμία. qi & subjungit Platonis locum è *Gorgia*. Καὶ, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δήπουθεν τὸ διδόμενον παρόν. Et Cratini ex Pylæa.

Ἄνδρας σοφοὺς χρὴ, τό γε παρὸν πρᾶξαι, ὡς καλόν,
Εἰς δύναμιν εὖ πιθέσθαι.—
Sapientis hoc opus est probè disponere,
Quod impræsentiarum adest.—

Apud Procopium *Gottic. l.* 1. Vitiges;

Ἐμὲ γάρ τις παλαιὸς εἰσέρχεται λόγος,
Τὸ παρὸν εὖ πιθέσθαι, καλδώνων.

Basil. Cæsar. *in Esaj.* & ex eodem Simeon cancellar. *orat.* 21. Μὴ πολυπραγμόνει τὸ μέλλον, ἀλλὰ τὸ παρόντα πρὸς τὸ χρήσιμον διατίθεσο. Ἀεὶ γὰρ τὸν παρόντα καιρὸν προσευδώς, ὕστερόν ποτ' ἀναπαλαίωσ τὸ παρελθόν, ὅτε οὐδὲν ἔσται πλέον ἀνιαρόν. Bas. idem, *orat.* 24. Et Sim. *or.* 1. Apud Athenæum *l.* 10. incertus autor;

Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε.
Vitam explica ex præsentibus rebus tuam.

Hesych. Τὸ παρὸν εὖ πιθέσθαι. παροιμία, ἧς καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ μνημονεύει. In adagii autem illius expositione lapsum Erasmum restituit Stephanus. Spectant eodem Pindari illa; *Isth. od.* 8.

Τὸ δ' ἐν ποδὸς ἄρειον αἰεί,
Χρῆμα πᾶν. δόλιος δὲ αἰὼν,
Ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται
Ἐλίσσων βιότου πόρον.

Et *Pyth.* 10.

Τῶν δ' ἕκαστος ὁρίζει,
Τυχὼν κὲν ἁρπαλέαν φίλαι φρενὶ τὰν παρ ποδός.
Τὰ δ' εἰς ἐπιαυτὸν ἀτέκμαρτον προφρόνως.

Aristippi etiam monitum apud Ælian. *l.* 14. *c.* 6. ἐφ' ἡμέρᾳ τῷ γνώμῃ ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι, ἢ ἐννοεῖ· μόνον γὰρ ἡμέτερον τὸ παρὸν, μήτε τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον. Senec. epist. 101. *Ille ex futuro suspenditur, cui tritum est præsens.* Deniqe qod Lucianus in Νεκυομαντείᾳ, ex Tiresia Menippo datum fingit consilium, Τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος θηρᾶσαι, ὅπως τὸ παρὸν ἡδέως, παραδράμῃς τὰ πολλὰ, καὶ ὡς μηδὲν ἐπιτηδακώς.

§ 3. Ἔσω βλέπε] Aliud hîc, ἔσω βλέπε· aliud ἔνδον βλέπε *l.* 7. § 59. ibi vult hominem in mentem suam introspicere; istîc in rerum externarum naturam ipsam internam, missâ specie externâ. Vide *l.* 3. § 11. & *l.* 5. § 36. & *l.* 7. § 29, 30.

Ἡ ἀξία] Vide *l.* 3. § 11.

§ 4. Πάντα τὰ ὑποκείμενα] *Omnia qæ subjecta sunt.* Xyl. *Substantiæ omnes.* Cas. Malim, *præsentia hæc omnia.* τὰ ὑποκείμενα, *præsentia.* qod *lib.* 9. § 33. Πάντα ὅσα ὁρᾷς. Vide *ad lib.* 8. § 24.

Τάχεσι μεταβάλλει] Vide *l.* 5. § 13, 23, 33.

Ἡ τῶν ἐνθυμημάτων] Vide *l.* 8. § 25 & *l.* 10. § 7. Lugd. ἐνθυμιάσεται. tanqam ab ἐνθυμιάζομαι qod ne cio an legatur. ἐνθυμιάζω, *in fumos, exhalationes, vapores abire.* qomodo ea solent, qæ adolentur. est ergò ἐνθυμιάσεται Marco hîc, qod בָּלַל יַיְשִׁין Psaltes dixit, *Ps.* 37. *v.* 20. ubi Scripturam receptam cur sollicitaret Piscator, nihil erat.

Ἡ τούτου ὕλη τοῦ ὄντος] *Sigidem compacta sit eorum substantia.* Xyl. ut de subjectis singulis intelligatur. at Cas. *si in unam eandémque substantiam redigenda sint omnia:* Vel, *si rerum omnium substantia sit inter se unita, & in unum compacta.* firmat simul & explicat Marcus ipse, § 9. ἡ ἕνωσις καὶ πύξις.

§ 5. Ὁ δοικῶν λόγος] *supr.* § 1. incertum est autem, istâne ad priora illa pertineant, an aliò spectent, & seorsim ponenda fuerint. Illud Casaubono, hoc Xylandro placuit. qod & ipse secutus sum. De sensu convenit. Menti universi rectrici, qid de singulis faciat, & qo fine qidqe faciat, & qale id sit, in qo se vimqe suam exerceat, satis perspectum ac prospectum esse; etiamsi ista nos càm creberrimè lateant.

§ 6. Ἄειρε τέβπος τῶ ἀμύνεσθαι] Aurea gnome. Diogenes interroganti, Πῶς ἀμυνοῦμαι τὸν ἐχθρόν; respondit, Αὐτὸς καλὸς καγαθὸς γενόμενος. Refert Plutarch. *de util. ex inimic.* qi & *de leg.* poët. *c.* 5. Πρὸς δὲ τὸν γελοῖα, ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄρκεσον ὅπλον ἀ πολιτεία, τέβπον πρὰ συνεξομοιοῦσθαι καλοῖσι τοῖς πονηροῖς, τὸ τῶ Διογένης παραβάλλειν δοκεῖν. ἐρωτηθεὶς γὰρ ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρόν· Αὐτὸς, ἔφη, καλὸς καγαθὸς γενόμενος. Atqe hoc est qod ille apud Comicum nescio qem (autore eodem *de exil.* referente) qi cùm de infelicitate sua querentem amicum τίνα τύχην ἀμείψας justisset, interrogatus qâ ratione id effectum

effectum daret, Φιλοσόφως, respondit. Qin & Epictetus apud Maximum *collectan. c.* 28. interrogatus, πῶς ἂν τις τὸν ἐχθρὸν λυπήσαι· respondit, ἑαυτὸν παρακαλέσαι βέλτιστα πρᾶξαι. Idémque Plut. *de util. ex inimic.* Σύ τοι διάδρασιν κακῶν, ἔξεστι γὰρ, ἂν θέλῃς ἀνιᾶν τὸν μισοῦντα. Isidor. Pelus. *l.* 2. *ep.* 296. ἡδὺν ἔστι κολάζειν τοὺς ὑβριστὰς, ὡς ἧττον ὑβριζομένων ἀνεξικακίᾳ· τὸ γὰρ ἀγανακτεῖν καὶ δυσχεραίνειν, τῇ ἀληθείᾳ ἔοικε τὰς ὕβρεις. τὸ δὲ καταγινώσκειν αὐτῶν, τῇ μηδὲν σωφρονίσαι πονηρὸν, ἀπόδειξίς ἐστιν ἐναργεστάτη. Et *l.* 3. *ep.* 181. Δύο ταῦτα ὑβριζομένῳ νόει· τό, τε μηδὲν ἔστω λυπεῖν· καὶ ὑβριστὰς, ὡς πολὺ ἧττον ὑβριζομένων ἀνεξικακίαν· τί, τι ἔστιν ἀμωμαδὸς αὐτὸν μὴ δικάζῃς, ὡς ἀρετῇ ἀσυνήθειαν. Et mox, allato Diogenis dicto, superiùs memorato: ὁ τοίνυν ἀρετῇ καὶ ἀνεξικακίᾳ ἰσχὺν, κουφίας τοῖς ἐχθροῖς δίδωσι πληγάς. ὁ δὲ καὶ συγγράμμασι τοῖς κατὰ φθόνον βεβοημένοις νέμων, καὶ εὐχόμενος αὐτοῦ ἀνενδεῆ εἶναι ἐν τῇ τοιαύτῃ μανίᾳ, καὶ μὴ μόνον ἀμωμάδος μὴ ἐθέλων, ἀλλὰ καὶ συμπάσχων τοῖς ὑπὸ τῆς κακίας χειροβιωτοῦσιν, ἅτε τοῦ ὄντι ὄντα ὁ εἰλικρινῶς φιλοσοφῶν ὀλιγωρῶν. Vide Regem sapientissimum, *Paræm. c.* 25. *v.* 22. & Apostolum *ad Rom. c.* 12. *v.* 20.

Τὸ μὴ ἐξομοιοῦσθαι] Jasoni Medæa apud Evripidem;

Ἀλλ' ἐσμὲν, οἷς ἐσμὲν, οὐκ ἐρᾷ κακόν,
Γυναῖκες· ἴσον χρὴ σ' ὁμοιοῦσθαι κακῷ,
Οὐδ' ἀντιτείνειν νήπι' ἀντὶ νηπίου.
Sumus quidem mulieres, quod sumus; malum
Haud dixerim. Similem te tamen fieri malis
Non decuit, aut fatuis fatua rependere.

Verùm versiculum primum Grotius in excerptis aliter distinxisse videtur, dum vertit;

Sumus mulieres, quale non dicam malum:
Sumus. Sed haud te decuit æquatum malis,
Dementiâ certare cum dementibus.

Marcus noster *lib.* 7. § 15. Ὃ, τι ἂν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι).

——*ridiculum est enim*
Odio nocentis perdere innocentiam.

Dio apud Plut. Εἰ δ' ἡσχλείδης ἄπορος καὶ κακὸς διὰ φθόνον, ὅτι καὶ Δίωνα δεῖ ὑμᾶς διαφθεῖραι διὰ ἀρετήν· τὸ γὰρ ἀστιμωρήτως, τῷ σφαδαπεῖν, νέμω δικαιότερον οἰκίδι, φύσει γειτνιῶντι καὶ μιᾶς ἀδυνείας. Epictet. *l.* 2. *c.* 10. Ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἑαυτὸν ἔβλαψε, πῶς ἐμὲ τὸν ἄδικον ποήσας, ἐγὼ ἐμαυτὸν μὴ βλάψω, πῶς ἐκεῖνον ἄδικον οὐ ποήσας; Avgust. *in Psal.* 54. *Quid tibi prodest, quia exigis quas pertulisti injurias? ultio te reficit? ergò de malo alieno gaudebis? passus es malum. ignosce, nè duo sitis mali.* Et *in Joan. ep.* 1. *tract.* 8. *Odit te inimicus. si odisti illum & tu; contrà reddis malum pro malo. quid facis reddens malum pro malo? unum ægrotum flebam, qi te oderat. jam duo plango, si & tu odisti.* Idem *epist.* 5. *Paratus igitur esse debet homo justus & pius, patienter eorum malitiam sustinere; qos fieri bonos qarit, ut numerus potiùs crescat bonorum, non ut pari malitiâ se qoque numero addat malorum.* Apostolus *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Gvigo *meditat. c.* 15. *Quàm pulcra ars vincere in bono malum! contraria enim contrariis superantur. positus es qasi signum ad retundenda jacula inimici; id est, ad destruendum malum oppositione boni.* Senec. *de benef. lib.* 7. *c.* 31. *Vincit malos pertinax bonitas.* Et *l.* 1. *c.* 3. *Assiduitas meriti pertinacis evincet.* Et *de ira l.* 2. *c.* 34. *Iraſcetur aliqis? tu contrà beneficiis provoca. cadit statim simultas ab altera parte deserta. nisi par non pugnat. Si utrinqe certabitur, ille est melior, qi prior pedem retulit: victus est, qi vicit.* Sallust. *Jugurth. Bono vinci satius est, qàm malo more injuriam vincere.* Val. Max. *l.* 4. *c.* 2. *Speciosiùs aliqantò injuriæ beneficiis vincuntur, qàm mutui odii pertinaciâ pensantur.* Vide *infr.* § 26. & *lib.* 7. § 68.

§ 7. Ἐπὶ τέρατι καὶ σεσαπαιᾷ] Vide *l.* 5. § 34.

Μεταβαίνειν] Vide *l.* 5. § 6.

Σωὶ μήμῃ θεῷ] Vide *l.* 3. § 13. & *infr.* § 23. Dignum qod referatur hîc, Epicteti illud *dissert. lib.* 1. *c.* 16. Ἐὰν γὰρ νῦν ἐκχωρῶ, ἄλλό τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμεῖν τὸ θεῖον καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἀπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας; οὐκ ἔδει καὶ σκάπτοντας καὶ ἀρῦντας καὶ ἐδίοις αἰδεῖσθαι τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν θεόν; μέγας ὁ θεὸς, ὅτι ἡμῖν παρέδωκεν ὄργανα ταῦτα δι' ὧν τῷ γλιῷ ἐρασθησόμεθα. μέγας ὁ θεὸς, ὅτι χεῖρας ἔδωκεν, ὅτι κατάπτυστον, ὅτι κοίλιαν, ὅτι αὔξεσθαι λεληθότως, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐφ' ἑκάστῳ ἐφυμνεῖν ἔδει, καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τῷ δυνάμει ἔδωκε τῷ παρακολουθητικῷ, καὶ ὁδῷ χρησικλεῖ. Qid ille non feciſſet, si adjicere potuiſſet, μέγας ὁ θεὸς, ὅτι τὸν χρηστὸν ἡμῖν ἔδωκεν; sed ulteriùs porrò avdire nè pigeat. Τί οὖν; ἐπεὶ οἱ πολλοὶ ἀπιστοῦσιν, οὐκ ἔδει πρὸ τοῦ] τὸν ταῦτα ἐκπληροῦντα τῷ χόρτον, καὶ ὕδωρ πάντων διαδοῦναι τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν θεόν; τί γὰρ ἄλλο δυνάμεθα ᾄδειν ἡμεῖς, εἰ μὴ ὑμνεῖν τὸν θεόν; εἰ γὰρ ἀηδὼν ἤμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος· εἰ κύκνος, τὰ τῆς κύκνου· νῦν δὲ λογικός εἰμι· ὑμνεῖν με δεῖ τὸν θεόν. ποιῶ αὐτό. οὐκ ἐγκαταλείψω τὴν τάξιν ταύτην, ἐφ' ὅσον ἂν δίδωται. καὶ ὑμᾶς ὅπι τῷ αὐτῷ ταύτῃ ᾠδῇ παραλαμβάνω. Contende cum istis qæ Psaltes regius habet, *Psal.* 34, & 103, & 104, & 145. Epictetus idem, referente Maximo *collectan. c.* 52. Ζωγενέστερον νέει τὸν Θεὸν, ἢ ἀναπνεῖ. qod sub Gregorii Naz. nomine Antonius *Melissa l.* 1. *c.* 54. sic extulit, Μνημονευτέον Θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀναπνεύσεων. Rursúsque idem apud Maxim. Ἀναπνέω ὁ ἐφὶ Θεῷ λόγος καθ' ἡμέραν, μᾶλλον,

ἢ τὰ στέγα. Idem denique apud Anton. Ἐὰν δὲ μνημονεύῃς, ὅτι ᾧ ἐρχόζῃ καὶ ψυχὴ ἢ σῶμα Θεὸς παρέσχηκεν ἕκαστος, ἐν πάσαις σε ταῖς πρᾶξεσι χρὴ ταῖς πρέπουσιν, ἃ μὴ ἁμάρτῃς, ἕξεις ἢ τὸν θεὸν σωίσκοντα.

§ 8. Τὸ ἡγεμονικὸν ὅτι τὸ ἑαυτὸ ἐγείρον καὶ πρέπον] *Supr. l.* 5. § 14. & *l.* 11. § 1.

Ποιῶν ἢ ἑαυτῷ φαίνεται πᾶν τὸ συμβαῖνον] Vide *l.* 3. § 9. & *l.* 7. § 2, 14.

§ 9. Κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἔκφασις παραίνεσις]. *supr.* § 1, 4.

§ 10. Ἦτοι κυκεών] Idem *l.* 4. § 27.

Εὐνοῖς καὶ τάξις, προνοία] leg. [καὶ] προνοία. Τί καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγχύσεσι] Ità *l.* 2. § 11. Τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ προνοίας κενοῖς

Ἅλια γίνεται] ἅλια, γαῖα, terra. Porrò *in terram verti*, sive *terram fieri*, pro *mori*; ex consequenti. ità in sacra pagina. *Gen. c.* 3. *v.* 19. *in terram reverteris*, pro morieris. & *Eccles c.* 12. *v.* 7. *Et pulvis in terram, quod priùs fuerat, redierit.* & *Psal.* 22. *v.* 15. *In pulverem mortis reduces me.* & *Psalm.* 146. *v.* 4. *Quo die spiritus eorum recesserit, ad terram suam revertuntur.* Allusum monet Xyland. ad illud Menelai. *Iliad. n. v.* 99.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Vos in aquam & terram cunctos convertier opto.

Plut. *adv. Epic. vit.* Τὸ γὰρ ἀναιδεῖν τὸ λυθεῖν, (ità ex ipso superiùs Plutarcho restituto) καὶ μηδὲν εἶ) πρὸς ἡμᾶς τὸ ἀναιδεῖτον, ὃν ἀναιρεῖ τὸ τὸ θανάτε λόγος, ἀλλ' ὅσπερ ὑπόδειξιν αὐτῆς προτίθησιν· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ὅτιν ὁ λύσοιεν ἢ φύσις,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, τῷ εἰς τὸ μὴ φοβεῖν μηδὲ αἰδεσόμενον διάλυσιν τῆς ψυχῆς. Idem, ejusdem saltem nomine, *de Homeri vita* ac *poesi* differens, ait verbis hisce poetam σημαίνειν τῷ ἀνάλυσιν εἰς τὰ γνωτικὰ στοιχεῖα τῶ παντός. indè Xenophanem traxisse dogma suum illud, τὰς φρώτας ἀρχὰς εἶ) τὸ ὕδωρ καὶ ἢ γῆ. Et Alexand. Aphrodiss. *problem. l.* 1. *q.* 79. Τὰ νεκρὰ, inqit, σώματα, ξηρὰ καὶ ψυχρὰ πέφυκεν. itaque Homerum, cùm nôsset τὰ μὲν δύο στοιχεῖα φθειρόντα, ὡς λεπτομερῆ καὶ κουφόταλα, (ignem scil. & aërem) τὰ ἢ δύο (terram scil. & aquam) παραμένειν εἶ) τοῖς νεκροῖς σώμασι· dixisse,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

id est, ξηρότατοι καὶ ψυχρότατοι. ità siquidem legendum quod codices vulgati perperam exhibent, mendo manifesto; ξηρόταλοι καὶ ὑγρότατοι. Simpliciùs Hesych. Ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. διαλυθείητε, ἀποθάνοιτε. & Eustath. νεκρωθείητε, καὶ τῶ μὲν ζωοδύνε πνεύματος ἐδμὴ σεσηθείητε· γένοισθε ἢ γῆ καὶ ὕδωρ, ἃ δὴ ἐναπομένει τοῖς νεκροῖς σώμασι. Subjungit tamen alios exponere, ἐστὶ τῶ ἀντιστοιχειωθείητε (ἀντιστοιχείωσιν autem loco suprà citato habet Aphrodiss.) τετάσιν εἰς τὰ Ταρτάρεα τῶν στοιχείων καὶ ἀκίνητα καὶ ὑπὸ ὁμοια ἀναλυθείητε,

Ἥφαιστοι αὖτις ἔκφασις ἀκίνητοι.—

alios autem, duobus elementis hîc nominatis etiam duo reliqua comprehensa & subintelligenda; sicut in illo Hesiodi *oper.* 1. ubi ad Pandoram conficiendam,

Γαῖαν ὗδει φύρειν.— Vulcano injungitur.

nec alio sensu dixisse Xenophanem,

Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐσμὲν ἁπάντες.

In proverbium autem usu frequenti ac familiari deveniisse Homericum illud monent Grammatici. qo alluserit παρῳδήσας Val. Cato in *diris*, observante Scaligero, ubi dixit,

Quamvis ignis eris, quamvis aqua, semper amabo.

Cæterùm Marcus hîc elementum unicum duntaxat expressit, terram: qomodo & Evripides, in illis ex Chrysippo à Cicerone mutuatis,

Reddenda est terra terræ; tum vita omnibus
Metenda ut fruges; sic jubet necessitas.

Est Evripidis in *Hypsipyle*, utì ex Stobæo discimus, *tom.* 2. *tit.* 108.

--κἄτα δ' ἀχθονίοις βεβοτὸν
Ἐς γλῶ φέρουσι γλῶ· ἀναλκείως δ' ἔχει
Βίον θνητῶν, ὅστε κάρπιμον φάος.

Vide *lib.* 7. § 40. & *l.* 11. § 6. Scribit interim Tullius ex Antiochi relatione, Carneadem solitum Chrysippum reprehendere, quòd Evripideum carmen illud lavdaret: negabat enim (qod & Plut. suprà) genus hoc orationis qicqam omninò ad levandam ægritudinem pertinere. id enim ipsum dolendum esse dicebat, quòd in tam crudelem necessitatem incidissemus. Illud adjecerim fieri posse, ut alius alicujus poetæ hemistichium fuerit, qod hîc Marcus usurpavit,

--ὅπως ποτὲ ἅλια γένωμαι.

Ἥξει γὰρ ἐκ' ἐμὲ ὁ σεσεισμὸς, ὅ, τι ἂν ποιῶ] Pindarus apud Plut. in *Marcell.*

Τὸ γὰρ παροιμιῶδον
Οὐ πῦρ, ὃ σιδηρᾶν φόβον τείχες.
Arcere namque fata, nec
Ignis, nec æneus valet murus.

Archinus apud Clemem. *Strom. l.* 6. Πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ἐπείλεται ἀποθανεῖν, ἢ πρότερον ἢ εἰς ὕστερον. Demosthen. *de Coron. ibid.* & apud Lucian. in *Demosth.* Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις τέλος τῦ βίε θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν κατείρξας τηρῇ· δεῖ ἢ ποὺ ἀγαθὸν ἄνδρα ἑξ χειρῶν μὲν ἅπασιν εἶναι τοῖς κακοῖς, φέρειν ἢ, ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενέσθαι. qod ab Homero mutuatum, Clemens & Plut. *de Homero*, voluit, qi dixerit, *Il.* ζ. *v.* 488.

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πατρὸς ἐμοῦ ἐκφυγέειν ἀνδρῶν,
Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

At nemo (fidens dico) fatum effugis unqam,
Esto malus, bonus esto, humano sanguine cretus.

Idem tanqam ex Achillis mente: *Il.* 1. *v.* 318.

Ἶσα γὰρ ἔμμορε μοίρῃ, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζει.

Bellan-

Bellantémque manet ſors æqua domíque manentem.

& v. 320.

Κάτθανε δ' ὅμως, ὅτ' ἄρηος ἀνὴρ, ὅτε πολλὰ ἴοησιν. *Tam, cui nil geſtum eſt, obit, ac qui multa patravit.*

quem verſum in ore frequentem habuiſſe Demonactem avtor eſt Lucianus.

Et *Iliad. μ.* v. 322. ſub Idomenei perſona;

Ὦ πέπον, εἰ μὴ γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυλάσσεις, Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε *O pepo, ſi letique exors, duræque ſenectæ*
Ἐσσεσθ', ἔστ' κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην, *Vita foret, bellum ſubterfugientibus iſtis,*
Οὔτε κέ σε κέλομαι μάχην εἰς κυδιάνειραν *Non egidem aut acies primas ipſe inter obirem,*
Νῦν δ' (ἐμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο *Nec celebranda tibi mandarem munera Martis.*
Μύεται, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι) *Nunc cùm circumſtent nos mille pericula mortis*
Ἰομεν, ἠέ τῳ κῦδος ὀρέξομεν ἠέ τις ἡμῖν. *Extra etiam pugnas, & inevitabile fatum,*
Ibimus, auctúri famam nobiſve, aliíſve.

Unde Plutarchus etiam ſumpſiſſe vult Æſchylum iſta;

Ἀλλ' ὅτε πολλὰ πεπόμαται ἐν πέρνοις λαοῖν, Θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα σωτῆρος βίου· Οὐτ' ἐν στέγῃ τις ἡμένῳ παρ' ἑστίᾳ Φεύγει τι μᾶλλον τὴν παρωμόσιον μόρον. *Non tela ſiquis pectus intra acceperit,*
Morietur, ævi fata niſi dent terminum:
Nec ad focum qui conſidens in ædibus,
Fatum hoc magis ſibi deſtinatum effugerit.

In quam eandem ſententiam & Evripid. Ægeo, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 119.

——κατθανεῖν δ' ὀφείλεται Καὶ τῷ κατ' οἶκον ἐλθόντι μύθῳ πόνων. ——*morti eſt debitus,*
Etiam laborum immunis qui ſedet domi.

Et Simonides *ibid.*

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔρικε καὶ τὸν φυγόμαχον. quod Flaccus *l.* 3. *Od.* 2.

Mors & fugacem perſequitur virum.
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidóque tergo.

Tyrtæus, ut H. Stephanus, an Callimachus, ut Camerar. an Callinus, ut Stob. *tom.* 2. *tit.* 51.

Οὐ γάρ κως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἔστιν Ἀνδρ', ὐδ' εἰ πρόγονων ἦν γένος ἀθανάτων. Πολλάκι δ' ἀμείνων φυγὼν καὶ δεῖπον ἀκόντων Ἔρχεται· ἐν δ' ἴκελον μοῖρα κίχεν θανάτῳ. *A fato nulli mortis ſit gratia; non ſit*
Avorum generis ſit numerare Deos.
Sæpe fugâ elapſum circumſtridentia tela,
In lare privato, mors inopina rapit.

Solon apud Demoſth. *de legat. malè obit.*

Οὗτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ· Αὐλοῖσι δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι. Τηλοῦ δ' ἁπλὴ ἔρκος ὑπέρθυρον, οὐδὲ μάλα λαξ Εἰς γάπτε φθάσσων ἐν μυχῷ ἢ θαλάμῳ. *Cujúsque irrumpit peſtis popularis in ædes:*
Valvæ ferratæ nec prohibere valent.
Septum etiam ſublime ſuperſilit, atque latentem
Prendit, ſive habeat angulus aut thalamus.

Martial. *l.* 4. *epigram.* 60.

Nullo fata loco poſſis excludere, cùm mors
Venerit, in medio eſt Tibure Sardinia.

& Propert. *l.* 3. *eleg.* 16.

Ille licèt ferro cautus ſe condat & ære;
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.

Vide *ad l.* 7. § 46. Avguſt. *de diverſ. ſerm.* 28. *Mors differri poteſt; auferri non poteſt.* Et *de Verb. Apoſt.* 18. *Mortem differunt iſta, non auferunt. Sed etſi tardiùs qui moritur, ideo non moritur?* Idem *de temp.* 74. *Quid autem ad rem pertinet, quamdiu vites, quod evitare non poſſis?* Senec. *epiſt.* 93. *Quid intereſt quàm citò exeas, unde exeundum eſt? ibid.*

Vide *l.* 4. § 50.

Εὐσταθῶ] Verbum Stoicis familiare, quâ conſtantem illi & immotum prorſus animi tenorem deſignabant. eundem & εὐσάθειαν appellabant, & τὸ εὐσταθές. Vide *l.* 5. § 18. & Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 29. & *l.* 2. *c.* 5. & *l.* 3. *c.* 9, & *c.* 24. Ὁ γὰρ θεὸς πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὸ εὐδαιμονεῖν, ἐπὶ τὸ εὐσταθεῖν ἐποίησε. qo loco tamen, prout & apud noſtrum, poteſt *ſtatim animi placidus & tranquillus* deſignari, qualis eſt æquoris in malacia. Καὶ γὰρ γαλήνη ἔστι, καὶ εὐσταθὲς τὸ πέλαγος. Lucian ideo & idem *l.* 2. *c.* 5. εὐσταθῶς καὶ ἀτενέστατα conjunxit: &, quod huic cognatum noſter, *l.* 12. § 22. σταθερὰ πάντα, καὶ κόλαστα ἀκόμων.

Θαρρῶ τῇ διανοίᾳ] Pſal. 112. *v.* 7. de viro pio. *Stabile eſt cor ejus, confiſum in Domino.* hoc eſt, ἑστήκασι ἡ καρδία αὐτοῦ, ut Græc. interpres, ἐλπίζουσα ἐπὶ τὸν κύριον· vel Marci noſtri verbis, εὐσταθεῖ καὶ θαῤῥεῖ τῷ κυρίῳ.

§ 11. Τὸ τῆς ἀφελησόμενον] qæ *l.* 1. § 12, πεφυσημένα πράγματα. & § 15. ἀφελησόμενα dixit.

Ταχέως ἐπανιδεῖ] Ità *l.* 5 § 9. ἐπιφανήσεται πάλιν ἑαυτῷ. Vide & ſectionem huic proximam.

Ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν] Ità de filio prodigo Dominus, Luc. *c.* 15. *v.* 17. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν, *ad ſemetipſum reverſus.* quaſi extra ſe poſitus antè fuiſſet, cùm cupiditatibus ac libidinibus abripiendum ſe præberet. Publ. Syrus:

Homo extra corpus eſt ſuum, cùm iraſcitur.

imò extra mentem potiùs: juxta illud Plut. *adv. iracund.*

Ὁ δὲ θυμὸς, οὐχ ἧττον ὁ Μελάνθιος, Τὰ δεινὰ πράττει τὰς φρένας μαινομένας, ἀλλ' ἐξοικίσας τελέως καὶ ἐπικλείσας. Sicuti contrà, ὁ λογισμὸς τὰ δίκαια πράττει καὶ μέτρια, τὸν ὀργίλον καὶ τὸν θυμὸν ἐκπεσόντα θύραζε. Idem *de provid.*

vid. divin. Qod & de reliqis etiam affectibus Chrysippus in *lib. περὶ ἀναμαλεγίας*, referente eodem in *tract. de virt. moral.* Τὰ ἐπιγινόμενα πάθη, inqit, ἐκκρύει τοῦ λογισμοῦ. idque Menandri teſtimonio comprobat, cujus illa ſunt;

Οἱ μοι, πάλαι ἔγωγε, τῷ πρὸ αὐ φρένες
Ἦμὴν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
Τὴν καιρὸν, ἡ ταῦτ', ἀλλ' ἐκεῖν' ἀφρωδίοις.
Ebeu me miſerum, quamnam in partem corporis
Mens noſtra ſe proripuit illo tempore,
Cùm nimium vecors hæc ego illis prætuli? Grot.

Indè phraſis obtinuit, inqit Plut. *in collat. terreſtr. & aquatil.* πολὺ τῶν παραχρημένων, μὴ ἐν παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκπεπληγέναι τῷ λογισμῷ. Vult itaque Marcus, ſicubi tale qid contigerit, qàm celerrimè ut ad te redeas. Cicero *ad Attic. l. 7. ep. 3. Id qod animum induxerat, paviſper non tenuit; ſed citò ad ſe rediit.*

Ἔστι δ' ἐγκρατίστερος] Reſarciendo jugiter poſt remiſſiones atqe interturbationes animadverſas, validior evadet animi tenor. Ità oſſa confracta, ſi fuerint probè reſtituta, robuſtiora fiunt. Sed & *athleta, qicunqe magni ſpiritûs, nec projecit animum projectus; & qoties cecidit, contumacior ſurrexit.* Sen. *de benef. l. 2. c. 13.* Et *qæſt. nat. l. 3. præfat. Fideliſſimus eſt ad honeſta ex pœnitentia tranſitus.* Et qod Plutarch. in *amator.* Ὡς ἡ ἥλιος ἐκ νεφῶν καὶ μετ' ὀμίχλαν ἐρμύτερος· ὕπως ἔρως μετ' ὀργὰς καὶ ζηλοτυπίας ἐρωμένῳ διαλλαγὴν ἡδίων καὶ βεβαιοτέρους. Plavt. item *Amphitr. act. 5. ſc. 2.*

Iræ interveniunt; redeunt rurſus in gratiam.
Verùm iræ ſi qæ fortè eveniunt hujuſmodi
Inter eos, rurſum ubi reventum in gratiam eſt,
Bis tantò amici ſunt inter ſe qàm priùs.

§ 12. Ὧδε πολλάκις ἐπανιέναι] Senec. *epiſt. 103. Quantùm potes, in philoſophiam ſecede. Illa te ſinu ſuo proteget: in hujus ſacrario eris aqi tutus, aut tutior.* Vide & *ſupr.* § 10.

Περιπατεῖν ταύτῃ] Vide *l. 5. § 9.* & § 34. & *ſupr.* § 7.

§ 13. Νεκρὸς ἐστὶν ἰχθύδιον] *Cadaver piſcis.* Plut. *de eſu carn. l. 1.* Ἐγὼ δὲ θαυμάζω τινὶ πέδει καὶ πίῃ ψυχῇ ἢ λόγῳ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἥψατο φύνου σώματι, καὶ πεθνηκότος ζῴου χείλεσι προσήψατο σαρκός. καὶ νεκρῶν σωμάτων καὶ ἐδίων παρὰ θεμιτὸν τραπέζας, ὅλα καὶ πρόσθεν πρεσὶν εἰπεῖν [ἐπιλιπὼν] τὰ μυκὸν ἐμπροσθεν βεβρωμένα μέρη καὶ ὀδυγρώδια καὶ κινούμενα καὶ βλέποντα. Ità enim reſtituendum exiſtimo locum illum, qem aliter Stephanus. Νεκύες γὰρ κοπρίων ἐκλαπτότεροι, καθ' Ἡράκλειτον· κρέας ἡ πᾶν νεκρόν ὄζει, καὶ νεκρῶ μέρος. Idem *Sympoſ. l. 4. c. 4.* Indè νεκροκόσμοι μάγειροι eidem in libello ſuperiore dicti: & *in ſap. conviv.* Ὁ γαστὴρ, τάρταρός τις νεκρῶν πελάτεως. Orcus qidam cadaveribus conſtipatus, venter dicitur. Vide *ad l. 4. § 21.*

Χυλὸν οἴνου σαρκίου] ſive *ſanguis uvæ*; ut Jacobus Patriarch. apud Moſem *l. 1. c. 49. v. 11.* & Moſes ipſe *l. 5. c. 32. v. 14.* i. e. αἷμα σταφυλῆς. ut Jaſon Siracid. *c. 39. v. 26.* & *c. 50. v. 15.* & *Maccab hiſt. l. 1. c. 6. v. 34.* At Caſſiodor. *Var. l. 12. ep 4.* de vino acinatico, ſuo more laſciviens: *Hyemale muſtum, uvarum frigidus ſanguis, in rigore vindemiæ, cruentus liqor, purpura potabilis, violaceum nectar.* Ad noſtri mentem propiùs Heſiod in *Bucolic.* referente Fulgent. *mythолog. l. 3. c. 1.*

——βορέων δείσαν αἱματόεντα.

Et propiùs adhuc Empedocles, ab Ariſtotele notatus, *Topic. l. 4. c. 5.* ab avtore etiam *problemat. natur.* ſub Plutarchi nomine *q. 2.* lavdatus, qi cum Empedocle vult πῆξιν eſſe σῆψιν τινὰ,

——ἐν ξύλῳ σαπὲν ὕδωρ.

Eſt enim, ut ex Platone avtor idem *q. 5.* Ὁ χυμὸς ὕδωρ ἡδυσμένον διὰ φυτῶν. Itaqe Athen. *dipnoſoph. l. 1.* Ἀφ' ὕδατος ὁ οἶνος φύεται. ὑδὲν γὰρ ἕτερον ἐστὶν οἶνος, ἢ ὕδωρ ὑπ' ἀμπέλου πεπονημένον. Et Nemeſ. *de natur. homin.* Ἀπὸ τῆς αὐτῆς τροφῆς, ἐν τῇ μὲν ἀμπέλῳ οἶνος σωίσεται, ἐν δὲ τῇ ἐλαίᾳ τὸ ἔλαιον. Sext. Empir. *Pyrrhon. hypotheſ. l. 1. c. 14. § 1.* Ὕδωρ ἐν τῇ μυκοειδεῖ, ἀνα διδόμενον εἰς τὰ δένδρα, ὅπου μὲν γίνεται φλοιὸς, ὅπου δὲ κλάδος, ὅπου δὲ καρπὸς, καὶ ἦδη σῦκον, καὶ ῥοιὰ, καὶ ἄλλο ἕκαστον. Epiphan. in *ancorat. § 66.* Ὁ ὑετὸς δένδρεσι καὶ φυτοῖς συμφυσίμῳ κατεργάζεται, ἄλλ' καρποῖς καθ' ὁμοιότητα ἕκαστον· καὶ ἐν μὲν τῇ ἐλαίᾳ ἔλαιον ποιεῖ γίνεται· ἐν δὲ ἀμπέλῳ οἶνον χρηΐζεται· ἐν δὲ συκῇ σῦκον γλυκαίνεται. Gregor. Nyſſen. *de homin. opific.* Τὸ γὰρ αὐτὸ ὑγεῖν, πικραίνεται ἐν τῇ ἀψινθίῳ, ἐν συκῇ δὲ καλλγλυκαίνεται· διὰ τῆς ἀμπέλου δὲ βότρυς καὶ οἶνος γίνεται. Ἀπὸ τῆς γῆς γὰρ τῆς ἀμπέλου μόνης ὑγρίδα ἐλκύσης, ὁ οἶνος σωίσατου, Jo. Chryſoſt. *in tit. Orat. 3.*

Τειχία περίβαλε] Plin. *hiſt. nat. l. 9 c. 47. Ut boves victum hominum excolunt; ità corporum tutela pecori debetur.* Hinc Demonax Cynicus, cùm adoleſcentem qendam τῇ εὐπαρύφῳ ſplendidè veſtitum, animadverteret de purpuræ laticlavio ſcíſe efferentem, apprehenſâ veſte, Τῦτο, inqit, μή τοι περὶ σῶ περίβαλον ἐφόρει, καὶ ἦν περίβαλον· Diogenem Canem forſan imitatus, qi adoleſcentulo cuidam pariter affecto priùs dixerat, ὦ παῖσον, μειρύκιον, ἐπὶ περίβατε δορᾷ σεμνύεσθον. Refert Anton. *Meliſſ. l. 2. c. 74.* ubi dicti gratiam tollunt prorſus, qi pro δορᾷ, ἀρετῇ ſubſtitutum eunt. In eandem mentem Sotades, (qod apud Stob. *tom. 2. tit. 22.* & Maxim. *c. 56.* reperitur;)

Ἂν ἐνιματῆς, ταῦτα περὶ σὺ περίβαπον ἔχεις.
Si veſte nites, at hanc priùs oves tulere.

Philo *de providens.* lavdante Evſebio *præpar. l. 8. c. ult.* Ἐδωδές γε μὴν, περίβαπτον εἶσιν, ὡς οἱ ποιηταί φασιν, ἀνθρώπου. Neotericus qidam;

Pur-

Purpureis, te effers, qòd amictus veſtibus? ante
Te geſtavit ovis, cùm tamen eſſet ovis.
Sericcis effers, qòd amictus veſtibus? ante
Te bombyx habuit; tum quoque vermis erat.

Αἰματίᾳ κόγχῳ δεδαμένα] indè *conchyliata* nuncupantur. De conchis iſtis, qorum ſanguine an ſanie, purpura tingitur, videantur Ariſtot. *hiſt. animal. l.* 5. *c.* 15. Plin. *hiſt. nat. l.* 9. *c.* 36. & *ibid. c.* 38. & Ælian. *hiſt. animal. l.* 16. *c.* 1. Navmach. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 94.

Ἔιμαλα δ' εἰναλίης ἐρυθαίνεται αἵματι κόχλου.
At, qo lana rubet, ſanguis de murice fluxit.

Et Lucian. in *Cataplo.* μακαρίζων ἐπὶ τῷ αἵματι ὅτι ἐν τῇ Λακωνικῇ θαλάττῃ κογχύλιον. de tyranni purpura loqitur. Optat *adv. Donatiſt. l.* 5. *Sìò alba lana regalem tranſit in purpuram, qomodo catechumenus in fidelem: utique dum incipit eſſe qod non erat, deſinit eſſe qod fuerat* (ità enim interſtingvenda ſunt iſta) *lana & colorem mutat, & nomen. & homo & vocabulum mutat, & mentem. Conſidcrata ſunt effectus retractanda ſunt efficientia. Dicis à te datum eſſe, qòd homo fidelis effectus eſt: ſi hoc totum eſt, dicat & operarius artifex purpuræ, qòd non*
——*admixto ſanguine piſcis, purpuram*
ſolo tactu conficiat.

Ἐυτιεὶς παρέφηνε] Huc Diogenis αὐτεργάτου illud, Εἰδε κὴ τὸν κοιλίαν ἢν πεπορφυρωμένα μὴ πεινῆν. Laërt. *l.* 6. ſive ut Plut. *de Stoic. contradict. c.* 18. ex Chryſippi *politia*, Εἰδε κὴ τὸν λιμὸν ὅτως ὑποφέρεται τῆς χαρᾶς ἡδιωμένου. Et qod Socrates apud Xenophont. *memorab. l.* 1. de Critia, ὅτι ὑικὸν δοκοίη πάσχειν, ὑπομενῶν ἐυθυδίκως πρὸς κιναδος; ὥσπερ τὰ ὑίδια τοῖς λίθοις.

Μετά τινος ἀσασμοῦ] Itaqe Hippocrates, referente Gellio *l.* 19. *c.* 2. Τὴν μέξιν ſive σωμασίαν dixit eſſe μικρὰν ἐπιληψίαν. Eſt autem *epilepſia, omnis* τοῦ σώματος ἀσασμὸς, *corporis totius convulſio* qædam. Galen. *de loc. affect. c.* 2. & Fæſius *ad Hippocr. de morb vulg. l.* 2. *tom.* 5. qanqam dictum illud Democrito tribuit Clem. Alex. *pædag. l.* 2. *c.* 10. Eryximacho, Stob. *tom.* 2. *tit.* 6. qi & Democriti non abſimilem, aliam tamen, de eadem *ibidem* ſententiam refert, Ξιωσίην, ἀποπλαξίην μικρήν. *Apoplexiam* avtem definit Celſus *l.* 3. *c.* 27. *reſolutionem nervorum totius corporis.* Et *Epilepſiâ graviorem* etiam pronunciat Gorrhæus. Cæterùm nec illud ſilentio prætereundum, qod contrà monent Oribaſius *collect. l.* 6. *c.* 38. & Aëtius *l.* 3. *c.* 8. Ὅτι καὶ τινας ἐπιλήπτους ἔπαυσε τὸ μιογενές· qod illi, nec ſoli, elicuiſſe videntur ex Hippocratis verbis hiſce, *de morb. vulgar. l.* 6. *tom.* 5. § 25. Τὰς ἐπαυξέας νόσους, κλίσεις. qæ aliter tamen longè interpretatur Galenus.

Μυξαρὰν ἔχεσις] Vide *l.* 4. § 48. ἐχθὲς μὼ μυξάριον. indè per ſtuporem illud, *l.* 10. § 26. ἐξ ὅτε οὐ;

Οἷαν δὴ αὖται] leg. vel, ὅιαι δή, vel οἵη δή, qa *le qiddam*; ſive, *qemadmodum*; qia ὅτως ſequitur.

Ἀπεγμιῶν] Vide *l.* 2. § 12. & *l.* 3. § 11. Qod de dictione Longin. *de ſublim.* μήπια μεγάθους φαυλοσίαν ἐχύλα, ἢ πολὺ περίκειται τὸ εἰκῇ περιπαπαταλάμενον, ἀναπυκνάδνα ᾗ, ὅλλως ἀνοικοιλο χαῦνα, ὧν τοῦ θαυμάζειν τὸ ἀβεβαιότερον ἀυγηρότερον. Et *ibid.* καὶ ἧσσον αὐτῷ πρὸς αὐχὰς ἀναπορῆς, ἐν τῷ φοβερῷ κατ' ὀλίγον ὑπτιοτεῖ πρὸς τὸ ἐυχαλαφρότητι.

Ὑφ' ἢ σημαινόμενα] ἐφ' ἢ potiùs. Vide *l.* 12. § 27.

Δεινὸς γὰ ὁ τύφος παρελογεῖς] Τῦφος, *typhus*, (qo vocabulo utuntur etiam inferioris ætatis ſcriptores Latini, Arnobius, Auguſtinus, alii) *pompa, faſtus:* qo nomine comprehenditur, qicqid rei alicui obtenditur, qò vel deſiderabilius, vel admirabilius, vel formidabilius videatur. *fucum*, Xyl. reddidit. & *offucium* reverà *faciunt*, ut cum Plinio loqar, repræſentationes iſtiuſmodi. Cæterùm aliud eſt τῦφος, aliud φῦκος, qod is forſan legerit. Philo *in decalog.* Οὐδὲν γὰ ὅτιν ὁ μὴ καιρὸς δηλοῖ τὰ γνήσια τῶν νόθων παραδιαφέροντα, καὶ τἀληθῆ τῆς εἰκότος, ἃ φύσει μὲν κατέλιπε, πάντας δ' ὑποβάλλει φαυλοσίας πρὸς ἀπάτην ἐν πόλεσιν· ἢ καὶ ὁ πάνδων ὑπελάβοι φῦκος τύφος, ὃν τινες τεθήπασι καὶ περιχωῦσι, τὰς χάνας δέξας συμπυθύντες, διὰ χρυσῶν στεφάνων καὶ ἀλυκτρίδων, καὶ πολίθως διαφόρων καὶ ὀγκωμάτων, ἐφ' ὧν οἱ λεχρίνους μανάσιοι καὶ ἀνδρώωνες μετέωροι φέρονται· &c. Ἐπιζεύξαντα dixit, qod Marcus δεινὸν παραλογισμὸν. Vide *l.* 2. § 12.

Ὁ Κράτης] Crates iſte Athenienſis, an Thebanus, qi & Cynicus? hic opinor. Cæterùm Crates hic de Xenocrate qid dixerit, non reperio. Siqidem Xylander à Græcis receſſit, dum vertit, *qid de hoc Crates, qid Xenocrates dicat.* Videri poteſt ex antegreſſis Cynicum ſuo, hoc eſt, canino more, Xenocratì faſtum objeciſſe, prout Diogenes objecerat aliqando Platoni, cùm illum tamen αὐτοφώταν extitiſſe aſſerat Laërt. *l.* 4.

§ 14. Τὰ πρόσω] eódem ſpectat hæc perioche, qò & prior illa.

Τὰ κατὰ ἕξεως ἢ φύσεως συμπεφορημένα] *Si ſub habitu vel natura continentur.* Xyl. qi conditionalem cur interſereret, nihil erat: *comprehendi poſſunt ſub rebus merè naturalibus vel naturaliter affectis.* Caſ. potiùs, *qæ ab habitu vel natura continentur.* neqe enim ſunt hæc generum capita, qibus comprehenduntur; ſed formarum, qibus continentur. differentiæ. Cæterùm regiri poteſt non immeritò, qomodo ligna avt lapides, ὑφ' ἕξεως, i. e. *ab habitu* (hoc enim κρείσσων vox ea ſonat) *contineri* dicatur. Ἕξιν itaqe Galenus obſervat, præter uſitatiora illa ſignificata, dupliciter ſumi; aliqando pro *ſolida ipſa corporis compage*, qâ partes fluidæ magis, continentur. ità *de febr. differ. l.* 1. indè ἐκτικὸς πυρέτος, *febres he-*

ficas, nominis id adeptas vult, ὅτι τῷ ἕξιν τὸ σῶμα ὁ αὐτῷ καθιέναι· tum ἕξις qid significet, explicando, subjungit; ὅταν γὰρ ἐνώσασιν ὁμοιάζειν τὰ στερεὰ, τῶν ὑγρῶν ἀντιδιαιρούμενα. *ità vocant solidas corporis partes, qò ab humidis distinguunt*, sive *in partium distributione humidis opposituas*. aliqando verò pro *spiritu* sive *forma*, qæ *partes rei cujusque continet*. ità H. Stephanus avtor est eundem alibi ἕξιν definire, πνεῦμα σωμάτων καὶ συγκρῖνον τὰ μέρη, *spiritum illum, qi partes compingit & continet*. *spiritûs* avtem appellatione *formam* designari, alibi docemus. Vide *ad l.* 12. § 30. Sed & ἕξις πνευματικὴ eadem Philoni dicta *de mundi immortalit.* verbis illis; Ἀνδραξ μὲν ὢν ὅτι, πῦρ ὂν ἱερὰ γεώδει, ὃ πρόπον ἕξεως πνευματικῆς περιάλυκε καὶ ἑλλοχᾷ δι' ὅλης ἄχρι περάτων τεταμένον. Unde & ἐκλικὴ ζωὴ ex Platonicorum sententia Nemesio, *de natura hom. l.* 2. Ζῆν μὲν λέγουσι καὶ πάντα ἄψυχα ἐκτικὴν ζωὴν, καθ' ὃ σωμάτων ὑπὸ τῆς τῶν παντὸς ψυχῆς, τοῦ ἓν (sive ut alii legunt εἰς τὸ ἓν)) καὶ μὴ διαλύεσθαι. Et χωλολεκῖθον magis Philo, ἐκλικὴ δυνάμεως νῦς, inqit, πολλὰς ἔχει δυνάμεις, ἐκλικὴν, φυσικὴν, ψυχικὴν, λογικὴν, διανοητικήν. Et mox, Ἡ μὲν ἕξις κοινὴ καὶ ἅπ' ἀψύχων ὅτι, λίθων καὶ ξύλων, ἧς μετέχει καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ἑοικότα, ὀστέα. Ἕξις igitur hoc in loco, vel *compagem corpoream vitæ inanem*, vel *formam* potiùs *meram*, siue *spiritum* ζωϊκῆς δυνάμεως, i. e. *facultatis vitalis* (ltrictiùs loqendo) exortem designaverit: qam ψιλὴν ἕξιν, qasi *meram* ὕπαρξιν sive *existentiam*, Sextus nuncupat, & ὑπὸ τῆς φύσεως Marcus istìc distingvit. Siqidem in eandem planè mentem Sextus Empiric. *adv. Mathemat. l.* 8. *c.* 2. qo loco his gemina planè leguntur istq. Τῶν ἡνωμένων σωμάτων, τὰ μὲν ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως συνέχεται, ὡς λίθοι καὶ ξύλα· τὰ δ' ὑπὸ φύσεως, καθάπερ τὰ φυτά· τὰ δ' ὑπὸ ψυχῆς, τὰ ζῶα. Philo itidem *de numin. immutab.* gradus qosdam rerum naturalium constituens; Τῶν σωμάτων, inqit, ὁ μὲν ὅλων ποιητὴς, τὰ μὲν ἐνεδύσατο ἕξει, τὰ δ' φύσει, τὰ δ' λογικῇ ψυχῇ· idémqe *de mund. immortal.* disertiùs adhuc; Τῷ ἕνωσιν μὲν διεσκότων, τῷ ξύλων μὲ καὶ λίθων ἕξιν, ἀναρθμὸν τε καὶ ἀνδρῶν φύσιν, ψυχῷ δ' ζώων ἀπάντων, ἀνθρώπων δὲ τῶν καὶ λόγον. Vides omnino cum Marco istìc, ἕξιν *ligni & lapidibus*, φύσιν *satis stirpibúsqe* tribui: habésqe res qatuor, sed eas sibi invicem subordinatas, qibus compages omnis corporea continetur, partésqe ejusdem sibi invicem uniuntur; ἕξιν, φύσιν, ψυχὴν, νοῦν· ἕξιν λίθων, φύσιν φυτῶν, ψυχὴν ζώων, νοῦν ἀνθρώπων. eodem planè ordine, qo hìc Marcus. qin, nè qid desit eorum, qorum Marcus hìc meminit, subjungit, ἀρετῶν δ' ἀνυδαίων τελεωτάτην· qod est idem prorsus cum illo Marci, ὁ ψυχὴ λογικὴ καθολικὴ καὶ πολιτικὴ τιμῇ. Adjici potest, qòd non Philo tantùm & Galenus dixere σπέρμα sive *semen* in φύσιν primò, sum in ζῶον transire; id qod Aristoteles dixit, ζῷον τὸ σπερμα φυτῷ βίον, *de gener. animal. l.* 3. *c.* 2. sed & Stoici ipsi, τὸ σπέρμα *semen*, πνεῦμα *spiritum* esse: hunc in utero fotum, φύσιν primò; tum ab aëre refrigeratum, ψυχὴν fieri. ità σπέρμα ἀπὸ τῆς φύσεως, τῷ φύσιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς distingvunt: & *semen* sive πνεῦμα volunt dici, donec in utero vitam vegetativam adeptum sit. Vide *ad l.* 10. § 26. & *l.* 12. § 24. Accedit & qòd Zeno ἕξιν sensu isto accepisse videtur, apud Laërt. *l.* 7. ubi dicit, Τὴν ψυχὴν, δι' ὧν μέν, ὡς ἕξιν χωρητικὴν αἰσθήσεως καὶ ὁρμῆς καὶ τοῦ λόγου· δι' ὧν δέ, ὡς νοῦν, ὡς διὰ τῆς ἡγεμονικῆς. Vide *ad l.* 12. § 30. indè ἐκλικῶς διαμένειν, Porphyrio dictum *de abstinent. l.* 4. Οὐσίας γὰρ καὶ λίθοις προσῆν, τὸ αἴτιον τῆς συμμένειν εἴπερ ἀν καὶ τὸ (τῆς f.) ἐκλικῶς διαμένειν· καὶ φυτοῖς, τὴν διατρῶσαν ἐν τοῖς αὐξὴν ἢ καρποφορεῖν· καὶ ζώοις σώμασι, τὴν πρῶτον αὐτοῖς τὴν οὐσίαν. *Ea igitur*, inqit, *qæ vel formâ meră continentur, ut ligna & lapides; vel naturâ* (i. e. animâ vegetativâ ὑπὸ τῆς φύσεως sic dictâ, unde φυτὰ *plantæ*) *ut ficus, vites, oleæ*, &c. Vide & Marcum ipsum *l* 10. § 2. ubi φύσιν μόνην ὑπὸ τῆς ζωῆς φύσεως distingvit. Non erat itaqe qòd vir summus in *ad Epictet. & Simplic. notis*, avt voces illas ἕξιν & ἐκτικὴν apud Philonem ac Clementem mendi suspectas haberet; & ἕσιν atqe ἑσικὴν rescribendum præscriberet; avt Philonis solius arbitraretur esse ἕξεως vocabulum hac ratione usurpatum, qum & Sexti, & Zenonis etiam, aliorúmqe itidem existere sit clarissimè demonstratum.

Τὰ δ' ὑπὸ φύσεως ἐλίγῳ μετριωτέρων] *qæ subastioribus aliqantò*. Xyl. & mox: *Siqa paulò plus haberent gratiæ* perperam, & præter Marci mentem, ad res retulit, qod de hominibus dictum est. *ὶ μετριώτεροι, qi modestiores & moderatiores sunt.*

Ψυχικὴ λογικὴ καθολικὴ] vide *l.* 4. § 40. & *l.* 5. § 21. & *l.* 12. § 30, 32.

Ἔχεσιν καὶ κινημένην] forsan ἴσχουσαν. ut *infrà* § 16. κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι. nam & ἴσχειν καθολικῶς qandoq; usurpatur. Arrianus de Indiæ fluminibus, Χειμῶνος ἴσχοντος, ἁλίγοι τε γίνονται.

Τῷ ὁμογνεῖ συνδρᾷ] *Congeneri suo cooperatur*, vel homini, ut *l.* 2. § 1. vel Deo etiam, ut *l.* 5. § 21. de illis Xyl. intellexit, de isto Cas. ego utrumqe opinor respexisse.

§ 15. Τὰ μὲν ἀπόδεκτα γίνεσθαι] διὰ τὴν ὕλην ἡ ἀκολουθία ἀνύεται τῇ κόσμῳ. χρείαν γὰρ ἔχει, τῶν μὲν ἐνεστώτων, τῶν δὲ μελλόντων, τῶν δὲ ὑπομενόντων. Epictet. *l.* 2. *c.* 1. Idémqe *l.* 3. *c.* 24. ἀνάγκη περιόδου τινὰ εἶναι καὶ παραχώρησιν ἄλλου [ἄλλων potiùs] ἄλλοις, καὶ τὰ μὲν διαλύεσθαι, τὰ δὲ ἐπιγίνεσθαι, τὰ μὲν μένειν ἐν τῷ αὐτῷ, τὰ δὲ κινεῖσθαι. Ocellus *de univers.* Τὸ μὲν διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἐπιγεγονότων. Empedocles apud Aristotel. *Physic. l.* 8. *c.* 1.

— ἢ μὲν ἓν ὁκόσα πλέονα μεμάθηκε φύεσθαι·
Ἢ δ' αὖθις διαφύτος ἐνὸς, πλέον' ἀντιλέβειν·

Τῇ

Τῶ ιδῶ γίγνονταί τε, καὶ ὃ σφίσιν ἅμπιδος αἰὼν
Τῇ δ' διαλλάσσονται διαμφὶς, ὧδ' ἅμα λήγει·
Ταύτῃ δ' αἶεν ἔασιν ἀκίνητοι καὶ κύκλον.

Vide *l.* 5. § 23. & *supr.* § 4.

Ἀπείρων τὸν ἄπειρον αἰῶνα τὸν κόσμον] Loco mota sunt illa τὸν ἄπειρον αἰῶνα, ad sequentis clavsulæ extremum rejicienda, & post παρέχεται collocanda. *mutationes rerum orbem perpetuant, ut temporum succeſſiones ævum æternum præſtant.* Vide *l.* 2. § 3. & *l.* 7. § 25. Naſo *Metamorph. l.* 15.

Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu,
Non ſecus ac flumen. neque enim conſiſtere flumen,
Nec levis hora poteſt: ſed ut undâ pellitur unda,
Urgetúrque eadem veniens, urgétque priorem:
Tempora ſic fugiunt pariter, paritérque ſequuntur,
Et nova ſunt ſemper. nam quod fuit antè, relictum eſt,
Fítque quod haud fuerat; momentáque cuncta novantur.

Τῷ πολεμῷ] Vide *l.* 2. § 17. & *l.* 4. § 43. & *l.* 5. § 23.

Τί ἂν τις ἐκπιμύσειεν] vide *l.* 5. § 10.

Ἐφ' ᾧ εἶναι οὐκ ἔξεσιν] Ità *l.* 5. § 23. ὧδ' ἐχώς. Παράγει γὰρ τὸ ῥῆμα τὸ κόσμε τέτε. Pavlus *ad Cor. ep.* 1. *c.* 7. *v.* 31. Et Joan. *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 17. Ὁ κόσμος παράγεται καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτῦ. ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τῦ θεῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Τῶν παραπεπτωκότων σπλάγχνων φιλεῖν] Solomon *Proverb. c.* 23. *v.* 5. *An oculos tuos conjicies in ea quæ nè ſunt quidem? (in ea quæ mox non futura ſunt.* Jun.) *nam omnino comparant alas divitiæ, inſtar aquilæ perniciſſimæ, quæ cœlum versùs avolat.* ubi *oculos conjicere* idem eſſe Solomoni, quod Davidi *cor apponere, Pſal.* 62. *v.* 12. monet Druſ. *Prov. claſſ.* 2. *l.* 1. *Prov.* 105. Evripid. *Inone*, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 105.

Τὸ πάλαι δ' ὁ πᾶς.——

Et in *Meleagr. ibid. tit.* 75.

——πλὴν τὸ μὴ ὠκεῖα πλέρυξ.

Et Simonides in *navib* ab eodem lavdatus *tit.* 105.

Ὠκεῖα γὰρ, ὧδε παυσπλερύγων
Μοῖρα ὕπνε, σὰ μετάστασις.

Plato in *Euthydem.* Ἀλλ' ἐσμὲν πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τῦ κορυδᾶ διώκοντα· ἀεὶ ὅτοτοι ἔκαστον αὐτῶν αὐτίκα λήψεσθε, ὅταν δ' ἀεὶ ἐξέφυγον. Pulcrè Gvigo *meditat. c.* 5. § 14. *Vide quomodo capiatur anima rebus corporeis, & capta crucietur, utpote in puero. capitur enim viſo paſſere: quem cùm acceperit, ſubjacet tot caſibus, quot paſſer ipſe. quomodo autem eſt tuta, priuſquam talibus capiatur? ea enim quæ placent, tenent illam, ut poſſit adverſis mulctari.* De homine humaniſque rebus univerſis Gregor. Naz. *epitaph. in Cæſar.* Ὅταν ἐσμὲν ἐκ ἰσάμοιρον, φάσμά τι μὴ καλὲμενον, πλῶσις ὀρνέων παρερχομένων, ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος ἐκ ἔχουσα, κόνις, ἀτμὶς, ἐωθινὴ δρόσος, ἄνθος χαιρῷ φυόμενον, καὶ χαιρῷ λιόμενον.

Τὸ δ' ἦδη ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπολίλυθεν] Ità *l.* 4. § 43. ἅμα τε γὰρ ὤφθη ἕκαστον, καὶ παρελύθη. Senec. *epiſt.* 104. *Avium modo transvolant, citiſque quàm venerant, abeunt.* Gregor. Naz. *pro pauper.* Πιθὸν μηδὲν ἧδ' ἐνταῦθα τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ πολυχρόνιον, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως μεταζεμένοις καὶ μεταβαλλόμενα, καὶ ἄνω καὶ κάτω φερόμενά τε καὶ ἀνατρεπόμενα, καὶ πρὶν ληφθῆναι ἀπόλλυσθαι καὶ φεύγοντα, καὶ πρὶν νοηθῆναι διαδιδράσκοντα. Hieronymus *in Eſaj. c.* 38. *Omnis ſeculi felicitas, dum tenetur, amittitur. Imò, antequam tenetur, elabitur.* Minut. *apolog.* Et Avguſt. *in Pſal.* 38. *Antè abeunt priuſquam veniant: & cùm venerint, ſtare non poſſunt. agunt ſe, ſequuntur ſe, & non ſe tenent. nihil de præterito revocatur; nihil quod tranſiturum eſt, expectatur. nondum habetur, dum non venit; nondum tenetur, dum venerit. & eſt, & non eſt: nec eſſe poſſumus dicere, quod non ſtat; nec non eſſe, quod venit & tranſit.*

Ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις] Idem *l.* 5. § 33. In ſacra pagina, *vita animalis ſanguis* eſſe dicitur, & *in ſanguine vita conſiſtere.* Vide Moſen *l.* 1. *c.* 9. *v.* 4. & *l.* 3. *c.* 17. *v.* 11, 14. Τὴν δὲ ψυχὴν ἀναθυμίασιν εἶναι, Heraclitus dixit. Ariſtot. *de anim. l.* 1. *c.* 2.

Ἡ τῦ ἀέρος ἀνάπνοσις] Ità *l.* 2. § 2. & *l.* 5. § 4. Eſajæ *c.* 2. *v.* 22. *Nolite amplius homini fidere, cujus vita, ut flatus in naribus eſt. quantuli enim is eſt æſtimandus?* Senec. *ad Marc. c.* 11. *Homo, anxiæ ſolicitæque tutelæ, precarii ſpiritûs, & malè inhærentis; quem pavor repentinus, aut item ex improviſo ſonus auribus gravis excutit.* Et Calvin. *inſtitut. l.* 1. *c.* 11. § 4. *Terrenus homuncio ſingulis ferè momentis vitam exhalat.* Et mox: *Animam evanidam in ſingula momenta precariò trahimus.*

Ὅσον παρ' ἕκαστον πνεῦμα] Vide Empedoclis verſus apud Ariſtot. *de reſpirat. c.* 3. & Platon. in *Timæo.* Senec. *epiſt.* 54. *Invaſit me repentè mala valetudo. ſuſpirium aptè dici poteſt. brevis valde & procellæ ſimilis impetus eſt. qui enim diu expirat? omnia corporis aut incommoda aut pericula per me transierunt: nullum mihi videtur moleſtius. quid ni? aliud enim, quicquid eſt, ægrotare eſt: hoc, eſt animam agere. itaque medici hanc meditationem mortis vocant. faciet aliquando ſpiritus ille, quod ſæpe conatus eſt.* At quod Senecæ moleſtum, Marco noſtro familiare, quaſi aſſiduum quiddam videtur. Avg. *de orig. anim. lib.* 3. *c.* 4. *Præter alimenta ſolida & fluxa, unde eſt cibus & potus, hoc tertium nobis Deus alimentum circumfudit auvarum, quas ità carpimus, ut ſine cibo & potu diu eſſe poſſimus; ſine hoc tertio, quod nobis aura, quæ undique circumfiſtit, ſpirantibus & reſpirantibus exhibet, nec exiguo temporis ſpatio poſſumus vivere. Sicut autem cibus & potus non ſolùm ingredi debet, verùm etiam per meatus ad hoc inſtitutos egerendi ſunt, nè utroque lædant,*

dant, vel non intrando; vel non excundo: ità hoc tertium flabile alimentum, qia in nobis manere non finitur, nec immorando corrumpitur, ſed egeritur mox ut ingeritur, non alios, ſed eoſdem meatus, id eſt, os, aut nares, aut utrumqe, & qà intraret, & qà exiret, accepit. In teipſo proba tibi ipſe qod dico. emitte ſpiritum flando; & vide utrùm dures ſi non receperis: recipe reſpirando; & vide qas patiaris anguſtias ſi non rurſus emiſeris. hoc igitur facimus, qando utrem inflamus, qod facimus ut vivamus. niſi qòd tunc paulò plus ducimus, ut paulò plus emittamus, ut ſpiritum flabilem, id eſt, ventum in utrem implendum & extendendum non qietè ſpiranti & reſpirandi, ſed anhelandi impetu coarctemus. niſi ergò, qòd impendis ad utrem implendum, ad te itidem alendum aditu patefacto redierit, qid tibi, non ſolùm unde illum inflare, ſed unde tu poſſis vivere, remanebit? Hinc illud Epicharmi apud Clem. *Strom. l.* 5. Αἱ φύσεις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πνευσταί. Vide & *l.* 8. § 54.

Πάσαις ὑποπνεῖν δυνάμεσιν ὑποῦναι] Hinc ex formulæ & in ſacris ſcriptoribus. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. *Spiritum emiſit.* Matth. *c.* 27. *v.* 50. &, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. *Spiritum tradidit.* Joan. *c.* 19. *v.* 30. &, ἐξέπνευσε. *expiravit.* Marc. *c.* 15. *v.* 37. & Luc. *c.* 23. *v.* 46. Lucian. etiam in *votis*: ὑποπνεύσας τὸ ψυχάριον ἄπεισι. *animâ efflatâ abiit.*

§ 16. Ὡς τὰ φυτὰ, τίμιον ὅτε τὸ διαπνεῖσθαι] Malè luxata & confuſa iſta: ſed reſtitutio proclivis. leg. Τίμιον, ὅτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτά. *Æſtimatione dignum eſt, non perflari, qod & plantarum ſive ſtirpium eſt.* Τὸ διαπνεῖσθαι autem de ſtirpibus uſurpatum apud Xenophontem habemus in *ſympoſ.* Verbis hiſce à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 19. adductis; ab Athenæo etiam *l.* 11. laudatis; apud quem emendatiora, qàm in vulgatis Xenophontis codicibus, exhibentur: Δοκεῖ μοί τι μοι τὰ τοῦ ἀνδρὸς σώματα [συμπόσια ταῦτα, codices. malè.] τὰ αὐτὰ πάσχειν, ἅτερ καὶ τὰ τοῦ ἐν τῇ γῇ φυομένου· καὶ γὰρ ἐκεῖνα ὅταν μὲν αὐτὰ ὁ θεὸς ἄγαν ἀθρόως ποτίσῃ, καὶ διώκηται ἐρριζωμένα ὑπὸ τῶν αὖραις διαπνεῖσθαι. Id Latinis *perflari* dicitur. Columella *l.* 4. *c.* 19. *Fructúsque ſummotus à terra, minùs putreſcit: & hoc uno modo perflatur ventis qi nebulam & rorem feſtiferum celeriter adficcant, multúmque ad defloreſcendum, & ad bonitatem vini conferunt.* & *c.* 18. *Eg diſtinctio plus Solis & venti vitibus præbet.* & *c.* 7. *Nam & ſic faciliùs inſolatur humus, & fructus percoqitur, perflatúmque ſalubriorem habet.* Id qod Plin. *l.* 7. *c.* 21. de certo Vitis genere: *Meliores vino, qando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduóque ſole coqitur, & afflatum magis ſentit.* διαπνοὴ in animantibus qid ſit, qídque ὑπὸ τῆς ἀναπνοῆς diſtet, ex Ariſtotele ac Galeno docuimus, *ad lib.* 3. § 1. Nec omittendum videtur, qod Xenophon loco ſuperiùs adducto in collationis membro altero τῇ ἀναπνεῖν meminit, qaſi iſtud in animantibus τῷ διαπνεῖσθαι illi in arboribus reſpondeat. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς, inqit, ἂν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχέωμεν, ταχὺ ἡμᾶς καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφήλωσιν, καὶ ὅσ' ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν τι, δυνησόμεθα. Etiamſi verò τὸ διαπνεῖσθαι iſtud, qod hîc *ſtirpibus* tribuitur, diſtat multùm reverà ὑπὸ τῆς διαπνοῆς illius, qæ animantium peculiaris eſt; in hoc tamen conſentiunt, qòd ſpiritu ſive flatu qodam utrumqe perficitur, & qòd ad conſervationem τὸ διαπνεῖσθαι, cujuscunqe generis illud fuerit, utrumqe conducat. Verùm præter διαπνοὴν illam externam, qæ ab avra liberiore ſtirpibus eis obvenit, qæ locis patentioribus ſuccreſcunt, aliam etiam internam nobis Theophraſtus inſinuat, qâ per ſingulas ſtirpis cujusqe partes, animæ, qam vegetativam dicimus, virtute, ſpiritus qaſi vitalis qidam diffunditur, ejuſdémqe itidem pars excrementitia diſſipatur & diſpellitur. Is enim *de caus. plant. l.* 5. *c.* 15. ubi de morbo qodam piceæ arbori familiari, qam δάδωσιν vocat, verba faciens hæc habet; Ἔοικε παραπλήσιον τὸ συμβαῖνον τοῖς ἐπὶ τῆς ζώων, ὅταν ὑφαρπασθῶσιν ὑπὸ δυάμεως τοῦ ἔλκειν τὴν πνοὴν, ὅλως τοῦ πνεύματος χεῖρον διὰ τὴν σύμφυξιν καὶ τὴν πύκνωσιν, ἐκεῖνά τε ὑποπίπτοντα, καὶ αἱ πεῦκαι. διὸ καὶ ὁ καπὼς οἱ ὀρείπυτοι τέκνοις τεθείληκε. φασὶ γὰρ ὑποπίπτειν τὴν πρίκλιν διὰ τὴν πύκνωσιν· πάντα γὰρ, ὡς ἔοικε, δεῖται πνεύματός τινος, ἢ μανάσεως, ἢ πόρων. Et *l.* 6. *c.* 15. ἐπὶ πάντων γὰρ διαφθείρεται, στέλλουσι τὰ ἑνδρα συμπιπτόμενα καὶ ὑπομένει ἔχοντα δίοδον τοῦ πνεύματος. Qin & Jul. Scalig. *ad l.* 5. *c.* 20. ad illud Theophr. *c.* 15. de arboribus dictum ætate diuturnâ exareſcentibus, ὥσπερ ὑποπίπτουσιν καὶ μαραινομένων· *Metaphoræ*, inqit, *eſt ab animalibus, qibus ſpirandi, atque vitæ idem finis eſt, ac qanqam & pinus plantæ; tamen utuntur beneficio διαπνοῆς. Omne enim vivens διαπνεῖται. calor enim vitalis eget in multis refrigeratione. in omnibus inſtauratione. inſtauratur autem cœleſti calore circumfuſo, qi ſeſe induit in omnia. Pereunt ergò plantæ qaſi ſuffocatæ, ubi πνεῦμα δίοδον οὐκ ἔχει· pereunt itidem, qaſi expirantes, ubi copioſiùs illud ἐξαλμίζεται* qod & ὑποπνεῖν pinæ Theophr. dixit *l.* 2. *c.* 20. De ſeminibus qibuſdam Galenus περὶ τροφῶν δυνάμεως *l.* 1. *c.* 10. Πεπλατυμμένοις ὑγρότητα ταῦτα ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο μὴ τὴν συνοικοῦσαν ὑπὸ θερμότητα σώματος ἔχοντα διαφθείρων ἢ ἐν τόποις ξηροῖς ἐάσας ἐν χρόνῳ πλείονι, τὸ μὲν διαπνεῦσαι τῆς ὑγρότητος, τὸ δέ τι παθεῖναι, μέχρις ἂν ξηρανόμενα θερμαλέα μείνῃ. (qo loco qod Galen. διαπνεῦσαι, Theophr. ὑποπνεῦσαι dixit *de caus. plant. lib.* 3. *c.* 7. ὑκ ἐυδὺς ἀλοαθέντα τὰ σπέρματα θελήσῃ θερμαθῆναι, ὑδὲ τὰ νέα θερμὰ εἶναι· ἀλλὰ δεῖ πνα λαβεῖν ἐν ἑαυτοῖς ὃ πόρον καὶ δύναμιν, ὑποπνέοντος

πνος

σωτος τῆ ἀλλοιοχρία.) sequitur apud Medicum; Ἀποβρεῖ γὰρ ἀπὸ τῶν φυτῶν τε καὶ σπερμάτων καὶ καρπῶν, ἐπειδὰν συλλαμβάνοντα κεῖται, πρῶτον μὲν ὅσον ἐν αὐτοῖς ὑδατώδες τε καὶ λεπτὸν ἀφίσταται, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ αὐτῆς τῆς κατὰ φύσιν ὑγρότητος. Qin & quod διαπνεῖσθαι hoc sensu avtoribus suprà laudatis, idem ἐξατμεῖσθαι qibusdam dici Theophrastus idem avtor est in *histor. plant. l.* 8. *c.* 10. ἐὰν πνεύσῃς, inqit, μεγάλη καὶ πλεία χρόνον ὀπώρα, ξηραίνει καὶ ἀφαυαίνει ὃ καθοί τινες ἐξατμεῖσθαι. quod Plin. *l.* 18. *c.* 17. *tunc enim exinaniunt grana.* qem locum Hesychius ob oculos habebat, qum ἐξατμεῖσθαι, ξηραίνεσθαι exponeret. ipse ἐξατμίζεσθαι dixit, *de caus. plant. l.* 1. *c.* 1. qo loco ἐξηντληκὼς utrumqe conjunxit, διαπνεῖται καὶ ἐξατμίζεται. atqe hoc est qod de aëre ventis agitato Vitruv. *l.* 1. *c.* 6. *Vitiosis corporibus detrahit succum, & efficit ea exiliora.* Eodem sensu acceperim ego & τὸ ἐξατμεῖσθαι, qo loco de conceptu agens Aristot. *hist. animal. l.* 10. *c.* 3. hæc habet: Εἰσὶ δέ τινες αἳ πάσχουσί τι τοιοῦτον, ὃ καθοῖ ἐξατμεῖσθαι· δεῖ δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος, ὅταν συγγένωνται τῷ ἀνδρὶ, ὅτε περιέρχεται ἅλλο τὸ σπέρμα, ὅτε κύουσιν· διὸ καὶ χαλεῖται ἐξατμεῖσθαι. etiamsi enim vir Maximus interpretetur *frustrari*; sicut ἐκκώλυμα ἀέρι dicuntur *ova irrita*: eodémque respexisse velit Marqnem, cum *eqas* dixit *vento gravidas* fieri: ipsum etiam philosophum verbis illis *l.* 7. *c.* 4. ἀνδραπικῶν ἡμιόλιων τῶν ὑστεροῦν, vim τοῦ ἐξατμεῖσθαι declarâsse. aliqid tamen amplius eô loci hocce vocabulo subindicari saltem avtumo. cùm nec idem πάθος utrobiqe describatur, sed loco altero, qod congressum præcedat, altero verò, qod subsequatur: & philosophus ipse verbis priùs adductis subjungat statim; ἄλλον δὲ τὸ πάθος ἢ ὑστέρα, ὅταν ἢ λίαν ξηρὰ. ἐκκώσασα γὰρ περὶ αὐτὸν τὸ ὑγρὸν, ἀφίσιν ἔξω· τὸ δὲ καταπελτεύεται. hoc est, qod Theophr. ξηραίνεσθαι καὶ ἀταμιεύεται. Verùm de hoc alii viderint. Haud dissimiliter certè Hippocrates τὸ ἐξαρῦσθαι usurpavit, *lib. de natur. puer.* ἐξαρῦται γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀέρος, καὶ τὸ πνεῦμα δι' αὐτοῦ διοδεῦ. de aqa loqitur: cui & ipse, nec huic soli, sed terræ qoqe *transpirationem* qandam ibidem tribuit. Siqidem rationem assignans, cur terræ inferiora hyeme calescant, πυκνοῦται δὲ ὑπὸ τούτου (ὅτι πάσχει ἐφ' ἑαυτῆ) καὶ οὐκ ἔχει διαπνοὴν ὑγρότητος. Et mox de rebus congestis compressisqe qibusvis, ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐνθερμαίνεται, καὶ ἐν τάχει κάρτα σήπεται. ὑ γὰρ λίαν τὸ πνεῦμα δι' αὐτῶν, ἅτε πυκνῶν ἐόντων. Ità *perspirationis* cùm defectus, tum & excessus, nocumentum tam animaris qàm & inanimatis inferre solet. Proinde, qia in *perspiratione* ista, ubi nimia fuerit, partes etiam utiles decedunt, & vis naturalis deperit, indè natum videtur, ut τὸ διαπνεῖσθαι, qod & antè monuimus, in *interitûs* significatione non rarò usurpetur. Ità de animantibus, Aristotel. *de anim. l.* 1. *c.* 5. Δοκεῖ γὰρ τἐναντίον μᾶλλον ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα σωίζειν· ἐξελθόντος γὰρ διαπνεῖται καὶ σήπεται. Et Plato *Phædon.* itidem de corpore: ᾧ προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπνεῖσθαι καὶ διαπεσεῖν. de plantis Theophrast. *de caus. l.* 6. *c.* 23. Τὰ μὲν ἂν τοιαῦτα πάντα, πλὴν ἀκμῆς εὐσμότερα· τὰ δὲ ἀθενῆ, ταχὺ διαπνεῖται, καὶ διαφθείρεται. *cito evanescunt, evaporantur.* de fructibus Aristot. *problem. l.* 22. *q.* 17. ἐκ τῶν πολυχρόνων (caricas loqitur) διαπίπτουσι καὶ ἐξικμάζουσι μᾶλλον τε ὑγροῦ τὸ πλεῖστον τοῦ γλυκέος. de seminibus Chrysippus *physic. l.* 2. referente Laërt. *lib.* 7. in *Zenon.* πνεῦμα διήκειν τὸ οὐσιῶδες σπέρμα, ὡς ἅλον ὂν τῶν ἐν τῷ γλίσχρῳ καταβαλλομένων σπερμάτων, ἃ παλαιωθέντα οὐκ ἔτι φύεται, διαπνεόμενα αὐτοῦ τῆς δυνάμεως. alterum enim post φύεται, ὡς ἅλον, inducendum prorsus videtur, nisi siqis in δλονότι mutandum censuerit. Cæterùm aliis ego despiciendum libens proposuerim τὸ διαπνεῖσθαι Clementi Alex. qid velit, qod dæmonibus ille tribuit, *Strom. l.* 7. qo loco τὸ διαπνεῖσθαι, καὶ ἐμπνεῖσθαι, καὶ ἀποπνεῖν, καὶ ἀναπνεῖν à se invicem disterminat, primúmqe dæmonibus, secundum aqatilibus, tertium insectis, qartum animantibus pulmonum ope aerem attrahentibus assignare videtur. Mihi interim suspicio oboritur, locum mendo nevtiqam immunem esse, legíqe debere πόροις διαπνεῖται, ὡς τὸ ἅλυ ῥυῶν, vel τὸ ἅλυ ῥέον (non avtem τὸ ἅλυ δυμώνων) γένοιτο. eò magis, qia & stirpibus istic Marcus τὸ διαπνεῖσθαι attribuat; nec verisimile sit à *dæmonibus* exorsum Clementem, cùm in reliqis gradatim ab inferioribus ad superiora ascendat, ab aqatilibus ad insecta, ab insectis ad animantia perfectiora. Viderint eruditi.

Τυπῶσι] τυπῶσι, sive *impressionem qandam admittere* in se ab externis objectis, sensus tam exteriores, qàm & interiores dicuntur. indè ἀντιτυπία αἰσθητικὴ. *infrà* § 26. & αἰσθητικὰ ἐνεργαπύποτα. *l.* 5. § 33. Epictet. *lib.* 1. *c* 6. ὑπὸ πλοντῆς τῆς αἰσθητοῖς, τυπώμεθα ἕκαστοι αὐτῶν. Ex Chrysippo *de anim. l.* 12. Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ, τετίσιν, ἀλλοίωσις· ὑ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν ἐνοεῖ τύπον σφραγῖδος· ἐπεὶ ἀνέγδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους ἅμα τὸ αὐτὸ γίνεσθαι νοεῖται δ' ἡ φαντασία ἀπὸ ὑπάρχοντος καὶ τὸ ὑπάρχον ἐναπεμαξαμένη, καὶ ἐναποτυπωθεῖσα, καὶ ἐναποσφραγισθεῖσα.

Νοερασιῶσι] & *infr.* § 28. νοερασιῶσα ὁρμητικὴ. Vide & *l.* 2. § 2. Τὰ νοέρασα ὄργανα κινεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ τοῦ τῶν ἀρχῶν κινήσεως ἐνδιδόντος τῇ μηχανῇ· κινεῖται δὲ οὐκ ἐπ' ἄπειρον· ὑ γὰρ ὅλοδεν ἔχει τὸν πηγὸν τῆς κινήσεως· ἀλλ' ἕως ἡ δοθεῖσα δύναμις ἰσχύει, καὶ οὐκ ἐκλείπει τῇ φορᾷ. Synes. *de provident. l.* 1.

Κρότος γλωσσῶν] Ità *l.* 4. § 3. τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως. Vide & *l.* 8. § 52. κρότον γλωσσῶν

qod Marcus i. e. *ſtrepitum*, Evripides κόμπον, qaſi *ſtridorem* dixit; cujus hæc ſunt in *Hecuba*:

Ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἤκομὲν, φρονήματος
Τῷ πρὶν στένοντες· εἰ δὲ τ' ἐλπίσαμεν,
Ὁ μὲν τις ἡμῶν πλοῦτος ἐν δόμοισιν,
Ὁ δ' ἐν τελεταῖς τίμιος κεκλημένος·
Τὰ δ' ὄντ' ἄλλως φρονοῦντα βυθόμαλα,
Γλώσσης τε κόμπος. —

Ut ad nihil devenimus jam, priſtino
Orbati faſtu & interim inſolcſcimus?
Hic ade divite, civium ille pluſibus?
At hæc nihil ſunt aliud quàm curæ meræ,
Stridórque linguæ inanis. —

Τί κατηγόρηται τίμιον] Basil. Cæſ. *epiſt.* 42. Τῷ ὄντι μόνον θεμιτὸν καὶ ἐπαινετὸν τὸ διαρκὲς ἀγαθόν. τοῦτο δέ ἐστιν ἡ παρὰ θεοῦ τιμή. τὰ δὲ ἀνθρώπινα ταῦτα, σκιᾶς ὄντα ἀμυδρότερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα. ἥτε γὰρ νεότης ἥδιον ἡνιόχων ἀνδρῶν ὀξύτερον κλαίρει. καὶ ὥρα σώματος ἢ νόσῳ ἢ χρόνῳ μαραίνεται· καὶ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, δόξα δὲ εὐμετάπτωτος· αἵ τε θεῖαι τὰς τέχνας διαπτύσσεις τῇ χρόᾳ τούτῳ σωματοῦνται· ἀλλὰ καὶ τὸ πενεσθαι δὲν ἅπασιν οἱ λόγοι ἄγει τῆς ἀκοῆς. τίνα χάριν ἔχωσι. ἀρετῆς δὲ ἄσκησις, τίμιον μὲν κτῆμα τὸ ἔχειν, ἥδιστον δὲ θέαμα τοῖς ὀπτικοῖς· οἷς ὀπτικωτάτῳ ἄξιον σαυτὸν κατασκεύασον ἐν ἐπαγγελίαις ὑποκειμένων ὑπὸ θεοῦ ἀγαθῶν. Verùm de mercede iſta Marcus noſter an qicqam ſomniârik etiam, incertum eſt. Vide *l.* 4. § 33 & *infr.* § 47.

Πρὸς ὃ κατεσκάσται] Vide *l.* 5. § 16.

Ἀνάγκη καὶ φθονεῖν] Idem *infrà* § 41. Τί δὲ θαυμαστὸν, εἰ τις νομίζει ἥδιον ἀγαθῶν μέτρον, ἑτέρῳ μὴ πείθειν; Cato min. *Plut.*

Καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι] *Ibid.* & *lib.* 9. § 1. μέμφεσθαι τῇ κοινῇ φύσει. Epictetus *enchir. c.* 3. Ἐὰν τὰ φύσει δῆλα ἐλαύθερα ἀνδῆς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, παραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεὸς καὶ ἀνθρώπους. ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον ἀισθῇς σὸν εἶ, τὸ δ' ἀλλότριον, ὥσπερ ὄντι, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει· οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινί, ἄκων πράξεις οὐδέν, ἐχθρὸν οὐκ ἕξεις, οὐδείς σε βλάψει.

Ἡ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμὴ] Vide *l.* 2. § 6. καὶ αἰδημοσύνη σαυτοῦ. & *l.* 3. § 9. τὴν ὑπολογιστικὴν δύναμιν σέβου. & *l.* 5. § 21. σῴζει ἔτι τὸ κεφάλαιον τίμια. Viſe & *l.* 3. § 4, & 7.

Σαυτοῦ τι ἀρεσκὸν] Contrà qàm pleriqe hominum, ὅτιοῦν οὐκ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκοντες. *l.* 3. § 4.

Ἐπαινοῦντα ὅτε ἐκεῖνοι δὴ ἐμέμφοντο] utpote qæ ἀγαθὰ εἶναι πίστευε. *l.* 3. § 4.

Καὶ διατετάχασιν] Vide *l.* 5. § 8.

§ 17. Ἄνω, κάτω,] De aqa Demoſth. *adv. Calliclem.* ἢν μὲν ἂν εὐοδῇ, φέρεται κάτω· ἢν δ' ἂν ἐνέγκῃ τι, τίνα οὐ τοιαῦτα ἀφαίρειν ἀνάγκη. Scilicet, Ὅταν τὸ ὑπερὸν μὴ ᾖ, φέρεται εὐθύ. Ariſtot. *de Cœlo l.* 4. *c.* 3. ubi autem occurrit τὸ ἐμποδίζον πρὸς τὴν curſúqe proprio declinat & deviat. Verùm non ſic ἡ τῶν ἀρετῶν κίνησις. ea ſiqidem rectâ ſemper procedit. *l.* 5. § 14. ſive καθ' εὐθύ. ut *l.* 8. § 61. ea ubiqe εὐοδεῖ. Vide *l.* 8. § 6. Etenim, ὡς σοφῷ ἐυοδοῦσι ἴσον ἡ πρᾶξις. qod tanqam Solomonis citat Baſil. Cæſar. *in princip. Proverb.* καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, καλοδωθήσεται. *Pſalm.* 1. *v.* 3. Καὶ γὰ ὅσα θεωρήσεις ἀχολίας ποιητικαὶ, ταύτας ὁ κύριος παραπέμψει καὶ σώμασι τόνον, καὶ ψυχῇ εὐθυμίαν, καὶ συνεπαγομένων εὐμάρειαν, καὶ πρὸς τὰ πάντα τὸν βίον εὐοδίαν, τοῖς τὰ πνευματικὰ θεωρήμασι ποικιλίους δόδας. Baſil. idem in *hexamer. orat.* 3. Ἰτὰ, τῇ ἀρετῇ πᾶν ἄτοπον πέλαγος.

Invia virtuti nulla eſt via.

Εὐοδεῖν ergò, eſt εὐόδως πορεύεσθαι, ut Marcus ipſe *lib.* 1. § 17. *progreſſus bonos facere, ſive feliciter, proſperè, cum ſucceſſu bono progredi.* cui opponitur τὸ δυσοδεῖν, *malè, moleſtè, parùm ſecundè progredi.* Epict. *l.* 3. *c.* 19. ὥσθ' ὅταν δυσοδῶμεν, αὐτοὺς αἰτιᾶσθαι. qod vocabulum havd temerè alibi reperias, & ἡ δυσοδία, δυσοδίαν τῷ λόγῳ παρέχειν καὶ δυσκολίαν, αἱ βύλαι καὶ κείσεις καὶ δίαιται ἐμπαθεῖς. Plut. *de virt. moral.*

§. 18. Εὐημερεῖν καὶ θέλειν [Triplex notat in eiſdem pleriſque vitium; primò invidiam atqe livorem, qòd coætancis ſuis lavdem commeritam tribuere detrectant; dum qiſqe, ut Flacc. *l.* 2. *ep.* 1.

—*niſi qæ terris ſemota ſuiſque*
Temporibus defuncta videt, faſtidit & odit.

tum iniqitatem; qòd εὐφημίαν eam, qam avcupantur ipſi, aliis denegant: in regulam æqitatis illam peccantes, qæ præcipit, ut *aliis faciamus, qæ nobis fieri velimus.* Matth. *c.* 7. *v.* 12. tertiò vanitatem; qòd à poſteris, qibus inviſi ignotíqe fuerint, celebrari tantopere concupiſcunt: cùm pari loco ſit, jam defunctum qod attinet, poſt obitum ab eis qi ſuperfuerint ipſis, qàm ante ortum ab eis qi multis ſeculis ipſos anteceſſerint, ſileri. Cicer. in *ſomn. Scip.* *Qid intereſt ab eis, qi poſtea naſcentur, ſermonem fore de te, cùm ab iis nullus fuerit, qi antè nati ſint, qi nec pauciores, & certè meliores fuerunt viri?* Vide *l.* 3. §. 10.

§ 19. Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυσκαταπόνητον] Senec. *epiſt.* 71. *Non putant fieri, qicqid facere non poſſunt: ex infirmitate ſua de virtute ferunt ſententiam. qid miraris, ſi uri, vulnerari, occidi, alligari juvat? aliquando etiam libet. luxurioſo frugalitas pœna eſt; pigro ſupplicii loco labor eſt; delicatus miſcretur induſtrii; deſidioſo ſtudere, torqeri eſt. eodem modo hæc ad qæ omnes imbecilli ſumus, dura atqe intoleranda credimus, obliti qàm multis tormentum ſit vino carere, aut primâ luce excitari. non iſta difficilia ſunt naturâ; ſed nos fluidi & enerves. magno animo de rebus magnis judicandum eſt: alioqi videbitur illarum vitium eſſe qod noſtrum eſt.* Idem *epiſt.* 116. *Occurres hoc locomihi illâ publicâ contra Stoicos voce: Nimis magna promittitis, nimis dura præcipitis.* (qomodo illi

illi Joan. c. 6. v. 60. σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;] nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Scis quæ non possumus ista? quæ nos posse non credimus. Imò aliud est in re. vitia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quàm excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certè non contra nos, concitemus. nolle in caussa est: non posse prætenditur. Et epist. 98. Quæ deficimus? quæ desperamus? quicquid fieri potuit, potest. Clemens Alex. *Strom. l.* 2. Ὅταν ὑπέρτονον ᾖδεν ὁ νόμος λέγηται, ἕνεκεν ἀκόνου, ἵνα μή τινες ἔκτονον καὶ ὑπόχορδον ᾄσωσιν, οὐχ ὡς ὑπέρτονον, ἀλλὰ τοῖς μὴ βουλομένοις ἁναλαβεῖν τὸν θεῖον ζυγόν, τούτοις ὑπέρτονον· τοῖς γὰρ ἀτόνοις καὶ ἀδυνατοῖς, τὸ μέτριον ὑπέρτονον δοκεῖ· καὶ τοῖς ἀδίκοις ἀκροδίκαιον, τὸ ὑπερβάλλον. ὅσους γὰρ διὰ τὸ φιλικῶς περὶ ἁμαρτίας ἔχειν ἢ συγγνώμη παρεισήρχετο, ἵνα τὴν ἀλήθειαν, ἀναίσχυντον ὑπολαμβάνοντ' καὶ τὴν αὐθάδειαν, ἀπολείαν καὶ ἀνελεῆ, τὸν μὴ συναμαρτάνοντα, μηδὲ συγκαταπίπτοντα. Et mox: Καίτοι εἰ μηδέπω ποιεῖν τὰ ὑπερτεταμένα ὑπὸ τοῦ νόμου δυοῖν τε ἐξῆς· ἀλλά τι σωφρονῆσαι, ὡς ὑποδείγματα ἡμῖν ἔχειν ἃ ἐκεῖνοι κάλλιστα ἐν αὐτοῖς, πέφευγεν καὶ αὔξειν τὴν ῥοπὴν τῆς ἐλευθερίας δυνάμεθα· καὶ τῇ δ' ὠφελίμῳ δ' ἂν κτᾶσθαι δυνάμεν προθυμότερον, τὰ μὲν περκαλέμβοι, τὰ δὲ μεμέμβοι, τὰ δὲ δυσωπέμβοι. Vide & ad *l.* 2. § 2. & ad *l.* 7. § 2.

Ἀδυνάτων ὑπολαμβάνει] Epictet. *l.* 3. *c.* 14. Δύο ταῦτα ἐξελεῖν δεῖ ἀνθρώπων, ὅτιον καὶ ἀπείρων. ὅτιον μὲν ἕν ὄν, τὸ δοκεῖν μηδενὸς προσδεῖσθ' ἀπειρία δ', τὸ ὑπολαμβάνειν, μὴ δύνασθαι δεῖ εὑρεῖν σε, πόσων προσδεησόμεθα. qo loco, qod lapsu frequenti ac familiari apud scriptores istos contigit, pro εὑρεῖν εὑρεῖν perperam scribitur; docet id, quod sequitur, —πόσων προσδεησόμεθα, quæ εὑρεσιν istam impedire possint; de qo vocabulo vide *ad l.* 1. § 12. Hoc est, qod in Q. Sextio lavdat Seneca *epist.* 64. *Hoc egregium Sextius habet, qod & ostendet tibi beatæ vitæ magnitudinem, & desperationem ejus non faciet. Scies illam esse in excelso, sed volenti penetrabilem: ut illam admireris, & tamen speres.* Certè Sextium ipsum ἀπειρίας καὶ ἀνελπιστίας morbo isto per initia laborâsse avtor est Plutarchus in *lib. de profectûs indiciis*; Ὡς δυσαθύμως καὶ χαμαὶ τῷ λόγῳ χαλεπῶς τὸ πρῶτον, ὀλίγα δέησθαι καλαβαλεῖν ἐπ' αὐτοῦ δόξης· adeò ut molestiâ ac difficultate rei propè devictus, parùm abfuerit qin animum desponderet à tecto qodam præcipitem se dederit. ità enim malim avtoris verba reddere, qàm avt cum Xylandro, *de biremi qudam sese in mare abjecerit*; vel cum Lipsio, *de nave in mare se præcipitaverit.* magis siqidem consentaneum est in ædibus agentem, qàm navigantem cùm molestia illa conflictatum. δῆμος Atticis idem. qod reliqis Græcis πρῶτον, *summa pars ædium.* Thomas Mag. *in Collect.* Δῆμος, οὐχ πρῶτον. firmat id ex Evripidis *Phœnissis*; ubi Antigone dicitur,

—μελάθρων ἐς δῆμον ἔβαπτε,

in summam ædium partem conscendisse, unde Argivum contueri exercitum posset. Accedit & Vetus Grammaticus apud Budæum: Δῆμος, Ἀττικῶς τὸ πρῶτον· τὸ δὲ κατώτατον, ξενικὸν λέγεται. Eô avtem magìs idoneus Sextius, qi aliis animos adderet, cùm difficultates illas & expertus esset, & constanter pergendo pervicisset. Dio Prus. *orat.* 16. Καί τις τῶν λυπηρῶν ἕκαστος, αὐτῷ τὸ συμβεβηκὸς, φησὶν εἶ) δεινότατον καὶ μάλιστα ἄξιον λύπης· καὶ γὰρ τῶν φερόντων ἕκαστος, ὁ φέρει, τοῦτ' εἶ) δοκεῖ βαρύτατον εἶναι· ἔστι δὲ ἀδενὲς τοῦτο καὶ φαῦλον σύμπαν· τὸ γὰρ αὐτὸ ἕτερος λαβὼν ἂν ἰσχυρότερος, ῥᾳδίως οἴσει.

Ἔστι ἀνθρώπῳ δυνατόν] Vide *l.* 8. § 44. Joannes ille avrei oris, multis in locis hoc inculcat, deesse hominibus non tam facultatem qàm voluntatem viros sanctos imitandi, cùm illi nobis, ut de se Pavlus & Barnabas apud Lucam *Act. c.* 14. *v.* 15. & Jacobus *ep. c.* 5. *v.* 17. ὁμοιοπαθεῖς planè, ejusdémqe naturæ consortes fuerint. Ideo etiam infirmitates eorundem, τὰ πάθη καὶ τὰ παθήματα, esse scripto consignata, ἵν' ὅταν παρακαλῶμεν ὑμᾶς (inqit, *de statûs orat.* 1. *rat.* 7.) πρὸς τὴν ἐκείνων ἀρετὴν, μὴ νομίζοντες διὰ τὴν θεῖαν κατασκευὴν ἄβατόν εἶναι ἕτερος αὐτοῦ μεγέθους φύσεως, ἀπαναίνησθε πρὸς τὴν μίμησιν. Et mox: Πρὸς τὸ μὴ λέγειν ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτὴν πολιτείαν παρακαλεῖν, ὅτι ἐκεῖνοι φύσεως ἕτερας μετέσχον, ἢ ἐκ ἴσων ἀνθρώποις, διὰ τοῦτο ὁμοιοπαθεῖς λέγει, ἀπὸ τῆς θείας παιδεύσεως κοινωνοὺς αὐτοῦ ἀνθρώπους ὄντας καθ' ἡμᾶς. Οὔτε γὰρ οἱ παλαιοὶ δίκαιοι κατὰ νόμον βιώσαντες, ἀπὸ δικαίου ἦσαν παλαιότατοι, ἐδ' ἀπὸ πίστεως. Clem. *Strom. l.* 2. sed & Chrysost. *de compunct. ad Demetr.* ὁ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ ἕτοι μετέχοντες ὁ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρῆκολουθηκότες εἰς τὸν βίον ἡμῖν· ὁ ταῖς αὐταῖς ἐτράφησαν τροφαῖς· ὁ τὸν αὐτὸν ἀνέπνευσαν ἀέρα· ὁ παράγμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς; &c. Plin. min. in *panegyr.* *Melius homines exemplis docentur, qæ inprimis hoc in se boni habent, qòd approbant qæ præcipiunt, fieri posse.* Salvian. *ad Eccles. catholi. l.* 3. *Adjuvari se exemplis exoptat humana infirmitas, qò faciliùs ipsa etiam nunc faciat, qæ alios fecisse antè cognoscat. Dum admonetur avditu ætas omnis, fieri posse qod factum est.* Cypr. *ad Donat. l.* 2. *ep.* 2. Et, *Ex aliorum factis fieri posse credunt qod fortè dum putant fieri non posse, pigrescunt.* Avg. *epist.* 134. Itaqe Bern. *de resurrect. Serm.* 3. *Sermo qidam vivus & efficax, exemplum operis est; facilè persvadens qod intendimus, dum facibile probat esse qod svademus.* Vide Avg. *de Civit. Dei l.* 5. *c.* 18. & Bern. *in Vigil. Petr. & Paul. de S. Clem. Rom. Pont. & in fest. Andr. Serm.* 2. Vide & Marc. *l.* 12. § 11.

§ 20. Ὀνυξὶ κατόρυξις] Epictet. *dissert.*

l. 3. c. 15. Εἶτα ἐν ἀγῶνι παροῦσθαί ἔξιν, &c. unde & athletis ὀφθαλμοὶ θεωρυγμῶσι, Galen. *hortator. c. 11.* & Pavſan. in *Lacon. de pube Spartana:* Μάχεται ἢ ϰ̀ χερσὶ, ϰ̀ ἐμπηδῶντες λάξ. δάκνυσί τε, ϰ̀ τοὺ ὀφθαλμοὺς ἀνορύττουσι. Philoſtrat. tamen *imagin. l. 2.* in *Arrichion* Καὶ σφυρῷ παῖσαι παλαίσει, ϰ̀ τῷ χεῖρα φθεῖραι θεμιτόν ϰ̀ τὸ παίειν ϰ̀ ἐπάλλεσθαι ταυτὶ γὰρ τὰ παγκρατιάζειν ἔργα, πλὴν τὸ δάκνειν ϰ̀ ὀρύττειν. aliis igitur ſaltem nec iſta interdicta, unde ϰατάρτησις antagoniſtam non poterat non creberrimè contingere. qod Varro, *deſcobinari ſupercilia* dixit, apud Nonium, *ex Satyr. Væ victis. Pugilis ſpectatores, qi miſerum putatis vinci, qæro à vobis, ſi adverſarius ſupercilia mihi ceſtis deſcobinârit, num qis veſtrûm ſua mihi eſt daturus?* Ità Apollon. *Argon. l. 2. v. 109.*

Δρύψε δ' τὸ βλέφαρον, γυμνὴ δ' ὑπετέλεσσε ὀπωπή. Vide *ad l. 12. § 16.*

Καὶ τῇ κεφαλῇ ἐῤῥαγεὶς] Mendum ſubeſſe ſuſpicatur Annot. Lugd. θεῤῥαγεὶς legit; & exponit, *caput capiti affringens.* qod minùs placet; qia à Scriptura vulgata longiùs abſcedit. Ego, ſi qid mutandum videretur, ἐῤῥαγεὶς, vel ἐναῤῥαγεὶς legerim. & *capite colliſus*, verterim. Verùm ἐῤῥαγεὶς forſan pro ἐναῤῥαγεὶς fuerit, qod apud Libanium in *vitæ ſuæ hiſtoria* reperitur. Τοῖς ἐν μέσῳ ἢ κίνων λίθοις ἐναῤῥαγεῖσαν τῷ κεφαλῷ, δεικνυμένη τὸν ἐξάφαλον. Pavſan. in Meſſen. Οἱ κριοὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν αὐτομάτοι ϰ̀ βία τὰ κέρατα ἐναῤῥάξαντες, ἀπεθνήσκουσι. Qò alluſum putat à Diogene Cynico Petr. Faber, *agoniſt. l. 1. c. 11.* qando Olympionicam, χρὸν ἀρειμάνιον, i. e. *arietem Martium* dixit; referente Laërtio *l. 6.* qia luctatores nimirum arietino qodam more capita conferebant, frontésqe collidebant συνερϐκότες, ὡσπερ οἱ κριοί. De Athletis Anacharſis apud Lucian. *de exercit.* ϰ̀ τὰ μέτωπα συναῤῥήξουσιν, ὡς περ οἱ κριοί. indè *arietare* dictum, pro *adverſis frontibus concurrere*, ſive *collidere*. qod de prælii tantùm congreſſu uſurpavit Sen. *de ira l. 2. c. 3. Magno imperatori, antequàm inter ſe acies arietarent, cor exiluit.* de nubium conflictu; *qæſt. nat. l. 5. c. 13. Nubes reſolvit modò ipſa arietatio, ut magnorum inter ſe corporum attritus.* (id qod Lucretio *l. 6.* ——*nubes*

Frontibus adverſis concurrere——)

de dentium colliſu; *de ira l. 3. c. 4. dentes inter ſe arietasi.* de oppoſitionibus hominum mutuis; qò & Marcus iſtîc reſpexit; *epiſt. 103. Non arietant inter ſe, niſi in eadem ambulantes.* de fortuitis caſibus, qibus corpora humana ſunt obnoxia; *ad Marc. c. 11. Factatu, non tempeſtate magnâ, ut diſſiperis, eſt opus. ubicunque arietaveris, ſolveris.* Apud Tertull. in *Scorpiac c. 6.* ubi de athletis agit; *pugni qaſſant, calces arietant.* qo loco, *calvæ arietant*, legi vult Faber *agoniſt. l. 2. c. 9.* ego nihil mutandum exiſtimem. de ædificiis terræ tremore commiſſis, Plin. *nat. hiſt. l. 2. c. 82. Innoxium, & cùm concurrentia tecta contrario ictu arietant; qoniam alter motus alteri reſiſtitur.* Qanqam nec arietum tantùm duntaxat eſt conflictatio illiusmodi, ſed & tavrorum. Virg. *Æn. l. 12.*

Cùm duo converſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt.——

Martial. *l. 4 epigr. 35.*

Frontibus adverſis molles concurrere damas
Vidimus, & fati ſorte jacére pari.
Unde leves animi tanto caluêre furore?
Sic pugnant tauri; ſic cecidêre viri.

Itaqe & iſtis pugiles conferri ſolent: De Amyco & Polluce decertantibus Apollon. *Argonaut. lib. 2. v. 86.*

Στάντε ἢ βαιὸν ἄπωθεν ἀπαμόῤῥαξαν μετώπῳ
Ἰδρῶ, ἅλις ϰεμαληγὲν ἀϋτμένα φυσιόωντε·
Αὐτὰρ ἐπεὶ συνόρησαν ἐναντίοι, ἤϋτε ταύρω
Φορϐάδος ἀϊτὲ βοὸς ϰεκοτηότε δηϊάδαον.

De Hercule & Acheloo pariter colluctantibus Naſo *Metam. l. 9.*

Digredimur paullùm, rurſúsqe ad bella coimus,
Inqe gradu ſtetimus, certi non cedere: erátque
Cùm pede pes junctus, totóqe ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur conjux.——

De Hercule deniqe Antæóqe Lucan. *bell. Pharſ. lib. 4.*

Conſeruere manus, & multo brachia nexu,
Colla diu gravibus multùm tentata lacertis,
Immotúmqe caput fixâ cum fronte tenetur.

Qanqam nec illud omiſſum velim qod Syneſius commemorat *orat. de calvit.* circulatorem qendam vidiſſe τῆς ϰεφαλῆς τὸ ῥόμϐιον ὑπεξιόμενον, διαϰωνειτίζοντα διὰ δαγμῶν χριῶ, πόῤῥωθεν ἓν μάλα τὸν πῖτυλον ϰλάσειοντι. de qo planè dixeris, qod alibi Syneſius, τὸ ϰρανίον ἀπειρῳάζοντ' ἀντ' ὀστέου σίδηρον.

Οὔτε ὑποσημαινόμεθα] obſervat hîc Xylander τὸ ὑποσημαίνειν in malam partem uſurpatum, prout & apud Appianum ἐμφυλίων *l. 5.* de milite, qi ludis publicis in ſubſellia eqitum aſcenderat, verbis illis: ὁ δῆμος ὑποσημήνατο. *populus murmure indignitatem rei deteſtatus eſt*; vel *indignationem ſuam ſignificavit & expreſſit.* cui adjici poteſt illud ex Polyb. *l. 6.* ὑποσημαίνειν τὸ γινόμενον ϰ̀ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι. Vide *ad l. 7. § 49.* Epictet. itidem *enchir. c. 24.* Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον ϰεϰράγῃ, ——τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ὑποσημαίνεται, ἀλλ' ἢ σωματίῳ μι, ἢ τῷ ϰλησιδίῳ μι, ἢ τῷ δρεπανίῳ, ἢ τοῖς τέϰνοις, ἢ τῇ γυναιϰί. ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. Cùm tamen plerumqe in partem meliorem accipiatur. Sicut Polyb. *l. 1.* Τὰς παρούσας τῶν πράξεων ὑποσημαινούσας. *actiones illegitimi-*

legitimas acclamatione approbare, sive *acclamando approbationem illarum significare*. & *l.* 2. τὰ κλαὰ καὶ δίκαια τῶν ἔργων ἐπισημαίνεσθαι. Et rursus; Τίς ἂν ἐπισημήναιτο καὶ θαυμάσειε τὸν σφοδρὸν ἐπὶ τούτοις ἡγεμόνα; Indè ἐπισημασία pro *applausu & acclamatione*. Polyb. *l.* 6. Εἰκὸς ὡς τὸν τοιοῦτον ὑπὸ τῶν πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν ἐυνοϊκῆς καὶ σφοδρικῆς· τὸν δὲ παναντία τούτῳ πράττοντα, καταγνώσεως καὶ σφοδρότητος. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. *ep.* 13. *Mirandas ἐπισημασίας; sine ulla pastoritia fistula avfcrebamus*. h. e. sine sibilo ullo, quod displicentiæ nota est.

Οὔτε σφοδρύπτομεν] *neque offendimur*. Xyl. atque ità τὸ σφοδρύπτειν aliquoties usurpatum deprehendere est apud Novi instrumenti scriptores θεοπνεύστους. Pavlus *ad Rom. c.* 14. *v.* 21. ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου σφοδρύπτει ἢ σκανδαλίζεται. Et Petrus *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 8. οἱ σφοδρύπτουσι τῷ λόγῳ sed & Polyb. *l.* 6. δυσαρεστεῖν καὶ σφοδρύπτειν, & δυσαρεστείως καὶ σφοδρύπτειν conjungit non semel. potest tamen verti, *non irruimus, non impetum in eum facimus*. ità enim sumitur Matth. *c.* 7. *v.* 27. qo loco dicuntur procellæ turbinésque σφοδρύψαι τῇ οἰκίᾳ. Sed illud potiùs opinor. In gemina ferè causa Senec. *de benef l.* 6. *c.* 9. *Qid est iniqius homine qi eum odit, à qo in turba calcatus, aut respersus, aut qò nollet impulsus est?* Idem, sed aliâ ratione, ab athletis exercentibus iram summotum it. *de ira l.* 2. *c.* 14. *Nec, cùm ira suadet, feriunt; sed, cùm occasio. Pyrrhum maximum præceptorem certaminis gymnici solitum ajunt his qos exercebat præcipere, nè irascerentur. ira enim perturbat artem, & qà noceat tantùm, non qà caveat, aspicit.* At Septimius noster eâdem, qâ Marcus, ratione, nisi qòd agonothetam non antagonistam loqitur, *Scorpiac. c.* 6. *Qâ nulla sunt prælia, nonnulla vulnera.* (ità enim distinctim legendum claritatis gratiâ) *pugni qassant, calces arietant, cestos dilaniant; nemo tamen agonis præsidem sugillaverit. sed, qantum livores illi & cruores & vibices negotiantur, intendet. pyctes ipse non qeritur dolore se; nam vult. corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat; plus victoriâ tumet, qàm injuriâ. hunc tu læsum existimabis, qem vides lætum? sed nec victus ipse de agonotheta casum suum exprobrabit.* Proinde frustrà fuit Anacharsis, qi Græcos mirari se dicebat, πῶς ποτὲ ὑβριζόντων νομοθετοῦντες, τοὺ ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους. neqe enim est ὑβριστικόν τι pulsatio illa mutua, sed virium ac virtutis peritiæqe specimen.

Πολλὰ παρενθυμούμεθα] *idem de aliis sentiamus*. Xyl. nec aliter Cas. verùm παρενθυμεῖσθαι est *negligere, neglectim habere, non animum advertere*. Vide *ad l.* 5. § 5. verto itaqe, *neglectim habeamus, non advertamus*. Qò facit Solomonis monitum *Eccles. c.* 7. *v.* 21. *Ad omnia qæ de te dicuntur*, (vel etiam adversùs te perpetrantur) μὴ θὴς καρδίαν σου, *animum nè adhibeto, nè advertito. nec si famulum tuum tibi maledicentem audieris*. Sed Davidis regis ad instar, *Psal.* 38. *v.* 13, 14. *Reg. l.* 2. *c.* 16. *v.* 11, 12. *Surdâ aure* præterito. *decus* enim *est homini injuriam illatam*, non ulcisci, avt advertere; etiam, sed *præterire* prorsus. *Paræm. c.* 19. *v.* 11. Ità Cato in balneo à qodam per imprudentiam percussus, veniam petenti, offensámqe deprecanti, *At ego percussum me non memini*. Notúmqe ex Plutarcho Bionis illud, qod indicium suis dedit, qò in virtutis studio profectus fecisse se dignosceret, si adversùs conviciantes ità affecti forent, tanqam ab eis avdivissent,

Ὦ ξεῖν', ἐπεὶ ὅτι κακῶ ὅτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,
Οὐλέ τε, καὶ μάλα χαῖρε· θεοὶ νύ τοι ὄλβια δοῖεν.

h. e. tanqam benignè ac benevolè compellati.

Τῶν δὴ σφοδρυπτιζομένων] Senec. *de ira l.* 2. *c.* 8. *Non alia qàm in lulo gladiatorio vita est, cum iisdem viventium pugnantiúmqe.* Et *de provident. c.* 4. *Verberat nos, & lacerat nos fortuna? feramus. non est sævitia, certamen est.* Elegantissimè Epictet. *l.* 3. *c.* 20. Ἔξεστι ὑπὸ πάντων ὠφεληθῆναι, καὶ ὑπὸ τῶ λοιδορεῖν τος. τί δ' ὠφελεῖ τὸν ἀθλητὴν ὁ σφοδρυπτιζόμενος; τὰ μέγιστα. καὶ ἔτος [ἕτος leg.] ἐμὲ σφοδρυπτιζῆς γίνεται· τὸ ἀνεκτὸν μὲ γυμνάζει, τὸ ὀργητὸν, τὸ πρᾶον. ἢ ἀλλ' ὁ μὲν τὰ σφυρὰ καὶ σιάγονα, καὶ τὸν ὦμον μὲ καταρτίζων, ὠφελεῖ μὲ, καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λέγει, ὅσον ὑπὲρ ἀμαζονίας; καὶ ὅσον βαρύτερός ἐστιν ἐκείνου, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ; εἰ δέ τις σφοδρὸς ὀργισθεὶς μὲ γυμνάζει, οὐκ ὠφελοῦμαι; Eundem ex *l.* 2. *c.* 6. Vide *ad l.* 9. § 12. Sed & Tertull. *Scorpiac. c.* 6.

§ 21. Εἴ τις ἐλέγξαι] Cicero *de fin. lib.* 1. *Certè pertinax non ero: tibiqe si mihi probabis ea qæ dicis, assentiar.* Hieron. *apolog. ad Pammach. Reprehensores non audio; seqor magistros.*

Χαίρων μεταδώσομαι] Vide *l.* 1. § 16. & *l.* 4. § 12. & *l.* 8. § 16. De Pio *infrà* § 29. Τὸ ἀνέγκλητος ἀνεβαινόντων παρηπλασικῶς ταῖς γνώμαις αὐτῶ, καὶ χαίρειν εἴ τις δεικνύει κρεῖττον. Cicer. *Tuscul. l.* 2. § 5. *Nos refelli redarguiqe patiamur. qod hi ferunt animo iniqo, qi certis qibusdam destinatis sententiis qasi addicti & consecrati sunt, eáqe necessitate constricti, ut etiam qæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ caussâ defendere.* Et *Academ. l* 4. § 9. *Plerique errare malunt, eámqe sententiam qam adamaverunt, pugnacissimè defendere, qàm sine pertinacia, qid constantissimè dicatur, exqirere.* Pulcrè Senec. *de benefic. l* 4. *c.* 38. *Non est levitas ab errore jam cognito discedere. hæc verò superbæ stultitiæ perseverantia est, Qod semel dixi, qalecunqe est, fixum-ratúmqe sit.* Et Vincent. Victor. apud Avg. *de orig. anim. l.* 2. *c.* 16. *Optimi est propositi, laudandiqe consilii, facilè ad veriora traduci.*

traduci. Aug. ipse ep. 210. *Turpe est mutare sententiam, sed veram & rectam. nam stultam noxiamve & laudabile & salubre est.* Eadem certè ingenui cujusvis vox, parilis professio. Ambros. *epist.* 31. *Nullus mihi pudor est, ad meliora transire.* Hieron. *in Esaiæ. c.* 19. *Melius reor etiam proprium errorem reprehendere, quàm diu erubesco imperitiam confiteri, in errore persistere.* Aug. cum primis; *epist.* 7. *Si qid vel incautius vel indoctius à me positum est, quod non solum ab aliis, qi videre id possunt, reprehendatur, verùm etiam à meipso; (qia & ego saltem postea videre debeo, si proficio) nec mirandum, nec dolendum est, sed potius ignoscendum atque gratulandum, non qia erratum est, sed qia improbatum.* Et in *retract. præfat. Neque enim qisquam nisi imprudens, ideo qia mea errata reprehendo, me reprehendet.* Idémque de *anim. orig. l.* 4. *c.* 1. *Neque enim negare debeo, sicut in ipsis moribus, ità multa esse in opusculis meis, quæ possint justo judicio, & nullâ temeritate culpari.* Ludov. Vives *præfat. ad Aug. Civit. Ego me nequiquam ægrè fero vel admoneri, vel etiam reprehendi: (meliorem mentem det Deus:) imò debere me multùm profitebor potiora suggerenti, & doctè atque amicè suggerenti. nam & meipsum non pigebit mutare sententiam, si vel studium vel ætas alia docuerit meliora.* Erasm. *in Cor. ep.* 1. *c.* 7. *Non gravatim à meipso dissentiam, si qis adferat qod sit rectius, etiamsi sit idiota qi doceat. Non enim etiam à minore qolibet refugienda vel dedignanda correctio.* Avg. *epist.* 19. Et de se *ep. qad.* apud Grot. *c.* 24. *q.* 3. *c.* 1. *Ego senex à juvene, & episcopus tot annorum à collega nedum anniculo, paratus sum doceri.* Joan. Zinzerling. *promulg. critic. Moneri candidè, castigari, ex errore in viam reduci, malè dicta obelo configi, ægrè nullus fero. imò in ære mo ejus futurum profiteor, qisqis candidè* hoc *fecerit.* Terentian. *de syll. c.* 2.

Corrigenda siqa sanè visa vobis hîc erunt,
Non ero stultè repugnans, aut amans pravè mea,
Qin statim culpanda delens, præbeam rectis locum.

Præclarè denique Gregor. Nazian. Si Maximo credimus *collect. c.* 31. nam Epiphan. *hæres.* 64. § 43. ex Methodio *de resurrect.* eadem planè adducit. Μεῖζον γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἀλεξιθῆναι τῆς ἐλέγξαι νομίζω. ὅσῳ μεῖζόν ὅτι, τὸ αὐτὴν ἀπαλλαγῆναι τῆς κακῆς τῆς ἄλλον ἀπαλλάξαι. Vide *ad l.* 10. § 37. Qod autem hoc loco Marcus de se scripto pollicetur, idem & facto præstitisse Capitolinus attestatur. *Erat,* inqit, *famæ suæ curiosissimus, requirens ad verum qid qisque de se diceret, emendans qæ benè reprehensa viderentur.* Verba sensuum prægnantia. *Requireret,* inqit, *ad verum;* non qalis Gallicus ille, de qo Martial. *l.* 8. *ep.* 76.

Dic verum mihi, Marce; dic, amabo:
Nil est qod magis audiam libenter;
Oras, Gallice, me, rogásque semper.
Durum est me tibi, qod petis, negare.
Vero verius ergò qid fit audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

& *emendans qæ benè reprehensa.* Apellem scil. imitatus, qi, ut Plin. *hist. nat. l.* 35. *c.* 10. vitium in pictura à sutore justè notatum emendavit, qem tamen postea sine cavilla justa cavillantem non tulit.

Ζητῶ γὰρ τὸν ἀληθέστατον] Pie, modestè, ingenuè Avg. *de Trin. lib.* 2. *proem. Nullus reprehendat sine formidandus est amatori veritatis. etenim aut inimicus reprehensurus est, aut amicus. Si ergò inimicus insultat, ferendus est. amicus autem, si errat, docendus; si docet, audiendus.*

Ὃν ἂν ἐξ ἀνθρώπων ποτὲ ἐλάβῃ] Menand. *Supposit.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 11.

Ἀεὶ χρήσιμόν ὄζει τ' ἀληθῆ λέγειν
Ἐν παντὶ καιρῷ· τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
Εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος.
In re omni conducibile est qovis tempore,
Verum prologieri: idqe in vita sponleo
Securitatis esse partem maximam. Grot.

§ 22. Ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ καθῆκον ποιῶ] *Ego id qod est mei officii facturus sum,* qicqid alii fecerint. Ità & *l.* 5. § 25.

Τὰ ἄλλα με ἡ ἀδελφή] *non cruciant, non distinent, non morantur.* Vocabulum Marco familiare. Vide *l.* 2. § 2. & 7.

Παραπαιόμεθα] Vide *l.* 9. § 2. Εἰ πᾶς ἁμαρτάνει ἐπίστευσε, δῆλα τὰ ἀγαθὰ σὺ ὁ ὑπολαμβάνων εἶ, ἐκεῖνος δὲ ὑποπλάνηται, οὐδὲν ἐνδέχεται τί λέγειν σοι σε. Epictet. *l.* 4. *c.* 6. Et Senec. *de ira l.* 1. *c.* 14. *Quanto humanius, mitem & pacatum animum præstare peccantibus; & illos non persequi sed revocare errantem per agros ignorantiâ viæ, melius est ad rectum iter admovere, qàm expellere.* Et *ibid. Peccantes ergò qid habet cur oderit, cùm error illos in hujusmodi delicta compellat? non est autem prudentis errantes odisse: alioqin ipse sibi odio erit.* Vide *l.* 11. § 18.

Τῶν ὄντων ἀνυσιῶνλα] qam scil. δυσεπινόητον *suprà* dixerat § 17.

§ 23. Χρῶ] Vult κατ' ἀξίαν πᾶσι χρῆσθαι. *l.* 3. § 11. & *l.* 5. § 36.

Ἐφ' ἅπασι ἡ θεὸς ἐπικαλεῖ] Pium monitum, si Ethnicismi πολυθεΐα resecetur. Gregor. Naz. *apologet.* Τάξις ἀείσημ, παντὸς ἀρχομένῳ καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐν θεῷ τε ἀρχεσθαι, καὶ εἰς θεὸν ἀναφέρειν. παρ' ἃ καλὸν ἅπαν, καὶ ἄρχεται, καὶ εἰς τέλος ἔρχεται. Idem *de pace orat.* 1. & in *Acrostic.*

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιεῖ θεόν.

Marcus erem. *leg. spirit.* § 45. Δεῖ πάσης τῆς πράξεως προηγεῖσθαι τὸν προσδοκίμον. Et *ibid.* § 3. Κατάρχεσθαι σε πάσης προθέσεως, ὁ κατάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, ὅπως καὶ θεὸν γένηται τὸ προκείμενον. Philo *de mund. immortal.* Ἐπὶ παντὸς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν πράγματος θεὸν καλεῖν ἄξιον. Joan. Chrysost.

Chrysost. *tom. 8. orat. 15.* Μηδὲν μητὲ ποιῶμεν, μητὲ λέγωμεν, πρὶν ἢ τὸν Θεὸν καλέσαι καὶ παρακαλέσαι συνεφάπτεσθαι ἡμῖν ἁπάντων. & mox: Τὸν Θεὸν ἀεὶ παρακαλῶμεν μισθὸν ἡμῖν καὶ πρατηρίων ἀπόλυσιν. Apud Platonem Timæus: Ἀλλὰ τοῦτο δή γε πάντες ἴσμεν καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχειν, ὁπὶ πᾶσιν ἁρμῇ καὶ σμικρῷ καὶ μεγάλῳ πράγματος Θεὸν ἀεὶ καλεῖν. Plato ipse epist. 8. Ἀπὸ γὰρ Θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν. Socratis præceptum apud Xenophont. in œconom. Πειρᾶσθαι σὺν τοῖς Θεοῖς ἄρχειν παντὸς ἔργου. Theodectes apud Stob. *tom. 2. l. 1. tit. 3.*

Ἀπὸ τῶν Θεῶν ἀρχὴν ἢ παύσεις ἄρασσε.

Epictet. *dissert. l. 2. c. 18.* Μέγας ὁ ἀγὼν ὅτι, θεῖον τὸ ἔργον· τὸν Θεὸν μίμησον. ἐκεῖνον ὁπηνίκα βούλεται καὶ παρασκεύασε, ὡς τοῦ Διοσκόρους ἐν χειμῶνι οὐ πλέοντες. Vide & eundem *l. 3. c. 22.* Demosth. epist. 1. Παύλου ἀρχομένῳ σπουδὴν λόγου καὶ ἔργου, ἀπὸ τοῦ Θεῶν ὑπολαμβάνειν εὐρύσεως ἀρχεσθ. Cicer. *de legib. l. 2. §. 18. A diis immortalibus nobis agendi capienda primordia.* Idémque in *Vatin. Omnium rerum à diis immortalibus principia ducuntur.* In mente habuit Arati exordium;

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν ὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον.——

Quod & Theocrit. eidem coævus *Idyl. 17.*

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε, Μοῖσαι.

Ex quo & Virgil. *eclog. 3.*

Ab Jove principium, Musæ.——

Plin. min. in *Panegyr. Bene ac sapienter majores instituerunt, ut rerum agendarum, ità dicendi initium à precationibus capcretur. quòd nihil rectè, nihilque providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, bonore auspicarentur.* L. Cuspidius sic orditur Testamentum: (extat apud Fabricium *antiqu. l. 1.*) *Numine invocato, absque cujus nutu neque quicquam rectè inchoari, neque rectè perfici potest.* Siquidem, ut Menander;

Θεὸς συμβιβῶν πάντα ποιεῖ ῥᾴδια.
Οὐδὲν ἡ χωρὶς θεοῦ δύναι βέβαιον.
Rem facilè quamvis peragit adjutor Deus:
Mortalis absque numinis ope nil valet.

Sive ut elegantèr Gregor. Naz. in *jamb.*

Θεὸς διδοὺς οὐδὲν ἰσχύει φθόνος.
Καὶ μὴ διδοὺς οὐδὲν ἰσχύει πόνος.
Volente, livor nil obstabit invidus:
Nolente, nil labor præstabit improbus.

Vide *supr. ad § 7.*

Περὶ τὸ πόσον χρόνου] Vide *ad l. 3. § 7. & l. 2. § 33.*

§ 24. Εἰς ταὐτὸ κατίσχυσαν] Arcas rex Scythæ, ut Plut. in *sene polit.* sive Theras, ut idem (modò idem utriusque scripti pater extiterit.) in *apophth. nihil se ab egisone suo* distare aiebat, *ubi otium ageret.* Marcus nihil Alexandrum à mulione *suo*, ubi diem uterque suum obierit. *Pari*, inquit, *loco, statúque mors utrumque constituit.* In *anthol. l. 3. c. 13.*

Μάντις ἦσθ' ἀνὴρ ἄν, ζῶν ποτ' νῦν ὁ τεθνηκὼς
Ἴσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δυνάσται.

scilicet, πάντων μία κόνις. Lucian. in *dialog. de funct.* apud quem & Charon furore poetico correptus fundit ista:

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἄτιμος & ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλαχε τιμὰς·
Ἐν δ' ἰῇ πυμῇ Ἰεσσ χρείων' Ἀγαμέμνων·
Θερσίτης δ' ἴσος θεσπέσιος πάις ἠυκόμοιο.
Πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκύων ἀμφίλυτα κάρηνα,
Γυμνοί τε ξυνοί τε κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

Senec. *ad Marc. c. 11. Et quæ veneraris, & quæ despicis, unus exæquabit cinis.* &,

Πάντες ἴσον νέκυες· ψυχῶν δ' Ἀΐδης βασιλεύει.
Κοινὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσι.

Phocylid. apud Stob. *tom. 2. tit. 19.*

Omnia mors æquat: solus Deus imperat umbris,
Et tam pauperibus sedes quàm ditibus una est. Grot.

Mors exæquat omnes. Sen. *ad Marc. c. 10.* & *de ira l. 3. c. 43. Quid servo? quid Domino? quid regi? quid clienti tuo irascéris? venit ecce mors, quæ nos pares facias.* Et *epist. 91. Impares nascimur, pares morimur æquat omnes cinis.* Basil. Cæs. *orat. 3.* Ἐσκόπει τοῖς τάφοις, εἰ δυνήσῃ διακρίναι, τίς ὁ ἐπίτιμος, καὶ τίς ὁ ἀτιμότατος, τίς ὁ πλούσιος, καὶ τίς ὁ πένης· διάκεινον, εἴ τίς σοι δύναμις, τὸν δεσμὸν, ἀπὸ τοῦ βασιλέως· τὸν ἰχνεύμονα, ἀπὸ τοῦ ἀδηνοῦς· τὸν εὐγενῆ, ἀπὸ τῶν δυσγενῶν. *Quis enim discernat species mortuorum redoperi terram, & dic ibi qui divus, qui pauper sit, discerne inopes & potentes, si potes.* Ambros. *hexam. l. 6. c. 8.* & *de Naboth c. 1. Conditor ille juris humani,* (inquit Senec. *ibid.*) *non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. ubi verò ad finem mortalium ventum est, Discede, inquit, ambitio: omnium quæ terram premunt, gremps lex esto.* Id quod Psaltes *Psal. 82. v. 6, 7. Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes: attamen tanquam è plebe quilibet, pariter estis occubituri.* Plaut. *Trinum. 2. 4.*

——*verùm nos homunculi*
Salillum animæ qui cùm exemplo amisimus,
Æque ac mendicus atque ille opulentissimus
Censetur censu ad Acheruntem mortuus.

Theodoret. *therapeut. l. 8.* de Cyro, Dario, Xerxe, Alexandro, Vespasiano, Trajano, Hadriano, Antonino: Οὗτοι πάντες, ζῶντες μὲν ἅπαν ἐπείλησθον, καὶ τοῦ βαρβάρου ὠκεανοῦ, καὶ μέχρι τῶν νήσων, πομπὰς ἐπέτελων καὶ ἑορτάς· ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησαν, ὑδὲν τῶν πολλῶν διαφέρουσιν. De Crœso Silius *lib. 13.*

Dives apud Superos: sed mors æquabat egenis.

Lucian. in *Necyomant.* de defunctis. Τὸ δὲ παγκράτιον ἔκριτον, ὃ πάντα ῥᾴδιον ἀπέφηνε καὶ ἀτεχνῶς ἐξίσους ἅπαντας ἀπέφηνε, καὶ ἴσον μεγαλοφρονεῖν ἐκεῖνο

ἔχεντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμαυρῶς καὶ ἄσημοι, καὶ ὑδὲν ἐπὶ σφ παρ' ἡμῖν φυλάττοντες· ἀμέλει πολλῶν ἐν ταὐτῷ σκελετῶν κειμένων, καὶ πάντων ὁμοίων ἠπόρουν πρὸς ἐμαυτὸν, ᾧ τινι διακρίναιμι τὸν Θρασύλλου ἀπὸ τῦ καλῦ Νιρέως, ἢ τὸν μετάτιλλον ἴδειν ἀπὸ τῦ Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυῤῥίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τῦ Ἀγαμέμνονος. ὑδὲν γὰρ ἔτι σφ παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀλλ' ὁμοία τὰ ὀστᾶ ἦν, ἄδηλα καὶ ἀνεπίφαρα, καὶ ὥσ' ὑδενὸς ἔτι διακρίνεσθαι δυνάμενα. Et mox: Οἶμαί σε καὶ σφ' ἐπὶ τῆς σκιώδους πολλάκις ἑωρακέναι τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τότε, πρὸς τὰς χρείας σφ' δρεμάτων, ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δ' Πειάμους γενομένους ἢ Ἀγαμέμνονας. καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν, μᾶλλα σεμνῶς τὸ τῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως ἀγῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον διάτης θεσπέλθειν ὑπὸ τῦ ποιητῦ κακαλυσμένος. ἤδη δ' πάρας ἔχοντος τὸ δρᾶμα τὸν, ὑποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα, καὶ τὸ θρασσαπεῖον ὑποθέμενος, καὶ μεγαλῶς ὑπ' σφ ἐμβατῶν, πάντης καὶ τατεινὸς θεὶς ἔρχεται, ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονα ὁ Ἀτρέως, ὑδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος ὁ Χαικιλέως Σκυθὴς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος Μαραθώνιος. τοιαῦτα καὶ τὰ σφ ἀνθρώπων θεάγματα. Vide *l.* 11. § 6. Non incommodè igitur avt incongruè *calculis computatoriis* similes feruntur mortales, qi inter computandum obolum alter, alter talentum præfert, idémqe nunc ſtius, nunc illius pro computantis arbitrio vicem ſuſtinet; putatione demum finitâ, in eundem ſaculum pyxidémve immiſſi, eodem planè loco numeróqe habentur univerſi. qæ collatio pulcerrima, cùm à Polybio de vita avlica præcipuè fuerit uſurpata, *hiſt.* l. 5. his verbis. Ὅρτως δ', inqit, ἔσην ὅτοι παρασταθήσοι τοῖς ἐπὶ σφ ἀβακίων ψήφοις. ἐκεῖνοί τε γὰρ κρ' τὸν τῦ ψηφίζοντος βέλησιν, ἄρτι χαμαιῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἰσχύσιν· ὅτε δὲ τὰς αὐλὰς κρ' τὸ τῦ βασιλέως νεῦμα μανθάνοι καὶ παραπόδας ἑλέσθαι γίνοιτο. ab interprete Latino eúmqe ſecuto Biſciolâ eſt miſerè depravata, pro *calculis putatoriis*, *ſuffragia* nobis ſupponentibus, dum ſic reddunt, *Hi enim ſimiles ſunt ſuſtragiis, qæ in publicis conſiliis dari ſolent. nam, ut illic pro eorum qi conſulunt voluntate, qæ modò ænea fuerunt, nunc aurea dantur, &c.* qæ à Polybii mente & verbis etiam longiſſimè abeunt.

Σπερματικοὺς λόγους] Ex Stoicorum ſententia Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Ἔστι δὲ φύσις ἕξις ἐξ αὐτῆς κινυμένη κρ' σπερματικοὺς λόγους, &c. Plut. item *de Philoſoph. placit. l.* 1. *c.* 7. & Athenagor. *legat pro Chriſt.* Θεὸν πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου * ἐμπεριειληφὸς πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται. qo loco σπερματικοὶ λόγοι, five *ſeminales rationes* pro ideis qibuſdam ſumi videntur, qales Plato imaginatus eſt in Deo. A qo nec abhorret Joan. Damaſceni illud, *de fide orthod.* c. 13. Πάντων αἴτιος, καὶ πάντων τῶν λόγως σφ ὄντων, καὶ τὰς αἰτίας ἐν ἑαυτῷ περέχει. Vide *l.* 4. §. 14. & *l.* 7. § 32. & *l.* 8. § 25. & *l.* 10. § 7. Sen. *epiſt.* 71. *Aut in meliorem emittitur vitam, aut naturæ ſuæ remiſcebitur, & revertetur in totum.* Servius *in Æn. l.* 3. *Romani cadavera comburebant, ut ſtatim anima in generalitatem, id eſt, in ſuam rediret naturam.* qo loco cur *materiam* pro *natura* poſucrit clariſſ. Caſavb. *ad Baron. appar.* neſcio.

* *Ita leg. ex Athen. monuit Lipſ. Phyſ. Stoic. l.* 1. *c.* 6.

§ 25. Πόσα κρ' τὸν αὐτὸν ἀκριβῶς χρόνον] Si conſideraveris, inqit, càm multiplicia variáqs uno eodémqe temporis momento in mundo minore tuo anima exeqatur, minùs miraberis Deum ſive animam univerſi in mundo majore illo tam innumeris peragendis ſufficere. à minore iſto ad majorem illum ratiocinatur, ſicut iſtic; ità & *l.* 4. § 27. Vide & *ſupr.* § 4. Epict. *l.* 1. *c.* 14. Ἀλλὰ σὺ μὴν περὶ τῆς θείας διοικήσεως, καὶ περὶ ἁπάσης τῆ θείων ὁμῦ καὶ σφ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐνδυμείας διώκασον, καὶ ἅμα μὲν αἰδημόνως ὑπὸ μυρίων πραγμάτων κυρεῖσθαι, ἅμα δὲ διανοητικῶς, ἅμα δὲ τοῖς μὲ συγκαταθετικῶς, τοῖς δὲ ἀναλυτικῶς ἢ ἐπιληπτικῶς; τύπως τε τοσούτως ἀφ' ἕτερα πολλῶν πραγμάτων ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ φυλάττειν, καὶ ἀπ' αὐτῆ κινύμενος εἰς ὑπονοίας ὁμοειδεῖς ἐμπίπτειν τοῖς φρότοις πεπτωκόσι· τέχνας τε ἄλλας ἐπ' ἄλλαις, καὶ μήμας ὑπὸ μυρίων πραγμάτων διασώζειν· ὃ δὲ θεὸς ἔχ οἷός τέ ἐστι πάντα ἐφορᾶν, καὶ πᾶσι συμπαρεῖναι, καὶ ὑπὸ πάντων τινὰ ἔχειν διάδοσιν. Habet & Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *tit.* 5. ſed valde depravata.

§ 26. Μὴ καλυλειτόμενος] omiſit planè Xyl. *canon mente eſt in re defixâ.* Caſ. imò, *num cum vocis intenſione, ſive contentione, literas ſingulas proferres?* affirmatè interrogat, & interrogando negat. non ità proferres. qorſum enim? μήτι, num. ut *l.* 5. § 28. & *infr.* § 42. κατιλείνεσθαι *intendere contendere vehementer.* ut *l.* 4. § 3. μηδὲ κατιλείνε.

Τί ἔν ἐὰν ὀνομάζωσι] *de vocabuli Scripturæ litem moveant,* &c. Caſ. *ſiqi iraſcuntur.* Xyl. qaſi hypotheſin de nominis Scripturæ non continuet his verbis, ſed propoſito ſuo accommodet. Verùm aliò trahit illud χαμαίτων, pro qo ille πραγμάτων minùs neceſſariò ſubſtituit.

Πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῦ τινων] Vide *ad l.* 3. § 1. τοὺ τῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβῶν.

Μηδὲ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀντιδυσκαίνουλα] qod *l.* 5. § 33. ἀντέχεσθαι αὐτῦ καὶ ἀντέχεσθαι. Ità de Domino Chriſto Petrus *epiſt.* 1. *c.* 2. *v.* 23. ὃς λοιδορύμενος οὐκ ἀντελοιδόρει. Hoc eſt qod Paulus *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τῦ κακοῦ. Gvido Carthuſ. *meditat. c.* 1. *Cur rapis in te id qod in alio tibi diſplicet? iram ſcilicet. iraſceris ergò, qia ille iraſcitur. imò jam tibi iraſcere, qia iraſceris. Si ira ipſa tibi verè diſpliceret, non admitteres illam, ſed fugeres*

fugeres & fugares. Et *cap.* 15. *Turbaris, qia ego turbatus sum. turbatus turbatum reprehendis. ego qidem corrigor, nec ampliùs hoc malum faciam. tu autem qid facies de hoc tuo vitio, qo non solùm mihi mederi non vales, sed nec ferre salutem potes?* Et *c.* 16. *Charitate, sapientiâ repletur frater, nec communicas. irâ, odio, furore repletur, nec evadere potes qin communices. insanus sanis indiget, qi eum vel servent vel curent. Cogita, si omnes homines irâ semper & insaniâ urgerentur, qid tibi agendum esset. numqid ideo turbari deberes? cur ergò, cùm unus aliqando turbatur, turbaris? medicinam ei debes, non turbationem. qomodo enim insaniendo curetur?* Vide *supr.* § 6. & *infr.* § 30. & *l.* 7. § 65. & *l.* 11. § 18.

Περαίνειν ὁδῷ] Vide *ad l.* 1. § 9. & *l.* 4. § 18. & *l.* 5. § 3, & 14.

§ 27. Πῶς ἡμῶν ὄζει] imò, Πῶς ὐκ ἀμὲν ὄζει; Sive Ὠμόν πως ὀζεῖ. alterutrum Marcum scripsisse certissimum est. illud Cas. hoc Xyl. secutus est. Adi *lib. hujus* § 57.

Ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτῇς οἰκεῖα] Aristot. *topic. l.* 3. *c.* 1. Πάντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ ἑαίρετα. & latiùs *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 1. Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ· διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται. Sed distinctiùs clariúsque, prout Marcus istic; *ibid. l.* 3. *c.* 5. Πάντες ἐφίενται τῶ φαινομένῳ ἀγαθῷ, καὶ τούτῳ χρῆναι πάντα πρόσθεσι πάντες. Hoc est qod schola, *Nihil appetitur, nisi sub specie & ratione boni.* Epictet. *l.* 3. *c.* 7. Ὡς ἀδιώατόν ὄζει τὴν φύσει φαινομένην συγκατατίθεσθαι, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀληθοῦς ὑπονεῦσαι· οὕτως ἀδιώατόν ὄζει τὴν, τὸν φαινομένον ἀγαθὸν ὑποσῆναι. Et *l.* 4. *c.* 5. Φύσις οὖτη πάντες, τὸ διώκειν τὰ ἀγαθὸν, φεύγειν τὸ κακόν. τὸν ἀφαιρούμενον βατέρῳ, καὶ πρὸς ἄλλοντα τὴν ἑαυτῶν, τοῦτον ἠγεῖσθαι πολέμιον, ἐπίβουλον, κἂν ἀδελφὸς ᾖ, κἂν υἱὸς, κἂν πατήρ. τὸ γὰρ ἀγαθὸν συγγενέστερον ὑμῖν. Idémque *l.* 1. *c.* 28. Ὅσις ὃν τοῦτο μέμιωται καθαρῶς, ὅτι ἀνθρώπῳ μόνῳ πάσης πρόξεως φαινόμενον λοιπὸν, ἢ καλῶς φαίνεται, ἢ κακῶς· εἰ καλῶς, ἀνέγκλητός ὄζιν· εἰ κακῶς, αὐτὸς ἐζημίωται· ὁ διώατος γὰρ ἄλλῳ μηδὲν ὁ παραινοῦντι, ἀλλ' ὁ δ' ὁ βλαπτόμενος οὐδενὶ ἐγκαλέσεται. Idem deniqe *enchir. c.* 41. & apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1: ex qo qædam dantur emendatiora: Ὅταν τις κακῶς τι ποιῇ, ἢ κακῶς τι λέγῃ, μέμνησο ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος ποιεῖ ἢ λέγει. οὐχ οἷόν τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοι φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἐμοὶ τῷ. ἀλλὰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται· τις οὖν ἐξαπάτηται; ὁ ἐξαπατηθείς. πῶς οὖν βλάπτεται; ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος, πρὸς ἅπαντα ἔξεις πρὸς τὸν λοιδορίαν· ὅτι οὐδὲν ἔργον, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ. Vide *l.* 11. § 18.

Καὶ συμφέροντα] Epictet. *l.* 2. *c.* 22. Πᾶν ζῶον οὐδὲν ἄλλο ὁρᾷ ὃ ὠφέλιμον, ὡς τῷ ἰδίῳ συμφέροντι· οὐδὲ ἄν τις ἀποδείξῃ, ὅτι ἀν τοῖς τοῦτο φαίνεται αὐτῷ ἐμποδίζειν, ἀν τ' ἀδελφὸς ᾖ τοῦτο, ἄν τε πατὴρ, ἄν τε τέκνον, ἀν τ' ἐρώμενος, ἄν τ' ἐραστὴς, μισεῖ, τοῖς ἀλλοτρίοις καταρᾶται. οὐδὲν γὰρ ὕτως φιλεῖν πέφυκεν, ὡς τὸ αὐτῆς συμφέρον· τοῦτο πατρὶ, καὶ ἀδελφὸς, καὶ συγγενὴς, καὶ πατρὶς, καὶ θεός. ὅταν οὖν εἰς τοῦτο ἐμποδίζειν ἡμῖν δόξωσι θεοὶ δόξωσι, καὶ ἐκείνους λοιδορῶμεν. Vide sis qæ sequntur, pulcerrima sané: sed & qæ in eandem sententiam differit, ejusdem *libri cap.* 26.

Δίδασκε καὶ δείκνυε] Vide *l.* 5. § 22, 28. & *l.* 10, § 4. & *l.* 11. § 12. Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 18. Δεῖξον τοῖνυν πρόκλῳ, καὶ ὄψει πῶς ἀφίσαται τῶν ἁμαρτημάτων.

Μὴ ἀναγκαίῳ] Pulcrè Symmach. *l.* 9. *ep.* 105. *Nullius tam vehemens negitia est, ut motu meo digna sit.* Vide *ad l.* 5. § 22.

§ 28. Θάνατος ἀνάπαυλα] Huc Charonis χήρυσμα apud Aristoph. *ranar.* 1. 4.

Τίς ἐς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πρόσωπον;
Quis ad requiem ex malis vult ac molestiis?

Ἀιδιότητος ἀντυπίας] Vide *supr.* § 16. & *l.* 3. § 15.

Νόσους] Vide *l.* 2. § 2. & *l.* 3. § 15.

Διανοητικῆς δόξης] *Mentis erroribus.* Cas. *cogitationibus.* Xyl. discursui, *malim.*

Τῆς περὶ τὸν πάρκα λειτουργίας] Vide *l.* 3 § 3. σαρξ, sive caro pro corpore; prout Apostolo *ad Philip. c.* 1. *v.* 22, 24.

§ 29. Τῷ ψυχῷ περιπεσεῖν] Vide *ad l.* 3. § 1. περιπεσβεύοντα. Sed & *l.* 12. § 15. Hoc est qod de gymnasta Galen. ὑγιεινῶν *l.* 2. *c.* Εἶναι δηλονότι χρὴ τὸν γυμναζόμενον, ὅτε δυμικὸν, ὡς ἐπὶ περθυμίαις γυμνάζεσθαι, καμνόντα ἤδη τῆς δυνάμεως, ὅτ' ἄθυμον, ὡς ἀπαγορεύειν, ἐπὶ πνεῦν δυνάμενον. Idémque Plut. *de sen politic.* ὧν περιπεθήσει τὴν φιλανθρωπίαν καὶ φιλόκαλον, καὶ περιπαυσᾷ τῆς περὶ ἀναλκαίων ὀπθυμίας ὁ περὶ καλῶν ζῆλος, ὡς τὰ περιττικὰ μᾶλλον καὶ θεῖα τῆς ψυχῆς ἐξιτηλότερα περὶ παθητικῶν καὶ σωματικῶν ἐχούσης. ὅσῳ δὲ λέγειν καλὸν, ἀφ' ὑποκείσθαι τὸ λεγόμενον, ὡς καθαίρεσις μόνον ὁ κοπτικὸς. Philo in *vit. Mos. l.* 1: Ὡς ὁ βραχεῖ τὰ σώματα αὐτῆς ἀπαρρεῖν, ἅτε καὶ τῆς ψυχῆς περιπαπλήσης. Atqi hoc turpe nimis censet Marcus noster, animum concidere, dum corpori vires ullæ suppetunt. Vult itaqe qod vulgò dici solet, *In actu moriendum.* Hoc enim præcipiunt Stoici. Senec. *epist.* 8. *Ubi præcepta illa vestra, qæ imperant in actu mori?* Et *de otio Sapient. c.* 1. *Certè Stoici vestri diount; Usqe ad ultimum vitæ finem in actu crimus: non desinemus communi bono operam dare, adjuvare singulos, opem ferre etiam inimicis, mente, manu. (ità Lipsi.) nos sumus, qi nullis annis vacationem damus; & qod ait ille vir disertissimus. (*Virg. *Æn. l.* 9.*) de Latinis,*

Canitiem galeâ premimus ——
nos sumus apud qos usqe eò nihil ante mortem otiosum

est,

eſt, ut ſi res patitur, non ſit ipſa mors otioſa. Vide *l.* 7. § 73. Cicer. *de ſenect. Senectus non modò languida & iners non ſit, verùm etiam ſit operoſa, & ſemper pro eis, quæ habet, viribus, agens aliquid & moliens.*

§ 30. Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς] hoc eſt, *cave* nè poſtquam ad imperium adſcitus fueris, inſtituti priſtini vitæque philoſophicæ oblitus, quaſi Cæſarianus quidam efficiaris, & *in Cæſarum mores totus tranſeas.* quales avtem Cæſares atque Imperatores Romani pleriqe extiterint, & qomodo ſeſe in imperio geſſerint, notius eſt, qàm ut dicto opus ſit: & obliqè notat Marcus ipſe, *lib.* 1. § 11. Certè de Marco Petrarch. *lib. de Imper. offic. Philoſophicum maluit qàm Cæſareum cognomen.* Et Evtropius: *Ad nullam inſolentiam elatus eſt imperii faſtigio.* Et Capitolin. *Suos mores ſemper tenuit.* Sed omnium diſertiſſimè Ariſtid. *orat. in Marc.* ubi Pavſaniæ mores adverſos planè deſcripſerat, Ὁ δ', inqit, ἐπίδειξεν, ὅτι καὶ ἰδιώτου ὄντα καὶ βασιλέα δοὺν τε ὁδὸν τὸν αὐτὸν ἦλθ διὰ τέλους τοιοῦτον μὲν φησὶ τῆς βασιλείας παραχωρὸν ἑαυτὸν, ὥστε δικαίως ἀξιωθῆναι ταύτης· ἐν ᾗ τῇ βασιλείᾳ οὐκ ἐκβαὶς ἑαυτὸν, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ νῷ καὶ λόγῳ χρώμενος. Ἀποκαισαρῶδες vocabulum Marco confictum, prout *Charmidari* & *Recharmidari* Plavto, *Trinum. act.* 4. *Sc.* 2.

Proin tu te itidem ut Charmidatus es, rursum recharmida.

ſicut enim *Recharmidari* Comico, eſt *in Charmidem reverti*; ità ἀποκαισαρῶδες, pro eo quod eſt, in *Cæſarem converti, Cæſarem*, ſive *Cæſarianum fieri, in mores Cæſarianos transire* Marco iſtìc noxiè dictum; ſed eâdem analogiâ; qâ ἀποσαρκῶδες, *in carnem concreſcere*, Ariſtot. *probl. l.* 1. *q.* 53, & *l.* 5. *q.* 34. qâ ἀποθηριῶδες, *feram beſtiam fieri*, Polybio *l.* 1. Et Epicteto *l.* 1. *c.* 5. qâ ἀποδενδρῶδες, *in ſtirpis, ſive, arboris naturam transire*; qod de eis Plotinus extulit qi facultati altrici excolendæ toti ſe dedunt: Svidas in Κόσμῳ. de Daphne in arborem converſa, Lucianus *biſt. ver. l.* 1. de hedera uſurpavit, Theophraſtus *biſt. plant. l.* 3. *c.* 18. *arborem fieri*, vertit Plinius *l.* 16. *c.* 34. & ἀποκιττῶδες, *hederaſcere*, ſive *hederam fieri*; his eiſdem *ibidem.* & ἀποπαππῶδες, *in pappos converti*; eidem Theophr. *l.* 7. *c.* 11. qâ ἀποκολπῶδες, Avtori *de mundo c.* 3. qod *Sinuari*, Apuleius, ſive, *in ſinus abſumi*; qà ἀπογεῶδες, *in terram redigi*, Philoni *de mund. immort.* ἀπολιθῶδες, *in lapidem transire*, Ariſtot. *problem. l.* 24. *q.* 11. qod de Academicis Epictetus *l.* 1 *c.* 5. ἀποπυρῶδες, *igniri*, Avtori *de mund. c.* 4. & ἀπανθρακῶδες, *in carbones redigi*, Lucian. *dial. marin.* 10. qâ deniqe ἀποθεῶδες, *Deum fieri*; qo modo Amelius apud Theodoretum *therap. l.* 12. ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεῶδες καὶ θεὸν εἶ, δι' ὃν ἦν πρὸ τῆς εἰς τὸ σῶμα καὶ πάλιν σάρκα καὶ τὸν ἄνθρωπον κάλαχθῆναι. ſive, *inter Deos referri*: qi Romanorum Imperatoribus honos haberi ſolitus. unde de noſtro Lucianus in *Pſeudomant.* Θεὸς Μάρκος ἤδη. & Tertullianus *apolog. c.* 34. *Maledictum eſt ante apotheoſin Deum Cæſarem nuncupare.* alluſit eò Seneca cùm Clavdio illudens ἀποκολοκυντωσιν tanqam ἀποθέωσιν dixit, idqe tituli Satyræ ſuæ in ejuſdem obitum conſcriptæ dedit, ut Dio Caſſius teſtatur *l.* 60. de qo videndus V. Cl. Hejnſius. Fruſtrà ſiqidem eſt hìc Xyl. cùm τὸ ἀποκαισαρῶδες ſuſpicatur ſignificari, *imperio avt rerum ſummâ deponi.* qem tamen ſecutus eſt Jo. Mevrſius in *Lexic. Græcobarb.* ubi τὸ ἀποκαισαρῶδες, adducto etiam Marci loco hoc ipſo, *à Cæſaris dignitate dejici*, exponit. Sed & Annotator Lugd. *de Cæſaris ſtatu dejici.* ut ἀποκαισαρῶδες ſit *imperium amittere*, ac *Cæſareatu qaſi deveſtiri*; qomodo ἀποπαρθενιῶδες ſive ἀποπαρθενῶδες Hippocrati *de aer. loc. & aq.* eſt *virginitatem deponere*, ſive *devirginari*, ut Petronius loqitur. & qomodo ἀπολειτουργῆσαι Marco *l.* 10. § 21. *munere defunctum eſſe, & ab eodem jam ceſſare.* cùm eandem in iſtis τὸ ἀπὸ vim obtineat, qàm τὸ ἐξ huic finitimum in illis, ἐξυδατῶδες, *in aqam liqeſcere*, Dioſcorid. *l.* 1. *c.* 88. ἐξελαιῶδες, *in oleum verti*, Theophraſt. *de cauſ. plant. l.* 6. *c.* 9. & 11. ἐξαερῶδες *in acrem abire*, cùm eidem *l.* 1. *c.* 27. tum & Luciano *de mort. Peregr.* & Hippocrati *de nat. infant.* ἐκπυρῶδες, *igniri*, & *in ignem transire*: unde ἐκπύρωσις Stoica, qâ avtumabant illi fore, ut ignis tandem omnia abſumeret, & in ſubſtantiam ſuam redigeret; qod εἰς ἑαυτὸ μιλαδῆσαι καὶ ἐκλαμβάνειν Plutarchus dixit, *de eſu carn.* 1. & *de commun. notion. c.* 27. ἐξανδρῶδες, *virum fieri, in virum evadere*; Svid. qod idem ἀπανδρῶδες, in *virum evadere ex puero*, Clemens *Strom. l.* 1. *in virum ex fœmina converti*, dixit Theodorus in *Theolog. Orient.* ἐξανδραποδίζεσθαι, *ex libero in ſervitutem redigi*, Plutarch. *Anton.* ἐνδεῶδες deniqe, *Deum evadere*, Clem. *pædag. l.* 1. *c.* 12. nec aliâ ratione *uniones exaluminati*, pro *alumine tincti*, Plinio dicti *l.* 10. *c.* 35.

Μὴ βαφῇς] *nè mergaris & obruaris.* Xyl. imò *nè tingaris, nè inficiaris:* nè mores avlici *genuinum animi candorem obfuſcent:* qod *inqinamentum combibere*, Septimius dixit, *de ſpectac. c.* 14.

Ὡς ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίηνη,

ut Hom. loqitur *Il. δ. v.* 141. i. ut Maro *Æn. l.* 12.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Siqis ebur.——

qod nos diceremus, **that you be not ſtained.** nam qod Græci μιαίνειν & βάπτειν, nos dicimus **to ſtain.** Eum avtem Homeri locum reſpexit Plut. *de E I Delph.* ubi dixit, eâdem uſus, qâ hìc metaphoricè Marcus, voce; Τὸ ἓν εἰλικρινὲς καὶ καθαρόν. ἕτερος γὰρ μίξει πρὸς ἕτερον ὁ μιασμὸς· ὥς που καὶ Ὅμηρος ἐλέφαντά τινα φοινιστὸν βαφῇ μιαίνεσθαί φησι· καὶ τὰ μιγνύμενα τῷ χρωμάτων ὁ βαφεὺς φθείρειν, καὶ φθορὰν τὴν μῖξιν ὀνομάζει.

Unde

Unde emaculandus avtor idem in *Sympoſ. l. 8. c. 5.* Πάντα τὰ μεμιγμένα ἐκ ἀμίκτων ἐπισφαλέστερα πρὸς σῶζειν ὅτι ποιεῖ δῆλον ἡ μίξις μάχιμα, ἡ δὲ μάχη μεταβολὴ· μεταβολὴ δέ τις ἡ σῆψις. διὸ τὰς τε μίξεις ἐκ χρωμάτων οἱ ζωγράφοι φθορὰς ὀνομάζουσι, καὶ τὸ βάψαι διεῖσαι κίνησιν ὁ ποιητής· μιῶσαι legendum. Sicut & Latinis itidem *tingere, inficere,* & colore aliquo *tincta* dicuntur *infecta.* Idem in *Roman. problem. c.* 26. Μόνον δὲ τὸ λάθρᾳ, εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀμίαντόν ἐστι βαφῇ καὶ ἀμίκτων. Sed & Porphyr. *de abſtinent. l.* 4. Καὶ ὁ μολυσμὸς καὶ ἡ μίανσις δηλοῖ πῶς μίξιν τῶν ἑτεροζώων πρὸς ἕτερον· καὶ μᾶλλον ὅταν δυσέκνιπτον γένηται. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῆς βαμμάτων, ἃ δὲ διὰ μίξεων συνίστανται, εἴθισε ἄλλα ἄλλῳ συμπλεκομένῳ, μιαίνειν φασίν.

Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίνυῃ· καὶ ἔμπαλιν τὰς μίξεις φθορὰς οἱ ζωγράφοι λέγουσιν. ἡ δὲ σωφροσύνη τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, ἀφθαρτον καὶ ἀκραντὲς καὶ ἀκήρατον. Eâdem hac metaphorâ uſus eſt Marcus *l.* 5. § 16. ubi dixit; βάπτεσθαι δὲ ὑπὸ τῆς φαντασίας ἡ ψυχή. & *l.* 3. § 4. Sed in partem meliorem acceptâ, ubi de viro bono, δικαιοσύνῃ βεβαμμένον εἰς βάθος. Vult ergò καθαρὸν μένειν διάνοιαν, ut *l.* 8. § 48. avt, ut mox ſeſe ipſe explicat, ἁπλῆν καὶ ἀκέραιον. Senec. *epiſt.* 59. *Elui difficile eſt. non enim inquinati ſumus, ſed infecti,* i. e. οὐ μεμιασμένοι, ἀλλὰ βεβαμμένοι.

Γίνεται γὰρ] ſcil. Vulgari dicterio dicitur, *Honores mutant mores.* Polybius (Svidâ citante] Πάντας μὲν γὰρ οἱ βασιλεῖς καὶ φίλους θεραπεύουσι καὶ συμμάχους τοὺς κοινωνήσαντας τῆς αὐτῆς ἐλπίδων· καθικνοῦνται δὲ τῆς περὶ ξένων παραπόδας ὁ συμμαχικὸς ἀλλὰ δεσποτικῶς χρῶνται τοῖς πεισθεῖσιν (ità enim iſta legendum avtumo). Ἀλλὰ οὐ δεῖ, περὶ μὲν τῆς βασιλείας χρηστόν τι καὶ μέγιον ἴδιος ἐμφαίνειν ἑαυτὸν· βασιλέα δ' ὑποδεχθῆναι, χαλεπὸν καὶ βίαιον εἶ· περὶ τοῦ ἀρχομένου. inqit Ariſtides *orat in Marc.* Qi & vitium hoc notat in Pavſania Cleombroti F. Ὃς ὅτε μὲν ἰδιώτευε, ἐδημοκρατεῖτο· at imperator deſignatus, & cum imperio foris agens, ἐπολέμησε μὲν ἐκεῖνος, ἐπολέμησε δ' αὐτὸς· παντὶ δὲ μᾶλλον ἐώκει, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ χαλεπὸς μὲν ὢν καὶ βίαιος περὶ τοὺς συμμάχους· ἀκόλαστος δὲ καὶ ὑβριστὴς περὶ πλοῦτον διαφανὴς· τυραννικὸς δὲ περὶ τὸν τρόπον. Graphicè verò admodum idem χαρακτηρίζει Evripid. in *Iphigen. Aulidenſ.* ſub perſonâ Menelai Agamemnonem alloqentis: (λιον

Οἶσθ', ἴστ' ἐπαίδαζες ἄρχειν Δαναΐδας πρὸς Ἰ-
Τῷ δοκεῖν μὲν ἐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βέλεσθ' ἅλων,
Ὡς ταπεινὸς ἦς, ἁπάσης δεξιᾶς προσδιηγάνων,
Καὶ δῶρα ἔχων ἀκλείστως τῷ θέλοντι δημοτῇ,
Καὶ διδοὺς προσόψησιν ἐξῆς πᾶσι, κ' εἰ μήτις θέλοι,
Τοῖς τρόποις ζητῶν πείθειν τὸ φιλότιμον ἐν μέσῳ.
Κᾆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχάς, μεταβαλὼν ἄλλως τέρπεις, (είλος,
Τοῖς φίλοισιν ὑμὸν ἦθος τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν
Δυσαρέστοις, ἴσον τε κλέος ἀν' ἑλλάδ' οὐδὲν
δ' ὑ χρεών
Τὸν ἀγαθὸν, προφέρουσα μεγάλα, τοὺ τέρπως μᾶλλον,
Ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶ πότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
Ἥνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατὸς ὢν τυγχάνῃς.

Scis, puto, Trojam petentis principatum Græciæ
Velle cum nolles videri, maximè velles tamen,
Ut modeſtus, & benignus, dexteras prenſaveris.
Tunc tuæ ſemper patebant civibus cunctis fores.
His dabas reſponſa blandus, hos ſalutabas prior;
Moribus tibi ſic parares gloriam in medio ſitam.
Nunc ſed imperii potito vertitur vitæ modus:
Non amicos nunc priores, ut ſolebas, diligis
Durus inprimis adiri, nec freqens inter larem.
Non decet mutare mores magna curantem virum,
Cujus hoc magis probanda tunc amicis eſt fides,
Quo magis florens amicis adjuvandis ſufficis. Grot.

Scilicet, quod Menander in *Gubernat.* à Priſciano *l.* 18, relatus.

Ἐπιλάθετ' αὐτὸν ὅστις ἦν·
Oblitus eſt ſe ipſe, qi eſſet.

(vide *l.* 9. § 3.) qod de Largio Macedone Plin. min. *l.* 3. *ep.* 14. *Superbus dominus & ſævus, & qi ſerviſſe patrem ſuum parùm, imò minimùm, meminiſſet.* Ità, qod Martial. *l.* 11. *ep.* 6.

Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.

Et Auguſtin. *homil.* 13. & *conc. ſolenn.* 205. Apoſtoli illa *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 17. Τοῖς πλουσίοις παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, reſpiciens: *Primus ac peculiaris divitiarum vermis eſt ſuperbia.* Idémque *conc. ſolenn.* 212. *Morbus divitiarum eſt ſuperbia. grandis animus, qi inter divitias iſto morbo non tenetur. magnus dives eſt, & major divitiis ſuis, qi non ideo magnum ſe putat, qia dives eſt.* Οἱ γὰρ πολλοὶ, κἂν αὐτὸ μόνον αὖθις βραχεῖά τινα εὐτυχίας παρῇσθα, φυσῶσι καὶ πάνυ μεγάλα, κἀλαζονεύονται ὧν ἀφαιρεσόμενον, καθάπερ καὶ παρενοχλήσαντα καὶ χῆτι ἄχθη, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀπειλοῦσιν, ὥσπερ τὸ ἀκλινὲς τῆς εὐτυχίας ἐν βεβαίῳ παρ' αὐτοῖς ἓν μάλα σφριγοτάμιον, μηδὲ μίχει τῆς ὑγρᾶς ἴσως δαμῶνλες ἐν ὁμοίῳ. Philo *de vit. Moſis l.* 1. de talibus & Soſiphanes apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 22.

Ἂν δ' εὐτυχῆτε, μηδὲν ὄντες, οὐδέποτε
Ἴσ' ἐραυῶ φρονεῖτε·—
Si faverit fortuna, cùm ſitis nihil,
Cælo levatis capita.—

Pium itaqe illud Placillæ Imperatricis Theodoſio conjugi datum monitum, Ἀεί σε, ὦ ἄνδρ, προσίσχει λογίζεσθαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. Theodoret. *hiſt. Eccleſ. l.* 5. *c.* 18. Vide *ad l.* 10. §. 19.

Τήρησον σαυτὸν ἁπλῆν, ἀγαθὸν] Vide *l.* 2. § 17. Pavlus Timotheo, *epiſt.* 1. *c.* 5. *v.* 22. Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. & Jacob. *c.* 1. *v.* 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν. & Joan. *epiſt.* 1. *c.* 5. *v.* 18. τηρεῖ ἑαυτόν.

ἑαυτόν. Epictet. *l.* 2. *c.* 8. Τί δ' ὅτι ὁ μόνον σε καθεσκιάσει, ἀλλὰ καὶ σοὶ μόνῳ ὑπίσχνῃ καὶ παρεκάλεσε, οὐδὲ τοῦτο ὁ μεμνήσῃ; ἀλλὰ καὶ καταισχύνεις τὸν ὁπλοφύλακα; εἰ δέ σοι ὀρφανόν τινα ὁ θεὸς παρέθετο, ἆρα σεαυτὸν, καὶ λέγει, Τοῦτόν μοι φύλαττε τοιοῦτον, ὃν ὑπόμνημα, πίστιν, ὕβριν, ἀκαίρασπλον, ἀναιδῆ, ἀτάραχον· εἶτα σὺ ὁ φυλάσσεις;

Ἄκομψον] Vide *l.* 3. § 5.

Ἀγώνισαι, ἵνα τοιοῦτος συμμένῃς] Est hîc revera, si dextrè accipias, ὁ καλὸς ἀγὼν ille, quem decertare Timotheum hortatur Apostolus; decertâsse jam se testatur ipse. ἀγωνίζομαι, inquit, τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως. *epist.* 1. *c.* 6. *v.* 12. &, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. *ep.* 2. *c.* 4. *v.* 7. neque enim sine certamine jugi sedulóque ad salutem pertingitur. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν inquit Dominus; Luc. *c.* 13. *v.* 24.

——*labor ad nitendum intrare volenti.*

Silius *bell. Punic. l.* 15.

Ἵνα τοιοῦτος συμμένῃς] Ità *l.* 10. § 8. μήποτε μᾶλλον μάχῃ καὶ ἀπολύσῃς. Plin. min. *l.* 1. *ep.* 23. *Tuam personam tibi imponas: quæ sapienti viro ità aptanda est, ut perferatur.*

Αἰδοῦ θεούς.] Numinis reverentia jure meritò primas hîc obtinet, utpote quæ sit *sapientiæ*, non חָכְמָה *principium* duntaxat, *Prov. c.* 9. *v.* 10. sed & רֵאשִׁית *caput, principale*, ac *præcipuum*; *Prov. c.* 1. *v.* 7. imò *sapientia ipsa*; Job. *c.* 28. *v.* 28. & *summa totius. Eccles. c.* 12 *v* 13. Itaque exigenda vita cuique μὴ αἰδοῦς θεοῦ καὶ εὐλαβείας. Apostolus *ad Hebr. c.* 12. *v.* 32. atque ut Silius *bell. Punic. l.* 15.

Idem justitiæ cultor, quæcunque capesses,
Testes factorum stare arbitrabere divos.

Nam mihi pro certo constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi. neque bonum neque malum ficinus cujusque pro nihilo haberi, sed ex natura diversa præmia bonos malósque seqi. Salust. *ad Cæsar.* & Juvenc. *hist Evang.*

Nil absente Deo loqimur: nil abdita clausum
Pectoris antra tegunt. cernit Deus omnia præsens.

Prudent. *cathemer. hymn.* 2.

Speculator adstat desuper:
Qi nos diebus omnibus,
Actúsque nostros prospicit,
A luce prima in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, qicqid est,
Humana qod mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

Avg. *de verb. Dom. orat.* 10. *Oculum in te non intendit suum, qi fecit tuum?* Plavt. *captiv.* 2. 2.

Est profectò Deus, qi qæ nos gerimus, audítque & videt.

Is utì tu me hîc habueris, proinde tuum illic curaverit.

Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit. Boeth. *consol. l.* 5. *extremo: Manet etiam spectator desuper cunctorum præscius Deus, visionisque ejus præsens semper æternitas cum nostrorum actuum futura qualitate concurrit, bonis præmia, malis supplicia dispensans. averte mini igitur vitia, colite virtutes. magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis judicis cuncta cernentis.* Avtor *Oculi moralis*, sive is Robertus Capito Lincoln. sive qis alius; *c.* 15. § 2. ubi Bernardi illud adduxerat; *Quis loco, quis angulo reverentiam habe angelo, qi te custodit, nè illo præsente facere audeas, qod me præsente non auderes. Hic est*, inqit, *magni consilii Angelus, cui patens est omnis angulus. Unde qidam;*

Cùm qid turpe paras, qod me spectante ruberes,
Cur, spectante Deo, non magis inde rubes?

Vide *l.* 1. § 4. & *l.* 2. § 11. & *l.* 11. § 26. & *l.* 12. § 2.

Σῶζε ἀνθρώπους] Ovid. *Ponti l.* 2. *el.* 9.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis:
Convenit & tanto, quantus es ipse, viro.
Conveniens homini est, hominem servare, voluptas:
Et melius nullâ quæritur arte favor.

Hac enim ratione fit, ut juxta paræmiam à Svida in literas relatam, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον efficiatur. Marcus noster, prout à Juliano in *Cæsaribus* inducitur, à Sileno interrogatus, Τί μάλιστα ἐδόκει τῷ βίῳ τέλος εἶναι. respondit. Τὸ μιμεῖσθαι τὸν θεόν. Et secundò qærenti, Τί πότε ἐνόμιζεν εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ μίμησιν. Ille rursus, Δεισιδαιμονίᾳ ὀλιγίστῳ, ἔτι πλεῖον ἢ ὡς ὅσιον μάλιστα πλείστῃ. Pythagoras verò, Æliano referente, *l.* 12. *c.* 59. Δύο ταῦτα ἐν ἅπασι θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεισιδαιμονίαν κάλλιστα, τό, τε ἀληθεύειν, καὶ τὸ εὐεργετεῖν· ἐοικέναι γὰρ τοῖς θεοῖς ἑκάτερον. At Strabo *l.* 10. Εὖ μὲν εἴρηται καὶ τοῦτο, τὸν ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν. εἰρῆσθαι δ' ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσιν. qo loco Xylander εὐδαιμονεῖν *numina rectè colere*, cur sit interpretatus, ego nullus assequor. Cicer. *de natur. deor. l.* 1. *Quoniam plurima homini ab homine vel commoda vel incommoda solent oriri; & Dei proprium est vel servare vel benefacere; idcirco qi in gravi periculo succurrit, qive ingenti qopiam afficit beneficio, qoniam Dei qasi vice fungitur, ei cui prodest, Deus dicitur extitisse.* Et Plin. *hist nat. l.* 2. *c.* 1. *Deus est mortali juvare mortalem: & hæc ad æternam gloriam via. hic est vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus ascribant.* Verùm novissima ista minùs pia. Piè Gregor. Naz. *orat. pro pauperib.* Γένοιτο τῶν πλουσίων μισοπτωχεῖς, ἐν τῷ σαίνειν χειροτέρων. γένοιτο τῶν ἀτυχούντων θεὸς, τὸν ἔλεον θεῷ μιμούμενος. ἡδὺ γὰρ ὅπως, ὡς τὸ εὖ ποιεῖν, ἄνθρωπος ἔχει θεοῦ. Et *ad cives suos in angustiis constitutos*: dum præfectum ad clementiam & condonationem

tionem cohortatur. Μίμησαι δὲ ταῦτα θεῦ φιλανθρωπίαν. τοῦτο ἔχει μάλιστα θεῖον ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν. ἔξεστί σοι θεὸν γλυκεῖς μηδὲν ποιήσαντι. μὴ φεῖν τὸν κάμοὶ τῆς θεώσεως. Quod ῥητορικώτερον Paulò, liberiúsque Clavdian. *de Honor. Coss.* 4.

Sis pius imprimis. nam cùm vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Vide *l.* 5. § 33.

Βραχὺς ὁ βίος] Vide *l.* 2. § 17. & *lib.* 4. § 17, 26.

Εἰς καιρὸς τῆς εὐηγείᾳ ζωῆς] *fructum vitæ appellat*, inqit Casavb. qem Philosophi dicunt *finem*. itaqe qod de Heliogabalo Lamprid. *Eum fructum vitæ præcipuum existimans, si dignus atqe aptus plurimorum libidini videretur.* Diodorus in simili sententia, *l.* 1. ὑπολαμβάνων βασιλείας εὐδαίμονος τὸ τέλος, τὸ πάσας χρῆσθαι τὰς ἡδυπαθείας ἀνεπικωλύτως. *causas vitæ* Juvenalis dixit, *Sat.* 6.

Et propter vitam vivendi perdere causas.

Et Plin. *l.* 5. *epist.* 5. *Qui voluptatibus dediti qasi in diem vivunt, vivendi causas qotidiè finiunt.* Et *l.* 1. *ep.* 12. de Corellio Rufo. *qanqam plurimas vivendi causas habentem, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem; præterea filiam, uxorem, nepotes, sorores; intérqe tot pignora veros amicos.* Hæc *ad Lamprid.* Casavbon. qanqam, *causas vivendi* in novissimo hoc de Corellio aliud planè qàm *finem* qi Philosophis dicitur, designare videtur. Notat Lucret. *l.* 3. hominibus ὑπολαυστικοῖς solenne esse,

——*ubi discubuere, tenéntqe*
Pocula plena manu,——
——*& inumbrant ora coronis,*

Ex animo ut dicant, brevis hic est fructus homillis. Ità illi *vitæ fructum*, τὸν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, ut Petrus loqitur, *ep.* 2. *c.* 2. *v.* 13. existimant: at Marcus istîc, διάθεσιν ὁσίαν καὶ φοξεῖς κοινωνικάς· hoc est, lingvâ nostrâ (Christianam volo) εὐσέβειαν καὶ ἀγάπην, *pietatem & charitatem:* sive ut Apostolus *ad Gal. c.* 5. *v.* 6. Πίστιν δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην. ità Pavlo illi nostro τοῦτο καρπὸς, τοῦτο κέρδος, Christo Domino suo, Christianisqe fratribus suis, inservire; *ad Philipp. c.* 1. *v.* 21, 22. de qo loco videndus venerandus Airayus, qi solus interpretum videtur Apostoli mentem assecutus. Vide *l.* 4. § 24. & *l.* 12. § 29.

Πάντα ὡς Ἀντωνῖνε μαθητής] De Marco nostro itidem Capitol. *Pro instituto patris volens agere, dicere, cogitare.* Pium vult uterqe, cui in adoptionem ab Adriano datus est Marcus. Vide *l.* 1. § 16. ubi pleraqe eadem, qæ istîc, deprehendas. De Tiberio pariter Strabo: Καὶ νῦν ὁ διάδοξος υἱὸς ἐκείνου, (Avgustum scil.) καινίζει τῆς διοικήσεως καὶ τῶν στρατευμάτων ἐκείνου τοιοῦτος. Et ipse de se Tiberius apud Tacitum *annal. lib.* 4. *Qi omnia facta dictáqe ejus vice legis observem.* Verùm hoc eum ad speciem tantùm veteratoriè, qò hominum animos sibi conciliaret, & ad tempus breve nimis, non constanter observâsse, ex Dione discas licet.

Τὸ ὑπὲρ θεῦ καὶ λόγου προσταλαίπωρον ἔυτονον] Ità *lib.* 1. § 16. τὸ μιμητικὸν ἀσταλάντου ἐπὶ θεῦ ἐξετασμένως κριθέντων. ibi vide.

Τὸ ὁμαλὲς παντοχοῦ] Ità *l.* 1. § 16. πάντα συμφώνως ἑαυτοῖς. Senec. *ep.* 74. *Virtus convenientiâ constat. omnia opera ejus cum ipsâ concordant & congruunt.* Et *ep.* 20. *Maximum hoc est & officium sapientiæ & indicium, ut verbis opera concordent, ut & ipse utiqe par sibi idémqe fit. observa itaqe, numqid vestis tua domúsqe dissentiant: numqid in te liberalis sis, in tuos sordidus: numqid cœnes frugaliter, ædifices luxuriosé. unam semel ad qam vivas regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqa. Vitium est hæc diversitas, & signum vacillantis animi, & nondum habentis tenorem suum. qid est sapientia? semper idem velle, atqe idem nolle: non potest cuiqam semper idem placere. nisi rectum.* Et *de vit. beat. c.* 8. *Hoc modo una efficietur vis ac potestas concors sibi: & ratio illa certa nascetur, nec dissidens, nec hæsitans. qæ cùm se disposuit, & partibus suis consensit, &, ut ità dicam, concinuit, summum bonum tetigit. nihil enim prævi, nihil lubrici supereſt; nihil in qo arietet aut labet. qare audaciter licet profiteari, summum bonum esse animi concordiam. virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atqe unitas erit: dissidens vitia.*

Τὸ ὅσιον] Hoc Antonino (si Pavsaniæ *in Arcad.* credimus) καὶ ἡ ἐς τὸ θεῖον τιμὴ, τῇ εὐσεβείᾳ. id est, Pii appellationem acqisivit. qanqam Capitolinus ex aliis alias appellationis hujusce causis adducit. Eandem & Marco Svidas cum aliis tribuit. Vide ad *l.* 1. § 16. ἥμερον.

Τὸ εὐδιὸν τῆς φερούσης] εὐδιον Xyl. rectè. *Vultu sereno.* Flacc. *carm. l.* 1. *Od.* 37. & *Fronte serenâ.* Martial. *l.* 7. *epigr.* 11. huic opponi videtur τὸ ἐπίκοτον τῆς φερούσης. *l.* 7. § 23.

Μὴ ἀντιμεμφόμενος] Vide supr. § 26. μὴ ἀντιδυσφοραίνοντα.

Ὡς ἐπ' ὀλίγον ἔσεσθαι] *nihil cnixè aut festinè moliebatur.* utrumqe enim designat τὸ σπεύδειν, sicut & τὸ ἐπείγειν (unde de Maximo Marcus *l.* 1. § 15. καὶ ὡσανεὶ ἐπειγόμενον.) & *festinè ad rem aliqam ferri.* Homer. *Il. δ. v.* 293.

——*τί μα σπεύδοντα καὶ αὐτὸν Ὀτρύνεις;*

Et Theognis; *v.* 401.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· κεφαλὴ δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

& cnixè in rem aliqam incumbere. Hesiod. *clyp. v.* 364.

Παντὶ μάλ' ἐσπεύδων.——

Et Theogn. idem *v.* 335.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· πάντων μέσ' ἄριστα.——

ut sit istic, ὡς ἐπ' ὀδὸν ἁπαδεύσεν, quod *l.* 1. § 16. οὐδὲ ὡς αὐτικα εἰπεῖν ποτε, ἕως ἰδρῶτος. Aristotel. *ethic. lib.* 4. *c.* 3. in charactere τὸ μεγαλόψυχον, utrum je his verbis expressit: ὁ γὰρ ἀπόδικος, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων· ὅτε σωπῶν, ὁ μηδὲν μέγα διαιρῶν. De Constantio Liban. *orat.* 3. τοῖς μὲν χαμεζήλοις ἀπαντᾶν ἀξίως· ὁ μὲν τι καὶ ἀξιότατα σὺν τραχηλῷ πεισόμενος.

Μὴ περίτεον ἐν μέλα κανδών] Vide *l.* 1. § 16. Agapet. *paræneſ. ad Juſtinian.* § 42. Νυνεχὼς ἀκροᾶσθαι δεῖ τοῦ θεοῦ παραινέσεως καὶ κρίσεως. δυσθήκτος γὰρ ὄντι ὁ τοῦ δικαίου ἔρως, ῥᾳδίως ἐκφλογοῦσι τοὺς μὴ λίαν περισχόντας.

Διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο] Vide *l.* 1, § 5.

Οὐ φοβοῦνται] φοβοῦνται, δειλοὶ, τοὺς λόγους φοβοῦνται. Svid. *pavidus, qi ſtrepitus metuit.* ſive ut Maro Æn. *l.* 2.

Omnes quem terrent auræ, ſonus excitat omnis.

Et hunc imitatus Silius *l.* 6.

--quem ſonus omnis & aura
Exercet.--

imò cui ſtrepitus, ubi nullus eſt, videtur eſſe. ut

Ἀπειρία γὰρ τοῦ φοβεῖσθαι φοβεῖ.

Facilè anima metuens audiendi fingit ſonos.

quod de malè ſibi conſcio Eliphaz Jobi *c.* 15. *v.* 21. *Sonus pavoris auribus ejus jugiter inſonat.* ut Sophocles Ἀκρίσιο, à Stobæo *tom.* 2. *ſer.* 8. laudatus. indè pro *ſuperſtitioſo*, & *ſuſpicioſo*, ſive *meticuloſâ nimiâ cautâ* uſurpatur. De Judæis ad *Diognetum* Juſtinus: Τοὺς μὲν τοὺς βαίοσεις αὐτῶν φοβεῖσθαι, καὶ τὰ σαββάτα δεισιδαιμονίαν.

Ὀλίγα μὲν ἐν τῷ μέχρι ἑαυτοῦ] leg. ἐθέλειν ἐν τῷ [αὐτῷ] *m. c.* tantâ victûs tenuitate uſum, ut à mane ad veſperam loco eodem poſſet durare, ſine ullâ alvum levandi, aut veſicam, niſi ſtatis horis, neceſſitate. Caſaubon. *ad Capitol. Pium.* Apud Etymologum *in* Χωρδαλές mendum geminum, (quod & Sylburgium video obſervâſſe) ubi terribilia vita dicit μείζονα τοὺς ψυχοὺς ἀπὸ ἐρώντων τοῦ φόβου, καὶ μὴ ἐὰν αὐτοὺς ἐν τῷ ὠδίνι. reponendum ἐν τῷ αὐτῷ ὠδίνι. Quod autem hîc Marcus de Pio, Dionem de Marco narrare refert, ſed memoriâ, puto, lapſus V. C. Salmaſius *ad Capitolini Pium.*

Χαίρειν, εἴ τις δεινὸν κρεῖττον] Vide Marcum in hoc Pii æmulum; *ſupr.* § 21. Laudat hoc & in Conſtantio Themiſtius *orat. quinquenn.* qi ubi Neſtoris conſilium Agamemnoni datum retulerat ex *Iliad. i. v.* 74.

Πολλῶν δ' ἀγορεύων, τῷ πείσεται, ὅς κεν ἀείσῃ
Βέλτιον βουλῇσι.———

Sed & reprehenſionem ejusdem, *ibid. v.* 108.

--μάλα γάρ τοι ἔπεσσιν
Πολλὰ ἀπεπνυθέσθαι.--

Subjungit ad Imperatorem verſo orationis filo; Σοὶ δ' οὐκ ἔστι μέχρι γε νῦν, ὅσον ἂν ἔχοι σχολάσειεν, ὅπως χρήσιμον αὐτῷ [αὐτὸν ſ.] συμβουλὴν σκοπῶν ἐφεύρῃς παρακόπως, ἀλλ' εἰ [ἢ] καὶ σαυτὸν σκοπῶν τὸ δέον ἐξεῦρες, ἢ τὸ ἔργον ἐπάγειν τῷ παρ' ἄλλων καλῶς εὑρημένῳ. Et de eodem Liban. *orat.* 3. ὧν μὲν αὐτὸς ἐνείσκει, τύπτων τὸν βυλλὸν εἰς μέσον ἄγων· τοὺς δ' ἀπὸ πόλεως συμβουλίας, ἐκ αὐθαδείᾳ φαυλίζων, ἀλλ' ἔργῳ τὸν πλησίον λέγον βεβαίων, ὡς ἄρα καὶ οὗτό γε φρενήσεως, τὸ τοῖς βελτίοσιν εἰδέναι τὸν ἥφον πιθεσθαι. Rectè. ſiquidem, quod Iſocrat. *de pace.* Πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς διωνθεῖεν, ἢ κρίναι περὶ ὧν γεγνομένων, ἢ βουλεύσαι περὶ ὧν μελλόντων, οἱ μὴ τοῦ μὲν λίγας ἡμῶν ἐπαπιμῆσαι παραλλήλως ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δ' αὐτοῦ καινὰς ἀμφοτέρων ἀκροατὰς παρέχοιεν. Et apud Herodotum *l.* 7. Artabanus: Ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθεισῶν μὲν γνωμέων ἀντίων ἀλλήλῃσι, οὐκ ἔστι πῶς ἀμείνων αἱρεχθήσεται ἐλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρῆσθαι· λεχθεισέων δ', ἔστι. ὥσπερ, τὸν χρυσὸν τὸν ἀπίεσαν, καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἑωυτῷ ἐλαφινώσκομεν· ἐπὰν δὲ παραστέψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἄκριτον.

Θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας [*religioſus citra ſuperſtitionem.* niſi ſi religioſum eo ſenſu accipi velimus, qo Nigidius apud Gellium *l.* 4. *c.* 9. in antiqo carmine,

Religentem eſſe oportet, religioſum nefas.

ut *religioſus* ſit is, qi nimiâ & ſuperſtitioſâ religione ſefe alligaverat; qæ res vitio aſſignabatur. Quanquam vitio iſto laborâſſe cumprimis Romanos autor eſt Polybius *l.* 6. ubi ſtatum Romanum cum Carthaginienſi componens, Μείζονι δέ μοι δοκεῖ, inqit, διαφορᾷ ἔχειν τὸ Ῥωμαίων πρὸς τὸ θεῖον, ἐν τῇ περὶ θεῶν διαλήψει· καί μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐγκαλούμενον, τοῦτο συνέχειν τὰ Ῥωμαίων πράγματα· λέγω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐκφαίνεται καὶ παρεισῆκται τοῦτο τὸ μέρος παρ' αὐτοῖς εἴς τε τὴν κατ' ἰδίαν βίωσιν, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, ὥστε μὴ πρατελιπεῖν μηχανήν. Qin nec Marcum noſtrum hoc morbo immunem prorſus fuiſſe, cùm ex Capitolino in Marco, tum & ex Luciano in Alexandro, colligi poſſe videtur: niſi ſiqis gentis potiùs qàm regis vitium illud fuiſſe dixerit.

Ἵν' ὅτου συνομιλήτω σοι] par huic Ariſtippi votum, qi cùm ab eo quæreretur, quonodo Socrates diem obiiſſet, reſpondit, Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην, *prout ipſe optaverim.* Laërt. *l.* 2. nec diſpar Balaami arioli illud, apud Moſem *l.* 4. *c.* 23. *v.* 10. *Moriatur anima mea morte juſtorum; ſitque finis meus, qualis illius eſt.* Intereſt, quòd Marcus Pio vitâ compar eſſe deſiderat, nè morte ſit diſpar, ſed cùm vitæ retrò ſalubriter actæ conſcientiâ placidus defungi queat: Balaam contrà morte compar eſſe piis ambit, cùm vitam eorundem æmulari ac ſectari recuſet: hoc eſt, ut poetaſter ille apud Capitol. de Macrino;

Impius & Felix ſic ſimul eſſe cupit;
Ut nolit pius eſſe, velit tamen eſſe beatus:

Quod

Quod natura negat, nec ratio patitur.

Siquidem, ut Isidor. Pelus. *l.* 1. *epist.* 468. Οὐδὲν τοῦτο ἕτερόν ἐστιν, ἢ θέλειν μὲν σωτηρίας τυχεῖν, μὴ θέλειν δὲ πιεῖν τὰ πρὸς αὐτὴν συμβαλλόμενα. Qualem autem quemque à morte deprehendi oporteat, optimè docet Epictet. *l.* 3. *c.* 5. Τί ποιοῦλας καταλαβεῖν δεῖλει θανάτῳ τὸν γεωργὸν γεωργοῦντα καλαμῶνα, τὸν ναυτικὸν πλέοντα. σὺ τί θέλεις ποιῶν καλαφθῆναι; ἢ ποτε δὲ ποιοῦντί σε δεῖ καλαληφθῆναι; εἰ δ ἔχεις τότε χρέος τοῦ ποιῶν καλαληφθῆναι, ποίει ἐκεῖνα. ἐμοὶ γὰρ καλαφθῆναι γένοιτο μηδενὸς ἄλλα ἐπιμελουμένου, ἢ τῆς προαιρέσεως τῆς ἐμῆς, ἵν' ἀπαθὴς, ἵν' ἀκώλυτος, ἵν' ἀναναγκαστος, ἵν' ἐλεύθερος. ταῦτα ἐπιδὲ ἐν θέλω ὑρεθῆναι, ἵν' εἰπεῖν δυνώμαι τῷ θεῷ, Μήτι παρέλθω σε τὰς ἐντολάς; μήτι πρὸς ἄλλα ἐχρησάμην τοῖς ὁρμαῖς, ἃς ἔδωκας; μήτι τοῖς αἰσθήσιν ἄλλως; μήτι τοῖς προλήψεσι; μήτι σοὶ πεῖ' ἐνεκάλεσας μήτι ἠμεμφάμην σε τῶν διοικήσεων; ἔτιμος, εἴ τι ἐπιτάσεις, εἴ τι σημαίνεις· νῦν με θέλεις ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πανηγύρεως ἄπειμι. χρεὼν σοι ἔχω πᾶσαι, ὅτι ἠξίωσάς με συμπανηγυρίσαι σοι, κ' ἰδεῖν ἔργα τὰ σὰ, κ' τῇ διοικήσει σε συμπαρακλεθῆναί σοι. Ταῦτά με ἐνδυμέμενον, ταῦτα γεώρουλα, ταῦτα ἀναγινώσκοντα καλαλάβοι ὁ θάνατος. His gemina habet & *l.* 4. *c.* 10.

§ 31. Ἀνάνηψε] *Resipisce*, ad mentis sanitatem revertere: ab eis translatum, qi ubi crapulam edormierint, veternúmque qem vini havstu copiosiore contraxerant, excusserint, ad pristinum mentis statum jam redeunt. Ità τὸ ἀνανήφειν usus est Apostolus *ad Timoth. ep.* 2. *c.* 2. *v.* 26.

Ἀναχαλᾷ σιαυτὸν] Meraphora, ab eis, qi animæ deliqium passi, vel inclamatione, vel aliâ aliqâ ratione revocantur.

Ἐξυπνιδεὶς] *l.* 4. § 46. ὃ δεῖ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν κ' λέγειν. *Excitandus è somno & vellicandus est animus.* Sen. *ep.* 20.

Ὄνειρόι σοι ἠνόχλουν] Pari imagine usus est Plut. de *profect. indic.* dum Stoicos ridet, qi hominem subitò κ' ἐκ ἀκαρεῖ χείνι è pravitatis ac stultitiæ altissimo gurgite, ad bonitatis sapientiæque apicem celsissimum emergere aiebant: Ἂν δὲ ὕπνος, inqit, σωτήριος τὰ τῆς μελαβολῆς, καλαλαβόντα φαῦλον, ἀνήγειδε σαφὲς, κ' φρονεῖν ἐκ τῆς ψυχῆς μεθεικότα τὰς χθιζὰς ἀβελτερίας κ' ἀπάτας,

Ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ· οὐδὲν ἔτ' ἄφρ.

τίς ἀγνοήσειεν αὐτὸ διαφορὰν ἐν αὐτῷ πεσόντι ἡμερινῷ, κ' φρόνησιν ἀδρὸν ἐναλάμψασαν; Vide *l.* 2. § 17. Τὰ ἐ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος.

§ 32. Τῇ δὲ διανοίᾳ ἀδιάφερε] corrupit hîc Xylandri versionem editor Lugd. & mentem Marci pervertit planè, dum reddit, *rationi autem inter ea discrimen habetur.* cùm Xyl. Marci verba rectè explicans, *discrimen nullum dixisset.*

Πάντα ἐπ' αὐτῇ] Vide *suprà* § 8. & *l.* 5. § 13. & *l.* 11. § 1.

Περὶ μόνον τὸ πρεῖν] Vide *suprà* § 2. & *l.* 3. § 12.

Τὰ γὰ μέλλοντα] Senec. *epist.* 117. *Quis nescit hoc ipso non esse bonum id quod futurum est, qia futurum est? nam qod bonum est, utique prodest: nisi præsentia prodesse non possunt. Si non prodest, bonum utique non est: si prodest, jam est.* Vide *l.* 7. § 8. & *l.* 8. § 26.

§ 33. Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος] Senec. *epist.* 121. *Nemo agrè molitur artus suos; nemo in usu sui hæsit: ad hoc edita protinus faciunt.* Vide *l.* 5. § 1. & *l.* 8. § 26.

Τὸ τὰ πολὺς] τὰ Lugd.

Οὐ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν] Lugd. οὐκ ὄζιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἐστιν. forsan, οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακόν ὄζιν. ut οὐκ posterius in locum ὃ, qod est vitiosum, succedat.

§ 34. Ἡλίκας ἡδονὰς ἥδησαι λησαὶ] Senec. *de vit. beat. c.* 7. *Voluptas etiam ad vitam turpissimam venit. & infelices qidam, non sine voluptate, imò ob ipsam voluptatem sunt. &* c. 8. *Qid, qòd tam malis qàm bonis voluptas inest? nec minùs turpes dedecus suum, qàm honestos egregia delectant?* & rursus *c.* 10. *Qis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultissimos qoqe, & neqitiam abundare jucunditate?* & *c.* 11. *Multos ostendam voluptatibus obsessos, qos fatearis necesse est malos. hos esse in voluptatibus dices: nec tamen illis bene erit, qia non bono gaudent.* Ergò voluptas in adiaphoris Marco habetur. *l.* 2. § 11. & *l.* 9. § 1. Vide & *l.* 10. § 10. & *l.* 8. § 40. Cæterùm Plato in *Timæo* ità Ἡδονὴν κ' ἐυφροσύνην distingvit, ut ἡδονὴν μὲν τῆς ἄγεσιν, ἐυφροσύνην δὲ τῆς ἔμφασιν attribuat. Idem in *Philebo.* Ἐν ὕβρει μείζες ἡδονὰς, ἢ πλείας εἶναι. & mox: Φῶλον, ὡς ἐν πνι πνιπείᾳ ψυχῆς κ' τοῦ σώματος, ἀλλ' ὐκ ἐν ἀρετῇ, μεγίστη μὲν ἡδονὰ, μεγίστη δὲ κ' λύπη γίνεται.

§ 35 Ἀρτίζουλαι μὲν ἄχει πνὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας] *Respectu aliqo imperitis parùm distant.* Cas. meliùs Xyl. *Usqe ad certum finem privatis hominibus se accommodant.* i. e. qadantenus illis concedunt, eisqe se attemperant.

Ἀντέχονται τοῦ λόγου τῆς τέχνης] Vide *ad l.* 4. § 31. qæ de Stratonico & Apelle. Psaltes qidam ignobilis cùm apud Antigonum regem specimen artis ederet, réxqe nunc hanc, nunc illam chordam adstringere moneret, indignatus ille, Μὴ γένοιτό σοι ὕπω καλῶς, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐμοῦ ταῦτα ἀκριβῶν μᾶλλον. Sive, ut Plut. (qi Philippo dictum constanter asserit, in *apoph. de adulat. de Alex. magn.* 2. *Sympos. probl. l.* 2. *c.* 1.) ἵνα ἐμοὶ τοῦτα βέλτιον εἰδῇς. *Absit*, inqit *ô rex, tam malè tecum agatur, ut in istis me peritior existas.* Ælian.

l. 9. *c.* 36. Ità regibus etiam in artis ſuæ ratione concedere nefas habent artifices etiam infimi qiqe. Apollodorus itidem architectus, cùm de operibus ſuis apud Trajanum verba habenti, Hadrianus obſtreperet, Ἄπιθι, inqit, καὶ τὰς κολοκυνθας γράφε· τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίσασαι. *Abi & cucurbitas pinge tibi: iſtarum enim rerum nihil nôſti.* Dio Caſ. *l.* 69. Οὕτως ἐν ἐκφύσει ὕλης, τὸν ἄμπελον τῷ ἀπίῳ κεφαλεῖν πᾶσα ἀνάγκη. Epictet. *l.* 3. *c.* 26. Idémque *l.* 4. *c.* 12. Ἐπεί τοι πᾶσα ὑπόμνημα καλαφερνικὴ ὅτι τῆς ἀγνοίας καὶ τῆς ἀγνοούντων, καὶ μόνον αἱ ὑπομνήμαι, ἀλλὰ καὶ οἱ τέχναι. φέρε ὃν θέλεις, σκυτέα, ὃν θέλεις τέκτονα· καὶ πρὸς πολλῶν καλαγελᾶ πρὸ τὸ αὐτῆ ἔργον. Vide *l.* 5. § 32.

Τὸν ἑαυτοῦ] Quænam arſeſt iſta propria hominis, qâ hominis? ſed qam cum Diis communem habet, Marcus ipſe docet *l.* 11. § 5. ἀγαθὸν εἶ· *bonum eſſe.*

§ 36 Γωνίαι] Ità *l.* 3. § 10. Μικρὸν τὸ τῆς γῆς γωνίδιον. & *l.* 4 § 3. Πόσον γωνίδιον ὁ καπνικὸς. & *l.* 8. § 21. ἐν γωνίᾳ τούτῳ τῷ κλίματος.

Στάγων τοῦ κόσμου] Apollonio qærenti *utra major* eſſet, *terra an mare*; reſpondit Iarchas Indus, *terram mari majorem*: πρὸς γὰρ θάλασσαν αὐτὴ ἔχει· qia *terra mare continet.* ſcil. πρὸς θάλασσαν λίμνην, *mare lacum* eſſe cenſuit; nonavtem πρὸς οἰκουμένην νῆσον, *terram* potiùs *inſulam*, ut Strabo *l.* 1. qocum conferiens & Plin. *l.* 2. *c.* 66. *tellurem præcinctam circumfluo mari.* & Ariſtot. *de mundo c.* 3. ἡ σύμπασα μία νῆσός ὅτι, ὑπὸ τῆς θαλάσσης περίρρυτος. qod Mela. *c.* 1. *ambitur omnis Oceano.* at verò ὑγρὰν οὐσίαν, ſive *aqæ elementum*, terrâ longè majorem: καὶ γὰρ ἐκείνην τὸ ὕδωρ φέρει· *terram ſiquidem ab aqa ſuſtineri.* Ità ille aqei elementi mare partem minimam opinatus videtur, utpote qi ſubtus terram aquarum neſcio qas ſomniabat abyſſos, qibus ea qaſi ſupernataret, cùm *aqas* contrà *terra ſuſtineat*, ut rectè Plin. *l.* 2. *c.* 65. Verùm Marcus *guttulæ* inſtar obtinere vult ad mundi hujus univerſi ambitum; qui eleganter, ut γὴ στυγὴ, *l.* 4. §. 3. ità πίλαγος σταγὼν, hoc loco dicitur. Apud Eſajam itidem *c.* 40. *v.* 15. Numini divino collati populi univerſi, dicuntur eſſe, ὡς σταγὼν ὑπὸ κάδου, *ut gutta ſitulæ*, hoc eſt, inſtar guttulæ, qæ ſive inter effundendum deciderit, ſive poſt effuſum liqorem in fundo ſubſtiterit, de menſura juſta nihil minuitur: & *ut pulvis lancium*, (riam Græci ῥοπὴν ζυγοῦ perperam reddunt) hoc eſt, inſtar pulviſculi, qi poſt aromata effuſa lanci adhæret, nec de juſto pondere tamen qicqam deperiſſe deprehenditur.

Ἄβωλος βωλεῖον] *l.* 12. § 32. ἐν πίσῃ βωλείῳ τῆς γῆς· ἔρπεις πρὸς πατρῴαν βῶλον. i. e. *glebam patriam*, pro agro ſive fundo dixit Syneſ. *epiſt.* 38. & Apul. *Mileſ. l.* 1. *Hymettos Attica, & Iſthmos Ephyræa, & Tænaros Spartiaca, glebæ fertiles, æternum libris felicioribus conditæ, mea vetus proſapia eſt.* Ità enim habet editio Colviana. *Tænaros*, inqam, non *Tenedos*: ut nihil opus ſit, qod Cl. Salmaſius voluit, *prolegom. in Solin.* pro *Spartiaca Sporadicam* ſubſtituere, cùm Tænaron in tractu Laconico agnoſcant Pauſanias & Stephan. *de urbibus.* *Athon* avtem ideò forſan nominat Marcus iſtîc, qia tanqam magnum & ſtupendum qoddam commemorant Athon montem à Xerxe perfoſſum, cùm in Græciam trajiceret. qid enim magni perfoſſus Athos, ſi βωλεῖον fuerit, ſi glebulæ duntaxat rationem obtineat.

Σπυμὴ τῶν αἰῶνος] Vide *l.* 2. § 14, 17.

Ἐναφανιζόμεθα] Vide *l.* 2. § 12. & *l.* 4. § 14. & *l.* 7. § 10. & *l.* 12. § 32.

Πάντα ἐκεῖθεν ἐρχόμενα] Vide *l.* 2. § 3. & *l.* 4. § 23. Avtor *de Mund. ad Alex. c.* 6. Ἀρχαῖός τις λόγος καὶ πάτριός ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεῶν τὰ πάντα, καὶ διὰ θεῶν ἡμῖν σωτηρίαν· ὑπάρχειν ἡ φύσις, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἁρπαμοῦσα τῆς ἐκ τούτων σωτηρίας. Qod Apoſtolus *ad Coloſſ. c.* 1. *v.* 16. 17. ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. & mox: τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισαι καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. Et *ad Rom. c.* 11. *v.* 36. Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.

Τῷ κοινῷ ἡγεμονικῷ] qod *l.* 7. § 75. τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν. *anima univerſi.* Vide *l.* 4. § 40.

Ὁρμήσασθαι, ἢ κατ' ἐπακολούθησιν] forſan ὁρμίσασθαι. Vide *l.* 7. § 75. & *l.* 9. § 28. Vide & Briſonem *infrà ad* § 38.

Ἐπιζυμήματα] Vide ad *l.* 3. § 2. Ocellus Lucan. *de univerſ. c.* 1. § 8. Πάντα ἔχει τὸ πᾶν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δ' ὡς ἐπιζυμήματα. eadem & ἐπακολουθήματα Philo dixit libro *de provident.* cujus fragmentum, imò ὑποσασμάτιον bene magnum exhibuit Euſeb. *præpar. l.* 8. *c. ult.* ubi inter alia: Καὶ μὴν δὴ τὸ πῦρ φύσεως ἀναγκαῖόν ἐστιν ἔργον· ἐπακολούθημα δ' τούτου κάπνος· ἀλλ' ὅμως παρέχεταί τινα ὠφέλειαν ἔστιν ὅτε καὶ αὐτός.

Καὶ τὸ ἀλληλοῦιον] Virgil. *Georgic. l.* 1.

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.

qaſi veneni experres antè fuiſſent: qod & è noſtris nonnullis, ſed fruſtrà, placuiſſe videtur.

Πᾶσα κακουργία] Vide *ad l.* 3. § 11. τοῦτο παρὰ θεῶν.

Ἀκαρδία] vide *l.* 8. §. 30. Joan. Chryſoſt. *in Geneſ. c.* 3. *v.* 18. ἀκάρδιας vocat καλάμας ὑπομνήματα· non tamen qaſi ab initio iſta non fuerint, ut Auguſtinus cenſuit, *de Gen. contra Manich. l.* 1. *c.* 13. Saniùs idem ipſe *de Gen. ad liter. l.* 3. *c.* 18. *Ab initio creata, in ſuo genere utilia, & ad univerſi ornatum perfectionémque conducentia, pœnæ loco haberi, qòd in locis ab homine cultis frequentiora exiſterent*, nege aliud Joan. voluit.

§ 37. Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν] Idem argumentum tractat, *l.* 2. § 14. & *l.* 4. § 32. & *l.* 9. § 32. & *l.* 11. § 1. & *l.* 12. § 24, 35.

§ 38. Τῷ

§ 38. Τῶ ὑποσώλησιν] Ità *l.* 4. § 34. σώλησις καὶ συμπήγυσις. & *ibid.* § 45. σωλῆσια ἔυλογος. & *l.* 7. § 9. σωλῆσις ἱερά. Vide & Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 7. *ad l.* 5. § 8.

Πάντα ἀλλήλοις ὑποπέπλεκται] Ità *l.* 7. § 9. πάντα ἀλλήλοις ὑποπέπλεκται. Hoc est quod Briso in Oeconomico à Stobæo adductus *tom.* 2. *tit.* 82. ὅτως ἔχει ποτ' ἄλληλα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, καθάπερ καὶ τᾶς ἁλύσιος τὶ κρίκοι. τῶτος γὰρ ἐξ ἀλλήλων ἀρτῶνται, ἀλλάλοις τ' ἀκολυθέοντι, καὶ ἑνὸς ἐξ αὐτᾶς ἐκκωφέντος ὅπιθε δίπτυχα, τό τε ὅλον, καὶ τὸ ἐξ ἀρχᾶς ἀκολυθεῖ. καὶ ὅσ' τῆ βίᾳ ἢ πραξμάτων ὑποῖα ἂν βάλῃ ἑλέδζ, ἐυρήσεις καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἀνάγκας, κὠ τὸ ἑξῆς ἀλλάλοις ὑπόμφορα.

Πάντα φίλα ἀλλήλοις] Ità *l.* 7. § 9. ὑδὲν ἀλλόζυιον ἄλλο ἄλλῳ.

Διὰ τῶ τοπικῶ κόνησιν] *per motum localem.* κίνησιν. Xyl. & Cas. forsan, σύνησιν, *connexionem. l.* 4. § 34.

Καὶ σύμπνοιαν] Vide *ad l.* 4. § 27. συμπαθῆ. Stoici apud Laërt. *l.* 7. in Zenon. Ἕνα τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τὸν πνεῦμα διῆκον διὰ τῆ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ἡνῶδζ αὐτόν· τῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τῶ ὅλῳ ὑγρότητα πρὸς τὰ ὑπήκοα σύμπνοιαν καὶ συντονίαν.

§ 39. Ὅσ συλλαλήσουσι] Ità *l.* 4. § 26. συνελάθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον.

Σωφρονίζε ἑαυτόν] τὸ γὰρ ἁρμοδιότερον; *l.* 7. § 57. Vide & *l.* 3. § 16. & *l.* 4. § 34.

Φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς] qod Petrus *epist.* 1. *c.* 1. *v.* 22. φιλαδελφίᾳ ἀνυποκρίτῳ.

§ 40. Πρὸς ὃ κατασκάζαι] Vide *l.* 5. § 16. Senec. *ep.* 76. *Quæ conditio rerum, eadem & hominum est. navis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cujus tutela ebore cælata est, nec quæ fiscis & opibus regiis pressa est; sed stabilis & firma, & junctura aqam excludentibus spissa, ad incursum ferendum maris solida, gubernaculo parens, velox, & consentiens vento. gladium bonum dices, non cui deauratus est balteus, nec cui vagina gemmis distinguitur; sed cui & ad secandum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. regula, non qàm formosa, sed qàm recta sit, quæritur.* Apul. *de Deo Socratis. Æquè divites spectari debere, ut equos mercamur. neque enim in emendis eqis phaleras consideramus, & baltei polimina inspicimus, & ornatissimæ cervicis divitias contemplamur, si ex argento & auro & gemmis monilia variæ gazæ dependent, si plena artis ornamenta capiti & collo circumjacent; si fræna cælata, si ephippia fucata, singula aurata sint. Sed istis omnibus exuviis amotis, equm ipsum nudum, & solùm corpus ejus & animum contemplamur, ut sit ad speciem honestus, & ad cursum vegetus, & ad vecturam validus. jam primùm in corpore si sit*

Argutum caput, & brevis alvus, obesáque terga,

Luxuriétque toris animosum pectus honestis.

præterea, si duplex agitur per lumbos spina. volo enim non modò perniciter, verumetiam permolliter pervehat. Vide & Joan. Chrysost. *edit. Savil. tom.* 7. *orat.* 2. Vide & Galen. *ad lib.* 4. § 19. sed & *l.* 9. § 31.

Ἔχει ἢ ὅτως καὶ πρὸς παντί] de *homine quovis*, perperam cepit Xyl. de *universo*, sive *universi rectore*, Cas. rectè.

§ 41. Μέμναδαί σε θεοῖς] Idem *supr.* § 16. & *l.* 9. § 1. Epictet. *l.* 1. *c.* 27. Πέφυκεν ὁ ἄνθρωπος, μὴ ὑπομένων ἀφαιρεῖδζ τὸ ἀγαθὸν, μὴ ὑπομένων ἐκπίπλειν τῶ κακῶ. εἶτα τὸ πλῆθος τᾶτο, ὅταν μήτε πρόσμαλα μεταδέναι δυνηθῆ, μήτε τὸν ἐμποδίζοντα ἐκπυρῶσαι, (qo modo Ulysses Cyclopem) κάθηται, καὶ στένει, καὶ ὁ δυάσλαι, λοιδορεῖ τὸν Δία, καὶ τὸν θεὸν τὸν ἄλλως. prout impii illi, Esajæ *c.* 8. *v.* 21. Idem *l.* 4. *c.* 7. Ἐάν τις ἐν τύπῳ μόνοις ἠγήσηται τὸ ἀγαθὸν τὸ αὐτὸ καὶ συμφέρον τοῖς ἀκωλύτοις καὶ ἐφ' ἑαυτῆ, ἐλάθεδζ ἔσται, ἔυρως, ἐυδαίμων, ἀβλαβὴς, μεγαλόφρων, ἐυσεβὴς, χάριν ἔχων ὑπὲρ πάντων τῶ θεῶ, μνδαμῆ μεμφόμενος μηδενὶ πρὸ ἐφ' αὐτῆ ψυομένων, μηδὲν ἐγκαλῶν. ἂν δ' ἐν τοῖς ἐκτὸς καὶ ἀπροαιρέτοις, ἀνάγκη κωλύεδζ αὐτὸν, ἐμποδίζεδζ, δηλάθειν τοῖς ἐκείνων ἔχουσιν ἐξουσίαν, ἃ τεθαύμακε καὶ φοβεῖται· ἀνάγκη δ' ἀσεβῆ εἶναι, ἅτε βλαπτόμενος ἀόμφορον ὑπὸ τῆ θεῖ· καὶ ἄνισον, ὡς ἀεὶ αὐτῷ τὸ πλεῖον ἐκπιπτόν. Eadem prorsus dicit, qæ Marcus, sed inverso ordine, hoc loco.

Τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κινῶμεν] *bona & mala tractaremus.* Xyl. *ad ea inclinaverimus.* Metric. verùm leg. κρινῶμεν. *judicaverimus.* qo sensu ὑποσήσης priùs dixerat. atqe ità Athen. *dipnosoph. l.* 15. Οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ τοὺς θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς ὑποτυπάμενοι. *At prisci homines humanâ formâ prædítos Deos existimantes*, sive, ut vulgò loquimur, *supponentes.* Tollemus obiter par mendum ex Aristotelis codicibus, *ethic. Eudem. l.* 7. *c.* 6. Ubi vulgò legitur; Καὶ τύτῳ χαίρουσι κανόνι, κινῆσι πρὸς τοὺς ἄλλως φιλίαν. leg. κρίνασι. qod & Aretinus advertit, qi, *judicant*, vertit.

Διὰ τῶ πρὸς ταῦτα διαφορὰν] *propter hanc rerum differentiam.* Xyl. *Si cum opinione differentiæ ad res istas inclinaverimus.* Cas. Qasi διαφορὰ τῆ ἀδιαφορίᾳ opponatur. Verùm Marco τὸ διαφέρεδζ πρός τι, est *ad rem aliqam adipiscendam*, vel simpliciter *ferri*, ut idem usurpat *l.* 5. § 1. vel *cum solicitudine & animi anxietate ferri.* Vide *lib.* 9. § 27, & 38. Verto itaqe, *dum ad ista contenduntur.* non in eo sensu *contendendi* vocabulo sumpto, qo διαφέρεδζ πρός τι, *de re aliqa contendere*, sed qo πρός τι, *ad rem aliqam*, qam studiosè prosequitur, *contendere* qis dicitur.

§ 42. Πάντες εἰς ἓν ὑποτέλεσμα σωζῆ ὕωμ] imò, non πάντες tantùm, sed & πάντα. ζωζῆ ὑν-

πις ἓν Apostolus *ad Cor. ep. 2. c. 6. v. 1.* Et, πάντα συνεργεῖ *ad Rom. c. 8. v. 28.*

Οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπισκέπτως] Xyland. *pars scientes & certo ordine, pars inscii.* Videtur εἰδότες legisse. quàm eòdem recidit, utrumlibet admiseris. Verùm παρακολουθητικῶς, *intelligenter* potiùs, vel *intelligentes* etiam reddidisset. ἀνεπισκέπτως, *citra considerationem.* ἀνεπιγνώστως, *citra cognitionem.* hoc an illud legeris, ciccum haud interest: nisi qòd istud τοῦ εἰδότως, illud τοῦ παρακολουθητικῶς, potiùs respondere videatur. Bernard. *de grat. & lib. arb. Operatur Deus salutem suorum, aliquando per creaturam sine ipsa, aliquando per creaturam contra ipsam, aliquando per creaturam cum ipsa. multa enim fiunt hominibus salubria per insensibilem, & item per irrationabilem creaturam: quæ idcirco dixi fieri sine ipsa, qòd non queat, intellectu carens esse vel conscia. Multa quoque multorum saluti utilia facit Deus per malos, sive homines, sive angelos, sed quoniam invitos, idco contra ipsos. nam dum nocere cupientes, juvant, quantum* [*quantumvis*] *aliis valeat utilis actio, tantum* [*tamen*] *ipsis perversa nocet intentio. Porrò per quos & cum quibus operatur Deus, boni sunt, vel angeli, vel homines: qia qod vult Deus & agunt pariter & volunt. nec sunt operis tantùm ministri per effectum, sed & operantis quodammodo socii per consensum.* Et mox: *Utitur ergò Deus in salutem suorum irrationabili item & insensibili creaturâ, tanquam jumento vel instrumento, quæ jam exacto opere, nusquam erunt. utitur creaturâ rationali, sed malevolâ, quasi disciplinæ virgâ, quam correcto filio in ignem projicit, tanquam sarmentum inutile. utitur & angelis & hominibus bonæ voluntatis, tanquam commilitonibus & coadjutoribus suis, quos peractâ victoriâ amplissimè munerabit.* Synes. *epist. 57.* Αἱ κακοποιοὶ δυνάμεις ἐν κόσμῳ συωτελοῦσι μὲν τῇ χρείᾳ τῆς προνοίας, κολάζουσι γὰρ τοὺς ἀξίως κολάζεσθαι. εἰσὶ δ' ὅμως δυσμισεῖς τε καὶ ἀποτρόπαιοι. ἃ γὰρ διάκειται τῷ γνωμικῷ ὁ πιμπρὰς ἢ δαίμων ἢ ἄνθρωπος, ὡς λειτουργίαν ταύτην εἰσφέρων θεῷ· ἀλλὰ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς φύσεως χαριζόμενος, τοῖς κοινοῖς συμφοραῖς ἐπεξέρχεται. Exemplum habes in Assyrio rege apud Esajam *c. 10. v. 5, 7.*

Καὶ τοὺς καθεύδοντας] Etiam dormientes cooperari ad ea quæ in mundo geruntur, Heraclitum dixisse asserit. cùm tamen Heraclitus idem dixerit, referente Plut. *lib. de superstit.* Τοῖς ἐγηγερόσιν ἕνα καὶ κοινὸν κόσμον εἶναι, τὸν δὲ κοιμωμένων ἕκαστον εἰς ἴδιον ἀποχωρεῖν. *Vigilantes in mundo uno eodémque omnium communi, versari; dormientes in suum cujusque proprium nescio quem concedere.*

Ἐκ περισσείας δὲ] *Supervacaneâ operâ.* Xyl. *quantum in se est.* Cas. *abundè, sive ex abundanti,* malim. Galen. *de opt. sect. c. 18.* ἐκ περισσείας γὰρ ὅτι καὶ πέπτο καλασκεύασεν, ὅπ ἀρχηγὸς ἡ καταλήψις τῶν παθῶν. *ex abundanti est, istud ostendere.* ἐκ περισσείας, *sive ex abundanti* agere dicitur, qi liberaliter, ultra id qòd exigi poterat aut necesse fuerat, aliqid vel concedit, vel largitur, vel qocunqe modo facit. Indè apud Rhetores, τὰ ἐκ περισσείας καλούμενα ἀφορίσματα, de qibus Hermogen. *de invent. l. 1. c. 3.* & ἐκ περισσείας ἀφορισμὸς, & ἐκ περισσείας λέγειν, *ibidem*; ubi alia ac graviora, qàm ea qæ objiciant, objicere posse se crimina alicui prætendunt. eodem sensu, ἐκ τοῦ πλείονος Marcus dixit *l. 7. § 56. Ex abundanti,* inqit, & istiusmodi homines ad mundi opus operam conferunt suam, qia fati effectum, dum eidem reniituntur, illustrant.

Ὁ μεμφόμενος] *qi objurgat naturam; & Deos mavult emendare, qàm se.* Senec. *epist. 107.*

Καὶ ὁ ἀνταλλαγεὶς πειρώμενος] *Dum in bonum usum malè facta vertuntur, ejus consiliis militant, etiam qi ejus consiliis repugnant.* Greg. Rom. *in Job. l. 6. c. 14.* ità Assyrius Esaj. *c. 10. v. 6, 11.* Deúsque de eis qi faciunt qæ non vult, *facit ipse qæ vult.* Aug. *de corrept. & grat. c. 14.* Et *enchir. c. 100. Per eam creaturæ voluntatem qâ factum est qod creator noluit, implevit ipse qod voluit. hoc etiam ipso, qòd contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas ejus.* Vide *l. 8. § 35.*

Τὸ τοιοῦτο ἔχειν ὁ κόσμος] Vide *l. 9. § 42.* Chrysipp. *de natur. lib. 2.* à Plutarcho relatus *de contradict. Stoic. c. 31.* & *de Commun notit. c. 13.* Ἡ ὕλη πρὸς τὰ λοιπὰ συμπλώματα ἔχει ὅσον μάχεται γὰρ αὐτὴ πρὸς τὸν τῆς φύσεως λόγον· ἢ ἵν' οὕτως εἴπω, ἐν ἀνάγκῃ γίνεται πρὸς τὸ ὅλον· ὅθεν γὰρ ἂν τελεσθῇ ἦν. Vide *infr. ad illa,* ἐυτελὴς καὶ γελοῖος σχῆς. Sed & Plato in Theaeteto & Theodoreto etiam adductus *therap. lib. 12.* Ἀλλ' ὥστε ἀπόλλυσθαι τὰ κακὰ δυνατόν· ἐναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη. Non necessarium prorsus, at conducibile tamen, nec nostri negant. Lactant. *l. 5. c. 7. Virtutem aut cerni non posse, nisi habeat vitia contraria; aut non esse perfectam, nisi exerceatur adversis. hanc enim Deum bonorum ac malorum voluit esse distantiam; ut qalitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono: nec alterius ratio intelligi sublato altero potest. Deus ergò non excluſit malum, ut ratio virtutis constare posset.* Aug. *enchir. c. 10. Ab hac summè & immutabiliter bonâ Trinitate creata sunt omnia, & nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul verò universa valde bona; qia ex omnibus constituit admirabilis pulcritudo. in qâ etiam illud qod malum dicitur, bene ordinatum & suo loco positum, eminentiùs commendat bona, ut magìs placeant & laudabiliora sint. neqe enim Deus omnipotens, rerum cui summa potestas, cùm summè*

mè bonus sit, ullo modo sinceret mali esse aliqid in operibus suis, nisi usqe adeò esset omnipotens & bonus, ut bene faceret etiam de malo. Et *c.* 96. *Quamvis enim ea qæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona, tamen ut non solùm bona, sed etiam sint & mala; bonum est. nam nisi esset & hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo sineretur ab omnipotente bono; cui proculdubio qàm facilè est qod vult, facere; tam facilè est qod non vult, esse non sinere. Melius ergò judicavit de malis bene facere, qàm mala nulla esse permittere.* Ibid. *c.* 27. Vide Petr. Lomb. *l.* 1. *dist.* 46.

Ἐκεῖν☉ πάνλως σοι καλῶς χρήσεται] Disertè ac eleganter hoc differit Clemens *Strom. l.* 1. Αἱ ἧλ ἀποστασίαν ζηλαί τε καὶ ἐνέργειαι, μεικαὶ ὖσαι, γίνονται μὴ ὲκ φαύλης διαθέσεως, καθάπερ καὶ αἱ νόσοι αἱ σωματικαί· κυβερνῶνται δὲ ὑπὸ τῆς καθόλε προνοίας ἐπὶ τὸ τέλ☉ ὑγιεινὸν, κἂν νοσηροῖς ᾖ ἡ αἰτία. μέγιστον γὰν τῆς θείας προνοίας, τὸ μὴ ἐάσαι τὴν ἐξ ἀποστάσεως ἀκουσίε φυεῖσαν κακίαν, ἄχρηστον καὶ ἀνωφελῆ μόνον, μηδὲ μὴν κ πάνλα βλαβερὰν αὐτὴν γίνεσθαι. τῆς γὰ θείας σοφίας καὶ ἀρετῆς καὶ δυνάμεως ἔργόν ἐστιν, ἐ μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν. φύσις γὰ ὡς εἰπεῖν, αὕτη τ θεῦ, ὡς τ πυρὸς τὸ θερμαίνειν, καὶ τ φωτὸς τὸ φαίζειν· ἀλλὰ κἀκεῖνο μάλιστα, τὸ διὰ κακῶν ὑπονοθέλων τινῶν, ἀγαθόν τι καὶ χρηστὸν τέλ☉ ἀποτελεῖν, καὶ ὠφελίμως τοῖς δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι. Inculcat idem passim & Augustinus. *adv. Faust. l.* 16. *c.* 21. *Deus bene utitur etiam malis. epist.* 141. *Sicut mali, Dei bonis malè utuntur, dum non corriguntur; sic contrà Deus, etiam malis eorum bene utitur, ad justitiam suam & exercitationem suorum.* Et *epist.* 59. *Sicut illorum neqitiæ est, malè uti bonis operibus ejus; sic illius sapientiæ est, bene uti malis operibus eorum.* Idem *in Psal.* 54. *Nè putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur; aut ideo vivit, ut bonus per illum exerceatur.* Et *in Psal.* 36. *Habet aliqem hîc usum peccator? habet. utitur illo Deus ad probandum justum. est qod de peccatore agatur. locus hîc ejus est ut palea in fornace artificis. ardet palea, ut aurum purgetur: Sævit impius, ut justus probetur.* Et *in Psal.* 77. *Utitur eis, qi bonus est, bene. i. e. convenienter & justè: sicut è contrà iniqi creaturis ejus bonis utuntur malè.* Et *in Psal.* 104. *Deus bene utitur malis operibus hominum: sicut illi contrà malè utuntur bonis operibus Dei. Et est ipsa illa mirabilis Dei bonitas; qia bene utitur etiam malis, vel angelis vel hominibus. cùm enim ipsi vitio suo mali sint, ille de malo eorum bene facit.* Idem *enchir. c.* 101. *Summè bonus non sineret fieri malè, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene.* Et *de continent. c.* 6. *Tanta est omnipotens ejus bonitas, ut etiam de malis possit facere bona, sive ignoscendo, sive sanando, sive ad utilitates piorum coaptando atqs vertendo, sive etiã justissimè vindicando. omnia namqe ista bona sunt, & Deo bono atqe omnipotenti dignissima, nec tamen sunt nisi de malis. qid igitur melius, qid omnipotentius eo, qi cùm mali nihil faciat, bene etiam de malis facit?* Possent & alia plura coacervari. Verùm ista forsan qibusdam nimia videbuntur. Chrysippus certè ipse gemina ferè his habet, *de Diis l.* 1. referente Plutarcho *de Stoic. contradict. c.* 33. Ὅτι ταῦτα (τὰ καθ') ὑπονέμεται χ τὴν Διὸς λόγον, ἤτοι ὅτι καλάσει, ἢ κατ' ἄλλω ἔχουσαν πρὸς τὰ ὅλα οἰκονομίαν.

Ὁ τὰ ὅλα διοικῶν] Vide *l.* 5. § 21, & *supr.* § 5.

Τῶν σωθησομένων,] ità *l.* 7. § 19. τῷ ὅλῳ σωθησομένῳ. & *infrà* § 43. σωθησομένοις ταυτὸν.

Οἷον ὁ εὐτελὴς κ γελοῖ☉ ῥῆχος] Locum hunc illustrat nobis Plut. *de commun. notit. adv. Stoicos c.* 13. adductis ipsis Chrysippi verbis, qæ in animo proculdubio Marcus habuit, cùm hæc scriberet. Ea ex *l.* 2. *de natura* sic habent: Ὡς γὰ αἱ κωμῳδίαι ὑπογράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ὅτι φαῦλα, τῷ ᾖ ὅλῳ ποιήματι χρῆσθαι πρὸ προτίθησιν· ὕτως ψέξεως ἂν αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν τὴν κακίαν· τοῖς ᾖ ἄλλοις ὠφέλησός ἐστιν. Interest tamen, quod Marcus ῥῆχον εὐτελῆ, Chrysippus ὑπόγραμμα φαῦλον, sed uterqe γελοῖον, dixerit: ille ad hominem pravum, hic ad pravitatem hominis ipsam retulerit. Avdi tamen ex parte Plutarchi, qam subjunxit, censuram: Πρῶτον μὲν ἔν, inqit, τὴν κακίαν γεγενῆσαι κ τὴν τῦ θεῦ πρόνοιαν, ὡς τὸ φαῦλον ὑπόγραμμα γίγνεσθαι κ τὴν τῦ ποιητῦ βέλτιον, πᾶσαν ὑπόνοιαν τῆς ἀτοπίας ὑφαιρέλλει. ἔπειτα δὲ τὸ μὴ φαῦλον ὑπόγραμμα τὴν κωμῳδίαν χρῆσθαι, κ σωθηναι πρὸς τὸ τέλ☉ αὐτῆς, ἐφιεμένης τῦ γελοίν ἢ κεχαρισμένε τοῖς θεαταῖς. ὁ ᾖ παντοκράτ☉ κ ὕπατ☉ κ δημιουργ☉ Ζεὺς, κ ἀειστέχνας, κ Πίνδαρος, ὁ δρᾶμα δὴ τι μέγα κ ποικίλον καὶ πολυμαθὲς δημιεργῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ θεῶν κ ἀνθρώπων ἄχι κοινὸν σωτηρομισυθίων μετ' δίκης κ ἀρετῆς ὁμολογημένως κ μακαρίως, τί πρὸς τὸ κρίνειν τοῦτο κ σεμνόταλον τέλ☉ ἐλεεῖτο λησῶν κ ἀνδρηφόνων κ παρροκλήτων κ τυράννων; (qod Marcus supr. τὸ πιστὸν ἔχοντες ὁ κόσμος) ἐγὼ ᾔδη τῷ θείῳ κ κομψὸν ἢ κακίαν γίγνεσθαι ἐνεισάγειν. ἐπὶ τὸ μὲν φαῦλον ὑπόγραμμα τῆς ποιήμαι☉ πολλοστημόριόν ἐστι, κ μικρὸν ἐπέχει παντάπασιν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ χωρίον· κ ὅτε πλεονάζει τὰ τοιαῦτα, ὅτε τὴν ἓν ἢ ποιεῖσ θηκάτων ἀπόλυσι κ λυμαίνεται τὸ χρεῖν· τῆς ᾖ κακίας ἀπαπέπλησεν πάντα περὶ μαλα, κ πᾶς ὁ βίω συθὺς ἐκ παιδὸς κ ἀρχῆς ἔχει χορωνίδος ἀχημοσυνῶν κ ἐκπτώσεων, κ ταραχῆς, κ μηδὲν ἔχων μέσες καθαρὸν μηδὲ ἀνεπίπληκτον (ὡς ἔστι λέγεσθαι) ἀλλ' ἐστὶν ὅλε δραμάτων ἀπάντων κ ἀτερπέστατον. Quanquam pro Chrysippo Marcóqe multa forsan dici possent, si candidam saltem ac benignam interpretationem verborum utriusqe admiseriimus: verùm

ulteriùs de his impræsentiarum non lubet disserere. Illud tantùm adjiciam; in Plutarchi animadversione verba illa, πατρῷος καὶ ὔσαλος καὶ δημόσιος Ζεύς, vitiata videri. qid enim habet commune πατρῷος καὶ ὔσαλος; Et primâ qidem facie videri possit, leviculâ inflexione πρῶτος καὶ ὔσαλος legendum. certè ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἕκαλος Deus pater nostris dicitur. Esaiæ *c.* 44. *v.* 6. & Joan. *Apocal. c.* 1. *v.* 17. & *c.* 2. *v.* 8. & *c.* 22. *v.* 13. Verùm locum istic τὸ πρῶτος καὶ ὔσαλος qem habeat, non video. Itaqe malim Plutarcho ipso facem præferente legere, πατρῷος καὶ σωστικὸς καὶ δημόσιος. Sic enim Plut. *de Stoic. contradict. c.* 29. Ὥστε περὶ τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος, καὶ πατρὸς ἴσης καὶ εὐνομίας.

§ 43. Μὴ ὁ ἥλιος] Lucian. itidem *de astrolog.* Τὰ ἔργα ἐκάστῳ αὐτέων διοίσατο, τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπών, *Iliad. ε. v.* 429.

Ἀλλά σ' ἐμεροέντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.
τὰ δ' ἐς πόλεμον,

Ταῦτα δ' Ἄρηϊδοῖ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει. Gemino utitur argumento Plutarchus *in lib. de trang.* dum qorundam omnia ambientium vanitatem retundit. Ἀλλ' ἔνιοι, inqit, τοὺς μὲν Στωικοὺς οἴονται παίζειν, ὅταν ἀκούσωσι τὸν σοφὸν παρ' αὐτοῖς μὴ μόνον φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ ῥήτορα καὶ στρατηγὸν καὶ ποιητὴν καὶ πλούσιον καὶ βασιλέα θερμοχοροῦντας· αὐτοὺς δὲ πάντων ἀξιοῦσι τούτων. Καίτοι καὶ τὸν Διὸς ἄλλος ἄλλως ἔχων διώκημεν, ὁ μὲν Ἑρμάλιος, ὁ δὲ μαιῶος, ὁ δὲ κορδὼς ἐπονομάζεται· καὶ πάλιν Ἀφροδίτας ὁ Ζεὺς, ὡς ἑ μετὸν αὐτῇ πολεμικῶν ἔργων, ἐπὶ γάμους ἀποστέλλει καὶ θαλάμους. Et mox: Οὐ πάντα πάντων ὄζη· ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ χρήσθαι παιδόμενον, αὐτὸν καταμαθεῖν· εἶτα χρῆσθαι πρὸς ἕν ὁ πέφυκε, καὶ μὴ πρὸς ἄλλον ἄλ ετε βίᾳ ζῆλον ἕλκειν καὶ παραζηλοῦσθαι πάλιν φύσιν. Vide *ad l.* 4. § 27. sed & Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 22.

Διάφορος μὲν] Vide *ad l.* 9. § 9. Senec. *qæst. nat. præfat. l.* 1. *Occasus siderum atqe ortus, & tam diversas concordantium vias.*

§ 44. Εἰ ἔν] ἓν illud παρέλκειν videtur. est enim novi argumenti exordium. Vide *l.* 8. § 3.

Καλῶς ἐβουλεύσαντο] Ità *l.* 3. § 4. Ταῦτα δ' ἀγαθὰ εἶ; πίστευσαι. & *l.* 9. § 28. Εὖ ἔχει πάντα. Vide & *l.* 7. § 41. Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 24. Τῷ ὄντι κακῶς διοικεῖται τὰ ὅλα, εἰ μὴ ἐπιμελεῖται ὁ Ζεὺς τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, ἵν' ὦσιν ὅμοιοι αὐτῷ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐσκεπται, καὶ ἔστα ἐνδυμηθῆναι. Et *c.* 26. Καὶ σπάνιν δὲ ἀγαθῶν ἔχει ὁ μισθοδότης, καὶ ἐργάτην, καὶ σκυλεῖ; τῆς δ' ἀγαθῆς λείψει; ὕτως ὁ θεὸς ἀμελεῖ τῆς αὐτοῦ ἐπιλευγμάτων, τῶν διακόνων, τῶν μαρτύρων; ὃς μόνος χρῆται παραδείγμασι πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτους, ὅτι καὶ ὄζει, καὶ κακῶς διοικεῖ τὰ ὅλα, καὶ ὅτι ἀνδρεῖ ἀγαθῷ ὄντι κακόν, ὕτε ζῆν, ὕτε ἀποθανεῖν. quæ novissima Socratis sunt ex Platon. *apolog.* mutuata. Vide *ad l.* 10. § 31.

Ἄβυλον γὰρ θεὸν] Vide *l.* 2. § 11.

Ἀσπάζεσθαι καὶ χαίρειν] *amplecti & acquiescere.* hoc est enim τὸ χαίρειν, φιλεῖν καὶ θεραπεύεσθαι, ut Marc. *l.* 4. § 31. Demosthen. *de coron.* Εἰ δ' ἦσαν ἔξω, δείξατ· κἀγὼ χαίρω καὶ σιωπήσομαι. *acquiescam, & conticescam.* Ilocrat. *ad Demonic.* Στέργε τὰ παρόντα. *præsentibus acquiesce, contentus esto.* Plut. *Antonio*; Νυνὶ δὲ τὰ παρόντα στέργομεν. *nunc rebus præsentibus contenti sumus.* Polybius à Svida lavdatus: Νῦν δὲ, ἃ πρὸς ἡμᾶς γὰρ διωρκεῖν, τὰ παρόντα στέργομεν. Incertus avtor apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 108.

Πάντων δεῖσον μὴ βιάζεσθαι θεούς·
Στέργειν δὲ μοῖραν.——
In cœlites vim non parare est optimum;
Sed amare fatum. Grot.

Et apud eundem *tit.* 109. Sophocles:

Στέργειν δ' ταμπισούλα, καὶ θεὸς φρόνει,
Σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ ξένην τύχην.
Amare oportet casus, ac disponere,
Non gemere sortem, ut alcatorem bonum.

Ità enim accipio illa, Σοφὸν κυβευτὴν, qomodo Placcus dixit in *art.* ——*fidus Interpres*—— pro, *sicut fidus interpres.* & *l.* 1. *ep.* 2.

Rusticus expectans, dum defluat amnis——

pro, *Rustici instar est expectantis.* Vide *l.* 3. § 16. & *l.* 5. § 8. & *l.* 7. § 38. & *l.* 10. § 6, 11. Theodoret. deniqe *therap. l.* 1. Ἔκασος τῶν ἀνθρώπων, τέχνην μαθεῖν ἐθέλων τινὰ, φοιτᾷ μὲν παρὰ διδάσκειν ἐπισταμένῳ, στέργει δὲ τὰ παρεσφερόμενα παρ' ἐκείνου μαθήματα. Et mox: καὶ ὁ μὲν ἔχει τῆς γναθίων πάλι γνῶσιν· ὁ δὲ στέργει πάλιν πίστιν. ubi malè vertit Acciaolus, *disciplinas colit, & fidei initiatur:* cùm vertendum potiùs fuerit, *documentis acquiescit, & fide contentus est.* hoc est enim qod priùs dixerat, πιστεύει τοῖς λεγομένοις, καὶ οὐκ ἀντιλέγει τῷ διδάσκοντι. Et in syntaxi diversa, apud Isocrat. *in Panathen.* Ἀναίδην στέργειν τοῖς ἤδη συμβεβηκόσιν. *eis qæ jam obtigerunt acquiescere necesse est.* Idémqe *de pace.* ὁρῶσι γὰρ ἡμᾶς ὑ στέργοντας ὅτις ἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ἀεὶ τὰ πλείονος ὀρεγομένους. *non contentos,* sive *acquiescentes eis, qæ possidemus.* de Scopa Polybius Svidâ referente: οὐκ ἠρέσκετο τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' ἀνώρει καὶ ἦν. qod mox qasi interpretatus ipse, οὐκ ἀρκεθεὶς τούτοις, inqit. Lucianus item à Budæo adductus: εἰ δέ τις αὐθαιρέτως ἔλαττ, στέργειν ὄζει δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις. *acquiescere eis qæ decreta & statuta sunt.* Et apud Svidam avtor innominatus: Ἐκείνῳ δίκαια διώκειν ἠναγκάζετο τύπτειν· *illis contentus esse cogebatur.* Liban. *orat.* 3. *de Alexandro*; ὃς ἦν κακόηθης, ᾧ στέργειν ἄξιον, ὑπερχειρεῖ τῷ πλέονι. Greg. Naz. *in Julian. exacti.* Ἀλλ' ἔκατε ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, κἂν ᾖ τὸ χρεῖττον· ἀξιοῖ· ἐν ᾧ στέργει τῷ παρόντι, πλέον εὐδοκιμῶν, ἢ ἐν τῷ ζητεῖν, ἵν' ὑκ ἐλάσσει. Eodem sensu & τὸ ἀγαπᾶν

ἀγαπᾷν usurpatur. Liban. *vit. suâ.* ὁμωμοκότι ἤδη τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσειν. *præsentibus contentum fore.*

Ἢ μηδὲ δύωμαι, μηδὲ εὐχώμεθα] Apul. *de Deo Socrat. Nullus,* inquis, *Deus rebus humanis intervenit. cui igitur preces allegabo? cui votum nuncupabo? cui victimam cædam? quem miseris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem adversatorem malis in omni vita cieboʔ quem denique, quod frequentissimum est, jurejurando arbitrum adhibeboʔ*

Ἔξεστι δὲ ἐμοὶ βαλέσθαι] καὶ σεσυνῆσθαι σοὶ ἀσεσυνήτων, ut Tatianus *contr. Græc.* Ità *l.* 9. § 28. μὴ καὶ σὺ εἰκῇ.

Κατὰ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευήν] Vide *supr.* § 16, 40. & *l.* 5. § 16. & *l.* 9. § 28.

Πᾶσι καὶ παντὶς, ὡς μοὶ Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη] Ità Cicer. *contr. Rullum* 2. *Roma communis patria omnium nostrûm.* & Modestin. in *Pandect. l.* 50. *tit.* 1. *leg.* 33. *Roma communis patria nostra est.* Seneca verò *ad Helv. c.* 6. de eadem, sensu havd pavlò latiore, ratione hominum ex omnibus locis terrísque eò confluentium, ibíque sedes figentium suas; *Quæ velut communis patria potest dici.* quomodo de Italia Plinius *hist. nat. lib.* 3. *c.* 5. *Una cunctarum gentium in toto orbe patria.* Et Aristides *orat. in Romam,* ratione civitatis gentibus aliis communicatæ: Τὸ Ῥωμαῖον, ὦ πόλεως ἀλλὰ γένους ὄνομα κοινὸν πᾶσι καὶ τούτου οὐχ ἑνὸς οὐδὲ πάντων, ἀλλ' ἀντιρρόπως πᾶσι τοῖς λοιποῖς. πολλοὶ γὰρ, inquit, ἐν ἑκάστῃ πόλει πολῖται ὑμέτεροι, οὐχ ἧττον ἢ τῶν ὁμοφύλων, οὓς ἰδόντες πω τινὲς αὐτῶν τὴν πόλιν. τοσοῦτον ἐξημάγατε τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. Cicero *de legib. lib.* 2. *Ego meherculè municipibus omnibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. ut ille Cato, cùm esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est. itaque cùm ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.* Tum, ubi in Atticis idem ostendisset, unde & Evripides *Ione,*

——παντὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις.

subjungit, *Sic nos & eam patriam dicimus, ubi nati; & illam, quâ excepti sumus. Sed necesse est caritate eam præstare, in qa reipub. nomen & universæ civitatis est. dulcis autem non multò secùs est ea qæ genuit, quàm ea qæ excepit. itaque ego esse hanc meam patriam prorsus minqam negabo, dum illa sit major, & hæc in ea contineatur.* Duplici ergo nomine *patria* Marco *Roma,* & ortûs ratione, & civitatis. nam & *Romæ natus est.* Capitol.

Ὡς ὁ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος] Ità Theodorus Atheus, εἴ) πατρίδα τὸν κόσμον. Laërt. *l.* 2. in *Aristip.* qod idem & alii. Vide *ad l.* 2. § 16. & *l.* 3. § 11. Herculis est apud Tragicum vox, à Plut. *de exil.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. lavdata:

Ἀργεῖος, ἢ Θηβαῖος· ὦ γὰρ ἔυχομαι
Μιᾶς· ἅπασι μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.

Argivus an Thebanus: havd unam mihi
Adscribo; patria urbs est Græa qælibet.

Verùm latiùs patriam suam porrigit Crates Theban. apud Laërt. *l.* 6. in *Hipparchia:*

Οὐχ εἷς πάτρα μοι πυγμὴ, ἡ μία σέλμα·
Πάσης γὰρ χέρσου, καὶ πόλισμα καὶ δόμος
Ἕτοιμος ἡμῖν ἐνναετηδὲς πάρεξ.
Mihi patria non urbs una, non una est domus:
Verùm qot urbes, qot domos tellus habet,
Totidem mihi sunt æqa ad hanc vitam loca. Grot.

Sed & Socrates, de qo Plut. *ibid.* Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ Κόσμιος εἶναί φησας, ὡς ἄν τις Ῥόδιος ἢ Κοίνθιος· ὅπου μηδὲ Ζωνίᾳ, μηδὲ Ταινάρῳ, μηδὲ Κεραυνίοις ἐνέκλεισεν ἑαυτόν· Subjungit Plut. ex Evripid.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἀπείρονα αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχουθ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις·
ἔστι τῆς πατρίδος, ἡμῖν ὅροι εἰσίν. Senec. *epist.* 102. *Primùm humilem non accipit patriam; Ephesum, aut Alexandriam, aut siqod est etiamnum frequentius incolis, latius tectis solum. illi patria est, qodcunqe suprema & universa circuitu suo cingit. hoc omne convexum, intra qod jacent maria cum terris, intra qod aer humana divinis secernens etiam conjungit, intra qod disposita tot numina in actus suos excubant.* Democritus item apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40.

Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατὴ· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ σύμπας κόσμος. Qod Evripides *ibidem* lavdatus ex Musonii *de exil.*

Ἅπας μὲν αἰὴρ αἰθερὸς φαέσμιος·
Ἅπασι δ' ἀνδρὶ χθὼν ἀνδρὶ ἡγεμὼν πατρίς.
Patet omne cælum præpeti Jovis alitu:
Ità terra qavis patria est forti viro. Grot.

Et in eundem sensum Naso *Fast. l.* 1.

Omne solum forti patria est; ut piscibus æqor,
Et volucri vacuo qicqid in orbe patet.

In Homeri epitaphio è veteri marmore à Falkenburgio *ad Nonni Dionysiaca repræsentato,*

Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα.——
Patria mi terra est omnis.——

De Christicolis Justin. *ep. ad Diognet.* Πᾶσα ξένη, πατρὶς ἔστιν αὐτῶν· καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη. Distinctiùs, & ad Marci mentem proximè, Epictet. *l.* 2. *c.* 5. Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; μέρος πόλεως, πρώτης μὲν τῆς ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων· μετὰ ταύτα δ' τῆς ὡς ἐγγίστα λεγομένης, ἣ τί ἐστι μικρὸν τῆς ὅλης μίμημα. Et *c.* 15. τῆς αὐτῆς πόλεως πολίτου, καὶ τῆς μεγάλης καὶ τῆς μικρᾶς. Sed & Senec. *de otio sap. c.* 31. *Duas respublicas animo complectamur; alteram magnam & verè publicam, qâ Dii atqe homines continentur; in qa non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos civitatis nostræ cum sole metimur; alteram cui nos adscripsit conditio nascendi. hæc aut Athenienſium erit, aut Carthaginiensium, aut alterius alicujus urbis, qæ non ad omnes pertinet homines. qidam eodem tempore*

utrique

utrique reipublicæ dant operam, majori minoríque, qidam tantum minori; qidam tantùm majori. E primo genere est Marcus noster.

Τὰ πὰς πόλεσιν] Vide *l.* 5. § 22. & *infr.* § 45, 54.

§ 45. Τῷ ὅλῳ συμφέρει] Vide *l.* 2. § 3. & *l.* 5. § 8.

Ὅσα ἀνθρώπῳ ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις] leg. forsan, καὶ ἑτέροις. hoc est, *ea qæ hominum alicui eveniunt, non universo tantùm, sed hominibus etiam aliis aliqo modo conducere.*

Κοινότερον] *Sed nunc vocabulum utilis accipiamus latiùs; ut etiam rebus mediis pateat.* Xyl. imò, τὸ συμφέρον, sive *conducibile, nunc vulgari modo accipiatur, qatenus de rebus mediis enunciatur.* ità *l.* 2. § 9. ὡς ἄν τις κοινότερον συλλάβοι. τὸ συμφέρον enim sive *conducibile* de rebus mediis dici Stoici vix concesserint. qæ illi χρήσιμα ἢ εὐχρηστα esse aiebant, ἀλλ' οὐκ ὠφέλιμα. id est, *utilia*, sed non *conducibilia*. Vide *ad l.* 3. § 6, 11. & *l.* 8. § 7. Ità Porphyr. *de abstinent.* ubi Carneadis illa retulerat; Ἕκαστον ἅμα φύσει γεγονότων, ὅταν τὸ πρέπον καὶ γόνιμον τύχῃ τέλους, ὠφελεῖται· subjungit; κοινότερον ἢ τῆς ὠφελείας, ἵν' εὐχρηστίαν ὅτου λέγωσιν, ἀκυρέον.

§ 46. Ὅσπερ προσίσταται] ὅσῳ Xyl. legisse videtur. Lugd. ὥσπερ exhibet. προσίστασθαι, *aliqando offendere, molestum esse, tædio afficere.* Ità Dionys. Halic. *de dictione Isocratica.* πᾶς ὁ ἅμα πάντων κόσμος πολύς ἐστι παρ' αὐτῷ, καὶ λυπεῖ πολλάκις ἅμα ἄλλων κατασκευὴ, προϊσταμένου ταῖς ἀκοαῖς. id est, *obsidens aures & offendens.* qod alibi dixit idem, κόπτων τὴν ἀκρόασιν. confirmat autem hoc diserte id qod à Marco hîc dicitur, tenorem unum eundémque visorum dictorúmve continuum, fastidium afferre. qanqam contrà Jo. Chrysost. *in ad Cor. ep.* 2. *orat.* 8. αὐτὴ ἡ καινοτομία πᾶσι προϊσταται. *innovatio ipsa qosqe offendebat.* Idem itidem *in ad Hebr. orat.* 8. de rudimentis pietatis Christianæ primis, qæ *lactis* nomine apud Apostolum designantur; Ὅρα γὰρ πῶς ἡμῖν ταῦτα προϊσταται· (τοῖς τελείοις, utique) ἀλλ' ἐκείνοις ἔτρεφεν, οὐδαμοῦ προϊσάμενα αὐτούς. *Vide qomodo nos adultiores ista nunc offendant; cùm illos tamen rudiores tunc alerent, ipsos neutiqam offendentes.* atqe isto qidem sensu τὸ προϊσταῖσθαι hîc sumi oportebat, si ὥσῳ legeremus. Verùm ὅσῳ malim; qia τοῦτο seqitur; ut significet, hîc potiùs προϊσταῖσθαι, *contingere, usu venire*, qomodo Plato in Theætet. ταῦτα οὐδὲ ὄναρ πράττειν προϊσταται αὐτῷ. *Hæc eis nè in somnis qidem facere usu venit.* Et Porphyr. *de abstinent. l.* 1. Platonicum illud explicans, εἰς ἃ δεῖ ἅπαξ καθιέναι οὐδὲ ὄναρ, φησὶ, προϊσται.

Ἀεὶ τὰ αὐτὰ] Qærit Aristot. *problem. l.* 21. *q.* 14. Διὰ τί τὰ αὐτὰ σωεθιζομένοις τε ἡδέα φαίνεται, καὶ λίαν σωεχῶς προσφερομένοις οὐχ ἡδέα. Summa solutionis est. ὅτι τὸ μὲν ἔθος ἕξιν δεκτικὴν τινος ἐν ἡμῖν ποιεῖ, ἡ πλήρωσιν· τὸ δὲ σωεχῶς προσφέρεσθαι πλησμονὴν, καὶ τοῦ ἔθους ἀντιτυπίαν, καὶ καθάπαξ αὐτόν. leg. καὶ expuncto, καθάπαξ ἀγγεῖον. & in proximis, pro ἔστι γὰρ τι καὶ ἡ ἀντιτυπία. ἔστι δὲ [καθάπαξ ἀγγεῖον] τι ἡ ἀντιτυπία. adfirmant seqentia: αἱ μὲν ἕξεις γυμναζόμεναι αὔξονται καὶ ἀντιδίδασι· τὰ δὲ ἀγγεῖα καταπόμενα οὐδὲν μείζω γίνεται. διόπερ τὸ μὲν ἔθος, ὃν γυμνάσιον, αὔξει τὴν δεκτικὴν ἕξιν· τὸ δὲ σωεχῶς προσφερόμενον, σάτιει μὲν καὶ πληροῖ τὴν ἀντιτυπίαν· ἧς πληρουμένης, οὐκέτι προσίσταται. Plutarch. in *pædagog.* Μουσικὴ, καθάπερ καὶ ἄλλοις ἅπασι, τὸ ἀκίνδυνον καὶ ἀνάπαυσιν, πλήσμονή τε καὶ προίσασις ἔστιν ἡ τῆς ποικιλίας τερπνόν. Isocrat. *ad Demon.* § 32. Τὰς ἐσθῆτας μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς ἀεὶ τὰ αὐτὰ πλησμονὴν καὶ ἀπάντων. Contrà;

—μετοχλὴ πάντων γλυκύ.

Evripid. *Orest.* Idémque *Antiop.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 63.

Κόρος γὰ πάντων. καὶ δὴ ἐκ κενεώνων
Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς ἔσθον ἐκπεπλησμένης.
Δαιτὸς γὰ πλησθεὶς τις, ἀσμενῶς πάλιν
Φαύλη διαίτη προσέβαλεν ἥδη στόμα.
Rerum satietas omnium est. turpes toros
Vidi sequentem, pulcra cui conjunx domi:
Et plenus epulis aliqis è vili cibo,
Novitate commendante, cepit gaudia. Grot.

Gregor. Naz. *de pace, orat.* 3. Τερφῆς καὶ ὕπνε καὶ φδῆς κόρος ἔστι, καὶ τῶν αἰσχίστων, ὡς λέγεται· καὶ πλησμονὴ πάντων, ἃ τῶν ἀλγεινῶν μόνον, ἀλλ' ἥδη καὶ τῶν ἡδίστων· καὶ πάλιν εἰς ἄλληλα φέρουσί τε καὶ φέρονται. In animo forsan habebat Pindari illud *Nem. od.* 7.

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τερπνὰ ἄνδρα ἀφροδίσια.

Vel Homeri illud *Il. ν. v.* 636. (σια.

Πάντων μὲν κόρος ἔστι, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

vel etiam Moschi illud *idyll.* 4. *v.* 71.

—καὶ εὐφροσύνης κόρος ἔστι.

Idémque *de Theolog. orat.* 1. Οὐ τὸ μεμπτὸν δὲ νενεκῶς καλῶ, τὸ θεολογεῖν δ' οὐδὲ τὴν θεολογίαν, ὥσπερ (ὅσῳ f.) εὐσεβὲς, ἀλλὰ τὴν ἀκαιρίαν· οὐδὲ τὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὴν ἀμαυρίαν· ἡ γὰρ μέλιτος πλησμονὴ καὶ κόρος ἐμετὸν ἐργάζεται, καίτοι ὄντος μέλιτος. Alluit ad Regis sapientissimi dictum, *Proverb. c.* 25. *v.* 16. *Mel si offenderis, qod satis est comedas, nè saturatus illo, evomas rursus: Ità pedem tuum studiosè contineas ab ædibus vicini tui, nè satur tui cùm fuerit, odio te habeat.* scil. *Saturatus stomachus, non oblata solùm remuit, sed ingesta etiam rejicit.* Evcher. *in Gen. q.* 1. Iraqe Salvian. *ep.* 1. *Gratiâ meorum rogatus utor interdum, sed tamen parcè, & apud pavcos, nè gratiâ ipsâ ingratè utar.* In Petron. *fragm.*

Non uno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices.

Taurus

Taurus amat gramen mutatâ carpere valle:
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo grato nos proluit haustu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

Cassiodor. *l.* 7. *ep.* 36. *Nemo dubitat, homines suâ varietate recreari: qia in continuatione rerum magnum mentibus esse constat fastidium. dulcedo mellis, si assiduè sumatur, horrescit. Scenæ ipsa, quamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta fordescunt.* & *l.* 2. *ep.* 3. *Ipse quoque annus temporum pater, quadrifariâ se diversitate componit: nec desiderium caperet, si novitatis gratiam non haberet.*

Τὰ ἀμφὶ τῷ θεάτρῳ] De Circensibus Plin. min. *l.* 9. *ep.* 6. *Nil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectâsse sufficiat. quò magis miror tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere, currentes equos, insistentes curribus homines, videre.* Qi & ideo miratur, *non vulgus tantùm, sed quosdam quoque graves homines, in re inani, frigidâ, assiduâ, tam insatiabiliter desidere.* Vide *ad l.* 7. § 3.

Καὶ τὸ ὁμοειδὲς] Cicer. *de Invent. l.* 1. *Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater.* Et Fabius *l.* 9. *c.* 4. *Virtutes etiam ipsæ tædium pariunt, nisi gratiâ varietatis adjutæ.* & mox: *Ex similitudine tædium & satietas creatur.*

Πάλαι ἄνω κάτω] Allusit ad Heracliti dogma illud apud Laërt. *l.* 9. Τὸν μεταβολὴν, ὁδὸν ἄνω κάτω. Vide *l.* 2. § 14. & *l.* 4. § 32. & *supra* § 37.

Μέχρι τίνος] Apud Senecam *epist.* 77. Stoicus quidam: *Cogita, quamdiu jam idem facias. cibus, somnus, libido: per hunc circulum curritur.* ipse *epist.* 24. *Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas, & vitæ non odium, sed fastidium: in quod prolabimur, ipsâ impellente philosophiâ, dum dicimus; Quousque eadem? nempe expergiscar, dormiam, satiabor, esuriam, algebo, æstuabo: nullius rei finis est: sed in orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequuntur. diem nox premit, dies noctem: æstas in autumnum desinit; autumno hyems instat, quæ vere compescitur. omnia transeunt, ut revertantur. nihil novi video; nihil novi facio. fit aliquando & hujus rei nausea. multi sunt, qi non acerbum judicent vivere, sed superfluum.* Idem *de tranquill. c.* 2. *Hoc quosdam egit ad mortem, quòd proposita sæpe mutando, in eadem revolvebantur, & non reliquerant novitati locum. fastidio illis esse cepit vita. & ipse mundus & subit illud* * *rabidarum* [* *rabidarum*, Lips.] *deliciarum, Quousque eadem?* Lucret. *l.* 3: hoc argumento sub Naturæ persona mortis subeundæ æquanimitatem svadet, subituri qiritationem objurgat:

Quid tibi tantopere est, mortalis, quòd nimis ægris
Luctibus indulges? qid mortem congemis, ac fles?
Nam si grata fuit tibi vita antacta priorque,
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere, atque ingrata interiere;
Cur non, ut plenus vitæ conviva, recedis?
Sin ea, quæ fructus cunque ex, periere profusa,
Vitaque in offensa est, cur amplius addere quæris;
Rursum quod pereat male, & ingratiis occidat omne;
Nec potiùs finem vitæ facis atque laboris?
Nam tibi præterea qid machiner inveniámque
Quod placeat, nihil est. eadem sunt omnia semper.
Si tibi non annis corpus jam marcet, & artus
Confecti langvent, eadem tamen omnia restant;
Omnia si peragas vivendo vincere sæcla.

Et pavlò póst:

Præterea versamur ibidem, atque insumus usque;
Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas.

Qod idem Sen. *epist.* superiùs memoratâ. *Ecqid habes propter quod expectes? voluptates quæ te morantur ac retinent, consumpsisti: nulla tibi nova est: nulla non jam odiosa ipsâ satietate. nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reservabit.* Iste autem jugis rerum tenor Chironem etiam immortalitatis tædio affecit, si Luciano *in* νεκρικοῖς credimus. Τὸ γὰρ ἀεὶ, inqit, ἐνίοτε ποικίλον τι, καὶ οὐκ ἀπλῶν ἡγοῦμαι εἶ· ἐγὼ ὃ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἥλιε, φησὶν, τέρπεις· αἱ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γινόμενα πάντα, ἕξης ἕκαστα, οὐδὲν ἀκολουθοῦντα, δακτύλου δακτύλῳ· ἐπιπλήξειν γὰν αὐτῷ· ὁ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, καὶ οὐ μεταχεῖν ὅλως, τὸ πέρας οὐ ἔχει. vide *l.* 12. § 35.

§ 47. Τεθνεώσας] vide *l.* 3. § 3. & *l.* 4. § 48, 50.

Φιλιστίωνος] *Philistionis* Nicæi Comici Socratî coætanei meminit Svidas. *Philistionis* Locri, qem & antiqum appellat, Plut. *sympos. l.* 7. *c.* 1. & ex Plut. Gell *l.* 17. *c.* 11. Et is forsan est, cui libros *de diæta*, qi Hippocratis nomen præferunt, à nonnullis adscribi avtor est Galenus *in Comment. ad lib. de diæt. in morb. acut.* qiqe à Plinio inter eos, è qibus sua delibavit, recensetur.

Ἐχεῖ δὴ μεταβαλεῖν ὑμᾶς δεῖ] Eò nos comigrare & concedere oportet, qò tot ante nos heroes, principes, tyranni, oratores diserti, artifices periti, philosophi tum graves, tum & rerum humanarum irrisores, concesserunt. *ad domum* scil. *viventi cuique destinatam.* ut Job. *c.* 30. *v.* 23. vide *l.* 3. § 3. & *l.* 4. § 48, 50. Senec. *epist.* 77. *Eò ibis, qò omnia eunt. qid tibi novum est? ad hanc legem natus es. hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, & nullâ mutabilis ope, illigat & trahit cuncta. quantus te populus morituorum sequetur, quantus comitabitur? fortior, opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. atqi multa millia hominum & animalium hoc ipso momento, qo tu mori dubitas, animam variis generibus emittunt. tu autem non putabas te aliquando perventurum ad id, ad qòd semper ibas? nullum sine exitu iter est.* Τὸν θάνατον avtem μεταβολὴν Marcus dixit; qò modo μετοίκησιν Plato *Phædone*: Εὐχερὲς γὰρ τοῦτο

τοῖς θεοῖς ἕξεσί τε καὶ χρὴ τῷ μεθοίκησιν τῷ ἐνθένδε ἐκεῖσε εὐτυχῆ γενέσθαι. μεταβαλεῖν, mutare, sed & sedem mutare, de loco in locum migrare. Ità Aristoteles *hist. anim. l.* 8. *c.* 12. de gruibus, μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς Σκυθικῆς εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου. & de piscibus, οἱ μὲν ἐκ τοῦ Πόντου, ἢ εἰς τὸν Πόντον μεταβάλλουσι. indè μεταβολὴ pro *migratione*. Aristot. *ibid.* τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγὺς τόπων πτέρυγα τὰς μεταβολὰς, τὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς ἑκάστων. Thucyd. *l.* 1. Μάλιστα δὲ τὴν γῆν ἡ ἀεὶση ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῆς οἰκητόρων εἶχεν. Vide *ad l.* 5. § 13.

Φιλόσοφοι] Vide *l.* 3. § 3. & *l.* 7. § 19.

Στρατηγοὶ, πύραννοι] Vide *l.* 3. § 3. & *l.* 4. § 32, 48. Tragicus à Plutarc. *ad Apoll.* lavdatus:

Πῆ γῆ τὰ σεμνὰ κεῖνα, πῆ δ' Λυδῶν
Μέγας δυνάστης Κροῖσος, ἢ Ξέρξης βαρὺ
Ζεῦξαι θελήσας αὐχένι Ἑλλησπόντιας;
Ἅπαντες ἄϊδην ἦλθον εἰς λήθης δόμους.

Vbi ille qondam fastus? ubi nunc Lydiæ
Dominator ingens Crœsus? & Xerxes grave
Qi ratibus æqor junxit Hellespontium?
Abripuit omnes orcus ad Lethes domum? Grot.

Εὐδοξος] Εὔδοξος Αἰσχίνου Κνίδιος, ἀστρολόγος, γεωμέτρης, ἰατρὸς, νομοθέτης. τοῦτον ἀντὶ τοῦ Εὐδόξου ἔνδοξον ἐκάλουν, διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φήμης. Laërt. *l.* 8. qi & vitam ejus breviter descripsit. de eodem & Svidas. Strabo operis initio. Diodor. Sic. *l.* 1. Aristot. *ethic. Nicom. l.* 1. *c.* 12. & *l.* 10. *c.* 2. (qos libros ideo Nicomacho filio, non Aristoteli patri tribuere videtur Laërtius) Plut. *de Isid. & Osir.* in *Marcell.* & *adv. Colot.* & *adv. Epicur.* qo loco memorabile istius votum commemorat: ἤυχετο, παρασὰς τῷ ἡλίῳ, καθαμαυρῶν τὸ χῶμα τῆς ὄψεως, καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων, καταφλεγῆναι. Senec. *quæst. nat. l.* 7. *c.* 3. Gell. *l.* 17. *c.* 21. Philostrat. *in Sophist.* Vitruv. *l.* 9. *c.* 7, 9. Perron. in *Satyr.*

Ἵππαρχος] *Hipparchus* Nicæus, insignis item Mathematicus; qem *consiliorum naturæ participem*, Plinius vocat, *hist. nat. l.* 2. *c.* 12. & *ibid. c.* 26. *nunqam satis lavdatum; & qo nemo magis approbaverit cognationem cum homine siderum, animásqe nostras partem esse cæli.* Et mox: *eundem ausum, rem etiam Deo improbam,* (hominem loqi memineris potentiæ divinæ minùs gnarum, qàm vates sacer prædicat, *Psal.* 147. *v.* 4.) *annumerare poteris stellas, ac sidera ad nomen expungere,* (ità malim, qàm, *ad normam expangere*;) ——*cælo in hæreditate cunctis relicto, si qisqam, qi cretionem eam caperet, inventus est.* De eodem Strabo *l.* 1. & 2. & Ptolom. in *astronomic.*

Ἀρχιμήδης] *Archimedes celeberrimus geometricâ & machinali scientiâ.* Plin. *l.* 7. *c.* 37. de qo vide cùm alios, tum Plut. ex *Marcell. vit. ad l.* 5. § 1. sed & qæ ille *ibidem* de eodem plura: qo loco inter alia refertur istius ad Hieronem arrogantissima vox illa. ὡς εἰ γλῶ ἕτερον τοιοῦτον, ἐπὶνησεν ἂν ταὐτὸν, μεταβὰς εἰς ἐκεῖνο. vel ut Pappus in *mechan.* Δός μοι ποῦ στῶ, καὶ κινῶ τὴν γῆν. *Des ubi consistam & dimoturus sum terram.* sive ut Lud. Vives *de art. corrupt. l.* 5. *Si alter foret terræ globus, se illum ad hunc tracturum, vel hunc ad illum impulsurum.* Cicer. *Tusc. l.* 1. *Astrorum conversiones motúsqe omnes qi animo vidit, is docuit similem animum suum ejus esse, qi ea fabricatus in cælo esset.* nam cùm Archimedes Lunæ, Solis, qinqe errantium motus in sphæram illigavit, effecit idem, qod ille, qi in Timæo mundum ædificavit, Platonis Deus, ut tarditate, celeritate dissimillimos motus una regeret conversio, qod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, nè in sphæra qidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari. de qo artificio vide Clavdiani *epigram.* 21. De eodem avtem Archimede videri possunt etiam Polyb. *hist. l.* 8. Diodor. *l.* 5. *c.* 9. Vitruv. *l.* 9. *c.* 3. Cicer. *Verrin.* 4. *pro Cluent.* & *Tusc. l.* 5. Athen. *l.* 5. *c.* 7. Synes. *de insomn.* Procl. *in Euclid. l.* 2. *c.* 3. Evstath. *ad Il.* α'. ubi ἐκατόγχειρον. & *ad Il.* ε. ubi καμπυλόλογον dictum refert. Rhemn. Fann. *de ponder.* & Pisid. apud Svid. in Δωάμεις.

Αὐθάδεις] *Contumaces.* Xyl. *peremptorii, fidentes.* Cas. *arrogantes,* malim. qanqam nec hoc satis arridet, neqe enim in partem seqiorem usurpâsse videtur Marcus istic. vixqe est ut uno verbo exprimam, qod voluisse sentiam. *qi de inventis suis summopere placebat sibi.* Vide *ad l.* 10. § 9.

Χλιάσας, ὃς Μένιππος] De *Menippo* Cynico Laërt. *l.* 6. Φέρει μὲν ὃν σπουδῆον ὑδίν. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλῆ καταγέλωτος γέμει, καὶ τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν χρόνου. Mitiùs tamen de Menippo Strabo *l.* 16. Ἐκ τῆς Γαδάρων ἦν Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. Hinc avtem de Menippo Diogenes Polluci ab inferis reversuro in Luciani *mortualibus* mandata dans: Ἤν που ἴδῃς Μένιππον τὸν κυνίαν, (ἕυρεις δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ καὶ τὸ Κρανείου, ἢ ἐν τῷ Λυκείῳ, ἢ ἐν τοῖς μεταξὺ τούτων περὶ ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα) εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι, ὦ Μένιππε, καλεῖ ὁ Διογένης, εἴ σοι ἐκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγέλαστα, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ἐπιγελασόμενον. & in illis καταγορικῷ, eundem appellat Dialogus, Φοβερόν τινα κυνία καὶ τὸ δῆσμα λαβεῖν, ὅσῳ καὶ γελῶν ἅμα ἔδακνε. Porrò à Menippo isto, scripta χλιαστικὰ καὶ σαρκαστικὰ *Menippea* dici solenne habent; ut Varronis *Satyræ*, & Luciani *dialogi.* Qin & libellos illos ipsos, qi illius nomine vulgò circumferebantur, ab aliis, Dionysio nempe Zopyróqe Colophoniis, sub Menippi persona fuisse compositos, non deesse qi tradant, Laërtius testatur.

Ἐν ὧδε πολλοῦ ἄξιον] Vide *l.* 4 § 32. & *supr.* § 16. Dio Prus. *orat.* 16. Ἂν δὲ ἐκεῖνο ἐνθυμη-

θῇς

ἀῆς, ὅτι μικρὸς ὢν ὅλως τὸ βίω χρόνος, ἀλλὰ πάντες οἱ μακάριοι καὶ λίαν εὐδαίμονες δόξαν ἐλάβομεν, τετιμήκασι· καὶ σοι πάρεστιν ἤδη τοῦτο τὸ πέρας, κἂν ὅτι πλεῖστον ἐλθῇς τοῦ βίου· πολὺ λῆρον ἡγήσῃ καὶ μεγάλων εὐδαιμονίαν, τὸ νομίζειν ὅλως τι δεινὸν εἶναι γιγνομένων, ἢ μέγα, ἢ θαυμαστόν, δίκαιόν γε ἀνδρὸς, τὰ χρεὼν λύπης καὶ φόβου καὶ τῶν τοιούτων παθῶν διαγαγεῖν. Aristid. in *Eteon.* Οὐ δεῖ δὴ φιλοψυχεῖν, οὐδὲ τῶν εὐδαιμονίαν τύπῳ μαχεῖν, εἴ τις ὡς πλεῖσα ἔχει περίμαλα, ὑφ' εἷς τις τῶν μακρῶν γήρως ἀπέλαυσιν, ὅτε δὴ ἀπολαύειν εἰώθασιν ἄνθρωποι· ἀλλ' ἡγεῖσθαι τοῦτον κρίνειν· ἔχειν, ὅστις τῷ δοθέντι αὐτῷ τοῦ βίου μεῖζον ἐν τοῖς καλλίστοις ἐξέπλησε, καὶ ὅπως, ὥσπερ ποιητὴς, πεθύντων ἀκούειν ἔτι καὶ ὁρᾶν, κατέλυσε τὸ δρᾶμα.

Εὐμοιρῆ] Ita *l.* 3. § 11. εὐνᾶς. & *l.* 9. § 11. μὴ εὐμοιρείας. & *l.* 11. § 9, 18. μὴ εὐμοιρείας καὶ ταλαίπωρος. & *l.* 7. § 22. φιλεῖν καὶ τοὺς πλείονας. Vide & *l.* 9. § 27.

§ 48. Τὰ ὁμοιώματα τῆς ἀρετῆς] Nihil tam candoris ingenui proprium qàm virtutes, qas ipse habeas, in aliis etiam adamare: qum *in alio sua* qemque *natura* delectet: ut Plinius minor in *Panegyr.* & multò adhuc magìs, in aliis etiam suspicere, qibus ipse careas. Plin. idem *l.* 1. *ep.* . *Neque enim ego, ut multi, invideo aliis bonum, qo ipse careo: sed* contrà, *sensum qendam voluptatémque percipio, si ea* qæ *mihi* denegantur, *amicis video* superesse. & *epist.* 17. *Scias eum plurimis virtutibus abundare, qi alienas sic amat.* Hieron. *apolog. ad Pammach. Virginitatem in cœlum fero; non qia habeam, sed qia magìs mirer qòd non habeo. ingenua & verecunda confessio est, qo ipse careas in aliis prædicare.*

Τὸ συμέλαθρον.] Pavl. *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 19. συμεταδότους εἶναι.

Πεύχεια] Vide *l.* 3. § 13.

§ 49. Ὅτι τοιῶνδε πνῶν λειτῶν εἶ] Qod de corporis pondere Marcus, de robore Tullius in *Caton. Nè nunc qidem vires desidero adolescentis; non plùs qàm adolescens etiam vires tauri aut elephantis desiderabam.* Objurgátque eos Senec. *de benef. l.* 2. *c.* 29. qi eis corporis dotibus non contenti, qas natura ipsis assignavit, *geruntur qòd magnitudine corporum non æqemus elephantes, velocitate cervos, lévitate aves, impetu tauros; qòd sagacitate nos narium canes vincant; qòd acie luminum aqilæ, spatio ætatis corvi, multa animalia nandi facilitate.* Et de ætatis spatio rursus *lib. de brev. vit. c.* 1. *Major pars mortalium de naturæ malignitate conqeritur, qòd in exiguum ævi gignimur; qòd hæc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis spatia decurrant: adeò ut, exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita distituat.* Et mox, vitium hoc non vulgi solius esse peculiare ostendens: *Indè Aristoteli cum rerum natura exigenti, minimè convenienti sapienti viro lis est: illam animantibus tantum indulsisse, ut quina aut dena sæcula edurent, hominis in tam multa ac magna genito, tantò citeriorem terminum stare.* Verùm Theophrasto, non Aristoteli qerelam hanc attribuit Cicero *Tusc. l.* 3. *Theophrastus moriens accusásse naturam dicitur, qòd cervis & cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam dedisset.* Cùm Aristoteles contrarium potiùs statuat, *de gener. animal. l.* 4. *c.* 10. Πάντων γὰρ ὁ ἄνθρωπος πολὺν χρόνον, πλὴν ἐλέφαντος, ὅσων ἐξιόπουν ἔχομεν τὴν πεῖραν. fuerit itaqe forsan Senecæ σάλμα μνημονικόν. Pedonis gemina in *Mæcen. obit.* qerimonia

Vivacésne magìs cervos decet esse paventes,
Si qorum in torva cornua fronte rigent?
Vivere cornices multos dicuntur in annos;
Cur nos angustâ conditione sumus?

De utriusqe & molis & ætatis mensura decreto numinis acqiescere qemqe Marcus hic monet. certè de utraqe solicitum anxiúmve esse nec expedit, nec proficit. Τίς γὰρ ἡμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; Domini Christi verba sunt, Matth. *c.* 6. *v.* 27. qæ verba etiamsi de *statura* accipiant pleriqe; at de *ætate* intelligenda Andr. Dunæus nostèr contendit; eúmqe sensum verba facilè admittunt.

Τοσῶνδε ἐπῆς] Ità Bas. τοσῶνδε ἐπῆς. Lugd. τῆς expuncto. Ego, transposito malim τοσῶνδε τῆς, avt etiam τινῶν, ut in membro priore.

Ὅσον ἀφώρισαι] Vide *ad l.* 8. § 17. & *l.* 12. § 23.

Στέργεις] *Acqiescis cô contentus.* hoc est enim στέργειν τι, vel τινί. Vide *supr. ad* § 44. qo sensu & τὸ ἀγαπᾶν havd infreqens deprehenditur. Plato *Timæo.* Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς, ἥπερ παραιτώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή. i. e. *contenti esse debetis, si probabilia dicentur.* Cicer. *de univers.* Lucian. in Νεκυομαντ. Ἐπειδὰν ὁ Ἀιακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον (δίδωσι δὲ τὸ μέτριον ὀκτὼ πόδας) ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι, ὡς τὸ μέτρον σωμάτιον· *necesse est, ut eâ, qa assignata est, mensurâ contentus jaceat.* Idem in *Toxari.* Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν, ὅτων ἀφθόνως *non contenti fuerunt*, vel, *non sat habuerunt sic dimitti.* Phocion apud Plut. *in vit.* & in *apophth.* Εἶτα οὐκ ἀγαπᾶς, ὅτι μὴ Φωκίωνος ἀπέθανες; *An non sat habes, qòd cum Phocione moriturus sis?* Isocrat. in *panegyr.* Ὥστε καὶ τοὺς ἀρίστους μηκέτι τῆς ἐλευθερίας ἀγαπᾶν. *non contentos esse libertate; non sat habere qòd liberi existerent.* Demosth. *Philip.* 2. τὰ παρόντα ἀγαπήσειν. *rebus præsentibus contentum fore.* qod aliâ syntaxi Lysias ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς· nec dispari significatu Hebræorum אָרַךְ adhibetur. *Psal.* 116. *v.* 1. אֶרְבֶּה *sat habeo.* Jun. indè ἀγαπητὸν εἶναι· *satis habendum.*

§ 50. Πεφῶμαι πείθειν αὐτά] Xyl. superiori

crì periochæ ista attexuit, vertitque, *ità & de tempore annitendum est nobis, ut persuadeamur*; ac si αὐτὸν scriberetur. melius Lugd. *annitendum est nobis, ut persuadeamus iis cum quibus agimus.* Hoc, inquit, conemur: ulteriùs enim nil datur. Epict. *l.* 4. *c.* 6. Μὴ γὰρ δέδοταί σοι τοῦτο; (ἄλλως πεῖσον, πῶς ὄντι ἀγαθῷ καὶ καλῷ.) ἐκεῖνο μόνον σοι δέδοται, σωμάτων κρεῖσσα καὶ ὑπὲρ πάντας.

Πρακτέον γὰρ καὶ ἄκόντων] *etiam invitis hominibus id agendum non est, quod justitiæ ratio jubet.* Xyl. quasi Marcus velit, quod ex Platone Cicero *ad Lentul. lib.* 1. *ep.* 9. *Tantùm contendere in repub. quantùm probare tuis civibus possis; vim neque parenti neque patriæ afferri oportere.* Cùm Marcus contrà planè moneat, ubi ad consensum in recto svasionibus alios adigere minùs valemus, etiam invitis ipsis & renitentibus id faciendum, quod justitiæ ratio exigere videbitur. Vide Josh. *c.* 24. *v.* 14, 15. Optimè ad Marci mentem Clemens *strom. l.* 4. Καὶ ἀκόντων πινῶν καὶ τὰ πλεῖστα ἐνισταμένων, κἂν κολάσεις ἐπαφῇ τις τοῖς τοῦ ἀνδρὸς, ἢ φροῖς τὸ δικαστὸ, φιλοσοφήσει ὁ τε οἰκέτης, ἢ τε γυνὴ· καὶ μὴν καὶ ἐλεύθερος, κἂν τυράννῳ δαίμονι ἀπειλῆται τοῦτο, καὶ ὑπὲ δικαιοσύνης ἄγηται, καὶ εἰς κινδύνους ἐφάπτεσθαι ἀναγκάζηται, φεύγει τε τῆς κλήσεως ἀπάσης κινδυνώδη, οὐκ ἀφίζεται τῆς θεοσεβείας οὐδ' ὅπως ποτὲ ἢ ἂν ἀξιέ ἀποδύσῃ ποτὲ, ἢ μὴν γυνὴ φαύλῳ συνοικοῦσα ἀνδρὶ, ὁ δὲ υἱὸς, ἐὰν φαῦλον ἔχῃ πατέρα, ἢ πονηρὸν δεσπότην ὁ οἰκέτης· τῆς ἀρετῆς ἐχόμενοι ἡμεῖς. Vide *l.* 3. § 7. & pavlò post *ibidem:* Ἴσμεν γὰρ καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ οἰκέτας, πολλάκις, ἀκόντων πατέρων καὶ δεσποτῶν καὶ ἀνδρῶν, βελτίους γενόμενα.

Παρόπερ ἢ] cùm antè παρῳχῶκε dixisset. transitio non à numero ad numerum tantùm, sed & à persona ad personam. qualis & *l.* 2. § 9. & *l.* 8. § 12, & § 31. & *l.* 10. § 35. ejusmodi in sacra pagina occurrunt crebrò. *Deut. c.* 12. *v.* 8. *Psal.* 16. *v.* 12. & *Psal.* 18. *v.* 32, 35. & *Ps.* 77. *v.* 1, 2. Luc. *Act. c.* 1. *v.* 3, 4. & *c.* 17. *v.* 2, 3. Pavl. *ad Rom. c.* 8. *v.* 1, 2, 4. & *v.* 15. & *ad Cor. ep.* 1. *c.* 10. *v.* 6, 7. & 9, 10. Ità etiam sumendum videtur illud Joannis *epist.* 2. *v.* 8. Βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν. itaque vetus interpres vertit, *nè perdatis, sed ut accipiatis.*

Συλλογῶ εἰς ἄλλο ἀρετὴν τῆ κωλύσει] Vide *lib.* 4. § 1. & *l.* 5. § 20. & *l.* 8. § 32, 35. & *l.* 9. § 11.

Μεθ' ὑπεξαιρέσεως] Vide *l.* 4. § 1. & *l.* 5. § 20. & *l.* 11. § 37.

Ὅπ κἂν σφῶν ἀδυνάτων ὦν ὀρέγῃ] leg. κἂν ὅπ, & ὀρέγῃ· etiamsi ὀρέγῃ Xyl. maluisse videatur. Vide *l.* 5. § 17.

Τύτε ἢ πυχάνεις, ἐφ' ὅις παρῳχῶκε, ταῦτα γίνεται] deesse videtur aliqid. supplenda forsan conditionalis particula, ut sensus sit integer, [εἰ] ἐφ' ὅις παρῳχῶκε. Ità sensisse videntur interpretes. *Si id cujus causâ citatus es, consequeris.* Xyl. *Si id, cujus causâ satus, inque mundum sum editus, factum fuerit.* Meric. *hoc est,* inquit ille, *ut desideria mea omnia rationis imperio subjiciam.* Nevtrum satisfacit. Malim, adjectâ etiam negativâ [εἰ κὴ] ἐφ' ὅις παρῳχῶκε, ταῦτ' [ὰ] γίνεται· *nos quod nostrum est,* hoc est, conatos esse *consequimur, etiamsi ea ad quæ impulsi sumus, nevtiquam fiant,* neque exitum sortiantur conatus nostri. ὁρμὴν siquidem, id est, *actum* nostrum, non & *effectum,* quod in aliena potestate situm, nobismet ipsi proponebamus. Vel etiam personâ eâdem continuatâ, κἂν ἐφ' ὅις παρῳχῶκε, ταῦτα μὴ γίνεται. *etiamsi ea quæ conatus sis, non fiant.* Vide *l.* 5. § 14. Ità Epictet. *l.* 2. *c.* 6. ἀλλ' ὐκ ἐπέτυχες. μὴ γὰρ σὸν τοῦτο ἔργον ἦν.

§ 51. Ὁ μὲ φιλόδοξος, ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν] Ambitiosus bonum suum extra se in alieno actu, favore, lavde, existimatione, positum habet. Vide *ad l.* 2. § 6.

Ὁ δὲ φιλήδονος, ἰδίαν πεῖσιν] Voluptuarius in sensu sive corporis affectione. ità πεῖσιν noster semper usurpat. ut *l.* 3. *c.* 6. & *l.* 9. § 16. ὡς κανόνι τῷ πάθει πᾶν ἀγαθὸν κρίνων, uti Epicur. *ad Menæc.*

Ὁ δὲ νῦν ἔχων, ἰδίαν πρᾶξιν] Studiosus verò sive sapiens in actione sua, non & in actionis eventu, ut monitum *supr.* § 48. vel in hominum etiam qorumvis approbatione. Vide *l.* 5. § 34. & *l.* 9. § 16. De populo Atheniensi in *Panathen.* Aristides: Ἐυ γὰρ πεῖν, ὐκ ἐυ πάσχειν προκέκνα ἤδεσαν. Præclarissimè, & ad Marci mentem accommodatissimè, Clemens *strom. l.* 4. de verè pio: Ὁ δὲ φιλῆ κλήσει, καθὸ κέκληται, ὑπακούων, ὥτε διὰ φόβον, ὥτε διὰ ἡδονὰς ὑπὸ τὴν γνῶσιν ἴεται. ὁ γὰρ παρεισκέπλεται, εἴ τι λυσιτελὲς· ἐξωθεν ἔπεται κέρδος ἢ ὑπόλαυσις ὠυτῷ· ἀγάπῃ δὲ τὸ ὄντως ὄντος ἕνεκεν ἐλκόμενος, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀρόμενος, θεοσεβεῖ. ὅθεν ὐδ' εἰ καθ' ὑπόθεσιν ἐξεῖναι λάθοι παρὰ τῷ θεῷ παρόπειν τὰ ἀπηγορευμένα, ἀπμόρητός τε ὢν· ὐδ' εἰ μὴ μισθὸν τὰ μακάρων ἀγαθὰ λήψεσθε ὑπὸ τοῖς δὲ ἐπαγγελίαν προσλάβοι· ἀλλ' εἰ μὴ λήσεσθε τὸν θεὸν ἐφ' ὅις πράττει πειθεῖν· ὅσῳ ἀδύνατον· πρᾶξαί τι παρὰ τὸν ὀρθὸν ἐθελήσαι ποτ' ἂν; τὸ ὄντως καλὸν καὶ αἱρετὸν ἐξ ἑαυτῆ, καὶ ταύτῃ ἀγαπητὸν ἕν ἄπεξ ἑλόμενος. Nihil sanctius dici poterat, nihil sublimius.

§ 52. Ἔξεσι δὲ τάτε μηδὲν ὑπολαμβάνειν] Vide *l.* 5. § 2. & *l.* 7. § 2. unde videtur aliqid, qod hîc deest, supplendum, nimirum, μηδὲν [ὃ μὴ δεῖ] vel μηδὲν [κακὸν] *nihil secùs quàm oportet,* vel *nihil mali opinari.* hoc enim satis est ad animum in tranquillo statu continendum.

Αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα] Vide *l* 5. § 19.

§ 53. Πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρῳ λεγομένῳ γίνεσθαι] vel

vel τῷ leg. vel λεχθῆναι. Sed illud potiùs. ἐοὸς τῷ λεχθῆναι γίνεσθαι. sicut ἐοὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἐστί). Plato in *Phædone*.

Ἀπαρεσθυμήτως] *non negligendo, sive. animum minùs advertendo & intendendo eis quæ dicuntur.* Sic *l.* 10. § 8. ἀπαρεσθύμητον. Vide *ad l.* 5. § 5. Socrates apud Plat. in *Hipp.* Ἀεὶ ἐῶσα, ἐπειδάν τις λέγῃ τι, ἐοὸς ἔχειν τὸν νοῦν, ἄλλως τε, καὶ ἐπειδάν μοι δοκῇ σοφὸς εἶναι ὁ λέγων.

Ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τὸ λεγόμενον] Hoc est, quod Plut. *de audiend.* τῇ ἐοὸς ἔχῃ καταδυόμενον εἰς τὸν νοῦν τὸν λόγον. Et Origen. *ad. Celſ. l.* 1. εἰσελθεῖν εἰς τὸν ἔσω λέξεων νοῦν. Vide *lib.* 7. § 4, 30.

§ 54. Τὸ τοῦ σμίνους] Vide *l.* 5. § 22.

§ 55. Ἐι κυβερνῶντα οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύοντας οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον] Rectè monet Gvil. Canter. *var. lect. l.* 7. *c.* 1. leg. κυβερνῶντα, & ἰατρεύοντα. qod interpretes tum Lat. tum Angl. non advertentes, Marci mentem nevtiqam sunt assecuti. *Si gubernatori*, inqit, *nautæ, medico ægroti, contradicere, maledicere, adversari volucrint, unde aut à qo alio salutem illi, sanitatem isti speraverint?* Hos itaque lubentes promptique avscultant, eisqe obsequuntur, qibus cor inest, & qibus salus suamet cordi est. Plato in *Criton.* Γυμναζόμενόν τινα ἀνὴρ, καὶ τῶτο περάσας, πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνου καὶ ψόγου καὶ δόξης τὸν νοῦν ἐοὸς ἔχειν, ἢ ἑνὸς μόνου ἰατροῦ ἢ παιδοτρίβου ὧν; ἑνὸς μόνου. ἐκεῖνον φοβεῖσθαι χρὴ τὸν ψόγον, καὶ ἀσπάζεσθαι τὸν ἔπαινον ἢ ἑνὸς ἰατροῦ, ἀλλὰ μὴ τὸν τῶν πολλῶν. Δηλαδή. ταῦτα ἄρα ἐμοὶ πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδιστέον γε καὶ πατητέον, ἃ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἐπιστάτῃ καὶ ἐπαΐοντι μᾶλλον, ἢ ἃ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. Καλῶς λέγεις. ἐκεῖνό γε τ' ἄλλα ἴσως, ἵνα μὴ πάντα διέρχωμεν. καὶ δὴ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι, καὶ τοῦ τοὺς ἑνὸς, εἴ τις ἔστιν ἐπαΐων, ὃν δεῖ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους. Τῷ ἑνὶ ἑπεσθαί. ἴκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάντα ἡμῖν ὅσα φρονητέον, ὅπ ἐρεῖ τις τῶν πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὅ, τι ὁ ἐπαΐων ὁ εἷς, καὶ αὐτὸ ἡ ἀλήθεια. Galen. *hortator. c.* 7. ἔστι νοσῶν, ἕν οἶδ' ὅτι, τῶν πολλῶν ἂν ὀπτῆσθαι σαυτὸν, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισιν ἐξ ἁπάντων, καὶ τούτων τοῖς ἰασχυροτάτοις· ὥστ' ἂν ἀλέων ἅπαν τὸν σμικρὸν, τὸν δὲ μέγιστον ἐν τῷ κυβερνήτῃ· εἰ δὲ καὶ τῶν σμικροτάτων, τέλειον μὲν τεθλασμένῳ, ὑποδημάτων δὲ χρῄζαν, τῷ σκυτοτόμῳ, πῶς ἂν ἔνι, ἔνθα περὶ ἀσφαλείας ὁ ἀγὼν ὅζι, σαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων ἢ κρείττων; In animo videtur habuisse Socratis illa apud Xenophont. *memorial. l.* 3. Ἐκεῖνο μὲν δὴ τὰ δοκεῖ, ὅτι ἐν παντὶ περίπατοι ἀνθρώποι τότε μάλιστα ἐθέλει πείθεσθαι, ὅς ἂν ἡγῆται βέλτιστος εἶναι καὶ ἐν νόσῳ, ἐν ἂν ἡγῶνται ἰατρικώτατον εἶναι, τότε μάλιστα πείθονται· καὶ ἐν πλοίῳ οἱ πλέοντες, ὃν ἂν κυβερνικώτατον· καὶ ἐν γεωργίᾳ, ὃν ἂν γεωργικώτατον. vel etiam, qod ex Astyagis persona Xenophon ipse, *Cyri instit. lib.* 1. Ὃν ἂν ἡγήσωνται σοφὸν τὰ συμφέροντα ἑαυτοῖς προνοητικώτερον ἑαυτῶν εἶναι, τοῦτον ἄνδρα ὑπερηδέως πείθονται· γνοίης δ' ἂν ὅτι τοῦτο ὕτως ἔχει, ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν, ὡς προθύμως τοῦ ὑπαρξοντος ὅ, τι χρὴ ποιεῖν κελεύσῃ, καὶ ἐν θαλάττῃ γε, ὡς προθύμως πᾶς κυβερνήτας οἱ συμπλέοντες πείθονται. Aristonymus in *tomariis*, referente Stobæo *tom.* 2. *tit.* 3. Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ· ἐν δὲ τῷ ζῆν τῷ λογιζεσθαι δυναμένῳ βέλτιον. Epictetus itidem *lib.* 3. *c.* 24. Ὅσις ἂν καθόλου τῶν περὶ βίον ἐπιστήμων κέκτηται, τί ἄλλο ἢ τοῦτον ἐστί; διὰ τί γὰρ ὅταν ἐν νηὶ κυβερνήτης; διὰ τί ὅτι ὁ ἀπειθῶν αὐτῷ ζημιῶται. Piè Ambros. *in Pſal.* 37. De Deo medico cœlesti summo, *Ipſi nos committamus, parati qo velit curari medicamento. nemo dixit medico corporis sui qomodò curandus sit. novit medicus qæ singulis vulneribus medicamenta conveniant. Si dixerit medicus medicinæ genus, qo curari ager debeat, & ille fastidit, discedit medicus, ægrumqe relinqit. vides eum qi curari velit, omni modo medico acqiescentem.*

§ 56. Πόσοι μετ' ὠν ἐξῆλθον] *Qot ante me è vita exierunt, qibuſcum ego unà iravtravi?* Ità *lib.* 4. § 3. ἔσων ἤδη μεταβολαῖς αὐτὸς παρατέτυχας; Cur ergò exire me molestè feram, cùm tot mecum nati unà, jam exierint? Xyl.* ἐξῆλθον, *dum venerunt*, vertit, sensum pervertit.

§ 57. Ἰκτερίσαι τὸ μέλι πικρόν] Sext. Empir. *Pyrrhon. hypotheſ. l.* 1. *c.* 29. Οὐδεὶς πλησίον ἂν εἴποι, ὅτι τὸ μέλι ἐ γλυκάζει τοὺς ὑγιαίνοντας· ἢ ὅτι τοὺς ἰκτερικοὺς ἐ πικράζει. Cavſſam reddit apud Svidam nescio qis non de melle solùm: Τοῖς ἰκτερικοῖς πᾶς χυμὸς πικρὸς δοκεῖ, διὰ τὸ τὴν ὑχρότητα τὴν ἐπὶ τὸ γλῶσσαν τοῦτον ἔχειν τὸν χυμόν. & disertiùs de melle Alex. Aphrodiſſ. *problem l.* 1, *q.* 101. Τὸ μέλι τὸ πᾶν γλυκύτατον, τοῖς ἰκτερικοῖς πικρὸν φαίνεται· δῆλον χολὴν πικρὰν ἔχοσι πλεονάζουσαν ἐν παντὶ τῷ σώματι, καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ. τὸ δὲν μέλι ἐσθιόμενον τὴν ὑσυχάζουσα πικρὸν χυμὸν ἀνακινεῖ· καὶ ἡ γεῦσις λοιπὸν ἀνπλαμβανομένη τῆς πικρότητος τῆς χολῆς, φαντασίαν ποιεῖ τῷ νομίζειν τὸ μέλι πικρὸν ὑπάρχειν. Gregor. Naz. *de cathedr. Conſtantinopolit.* Οὐκ ἔστι δοκεῖς, φησὶ, τοῖς πολλοῖς, ἄνδρα πι. ἡ γῆ ἡ δοκεῖ τοῖς ἱλαρύνειν ἱστᾶναι, τοῖς δὲ μεθύειν νήφειν οἱ νήφοντες; ἀλλ' ὦ ἐπὶ χαμηλῷ βασίλειον ἢ πρωτοπόδων; τὸ μέλι ἡ πικρὸν ὅταν ὄτε καὶ ὅσι νομίζεται, νοσοῦσί τε καὶ κακῶς διακειμένοις; ἀλλ' ἡ φαιδρὰ τοῦτο τὰ πρόσωπα ὅτως ἔχει, ὡς δὲ εἶ τοῖς πάσχουσιν. Idémqe de pace 3. Ἡ αὐτὴ γῆ, ἔσκηνα μὲν πῖσι ἐρρωμένοις, καὶ ἡ πανηγύρει· κινοῦσι δὲ τοῖς ἱλαρύ-

νωτα...

ὥσπερ καὶ πεπεγμένοις, τὸ περὶ ἀρούλων πάθος ὅπερ τὸ ὀρώμενον βαίνοντος.

Λυσσώντι τὸ ὕδωρ φοβερόν] *A cane rabioso morsis, ubi parùm occursum est, solet aqæ timor nasci. ὑδροφοβίαν Græci appellant.* Celsus *l.* 5. *c.* 27. & Plin. *l.* 25. *c.* 2. *Insanabilis ad hoscè annos rabidi canis morsus, pavorem aqæ, potûsqe omnis afferens odium.* qo tamen loco remedium è cynorrhodo mulieri in somnis indicatum narrat, qo deinceps complures servati sint. Idémqe è cane ipso petitum remedium commemorat, *l.* 29. *c.* 5. *Est limus*, inqit, *salivæ sub lingva rabiosi canis, qi datus in potu fieri hydrophobos non patitur. multò tamen utilissimè jecur ejus, qi in rabie momorderit, datur mandendum.* Mali rationem hanc, (ut omittam qæ longiusculè petita Casius habet in *problemat. q.* 23.) probabiliorem forsan veróqe propiorem affignet Aëtius *tetrab. l.* 2. *serm.* 2. *c.* 24. ideo aqam refugere ità affectos, qia in ea tanqam in speculo, contuentur, vel vultum proprium deformiorem jam factum, vel canis ipsius, cujus imago menti obversatur, speciem. qi & eodem loci refert, philosophum qendam hoc malo correptum generoso animo obstitisse, atqe aqam admisisse, proverbiale illud sibi accinentem, *Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ? qid cani cum balneo?*

Καὶ παιδίοις τὸ σφαιρεῖον καλόν] Sext. *Pyrrhon. hypoth. l.* 1. *c.* 14. § 4. Παιοὶ μὲν γὰρ σφαῖρα καὶ πρόβατα καὶ παιδία εἰσιν. de *simiâ* pariter Pindar. *Pyth. od.* 2.

—καλός τις
Πίθων παρὰ παισὶν ἀεί.

Itaqe Attici *κατ' εὐφημισμόν τινα simias* καλλίας vocant: ut docet Svidas ex Dinarcho *orat. contra Pytheam.* Ὡσαὐτῶς οἱ τοὺς καλλίας ἐν τοῖς ὄψεσι πρίοντες. & Helladius apud Photium *cod.* 279. Aristot. *ethic. l.* 4. *c.* 2. Σφαῖρα μὲν γὰρ ἡλίκου δεῖ φιλότιμος ἢ καλλίας, ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικὴν δῶρα. ἢ ὃ τοῦτο τιμᾷ, μικρὸν ἢ ἀνελεύθερον.

Ἧ δοκεῖ σοι ἐλαττον ἰσχύειν τὸ διαβαλλόμενον] Vide *suprà* § 27. & *l.* 8. § 14. & *l.* 9. § 40.

§ 58. Οὐδεὶς κωλύει] Eadem hæc ferè, *l.* 5. § 10. Epictet. *l.* 4. *c.* 10. Ἔξεστί σοι παλὶ τῷ ἀπεδάνῃ χρῆσθαι φύσιν. μή τις σε κωλύσει δυώπαται ἀδεῶς. Vide *l.* 2. § 9. & *l.* 3. § 12.

Παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως] Vide *l.* 2. § 21. sed & Dominum Christum Matth. *c.* 10. *v.* 29, 30.

§ 59. Ὅτοι εἰσιν, ὅτις θέλουσιν ἀρέσκειν] Idem monitum *l.* 4. § 3. & *l.* 7. § 62.

Δι' ὅτα περιγινόμεθα] *Quænam sint, qa obsequio suo aucupantur, & ut sibi contingant atqe obveniant, hac ratione eniturntur.* περιγίνεσθαι enim istic *obvenire contingere*; non avtem *supereße*, qod Xylandrum fugerat. Dio Prus. *orat.* 4. post ea qæ *ad l.* 5. § 36. dedimus: αὐτομάτως αὐτῷ καὶ δίχα πόνου περιγινόμενα. *ultro citra laborem ei obvenientia.* Arrianus verò an Epictetus *l.* 4. *c.* 5. in eadem sententia verbo simplici usus est. Ὅρα δὲ ὅτων ἂν γίνηται· *considera qibus rationibus fiant*, i. e. *obtineantur, obveniant ista.* Vide *l.* 10. § 19.

Καὶ δι' ὅτων ὑπηρετῶν] qàm servilibus, fœdis, turpibus ministeriis ista ambiant, illos demereantur. Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 17. Ἀγαπᾷ τινι, ὅτι φιλόστοργος εὐτυχεῖ, ἤθελες ἂν σὺ καὶ σὺ μᾶζ; μὴ γένοιτο, φησὶν, ἐκείνη ἡ ἡμέρα. τί οὖν ἀγαπᾷς, εἰ λαμβάνει τι ἀντ' ἐμοῦ ἢ πωλεῖ? τί μᾶλλον ἐκεῖς τὸν δι' ὅτων, ἃ σὺ ἀποβάλῃ, κλάσμον ἐκεῖνα? Idémqe *ibid. c.* 26. Τίς δ' ἀνέχεται περὶ χαῶν ἐρῶν, καὶ περὶ γειτόνων, καὶ ἐκείνας ὑπομύοντος, καὶ ὑποπλύνοντος, καὶ δωροδοκοῦντος, καὶ ἅμα μὴ νοσούσας θεραπεύοντος εἰς δίλυ, ἅμα δ' ὑποδαρεῖν ἐυχομένου, καὶ ἰατρὸς δλαεινοντος, εἰ ἦλθ θανασίμως ἔχουσ· ἢ πάλιν, ὅταν ὑπὲρ τῆς μεγάλων τόπων καὶ σεμνῶν ἀρχῶν καὶ τιμῆς, τὰς χεῖρας τῆς ἀλλοτρίων δίλων καθαφιλῇ, ἵνα μηδ' ἐλεύθερον δῶλος ᾖ. Ammian. *hist. l.* 14. *Dici non poteſt qâ obſequiorum diverſitate colantur homines ſine liberis Romæ.* Cicer. *Paradox.* 5. *An eorum ſervitus dubia eſt, qi cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duræ ſervitutis? hæreditatis ſpes qid iniquitatis in ſerviendo non ſuſcepit? qem nutum locupletis ſenis non obſervat? loqitur ad voluntatem; qicqid denunciatum eſt facit: aſſentatur, aſſidet, munerat, miratur. qid horum eſt liberi? qid denique non ſervi inertis?* ego malim repetitâ negativâ, *qid non denique ſervi, non inertis?* Horat. *Serm. l.* 2. *Sat.* 5.

—turdus
Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc
Res ubi magna nitet, domino ſenè; dulcia poma,
Et goſcunqe feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem guſtet, venerabilior Lare, dives.
Si qamvis perjurus erit, ſine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus; nè tamen illi
Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.
Magna minórve foro ſi res certabitur olim,
Vivat uter locuples ſine gnatis, illius eſto
Defenſor: famâ civem cauſſâqe priorem
Sperne, domi ſi gnatus erit, fœcundáve conjux.
Ainte puta aut Publi, (gaudent præmomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicum.
Jus anceps novi, cauſſas defendere poſſum.
Eripiet qivis oculos citiùs mihi, qàm te
Contemptum caſſâ nuce pauperet. hæc mea cura eſt,
Nè qid tu perdas, neu ſis jocus. ire domum atqe
Pelliculam curare jube: ſis cognitor ipſe.
Perſta atqe obdura; ſeu rubra canicula findet
Infantis ſtatuas, ſeu pingui tentus omaſo
Furina hibernas cană nive conſpuet Alpes.

Senex orbus ille Plautinus in *Milite* 3. 1.

Qando habeo multos cognatos, qid opus ſit mihi liberis?
Nunc bene vivo & fortunatè, atqe ut volo, atqe animo ut lubet:

Mea

Mea bona meâ morte cognatis dicam, inter eos partiam.
Illi apud me edunt, me curant, viſunt qid agam, ecqid velim:
Priuſquam lucet, aſſunt: rogitant, noctu ut ſomnum ceperim.
Eos pro liberis habeo. qin mihi mittunt munera.
Sacrificant? dant indè partem mihi majorem, quàm ſibi:
Abducunt ad exta: me ad ſe ad prandium, ad cœnam vocant.
Ille miſerrimum ſe retur, minimum qi miſit mihi.
Illi inter ſe certant donis. ego hæc mecum muſſito:
Bona mea inbiant: certatim dona mittunt & munera.

Fædiora ſunt, qæ Hieron. *ad Nepot.* etiam de Clericis qibuſdam. *Audio præterea in ſenes & anus abſque liberis qorundam turpe ſervitium. ipſi apponunt matulam, obſident lectum, purulentiam ſtomachi & phlegmata pulmonis manu propriâ ſuſcipiunt. pavent ad introitum medici: trementibúsqe labiis, an commodiùs habeat, ſciſcitantur. & ſi pavulum ſenex vegetior fuerit, periclitantur; ſimulatâqe lætitiâ, mens intrinſecus avara torquetur. timent enim nè perdant miniſterium. ô qanta apud Deum merces, ſi in præſenti pretium non ſperarent? qantis ſudoribus hæreditas caſſa expetitur? minori labore margaritum Chriſti emi poterat.*

Ὁ αἰὼν πάντα καλύψει.] ità *l.* 9. § 27. πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει.

Ad Librum VII.

§ 1. Τί ἐστιν ἡ καινία; τοῦτ' ἔστιν ὃ πολλάκις εἶδες.] Et mox: ὧν μισεῖ ἰσονεία, αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυιοι. Senec. *epiſt.* 97. *Erras, mi Lucili, ſi exiſtimas noſtri ſeculi eſſe vitium, luxuriam & negligentiam boni moris, & alia qæ objicit ſuis qisqe temporibus. hominum ſunt iſta, non temporum. nulla ætas vacavit à culpa. & fient, & facta ſunt iſta.* Et *de benefic. l.* 1. *c.* 10. ubi ſeculi fui mores contaminatiſſimos acerbiùs pavlò proſcidiſſet; *Itaque ſic finiamus,* inqit, *nè in noſtro ſeculo culpa ſubſidat. hoc majores noſtri queſti ſunt, hoc nos qerimur, hoc poſteri noſtri qerentur; everſos eſſe mores, regnare negitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi.* Ea eſt Flacci qerimonia, *carm. l.* 3. *ode.* 6.

Ætas parentum, pejor avis, tulit
Nos neqiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

At iſta, inqit ille, *ſtant loco eôdem, ſtabúntqe, paululum duntaxat ultro aut citro mota; ut fluctus, qos æſtus accedens longiùs extulit, recedens interiore litorum veſtigio tenuit. non expectant uno loco vitia; ſed mobilia, & inter diſſentientia tumultuantur, pellunt invicem fugantúrqe. Caterùm idem ſemper de nobis pronunciare debebimus, malos eſſe nos, malos fuiſſe; invitus adjiciam, & futuros eſſe. Erunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, ſacrilegi, proditores.* Et, *epiſt.* 97. *Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.* Vide *ad l.* 8. § 15. ὧν φορᾷ ὁ κόσμος.

Ἄνω κάτω, τὰ αὐτὰ.] Vide *l.* 4. § 32. & *l.* 5. § 46.

Οὐδὲν καινόν.] Solomon, *Eccleſ. c.* 1. *v.* 9. *Id qod fuit, idem eſt cum eo qod futurum eſt: & id qod factum eſt, idem cum eo qod fiet: neqe eſt novi qidqam ſub ſole. Eſtne aliqid de qo dici poſſit, Ecce hoc novum eſt? imò jam fuit per ſecula, qæ ante nos fuerant.* Tertull. *de reſurr. c.* 12. *Qodcunqe conveneris, fuit: qodcunqe amiſeris, nihil non iterum eſt.* Arnob. *l.* 1. *Novi fit nihil: vetera ſunt omnia, & nullis antiqitatibus inavdita.* Vide ad *l.* 2. § 3. vide & Senec. *epiſt.* 24. *ad l.* 6. § 44. Terent. *Eun. prolog.*

Nullum eſt jam dictum, qod non ſit dictum priùs,
Hoc argumento fabulas poeticas everſum it Palæphat. *de incredibil.* Ὅσα ἢ εἶδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμενα, αἱ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο· εἰ καὶ τότε, καὶ ἄλλοτε γένοιτο, καὶ νῦν γένοιτο, καὶ αὖθις ἔσται. Lavdátsqe illud Meliſſi & Lamiſci Samii, Ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔστι· qanqam illi forſan ſcripſerint: ἔστιν, ἃ ἐγένετο, νῦν καὶ ἔσται. De vitiis morbísqe pariter Diogenianus apud Plut. *ſympoſ. l.* 8. *c.* 9. Ἐκ τούτων νοσοῦμεν, ὅτι καὶ ζῶμεν· ἴδια δὲ ἀτέρμονα νόσων οὐκ ἔστιν, ἀλλ' αἱ τούτων μοχθηρίαι ποσὸς ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς περὶ ταῦτα πλημμέλειαν τῷ φύσιν ἐπλαράπησεν· καὶ τὰ τῆς ψυχῆς νοσήματα καὶ πάθη κοινῷ πνα καὶ πάτριον ὁδὸν βαδίζει καινὴν ὁδὸν οὐδὲ τοῖς παλαιοῖς ἀνιχνευτὸν ἐξεύρηκε κακίας εἶδος. Eódem accommodat & Sophoclis illa ex *Antigone*:

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

unde emendandus idem *de commun. notit. adv. Stoic. c.* 7.

Non iſta nunc dierum vel nuper vigent,
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent.

Πάντα καὶ σωπῇ ἀλληγορίαι.] leg. tranſpoſitis

vocabulis, π. σ. χ. ὁ. Vide *l.* 6. § 37. & *l.* 9. § 14. Item *l.* 5. § 10. & *infr.* § 23.

§ 2. Τὰ δόγματα] *Dogmata*, inqit, *abolcri non poſſunt, niſi phantaſiæ, unde ortum habent, fuerint extinctæ.* φαντασίας autem νοήσεις, id eſt, cogitationes intelligit; (ſic enim Chryſipp. apud Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* φαντασία λογικὴ, ἢ ἐξ' ἑαυτὴν λογικὸν ζῶον, νοήσεις εἰσὶν) ſive ὑπολήψεις, uti ipſe ſe in ſequentibus explicat.

Νεκρωθῆναι] ità νεκρῶσαι τὰς ἐπιθυμίας dixit Apoſt. *ad Coloſſ. c.* 3. *v.* 5. & νέκρωσιν σαρκὸς, ut σώματος Marcus, in ἀνεξηγητικοῖς Aſtrampſycus,

Νεκρὸς ὁρῶ, νέκρωσιν ἔξεις σαρκός.

Ὡς ἀνεικῶς ἀναζωπυρεῖν] leg. ὡς, φαντασίας nimirum. in poteſtate, inqit, tua ſitum eſt phantaſias five opiniones veras rectásque, quas priùs animo conceperas, verùm, tanquam ſub cineribus igniculi, ſopitæ quodammodò & ſepultæ jacent, reſuſcitare ubi volueris. Ità Paulus Timotheum monet, *epiſt.* 2. *c.* 1. *v.* 6. ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ.

Δυνάμει περὶ τούτου ὁ δεῖ ὑπολαμβάνειν] Ità *l.* 6. § 52. Ἔξεσι περὶ τούτου μηδὲν ὑπολαμβάνειν. eſt autem ὁ δεῖ ὑπολαμβάνειν, idem ferè hîc, quod ὀρθῶ ὑπολαμβάνειν. *l.* 5. § 34.

Τὰ ἔξω] Ità *l.* 4. § 3. τὰ παράγματα ἐχ ἅπαντα ἔξω ἡμῶν, ἀλλ' ἔξω ἔστιν. idem & *l.* 5. § 19.

Τοῦτο πάλαι, καὶ ὀρθὸς εἶ] Vide *ad l.* 3. § 5. & *infr.* § 12. Senec. *epiſt.* 71. *Da mihi adoleſcentem incorruptum & ingenio vegetum: dicet fortunatiorem ſibi videri, qi omnia rerum adverſarum onera rigidâ cervice ſuſtollit, qi ſupra fortunam exſtat. non mirum eſt in tranquillitate non conſuti: illud mirare, ibi extolli aliqem, ubi omnes deprimuntur; ibi ſtare, ubi omnes jacent. qid eſt in tormentis, qid eſt in aliis qæ adverſa appellamus, mali? hoc, ut opinor; ſuccidere mentem, & incurvari, & ſuccumbere: qorum nihil ſapienti viro poteſt evenire. ſtat rectus ſub qolibet pondere. nulla illum res minorem facit: nihil illi eorum qæ ferenda ſunt, diſplicet. nam qicqid cadere in hominem poteſt, in ſe cecidiſſe non qeritur: vires ſuas novit: ſcit ſe eſſe oneri ferendo.* Vide *ad lib.* 6. § 19. & *lib.* 7. § 67. & *l.* 8. § 46.

Ὡς ἐώρεις] *qas antè vidiſti.* ἃς Xyl. non accedo. res, inqit, cùm eædem ipſæ maneant, tu eôdem modo intuere nunc, ubi vacillare te ſenſeris, qomodo antè ſpeculabaris, cùm de eis ritè judicabas. Sic *l.* 6. § 3. πάλιν ἐγρηγορὼς βλέπε.

Ἀναζιῶναι] *reviviſcere* qodammodo tibi licet, τῷ ἀναζωπυρεῖν τὰς φαντασίας, cogitationes illas, prout dixeram, reſuſcitando. Ità Apoſt. *ad Eph. c.* 5. *v.* 14. Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν. atqe hoc eſt, μέλλεις ἔχειν ἐν τῇ ἀναστάσει τὴν πρώτην. Joan. *Apocal. c.* 20. *v.* 6. *partem habere ſuam in reſurrectione priore;* illâ nimirum, qâ *οἱ νεκροὶ τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἀκούσαντες, ζήσουν.* Joan. *c.* 5. *v.* 25. Vide *l.* 6. § 31.

§ 3. Πομπῆς κενοσπουδίαι] Varia viliáqe varia coacervat; qibus paria geminâqe fermè vult ea eſſe pleraqe, qibus hominum vita conteri ſolet. conſimilia iſtis habuimus ſupr. *l.* 5. § 33. nec abſimilia prorſus *infrà* § 48. Plinius min. *lib.* 9. *ep.* 7. ubi vanitatem eorum exagitaverat, qi Circenſibus tantopere capiebantur, *Capio*, inqit, *aliqam voluptatem, qòd hac voluptate non capiar.* Vide *ad lib.* 6. § 44. Gregor. Naz. *adv. Arian.* Αἱ ὑπὲρ κάτω παρέλθε αὐτὸν, καὶ τὰ γένη ταῦτα τῆς σαρκικῆς ζωῆς ἡμῖν τῆς σκηνῆς γίγνε παίγνια. Et *in Cæſar. fr.* Πάντα ὁμοῦ παιδιὰ πῆς ἐκείνῳ καὶ λῆρος ἦν, ὅσοις ἐν τούτῳ κρινόμεθα, τὸ χρησιμώτατον καὶ εἶδ) καὶ ὀνομάζεσθαι. τὰ μὲν ἄλλα ὡς ὑπὸ σκηνῆς καὶ ἄλλοις πλάττεσθαι πάγχυ πεπνυμένης τε καὶ καταλυομένης, τάχα δ' ὀθνειωμένης ὁρῶν ἢ σωτηριώμενος ὡς εἶδ) ἰδεῖν ἐκ τῆς πολλῶν τοῦ βίου μεταβολῶν, καὶ τῆς ἄνω καὶ κάτω μελαπτίσεως ἐυσεβείας μόνον δ' ἴδιον ἀγαθὸν καὶ παρεμμένον ἀσφαλῶς, τ' ἐυσέβειαν. & mox: τοιοῦτος ὁ βίος ἡμῖν τῶν ζώντων θεώσασθαι, τοιοῦτο τὸ ἐπὶ γῆς πάγχυον, ἐκ οὗτος ἡδέως, καὶ ἡδυνῶς ἀναλυθῆναι. Vide *ad l.* 11. § 6. & *l.* 12. § 36.

Διαδρεπομαὶ] *velitationes, haſtiludia.* Xyl. rectè. nec cur vocabuli ſignificationem minùs intelligere ſe profiteretur, qicqam erat. δορατζόμενοι, δόρασι μαχόμενοι. Heſych. & indè δορατισμοὶ pro *velitationibus.* qia velites haſtis levioribus, ſive jaculis utebantur, uti videre eſt apud Liv. *hiſt. l.* 8. & *l.* 26 & *l.* 36 & Veg. *de re milit. l.* 3. *c.* 16. Erant autem *velitationes*, vel *ſeriæ*, ut hoſtiles, præliorum qaſi præludia qædam, vel *ludicræ* ac exercitatoriæ, qibus tirones ad munia bellica idonei magis redderentur. indè ad *concertationes* qalvis transſlatum eſt vocabulum. *l.* 4. *c.* 3. διαδρεπόμενος. *ſeſe mutuò impetentes.*

Κωμῳδίοις ὀσίοις ἐμμελοῦσιν] Ità Apoſtolus *ad Philip. c.* 3. *v.* 8. præ fide juſtitiáqe Chriſtiana, veráqe ac ſolida Chriſti notitia, σκύβαλα ἡγεῖται τὰ πάντα. qo loco σκύβαλα, qaſi κυσίβαλα dicta, ſi Grammaticos avdimus, vel ſunt *ſtercora*, peculiariter *canina*. Σκύβαλον, κόπρος. Heſych. τὸ δ' ἐντέρων ἐκβλῆμα. Etymolog. atqe ità accipiunt interpretes plerique. eodémqe facit qod Apul. *florid.* 2. qi Cratetem ait *rem familiarem abjeciſſe, velut onus ſtercoris, magis labori qàm uſui.* vel etiam ea qæ *canibus* projici ſolent. Σκύβαλον, τὸ τοῖς κυσὶ βεβρῶσθαι, κυσίβαλόν τι ὄν. Svid. atqe ità uſurpavit Ariſto in *epigram. anthолog. l.* 1. *c.* 33. ubi poëta avt literator aliqis, mures Opicos, nè codices ſuos corroderent, abigens, ad felicioris ac lavtioris alicujus ædes commigrare illos jubet, apud qem inventuri ſint, δεῖπνον συχνὸν κατὰ σκύβαλον, *cænam freqentem largámqe ſatìs ab eis qæ canibus projiciuntur, reliqiis.* Verùm de vocabulo iſto, qòd latè patet, & nos latiùs alibi. Oſſium avtem canibus.

bus projectorum meminit eò magis Marcus, qia ea rixam inter illos creare assolent. unde versus proverbialis,

Dum canis os rodit, socium, qem diligit, odit.

qod & Gregor. Naz. *epist. 22. ad Basil.* κυσὶ βρῶμα ἐτέρων ἐν μέσῳ καὶ ἀλλήλων ὀπλίζει. Indè Platonis illud, κυσὶν ὀκέων μηνύειν, osse objecto canes inter se committere, in epigrammate qod in Alexin amasium suum composuisse à Laërtio Apulejóqe perhibetur. de qo alibi diximus.

Ὡς δὲ συμφερόμενα] quod συμφερόμενα, Philo *de monarch. ad l.* 11. § 1. exhibuit. tanquam mente suâ & cogitatione sidera in motu cursúq; suo rapidissimo illo comitatus & consecutus. neque est enim hoc arduum menti humanæ. Senec. *de benef. l.* 3. *c.* 20. *Corpora obnoxia sunt & adscripta dominis: mens quidem sui juris est. quæ adeò libera & vaga est, ut nec ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quò minùs impetu suo utatur, & in infinitum comes cœlestibus exeat.* Et *ibid. l.* 6. *c.* 23. *Vide animi quantum audeant, quemadmodum soli aut noverint deos, aut quærant, & mente in altum datâ divina comitentur.* Et *l.* 2. *c.* 29. *Animo nihil non eôdem, quò intendit, momento pervium est. sideribus velocior, quorum post multa secula futuros cursus antecedit.* Augustin. *in Joan. tract.* 20. *Celeritatem animi ipsius vide. Vide si non vehementior est scintilla animi cogitantis, quàm splendor solis lucentis. Solem orientem tu vides animo. ab oriente ad occidentem venturus est; jam ex alia parte cras oritur. ubi hoc fecit cogitatio tua, adhuc ille tardus est, & tu omnia peragrasti.* Vel vitæ suæ momenta tanquam unà cum cœlestibus illis corporibus transvolantia considerans, quorum cursu dimensa sortimur mortales ejusdem intervalla. Senec. *epist.* 12. *Tota ætas partibus constat, & orbes habet circumductos majores minoribus. est aliquis qui omnes complectatur & cingat. hic pertinet à natali ad diem extremum. est alter qui annos adolescentiæ excludit. est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit. est denique ipse annus, in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita consumitur. mensis artiore præcingitur circulo: angustissimum habet dies gyrum: sed & hic ab initio ad exitum venit, ab ortu in occasum.* Hinc Columellæ monitum, *de re rustic. l.* 10.

Invigilate viri: tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nullóque sono convertitur annus.

Nec subtiendum, quòd Plato etiam in *Timæo*, τῶν ἐν ἡμῖν θείων καὶ τῶν παίδων κινήσεις καὶ διαφορὰς eadem statuit. Vide *ad l.* 2. § 13.

Τὰς ἀπὸ στοιχείων] Vide *ad l.* 4. § 46.

Ἀπεκδαίρησι τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου.] Sen. *epist.* 95. de philosophia. *Erras, si illam putas tantum terrestres operas promittere: altiùs spirat. Totum,* inquit, *mundum scrutor, nec me intra contubernium mortale contineo, suadere vobis ac dissuadere contenta. magna me vocant, suprágue vos posita.*

Nam tibi de summa cœli ratione Deûmque
Disserere incipiam; rerum primordia pandam.

ut ait Lucretius l. 1. —*Ista jam à formatione morum recesserunt: sed levant animum, & ad ipsarum quæ tractant rerum magnitudinem attollunt.* Idem *epist.* 117. & *ep.* 79. *Tunc animus noster habebit quod gratuletur sibi, cùm emissus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit; & redditus cælo suo fuerit. cùm receperit locum, quem occupavit sorte nascendi. Sursum vocant illum initia sua. erit autem illic etiam antequam hâc custodiâ exolvatur, cùm vitia discesserit, puríque ac levis in cogitationes divinas emicuerit.* Vide eundem, & *epist.* 65. vel Apostolum potiùs *ad Philip. c.* 3. *v.* 19, 20. & *ad Colos. c.* 3. *v.* 1, 2.

§ 48. Τὸ τῆ Πλάτωνος] ubi Plato hæc habeat, mihi nondum succurrit.

Ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ τὰ ὀπίσω] Non cœlestia tantùm suspici vult, sed inferiora etiam ista omnia, tanquam de specula, despici. quod est argumentum τῆς ὑποσκοπούσης Luciani. Vide Senec. *ad Marc. c.* 18. & Cyprian. *epist. ad Donat.*

Τὸ παμμιγὲς] Vide *ad l.* 4. § 27. sed & *l.* 12. § 24. τὸ πυμμιγὲς autem, sive cinnum hunc non in Mundo tantùm, Menippus apud Lucianum in *Icaro-Menippo*, rerum in terris gestarum, qualem in Luna diverens conspicabatur, facièm depingens: Οὐ μὴν ἅπαν εἰλαπίναι καὶ γάμοι ἐτεροῦσι καὶ διαθῆκαι καὶ ὀνήλοσιαι· καὶ ἕτερον δὲ μέρος ἔδυσε τις· ἐκ γενετῶν καὶ πενήτων ἄλλος ἐφάνετο· καὶ πολεμοῦντας μὲν ἑώρων τοὺς Γέτας· πλανωμένους καὶ ὅτι τῆς ἀμαξᾶς τοῦ Σκύθας· γεωργοῦντας δὲ τοὺς Ἀσγυναίους· καὶ ὁ Φοίνιξ δὲ ἐναυπρᾶτο· καὶ ὁ Κίλιξ ἐλῃστᾶτο· καὶ ὁ Λάκων ἐμασιᾶτο· καὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐδικάζετο. ἀπάντων τούτων ὑπὸ τὸν αὐτὸν κυανοῦν χρόνον, ὥς σοι ἤδη ὑπονοεῖν, ὁποῖός τις ὁ κυκεὼν ἦτο καὶ ἐφαίνετο. Et Heraclitus apud eundem in βίων πράσει, sive vitarum licitatione: Ἐμπύδον ἀλίν· ἀλλὰ κοὺς οἷς κυκεῶνα πάλαι συνεπίνομεν. Sed & in Homine, mundo hoc minore, deprehendi idem monet Synesius *de regn.* Εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο, ὡς οὐκ ἁπλοῦν τι χρῆμα, οὐδὲ μονοειδὲς ἀνθρωπος· ἀλλὰ συμφύσιον ὁ Θεὸς εἰς ἑνὸς ζῴου σύστασιν, ὄχλον ἀνδρῶν παμμιγῆ καὶ πάμφωνον. In mundo itaque quantò magis?

Τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συνεστὸς συνεκόμιδον] Ità *supra* § 9. συνηκατέτεκλαι γὰρ καὶ συνεκόμισε τὸν αὐτὸν κόσμον. Clemens *strom. l.* 1. Ἡδὺ γὰρ καὶ ἀκατάπαυστον ἐναντία τῇ φύσει ἕσα· ἀλλ' ἅμφω γε ἁρμονία μία. ἓν τε δεσμοῖς ὁ ἅρπος τῷ ἀσπῖδι διαφέρεται· ὁμολογοῦσι δ' ἅμφω τῇ ἀσκήσει. οὕς τῷ χάλκῳ ὁ κύκλος, καὶ τὸ τείχισμα, καὶ τὸ τετράγωνον, καὶ ὅλως τῶν σχημάτων ἀλλήλων διαλλάσσει· ἀτὰρ καὶ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα τὰ μέρη σύμφωνα, καὶ

χὰν διαφέρηται πρὸς ἄλληλα, τιὸ πρὸς τὸ ὅλον οἰκειότητα διαφυλάττει. Senec. *quæst. nat. l. 7. c. 27. Non vides quàm contraria inter se elementa sint? gravia & levia sunt, frigida & calida, humida & ficca. tota hujus mundi concordia discordibus constat. non ad unam naturæ formam opus suum præstat, sed ipsâ varietate se jactat. alia majora, alia velociora aliis fecit: alia validiora, alia temperatiora: quædam autem eduxit è turba, ut singula & conspicua procedcrent; quædam in gregem misit.* Apul. *de mund.* *Mirum quibusdam videri solet, quòd, cùm ex diversis atque in se pugnantibus elementis mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus & ignitis, tanto rerum divortio nondum sit ejus mortalitas dissoluta. qibus illud simile satisfaciet, cùm in urbe ex diversis & contrariis corporata rerum inæqualium multitudo concordat. sunt enim pariter dites & egentes, adolescentium ætas permixta senioribus, ignavi cum fortioribus, pessimi cum optimis congregati. aut profectò, quod res est, fateantur, hanc esse civilis rationis admirandam temperantiam, cùm qidem de pluribus una sit facta, & similis sui tota, cùm dissimilia membra sint, receptrixque sit naturarum ad diversa tendentium, & fortunarum per varios fines exitúsque tendentium. sic mare & fœmineum secum junguntur, ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit: artésque ipsæ naturam imitantes ex imparibus paria faciunt. Pictura, ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis & puniceis confusione modicâ temperatis, imagines his quæ imitatur similes facit. ipsa etiam Musica, quæ de longis & brevibus, acutis & gravioribus sonis conflat, tam diversis & dissonis vocibus harmoniam consonam reddit.* &c. Et mox: *Æqualis qippe omnium diversitas, gravissimorum, levissimorum, fervcntium, frigidorum, docente ratione naturæ, diversis licèt rebus, æqualitatem deferre concordiam, omnia parentis mundi amœnitatem æternitatémque reperit.* Quæ omnia sunt translata ex Aristotelis nomine *de mundo* inscripti libelli *cap.* 5. Vide *ad l.* 4. § 27.

§ 49. Τὰ προγεγονότα] Vide *l.* 6. § 46,47.

Ἔξεσι γὰ τὰ ἰσόμοιρα προσφορᾶν] Vide *ad l.* 6. § 37. & *supr.* § 1. & *l.* 2. § 14. Plutarch. *de EI Delphic.* Μαντικὴ τέχνη ἐστὶ περὶ τὸ μέλλον ἐκ τῶν παρόντων ἢ παρωχημένων. ὑπνὸς γὰρ ἐστὶν ἀναπαυσις ἢ γήνησις, ὅτ' ἄλογος ἡ προγνωσις· ἀλλ' ἐπεὶ πάντα τοῖς γεγονόσι τὰ γιγνόμενα, τά τε γιγνόμενα τοῖς γιγνομένοις ἅπτεται καὶ συνῆπται, κἀξοδον ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος πραίνουσαν, ὁ τὰς αἰτίας εἰς ταυτὸ συνιδεῖν τε πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλέκειν φυσικῶς ὁπισθμενος, διδᾷ καὶ προλέγει τὰ τε ὄντα, τά τ' ἐσόμενα, πρότ' ἐόντα. uti Homer. *Il.* α'. *v.* 70. Vide *l.* 10. § 5. Verùm de solertia ac sagacitate non fatidica, sed politica, Plin. min *l.* 1. *ep.* 5. Mavricum prædicans: *Vir est gravis, prudens, multis experimentis cruditus, & qi futura possit ex præteritis providere.* Inter alias historiæ lavdes, hanc non ultimam ponit Niceph. Gregoras *hist. Rom. lib.* 1. ὅτι περιήτας τρόπον τινὰ τοῦ μυθολογεῖν, ἐκ τῶν φαινομένων συλλογιζόμενος τὰ μέλλοντα. Polyb. *hist. l.* 6. Τὸ γὰρ ἴδιον τῆς ἀνθρώπου φύσεως διαφέρειν τῶν ἄλλων ζώων, ἓν μόνοις αὐτοῖς μέτεστι τοῦ λογισμοῦ, φανερὸν, ὡς ἐκ εἰκὸς παραγίνεσθαι αὐτοῦ τὴν προειρημένην διαφοράν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὸ γινόμενον, καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον, καὶ συλλογιζομένους, ὅτι τὸ παρεπόμενον ἑκάστοις αὐτῶν συνεχῶς. Cicer. *offic. l.* 1. § 11. *Inter hominem & bellnam hoc maximè interest, quòd hæc tantùm, quantùm sensu movetur, ad id solùm quod adest, quodque præsens est, se accommodat, pavlulum admodum sentiens præteritum aut futurum. Homo autem, quia rationis particeps, consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earúmque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, & rebus præsentibus adjungit atque annectit futura; facilè totius vitæ cursum videt, ad eámque degendam præparat res necessarias.*

§ 50. Καὶ τὰ ἐκ γῆς] Evripidis ista sunt ex *Chrysippo.* qod ex Clemente Alex. *strom. l.* 6. didicimus. refert & Philo *de mund. immortal.* ex qo sic restituenda & disponenda sunt; accessione non contemnendâ insuper adavcta.

Χωρεῖ δ' ὁπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φυέντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
[1] Βλαστόντα γονῆς εἰς ὑπαύλιον — [1] ἰτὰ Grot. Βλαστάνοντα γῆς *Phil.*
Πάλιν ἦλθε πάλιν· δύσις δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων. διαχρινόμενα
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μορφὰς ἑτέρας ἐπέδειξε.
Retróque meant, qæ terra dedit
Iterum in terram: qod ab æthcrio
Venerat ortu, cæleste poli
Repetit templum. qæ sunt, horum
Nihil emoritur, sed secretum
Illud abisto
Alia sub imagine parct.

Ità Grotius legit vertitqe: nisi qòd pro ἑτέρας, qod Philo Clemènsqe habent, ἰδίαν subsitituit, & propriâ reddit. mihi, illud retinere potius antiqiúsqe visum est: etiamsi Philonis codices uno loco istud exhibeant, qum uno amplìùs cum Clementis conveniant. Evripides idem in *supplic.* qod Moschionis nomen frustrà præfert, apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 124.

Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο
Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.
Et unde noſtræ qodqe naturæ est datum
Eò reverti. magnus æther spiritum,
Corpus recipiat terra.— Grot.

Epicharmus apud Plut. *ad Apollon.* Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη· καὶ ἀπῆνθεν ὅθεν ἦνθε πάλιν. γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. τί τῆσδε χαλεπὸν; ὧδε ἔφυ. ità enim concipi debent, qæ vitiata in vulgatis habentur. *Concretum est, & discretum est, eódemque revenit, unde venit: ad terram terra, sursum spiritus. ecquid horum grave est? nihil quicquam.* Lucret. *l.* 2.

Cedit enim retro, de terra quod fuit antè,
In terras: & quod missum est ex aetheris oris,
Id rursum cæli relatum templa receptant.

Solomon ipse *Eccles. c.* 12 *v.* 7. *Redítque pulvis ad terram, quod priùs fuerat: spíritus autem ad Deum, qui primò dederat.* Heraclit. *epist ad Amphidamant.* Ἐὰν ἡ φθάσαν ἀνάρσιον γένηται τὸ σῶμα, δύσεται εἰς τὸ εἰμαρμένον. ἀλλὰ ἡ ψυχὴ δύσεται· ἀλλὰ ἀθάνατον ἔσα χεῖμα εἰς ὕστερον ἀναπλήσεται μετάρσιον. δέξονται δέ μιν αἰθέριοι δόμοι. Hinc de Sibylla prima fabulosum illud ex Sarapionis *Epicis* apud Clem. *strom. l.* 1. μηδὲ ὑποδαίσασαν λῆξαι μαντικῆς καὶ τὸ μὲ εἰς ἀέρα χωρῆσαν αὐτῆς μὴ τελεσθῆναι, τοτ' ἂν τὸ ἐν ἡμέραις καὶ κλεδόσι μυχόμενον τὸ δὲ εἰς γλῶ μεταβαλόντες σώματος, πᾶς, ὡς εἰκὸς, ἀναρύεσθαι, ὅσα ἂν αὐτῇ ὑπερεπνεῦσα θρέμματα, ἀχρεῖα διὰ τὴν σπαλάχνων ἀφαίρεσιν τὰ μέλλοντος δίλωσιν· τῇ δὲ ψυχῇ αὐτῆς ἔσῃ, τὸ ἐν τῇ σελήνῃ φανόμενον ἀφέστωτον. quod eò potiùs refero, qia lucem dat. loco Plutarchi *de sera num. vindict.* ubi de Sibylla dicitur, ἄδειν αὐτῇ ὡς τὴν ἀελλόντων ἐν τῷ ἀφεστῶτι τῆς σελήνης ἀέρι περομένῃ. Vide *l.* 5. § 4. & *l.* 4 § 5, 14, 21, 23.

Ἡ τῶτο διάλυσις καὶ πιθανή τις σκοπισμός] leg. ἢ πιθανὸς. vel, [ἢ] καὶ τ. Vide *supr.* § 32.

§ 51. Καὶ σίπιοι] Καὶ istic superfluum videtur. versus sunt ex Evripid. *Supplic.* à Plutarcho etiam in *Consul. ad Apollon.* lavdati; qô loco versiculus proximè hos prægressus iste præfigitur;

Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκλείπειν βίον &c.

sunt avtem variè admodum in Evrip. cod. apud Marc. apúdque Plut. concepti, qod est vitiatorum indicium satis clarum.

Σίπιοι καὶ πότοις καὶ μαγγανεύμασι] At Plut. Ἐρωτικοῖς καὶ πολοῖσι καὶ μαγεύμασι. Evrip. cod.

Νωθείσι καὶ σκυθαῖσι καὶ μανδύμασι.

ubi Brod. τωθρεῖσι, *qictè, laboris fugâ.* qod meritò rejicit Camer. & Plutarcho adhæret. qem ità probat Grot. ut opinetur ramen esse potuisse, νόσοις καὶ σκυθαῖσι. qod mihi omnium minimè videtur verisimile; *morbis* enim vitam protelari, saltem horum ope uti homines ad mortem remorandam, qis dixerit? at Camer. ὄχοισι, vehiculis, legendum suspicatur. Ego vel Marcum sequar lubens, vel Plutarchum, qi ut verbulo differant, sensu conveniunt.

Καὶ μαγγανεύμασι] Evripid. cod. μανδύμασι, *oraculis*, qibus moniti casus futuros declinent. Brod. Plut. μαγεύμασι, *carmine.* Grot. ut ad curationes magicas referatur. ego nec Marci nostri μαγγανεύμασι spreverim. cùm & φίλτρα καὶ φάρμακα magica eô qoqe vocabulo usitatissimè designentur. Qanqam alio forsan sensu istic accipi qeat, pro *scitamentis* nempe, sive *cupediis.* qomodo usus est Greg. Naz. *de amor. pauper. orat.* 16. ubi λιπαρεῖς τραπέζας καὶ τὰ μαγείρων καὶ ὀψοποιῶν μαγγανεύματα καὶ κομψεύματα, conjunxit. Et Plin. *l.* 10. *c.* 50. *Dedere & Parthi coqis suos mores. nec tamen in hoc mangonio qicqam totum placet.* Vel latiori etiam sensu, pro artificio omni, qô corpus humanum accurari solet. Unde *Mangonum ars: & venalitiorum mangonia,* Plin. *l.* 21. *c.* 26. & *puerorum mangonisatio, ibid. l.* 32. *c.* 10. qâ pubem eorum retardari procurabant mangones, sicut artificiis & accurationibus his, οἱ φιλόψυχοι senectutem & mortem etiam, qantùm poterant, ipsam. cæterùm & de magicis ac feralibus illis Plinius *l.* 28. *c.* 1. *Qis ista invenit ostenta? qis veneficia innocentiora effecit, qàm remedia? procul à nobis nostrisque literis absint ista. nos auxilia dicemus, non piacula.* Tum subjungit, qod Tragici mentem accedit prope; *Vitam qidem non adeò expetendam censemus, ut qoqo modo trahenda sit.*

Παρεκτρέποντες ὀχετὸν] *avertentes currum.* Xyl. qasi ὄχον legerit. nisi typothetarum mendum fuerit. *canalem, aut fluvii cursum.* Annot. Lugd. *cursum divertentes, metaphora ab his qi fluvios derivant & deflectunt.* Brod. ὀλεθρον mavult Grot. ego nihil mutem.

Θεόθεν δ' πέσοι θεσν] Hæc aliunde sunt.

Καμάτοις ἀνοδύρτοις] *Laboribus luctu lacrymisque calentibus.* Xyl. *etiamsi miseriam nostram lugeamus* Cas. at qid si ἀνοδύρτοις, *minimè flendis aut lugendis,* verterimus? possit enim etiam oboriri suspicio, scripsisse Xyl. *carentibus* non *calentibus.* ut sit κάματοι ἀνόδυρτοι, *labores,* si cum Flacco loqamur, *illacrymabiles;* vel eô sensu qô *Plutonem* ille *illacrymabilem* dixit, *carm. l.* 2. *Od.* 14. *qos lugere fleréque fruſtrà fuerit:* (τί γὰ ἐλαφρὸν ἐς ἐς ἄφρακτ' ὀδυρόμενον δυνεῖν καρδίαν;

Nam qid levat tandem mala,
Lassare corda luctibus?

Bacchylides apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 109.) vel qô fortes illos priscos Agamemnone priores *illacrymabiles* ignotósque *l.* 4. *od.* 9. *qi minimè lugentur;* sive *qi lugendi non sint,* sed strenuè alacritérque perferendi. Senec. *ep.* 107. *Malus miles est qi imperatorem gemens sequitur.* Et *qæst. nat. l.* 3. *præfat. Flere, queri, ingemere; desciscere est.* qanqam & ἀνοδυρτεῖν est θρηνεῖν, κλαίειν, Svidæ. atqe indè poterit τὸ ἀνόδυρτον deduci.

§ 52. Καθεδιώπτεσε] *profusior.* D. Boot. ut sit

ſic ἀπὸ τῦ καταβάλλειν *dependere, impendere, inſumere.* quomodo Svidas ex Amipſiæ *mœchis*;

Καὶ σὺ μὴ ἦλθες, καββάλων τριάκοντα.

id eſt, καταβαλών. indè καταβολή. Svidas idem, καθάπερ οἱ ἐρανισταὶ τὰς καταβολὰς ποιῦνται τῶν χρημάτων. Et Gregor. Naz. *de pace* 3. *ad l.* 4. § 20. πολλὰ ἂν καταβάλον χρήματα. & ſit ſenſus, *fieri poteſt, ut profuſior ſis; ut tamen nihilo liberalior eâ ratione exiſtas. Falluntur enim,* qibus *luxuria ſpecie liberalitatis imponit.* ut Tacit. *hiſt. l.* 1. & ut Plin. in *paneg. Ambitio, & jactantia, & effuſio, & qidvis potiùs quàm liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat.* Itaque Senec. *epiſt.* 121. *Non voco ego liberalem, pecuniæ ſuæ iratum. multum intereſt, utrùm qis dare ſciat, an ſervare neſciat. multi ſunt, qi non donant, ſed projiciunt.* id eſt, καταβάλλει, ſive καββάλλει, prout Heſiod. in *Theogon.*

Κάββαλ' ἐνὶ πόντῳ.

In mare projecit.

de talibus Tacit. libro ſuperiùs indicato. *Perdere iſte ſciet, donare neſciet.* Et Epicharmus apud Plut. in *Pelopid.* & *de garrul.*

Οὐ φιλάνθρωπος σύγ' ἐσ'· ἔχεις νόσον, χαίρεις ὑβρίσας.

ità enim eſt concipiendum, ut verſus conſiſtat.

Liberalis haud es ipſe: morbum habes, lubet dare. Ego malim καββαλικώτερος. qomodo mox κοινωνικώτερος. (ità enim ſcribendum, non κοινωνικότερος) & cum Xyl. *luctæ peritiorem* intelligi. nam καββάλιον pro *luctatore*, qod Xyl. avtumat dici, exemplo carere exiſtimo. καββάλειν *dejicere, proſternere*, de colluctantibus eſt freqentiſſimum: qos ait Galen. *in Hippocr. aphor.* 3. αὐτὸ τοῦτο ἔργον ποιεῖς καὶ τὸν βίον ἅπαντα, πλὴν διαφεύγω σε γυμνασίοις τε καββάλλειν ἑτέρους ἕνεκα. Evſtath. *ad Hom. Il. i. v.* 206. Τὸ κάββαλον, ἢ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ ἔβαλον, ὃ δηλ. ἔβησε· ἢ βασάξαι ἄνω, εἶτα καταπέσειν· ὅτε καὶ ὁ πάλαισις καταβάλλει τὸν ἀντίπαλον. itaque artem iſtorum Galenus idem *lib. ad. Thraſybul.* non tam γυμναστικὴν dici poſtulat, quàm καταβλητικήν· ſive, ut Lacones efferebant, καββαλικήν. qi &, inqit is, καββαλικώτερον ἑαυτὸν φασὶν εἶναι τὸν ἐν ταύτῃ τεθραμμένον, ἢ ἰσχυρότερον. *in hoc ſtudio enutritos, non validiores ſeſe dicunt eſſe, ſed proſternendi peritiores.* Atqe ità revera Spartanus qidam avtore Plutarcho in *apoph.* de antagoniſta ſuo, à qo in certamine ſuperatus & proſtratus fuerat, dixiſſe ferturs ὁ μὴ ἓν χρείσσων, ἀλλὰ καββαλικώτερος. *non eſt melior me avt fortior, ſed dejiciendi ſive proſternendi peritior.* Qò & reſpexiſſe Marcum iſtîc, mihi probabile admodum videtur: qaſi dixerit, Καββαλικώτερός σε δεῖ τις; vel, ἄλλῳ τίς δεῖ; eſt *aliqis te luctæ peritior*, ſive corporis robore viribúsqe validior? at te benignior, avt modeſtior, &c. nè exiſtat, hoc enim in te poſitum eſt: illud non item. vel, hoc ſi minùs extiterit, nihil eſt qòd ea in re, avt ille ſuperiorem te eſſe ſeſe glorietur, avt ipſe ab ullo ſuperari te dedecus ullum exiſtimes. Qod Ageſilaus aliqandò Perſarum regem magnum prædicanti, Τί δ' ἐμοῦ γε μείζων ἐκεῖνος, εἰ μὴ κὴ δικαιότερος; Plut. de ſe lavdand. qòd contractiùs & λακωνικώτερον dici poterat, Τί μείζων; εἰ μὴ ἀμείνων; Plato ep. 4. Ἀνδρείᾳ μὲν γὰρ, κὴ τάχει, κὴ ῥώμῃ δυνεῖεν, δέξειεν ἂν κὴ ἑτέρων τῶν· ἀληθείᾳ δ' κὴ δικαιοσύνῃ, κὴ μεγαλοφροσύνῃ, ξυμφαίη τις ἂν τοῦ ἀντιποιεῖσθαι τὰ τοιαῦτα τιμᾶν, εἰκότως ἧσσον ἄλλων διαφέρειν. περὶ τούτων δ' ὁ μέγιστος ὄρος ἀγών. Nihil, opinor, ad Marci mentem aperiendam accommodarius dici potuit. Vide ad *lib.* 3. § 4. Epictet. *enchir. c.* 42. Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύναχθοί, ἐγώ σε πλουσιώτερός εἰμι. ἐγώ σε ἄφρ χρείσσων· ἐγώ σε λογιώτερος· ἐγώ σε ἄφρ χρείσσων. ὁμοῖοί δ' μᾶλλον συμπαχθοί· ἐγώ σε πλουσιώτερος· ἢ ἐμοὶ ἄφρ κῆπος τῆς σῆς χρείσσων. ἐγώ σε λογιώτερος· ἢ ἐμοὶ ἄφρ λέξις τῆς σῆς χρείσσων. σὺ δέ γε ὅτε κῆπος εἶ, ὅτε λέξις. Gemina habes *l.* 5. § 5. & *infr.* § 66. Adnotaverat neſcio qis ad-periochæ hujus caput verba hæc. ἀπ ἔστιν ἀρχὴ τῦτο, ἀλλὰ δεῦ ἀναστίρω δεῦ πρὸ δεῦ Πλατωνικῶν συμφορές. qod in contexum poſtea cùm irrepſiſſet, nos denuo furcillavimus: eò magìs, qia etiam frivolum, falſum eſt, non alienum duntaxat.

Εὐτακτότερος ὁπὶ τοῖς συμβαίνουσιν] Translatum à re militari, in qa de eis uſurpatur, qi, qicqid obvenerit, ordinem non turbant, qicqid fuerit injunctum, citra tergiverſationem avt querimoniam exequntur. Xenophon. *Cyri inſtitut. lib.* 1. Εὐτακτότερος κὴ εὐπειθεστέρους ποιεῖ. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Ὁ κύων κὴ ἀγαθός, μιμητικῶ, πᾶ τ' ὄζει, κὴ πόθεν ἐλήλυθε, κὴ ὑπὸ τίνῳ γέγονε, πρὸς μόνα τάτα ὄζει, πῶς πλὴν αὐτὸ χαίρειν ἐκπληροῖ εὐτάκτως κὴ εὐπειθῶς τῇ φύσει.

§ 53. Ὅπως ἔργον] Vide *l.* 5. § 3, 14.

Κοινὸν θεοῖς κὴ ἀνθρώποις λόγον] Vide *ad l.* 3. § 4. συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν.

Ὠφελείας τυχεῖν] ità *infr.* § 74. ὠφέλεια, πρᾶξις κὴ φύσιν. Et *l.* 11. § 4. πεπίωκε τὸ κοινωνικὸς; ἔκλυε ὠφέλημαι;

§ 54. Παιδαχῦ κὴ διδασκῶς] Vide *l.* 8. § 45. Senec. *Medea*, 2. 1.

Nuſquam poteſt non eſſe virtuti locus.

Ἔπι σοί δεῖ] Vide *ad l.* 2. § 11. ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν· & *l.* 10. § 32.

Τῇ ταφέσῃ συμβάσει] ità deinceps leg. κὴ τῇ ταφέσῃ φαντασίᾳ.

Θεοπρεπῶς ἐναρεστεῖν] Vide *ad l.* 6. § 2, 32. & *l.* 10. § 21. Epictet. *diſſert. lib* 3. *c.* 26. ἐπεὶ ἐρίζει κὴ ἐνοεῖ, ὅτι ἐὰν τῷ θεῷ παρασκευάσῃ ἑαυτὸν, διελεύσεται ἀβλαβῶς. πῶς λέγεις παρασκευάζει; ἵν' ᾖ. ἂν ἐκεῖνῳ θέλῃ κὴ αὐτὸς θέλῃ·

ϰὴ ὃ ἂν ἐπεῖν☉ μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸς θέλειν. Vide *infrà* § 56. Sen. *ep.* 74. *Placeat homini, qicqid Deo placuit.*

Ἐμφιλοτεχνεῖν] compositio duriuscula, sed gemina illi Epicteti *dissert. l.* 2. *c.* 20. ὑ προφιλοτεχνεῖ &c. Sunt autem compositiones istiusmodi apud Stoicos nimiò qàm familiares. Vide Epictet. *l.* 2. *c.* 5. *ad l.* 4. § 1.

§ 55. Τὸ ἐξῆς τῇ ϰαλασιρίᾳ] Vide *lib.* 5. § 16. & *suprà* § 53. ità *l.* 12. § 12. Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει. Clem. Alex. *strom. l.* 1. Φύσει δ' αὖ ϰεινωνιϰὸς ϰὴ δίϰαιος ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐδημιούργησεν.

Τὰς σωματιϰὰς πείσεις] Vide *ad l.* 3. § 6.

Ἡ νοερὰ ἐξέλει περιπεσεῖσθαι] Vide *ad l.* 2. § 2. Ψυχῆς τάξις ἡγεμονιϰωτέρα. Plut. *adv. Epicur.* & in ista principatum obtinet τὸ ἡγεμονιϰὸν ϰατ' ἐξοχὴν hic dictum. Ἄτοπον ὑ τὸ ϰρείττονα ϰὴ βεβαιότατον φύσει ἐν ἡμῖν ὑπάρχειν ὑπὸ τῶν☉. Aristot. *ethic. magn. l.* 2. *c.* 6. Et *Eudem. l.* 5. *c.* 12. Ἄτοπον ἂν εἴη, εἰ τὸ ϰρεῖττον ταύτης ὂν, ϰυριώτερον αὐτῆς ἔσται. Idémque *polit. l.* 1. *c.* 4. Τὸ ζῷον πρῶτον σωμάτου ϰὴ ψυχῆς ϰὴ σώματος· ὧν τὸ μὲν ἄρχον δεῖ φύσει, τὸ δ' ἀρχόμενον. δεῖ δ' σϰοπεῖν ἐν τοῖς ϰατὰ φύσιν ἔχουσι μάλιστα τὸ φύσει, ϰὴ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις.—— ἔστι δ' ὧν πρῶτον ἐν ζῴῳ θεωρῆσαι ϰὴ δεσποτιϰὴ ἀρχὴ ϰὴ πολιτιϰή. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει, δεσποτιϰὴ ἀρχή· ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως, πολιτιϰὴ ϰὴ βασιλιϰή. Sallust. *bell. Catilin. Nostra omnis vis in animo & corpore sita est. animi imperio, corporis servitio magìs utimur.* Tertull. *de bapt. c.* 4. *Spiritus dominatur; caro famulatur.* Et Avg. *homil.* 37. *Anima dominatur; caro servit: anima superior est; caro subjecta est.* Rectè itaque Hesych in *ascetic. c.* 1. § 33. Μὴ ἀγνοείτω τὴν ϰυρίαν ϰὴ ἀοίϰητον ἡ φθαρτὴ πλὸς ϰὴ σάρϰ. Vide *infr. l.* 10. § 38.

Τὰ μὲν λοιπὰ τῆς λογιϰῆς ἕνεϰεν] Vide *l.* 5. § 16. & Epictet. *dissert. l.* 2. *c.* 8.

Χρησιμὴ πᾶσιν ἐπείνοις] Probat hinc mentis principatum Epictet. *l.* 2. *c.* 23. Vide *ad l.* 5. § 21. & *l.* 10. § 39. Clemens *strom. l.* 1. Ἐν μὲν γε ὅπλοις, ϰὴ τοῖς μαχίμοις ζάοις, δ' ἐμψύχων τε ϰὴ ἀψύχων, ψυχὴ τὸ πᾶσον δεῖ ϰὴ νοῦς· ἐν δὲ τοῖς τῆς ψυχῆς πάθεσιν, ὧν ἐπιϰρατοῦμεν τῇ ἀρετῇ, λογισμὸς δεῖ τὸ ταϰτιϰόν.

Τὸ ἀπερίσπαστον] Vide *ad l.* 3. § 9.

Εὐθέα τρανύετω] Vide *ad l.* 10. § 11, 12.

Ἔχει τὰ ἑαυτῆς] ἀπίχει, forsan. quod est significantius, & Marco familiare. Vide *ad lib.* 4. § 49.

§ 56. Ὡς ϰαταδηπόταϊ ϰὴ μέχρι νυῦ βεβιωπέτα] Periochæ istius Senecâ meliorem interpretem frustrà qæfiveris. Sic ille *epist.* 12. *Sic ordinandus est dies omnis, tanqam cogat agmen, & consummet atque explcat vitam. Pacuvius qi Syriam usu suam fecit, cùm vino & illis funereis epulis sibi parentaverat; sic in cubiculum ferebatur à cœna, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωται, βεβίωται. nullo non se die extulit. hoc qod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus, & in somnum ituri, læti bilaréque dicamus, Vixi, & qem dederat cursum fortuna peregi. crastinum si adjecerit Deus, læti recipiamus. ille beatissimus est & securus sui possessor, qi crastinum sine solicitudine expectat. qisqis dixit, Vixi, qotidie ad lucrum surgit.* Qod Flacc. *l.* 1. *epist.* 4.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superveniet, qæ non sperabitur hora.

Idem Sen. *epist.* 101. *Sic formemus animum, tanqam ad extrema ventum sit. nihil differamus: qotidie cum vita paria faciamus.* Martial. *l.* 4. *ep.* 54.

Si sapis, utaris totis, Coline, diebus:
Extremúmqe tibi semper adesse putes.

Evmolpus apud Petronium: *Ego sic semper & ubique vixi, ut ultimam qamqe lucem, tanqam non redituram consumerem.* Vide *ad l.* 3. § 8.

Ἐϰ τοῦ περιοῦσ☉] idem qod *lib.* 6. § 41. ἐϰ περιουσίας. *ex abundanti.*

§ 57. Μόνον φιλεῖν] hoc est, qod Epictet. *dissert. l.* 1. *c.* 1. ἀρϰεῖσθαι τῷ διδομένῳ. Vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 10. § 12. Vide & Democritum *suprà ad* § 27.

Τί γὰρ ἀρμοδιώτερον] Vide *ad l.* 4 § 18. & *l.* 10. § 20. Epictet. *l.* 2. *c.* 7. Ἄλλο γάρ τι θέλεις, τὸ βέλτιον ἢ ἄλλο ἐν τῷ ἀμείνονι, τὸ τῷ θεῷ δοϰεῖν; & *l.* 4. *c.* 7. χρεῖττον ὁ ὁ θεὸς θέλει, τὸ ὁ ἐγώ. malè ista cum seqentibus commisit Xyl.

§ 58. Οἷς τὰ αὐτὰ σωφρονεῖν] Ità solatur se Merope in Evripidis *Cresphonte:* (Plut. exhibet in *Consol. ad Apollon.*)

Τεθνᾶσι παῖδες ὐϰ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἐσερήμηθ'. ἄλλαι μυρίαι
Τὸν αὐτὸν ἐξιλύπησαν, ὡς ἐγὼ, βίον.

Orbata natis mortuis, spolior viro
Non sola ego hominum: mille sunt aliæ, qibus
Toleranda fuit hæc vita, qæ nunc est mihi. Grot.

Juvenal. *Sat.* 13.

——*nec rara videmus*
Qæ pateris: casus multis hic cognitus, ac jam
Tritus, & è medio fortunæ ductus acervo.

Itaque ut Menander:

Παρηγόρει τὰ ϰαϰὰ δ' ἑτέρων ϰαϰῶν.
Solari alienis ex damnis velis tua.

Siqidem ut Senec. *Troad.* 4.

Ferre qam sortem patiuntur omnes,
Nemo recusat.

Qem & vide ulteriùs id argumenti *ibidem* protelantem. Vide & *ad l.* 11. § 12. de Tragœdiarum usu. Facit huc Democriti techna illa, qâ Dario uxoris obitum impotentiùs simul ac obstinatiùs lugenti illusit. Spem faciebat regi posse se illam vitæ restituere, si res ad id perficiendum necessariæ suppeditarentur. re-

ge

ge nihil non libentiſſimè ſuppeditaturum ſe pollicente; reliqua qidem omnia ſibi ſuppetere aiebat, unicum tantùm deeſſe. id qidnam eſſet percontanti, reſpondit, Ἐι τριῶν ἀπωδύτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, εὐδὺς αὐτίκα ἀναζιώσασ. h. e. *Si uxoris tumulo tria tantùm nomina inſcriberet hominum, qi ſine luctu vitam exegiſſent, fore ſtatim ut reviviſceret illa.* Narrat Julian. Imperat. *epiſt.* 38. ἀπωδύτων avtem nomine intelligo potiùs, *qi neminem luxiſſent*, qàm cum Gallo interprete, *qos nemo luxiſſet.* Subjungit enim Julianus Democritum, cùm rex μηδένα ἄνδρα, *virum nè unum* qidem iſtiusmodi reperiſſe poſſe ſe profiteretur, more ſuo ridentem ſubjeciſſe, Ἔπ, ὦ πάντων ἀποπώτατε, θρηνεῖς ἀναίδην, ὡς μόνῳ ἀλγεινῷ τοιούτῳ συμπλακεὶς, ὁ μηδὲ ἕνα ἅπαξ πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων ἐυρεῖν; *Et te, omnium ineptiſſime, non pudet lugere, qaſi ſolus malis iſtiusmodi conflictareris, cùm nè unum qidem ex omnibus qi unqam fuerint, reperire poſſis, cui ejuſmodi nihil qicqam obtigerit?* Interpretationem vocabuli confirmat & Lucianus in *vita Demonactis Cynici*, qem ille Herodi Attico filii mortem immoderatiùs lugenti, pari techná illuſiſſe refert, τὸ παιδὸς τὸ εἰδωλον ἀναγαγεῖν pollicitum, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινες ἀνθρώπους ὀνομάσαι μηδένα πώποτε πενθήσαντας. qod ille cùm præſtare neqiret, ſubjeciſſe Cynicum, Ἔτ', ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθος ἄμοιρον; Ità Juliano qi ἀπόπηλος dicitur, idem Luciano πένθους ἄμοιρος nuncupatur. Nec inficetum Socratis illud, qod Plut. *ad Apollon.* ſic refert. Ἐι συνειγκαιμὴν εἰς τὸ κοινὸν τὰς ἀτυχίας, ὥστε διελεῖν τὸ ἴσον ἕκαστον, ἀσμένως ἂν τὸν πλεῖστα τὰ αὑτῆς λαβόντα ἀπελθεῖν. Herodot. *l.* 7. his verbis expreſſit: Ἐι πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ εἰς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι ζυλώμενοι τοῖσι πλησιοχώροισι ἐκφύλιος ἐν εἰ τὰ σφέτερα πάλαι κακὰ, ἀπαυσίους ἕκαστοι αὐτίκα ἂν ὀφθῆναι λόγους ὁκόσοι, τὰ ἐσφέρουσι, Πρεὶ τὸ πῶς χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλῳ γίνεσθαι] Utile admodum documentum, ut non tam animo obturbemur de eis qæ nobis ſecius obtigerint, qàm cogitationem in hoc totam defixam habeamus, qomodo eventus illos advetſos probè utendo, in rem noſtram convertamus. Facit huc cumprimis totus ille Plutarchi tractatus *de utilitate ex inimicis capienda.* Sed & Maximi Tyrii *diſſert.* 35. Ὅτι δεῖ καὶ ἐκ τῶν ἀπεικάσων ὠφελεῖσθαι. Et Epicteti *l.* 3. *c.* 20. Ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτός ἐστιν ὠφελεῖσθαι.

Ἴλαι σε ἔσαι] *ovi*, malim. Vide *ad l.* 4. § 1, 49. & *l.* 10. § 33. & *infrà* § 68. Epictet. *l.* 4. *c.* 10. Ἔξεσί σοι παρὰ τὴν ἀνθρώπου χρῆσθαι φύσιν· καὶ ὑμεῖς οἱ κωλύσει δυνατα. μικρὰ ἔν μοι λέγε, Πῶς γένηται; πῶς ἀνοίξῃ; ὅπως γὰρ ἂν γένηται, σὺ αὐτὸ θέσεις καλῶς, καὶ ἔσῃ σοι τὸ ἀποβὰν εὐτύχημα.

Μόνον πρόσεχε, καὶ δῆλε σαυτῷ καλὸς εἶ] Ni vitioſa ſit Scriptura; σαυτῷ καλὸς, i. e. *tibi bonus*, dicit, non eô ſenſu, qô Jaſon Siracid. *c.* 14. *v.* 5. Ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, τίνι ἀγαθὸς ἔσαι; *Qi ſibi nequam, cui bonus?* qô Pſaltes *Pſal.* 49. *v.* 18. *Cùm tibi beneſeceris, collaudabunt te homines.* avt qô Evripides verſu illo celebratiſſimo, apud Platon. *Hipp. maj.* Cicer. *ad famil. l.* 13. *ep.* 15. Plut. *de latenl.* in *Alex & Caton. maj.* Lucian. *apolog.* Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. alios.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός.
Odi profeſſum ſapere, ſibi qi non ſapit.

Sed qô Apoſtolus dixit, *ad Rom. c.* 14. *v.* 22 Πίστιν ἔχεις; κατὰ σαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. *Fidem habes? habe apud te in conſpectu Dei.* i. e. ſis temetipſo Déóqe teſte contentus. μὴ πάμαδε, μηδ' ἀλαζονδυ. Epictet. *l.* 3. *c.* 23. qô Socrates in *Platonis Sympoſ.* tibicinam jubet, αὐλεῖν ἑαυτῇ, *ſibi canere.* Unde Iſmenias, eundémqe imitatus Julian. in *miſopog.* Ταῖς μούσαις ἄσω, καὶ ἐμαυτῷ. ex Antigenidis præceptoris monito, *qi populo minùs placentem juſſit, ſibi canere & Muſis.* Cicer. Bruto. qô Epictet. *l.* 4. *c.* 8. Σαυτῷ φιλοσόφησον. qi & *ibid.* de Ephrate, Καλῶς Εὐφράτης ἔλεγεν, ὅτι ἐπιπολὺ ἐπιφοιτῶμεν λανθάνειν φιλοσοφοῦντες, καὶ ἦν μοὶ, φησὶ, τοῦτο ὠφέλιμον. πρῶτον μὲν γὰρ αἰσχυνοίμην ἂν, ὅσα καλῶς ἐπίσαμαι, ὅτι ἐ διὰ τοῦ διατείνειν ἐπίσαμαι, ἀλλὰ διὰ ἐμαυτόν. ἥδιον ἐμαυτῷ καλῶς, κατεσθημένῳ ἔχων τὸ βλέμμα, τὸν περίπαλον· πάντα ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ. Greg. Naz. *ep.* 60. Τὰς μὲν πολλὰς ἔα χαίρειν, καὶ εἰ κολεύει πᾶσιν ἀεὶ δοκιμάζουλας· αὐτὸς δὲ σαυτῷ χρῶ συμβούλῳ καὶ τοῦ θεοῦ. Vide *infrà* § 67. & *l.* 9. § 26. & *l.* 10. § 9. Xyl. *Stude, ut tibi ipſi in omnibus actionibus honeſtatem conſecutus videaris.* qem & Caſavb. ſeqitur. Cæterùm, ut qod revera ſubeſſe ſentiam, liberè eloqar; hæc omnia præter Marci mentem prorſus exiſtere avtumo; locúmqe, qi trajectione laborat, ità operâ leviculâ reſtituendum. μόνον πρόσεχε σαυτῷ. καὶ δῆλε καλὸς εἶ] ἐπὶ σαυτὸς ἢ πρόσεχε. formula familiaris in eis, qibus cavtio præcipitur, monitis. προσέχε σαυτῷ· & προσέχετε ἑαυτοῖς. Siracid. *c.* 29. *v.* 23. Luc. *Evang. c.* 17. *v.* 3. & *c.* 21. *v.* 34. & *Act. c.* 5. *v.* 35. & *c.* 20. *v.* 28. pro qo & Pavlus, ἔπεχε σαυτῷ, dixit, *ad Tim. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 16.

Καὶ μίμνησο ἀμφοτέρων, ὅτι καὶ διάφορον ἐφ' ᾧ ἐ πράξις] leg. forſan, καὶ μίμνησο ἐπ' ἀμφοτέρων. ὅτι ἀδιάφορον, ἐφ' ᾧ ἡ πρᾶξις. in utriſque avtem illis, hoc eſt, tum in illis ſibi dimittendis, qi ſecius ſe gerunt, tum & in rerum itſarum, qæ contingunt, uſu, medium qiddam eſſe, nec bonum ſcil. nec malum, illud circa qod actio tua verſatur. Hæc ex conjectura non improbabili. nam interpretes qæ repræſentant, qomodo ex lectione, qam admittunt, elici poſſint, nullus video. Epictet. *l.* 2. *c.* 5. Ἀλλὰ ἴλαι

ὕλαι ἀδιάφορα. ἡ δὲ χρῆσις αὐτῶν οὐκ ἀδιάφορος.

§ 59. Ἔνδον βλέπε] Vide *ad lib. 6. § 3.*

Ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ] In mente scil. Plut. *de adulat.* Σπέρμα γὰρ παρέξεων ἡ διάθεσις· ἀρχὴ γὰρ πηγὴ τοῦ βίου τὸ ἦθος. Idémque *de tranquil.* Διὸ τῷ πηγῷ τῆς εὐθυμίας ἐν αὐτοῖς ὄσιν ἡμῖν ἐνκαθαίρωμεν, ἵνα καὶ τὰ ἐκτὸς, ὡς οἰκεῖα καὶ οἰκία, μὴ χαλεπῶς χαίωμεν συμφέροντα. Solomon *Prov. c. 4. v. 23. Præ omni custodia custodi cor tuum: indè enim prodit vita.* Vide *infrà § 61.* & *l. 8. § 45.* Epict. *enchir. c. 46.* Ἰδιάτου χάριτος καὶ χαρακτῆρ. οὐδέποτε ἐξ ἑαυτοῦ προαιρέσεως ἀφελεῖαν ἢ βλάβην. φιλοσόφου χάρις καὶ χαρακτὴρ πᾶσαν ἀφέλειαν καὶ βλάβην ἀφ' ἑαυτοῦ προσδοκᾶ. Senec. *ep. 74. Omnium bonorum vis & origo in ipsa est virtute. qid refert, an aqa decurrens intercipiatur atq; abcat, si fons ex qo fluxerat, salvus est?*

Ἀεὶ ἀναζήειν δυναμένην, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς] Alludit ad naturam fontium, qi qò altiùs fodias, crebriùs havrias, eò magìs ebulliunt & scaturiunt uberiús. Clem. Alex. *pædag. l. 3. c. 7.* Τῶν φρεάτων ὅσα πίονα βρύειν, ἀπαυλίωμα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναπτύει μέτρον. qod ille ad liberalitatem transfert.

§ 60. Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηγέναι] Huc Chilonis illud monitum, Laërtii *l. 1.* Ἐν ὀλίγῳ μὴ πιδίεσθαι. &, λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα· μανικὸν γάρ. Plutarchi nom. avtor *de fort. Rom.* Τῆς μὲν ἀρετῆς φαῦόν τι τὸ βάδισμα, καὶ τὸ βλέμμα καθεκτικός· qod βλέμμα πεπηγὸς, cum nostro, Epictetus dixit *l. 2. c. 8.* ὀφθαλμὸν πεπηγότα, in *Marco* Sophistâ Philostratus. Basil. Cæsar. *epist. 1.* Τὸ βάδισμα μηδὲ ναῶδρὸν, ὡς ἔκλυσιν τῆς ψυχῆς καταῤῥεῖν· μηδ' αὖ σφοδρὸν καὶ σισυφιῶδον, ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ἀναφαίνειν. Galenus in *bortator. c. 2.* Fortunæ asseclas depingit, Δύσιν τὴν δαίμονι συνδέουσας. at de Mercurii sectatoribus, πάντες μὲν, κόσμιοι· inqit: ὁ δέσιν ἧ, ὁδὲ βοᾶπιν, ὁδ' ἀλλήλοις μάχονται. Anacharsidem describens Maxim. Tyr. *dissert. 15.* Ἀνὴρ σοφὸς σοφίαν ὁ πολυῤῥήμονα, ὁδὲ λαλόν. ἀλλ' ἦν αὐτῆς τὸ κεφάλιον, βίῳ ἀκριβὴς, καὶ γνώμῃ ὑγιὴς, καὶ λόγῳ βραχὺς, εὐστόχῳ, ἐοικὼς ὁ πλατεῖ μυθοφόρῳ ἀστοχάστοις θεοῖς, ἀλλ' ὁπλίτῃ βάδιν ἴοντι, καὶ κινδύνῳ ἀσφαλῶς. Alexis apud Athen. *l. 1.*

Ἐν γὰρ νομίζω τοῦτο μὴ ἀνελεύθερον
Εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀῤῥύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς,
Ἐξὸν καλῶς.—

Qod Plavt. *Pœnul. 3. 1.*

Liberos homines per urbem modico magìs par est gradu
Ire: servile esse duco festinatim currere.

Alex. Severus apud Lamprid. *Ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere.* Clem. Alex. *pædag. l. 3. c. 11.* Ἀνδρὸς γνναῖα σημεῖον ὁδὲν ἧ δεῖ περαίνειν ἐν τῷ προσώπῳ μαλακίας· ἀλλ' ὁδ' ἐν ἑτέρῳ μέρει τοῦ σώματος· μὴ τίνων μηδ' ἐν κινήσεσιν, μηδ' ἐν χάσεσιν εὑρεθεῖη ποτὲ ἡ ἀγημοσύνη τῆς ἀνδρείας. Vide Siracid. *cap. 19. v. 26, 27.*

Ἐπὶ τοῦ προσώπου] ὥστε συναμφαίνεσθαι τῷ τῆς ψυχῆς ἀρετῷ δ' αὐτῷ. ut Galen. *hortat. c. 2.* Achil. Tat. *l. 6.* Ὁ τύς μοι δοκεῖ λελέχθαι καλῶς ἀέρος ἧ παρέσαν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς, ὡς ἐν κατόπτρῳ, τῷ προσώπῳ. Phrases apud Philostrat. in *vit. Apollon. l. 2. c. 12.* Πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ δοῦ ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεῖαι· πολλὰ ἧ ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται, γναμπτέα τε καὶ διαφεῖν. ἀφ' ὧν σοφοί τε καὶ φυσικοὶ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ εἴδωλα, τοὺ τύς δοῦ ἀνθρώπων διαθεῶνται. Cicer. *in Pison. Vultus sermo quidam tacitus mentis est.* & *de Orator. l. 2. sensus animi plerumque indicant vultus.* Tertull. *de resurr. c. 15. Volutet aliqid animus, vultus operatur indicium: facies intentionum omnium speculum est.* Vide *suprà § 23.* Apud Clem. Alex. *pædag. l. 3. c. 11.* Zeno adolescentis modesti imaginem sic delineat: Ἔστω κατάγειον τὸ πρόσωπον· ὀῤῥὺς μὴ καταιθυμῶν· μηδὲ ὄμμα ἀναπεπλαδμένον, μηδὲ ἀνακεκλασμένον· μὼ ὕπλιον ὁ τράχηλος· μηδὲ ἀκινδύνα τὰ τοῦ σώματος μέλη· ἀλλὰ τὰ μετέωρα ἐντόνοις ὅμοια * ὀρθοῖς. [* ὀρθοτόνῳ. Arcer.] πρὸς τὴν λόγον ὀξύτης, καὶ κατοχὴ δοῦ ὀρθῶς εἰρημένων· καὶ ῥηματισμοὶ καὶ κινήσεις μηδὲν εὐδιάθεσαι τοῖς ἀκολάστοις ἐλπίδος. αἰδὼς μὲν ἐπαυδείτω, καὶ ἀῤῥαναισία. Ità Isidor. Pel. *l. 3. ep. 287.* Ὥσπερ σάῤῥων γυνὴ ὅτι τοῦ προσώπου τῆς ἀγνείας τὰ σύμβολα φέρουσα, τοὺς δοῦ ἀκολάστως ὁρώντων κολάζει προσδοκίας· ὕτω καὶ σάῤῥων ψυχὴ ὅτι δοῦ αἰδέσιον φέρουσα τῆς ἀρετῆς τὰ σωδήματα, τοὺς δοῦ διαφθείρειν αὐτῆς τὴν ἄμεν βελομένων διακόπτει ἐλπίδας. Et *ep. 288.* Ὄμμα γὰρ ἀναιδὲς, καὶ αὐχὴν μετέωρος, καὶ ὀφρύων συνεχὴς κίνησις, καὶ βάδισμα σισυφιῶδον, &c. τεκμήριον ψυχῆς ὄζειν αἰσχύνης, τοὺ ἀφανεῖς δοῦ οἰκείων παθῶν χαρακτῆρας ἐντυπώσης τῷ σώματι. Vide *l. 11. § 15.* De Bruto Fabius *institut. l. 10. c. 1. Scias eum sensisse qæ dicit.*

Σὺν τῷ ἀνεπιδιάτῳ] Huic opponitur τὸ καταχαμαλίζειν αὐτὸν πρὸς τὸ σκυθρωπόν. ut Basil. Cæs. *orat. 1. de jejun.* qod in Pharisæis notat D. Christus Matth. *c. 6. v. 16.* verbis illis: Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. Est autem elegans παρήχησις in vocibus illis, ἀφανίζουσιν, ὅπως φανῶσιν. unà cum latente itidem oxymoro; qale illud qod apud Lucam observavit Casavb. *Act. c. 5. v. 41.* Ὅτι καταξιωθῆναι ἀτιμασθῆναι. sunt enim, ut καλαξιῶδς & ἀτιμάζωδς, ità φανεῶδς & ἀφανίζωδς, sensu planè contraria. non accedo tamen Basilio, qòd τὸ ἀφανίζωδς sic explicat,

ἀφανίζε-

ἀφανίζει] τὸ φρόνημον, ὅταν ἡ ἔνδον διάθεσις ἐκπλάσσῃ ἅμα τῷ ἔξωθεν ὁποσοῦν], ὥσπερ ὑπὸ παραπετάσματι τῷ ἀδυνεῖ καλυπτομένῳ. vid. *sup.* ad § 23.

§ 61. Ἡ βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα] *Artem vivendi luctatoriæ* magis quàm *saltatoriæ* similem esse dicit, primò, qia hoc est in utraqe illa principale, cavere nè dejiciaris, sed consistas, jugiter: cùm in saltando, non tam de consistendo, quàm de gesticulando laboretur. Ità Apost. ad *Ephes. c.* 6. *v.* 11. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι· ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη, &c. Et mox: *v.* 12. ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Vide *supr. ad* § 51. & Petr. Fabr. *agonist. l.* 1. *c.* 11. deinde etiam, qia in saltando staticulos & gesticulationes omnes præmeditatas apud se saltator habet, suóqe in illis exprimendis exhibendisqe artificio simul & arbitrio utitur. cùm in lucta ad adversarii technas conatúsqe attendere atqe accommodare se is qi luctatur, necesse habeat. qâ ratione & τῇ χυδαϊκῇ ἡ βιωτικὴ confertur. Vide *supr. ad* § 38. aliâ avtem ratione *saltatoriæ* dissimilem fecit artem vivendi; *lib.* 11. § 1. & *l.* 12. § 9. ibi vide sis.

Οὐ προγεγυμνάται] qæ ideo graviora videri solent, qia minùs prævisa sunt. siqidem *præmoniti præmuniti*; qòd vulgò dicitur. Bern. in *concion. solenn.* 33. & *de divers. argum.* 37. &, *prævisa jacula minùs feriunt.* Gregor. Rom. *in Evang. hom.* 35. Et contrà, Ταραττει τὸ παρὰ γνώμην γεγονὸς, καὶ πολλὴν παρέχει ἀθυμίαν. Demosth. *Olynth.* 1. & Thucydid. apud Theophylact. *ep.* 30. Διλοῖ τὸ φρόνημα τὸ αἰσχίστου καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ πλείω παρὰ λόγον ξυμβαῖνον. Itaqe Senec. *ad Marc. c* 9. *Necesse est magìs corruamus, qi qasi ex inopinato ferimur. qæ multò antè prævisa sunt, languidiùs incurrunt. hic nos error decipit, hic effœminat, dum patimur, qa nunqam pati nos posse prævidimus. ausert vim præsentibus malis, qi futura prospexit.* & *ep.* 76. *Præcogitati mali mollis ictus venit.* Et *de tranq. cap.* 11. *Si non qicqid fieri potest, pro futuro habes, das in te vires rebus adversis, qas infregit, qisqis prior vidit.* Et *ad Helv. c.* 5. *Illis gravis est fortuna, qibus est repentina. facilè eam sustinere potest, qi semper expectat. nam & hostium adventus eos prosternit, qos inopinatò occupavit: at qi futuro se bello ante bellum paraverunt, compositi & adaptati, primum, qi tumultuosissimus est, ictum facilè excipiunt.* Gregor. item *in Job. l.* 13. *c.* 8. *Improvidi dum mala qæ ventura sunt, prævidere nescium, tantò eis graviora fiunt, qantò ab eis inopinata tolerantur. firmis autem mentibus repentè adversa non veniunt, qia priusqam veniant, prævidentur.* Vide *ad* § 68. & *l.* 4. § 46.

§ 62. Ἀκουσίων πλαίσιον] *Etiam leges veniam concedunt, ex involuntate & necessitate delinqenti*, utì Tertullian. *apolog. c.* 45. Ξύγγνωμον γὰρ ὅτι τὸ ἀκούσιον. Cleon. apud Thucydid. *l.* 3. Et Athenienses in purgatione sui apud eundem *l.* 4. Πᾶν δ' εἰκὸς τῷ πολέμῳ καὶ δεινῷ πνι καθεστηκότι σύγγνωμόν τι γίγνεσθαι καὶ παρὰ τὸ δίκαιον. καὶ γὰρ ὅσῳ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων κατάφυγιόν ἐστι τοῦ βωμοῦ, παρανομίᾳ τε ὅτι τοῖς μὲν ἀνάγκη κακοῖς ὀνομάζηται, καὶ οὐκ ἐπὶ τοῖς ἧσσον ξυμφορῶν τι τολμήσασι. Demosth. *pro coron.* Ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ πρόνοια κατ' αὐτοῦ. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς προνοίας τούτῳ. Maxim. Tyr. *dissert.* 41. Ἐλεεῖται τὰ ἀκούσια· μισεῖται τὰ ἑκούσια. Aristoteles ipse *ethic. Nicom. lib.* 3. *c.* 1. ἐν μὲν τοῖς ἑκουσίοις ὄπαυνοι καὶ ψόγοι γίνονται· ἐν δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμη, ἐνίοτε δὲ καὶ ἔλεος. & *lib.* 5. *c.* 8. Ἀδικεῖ μὲν καὶ ἀδικοπραγεῖ, ὅταν ἑκὼν τις πράξῃ· ὅταν δ' ἄκων, ὅτε ἀδικεῖ, ὅτε δὲ ἀδικοπραγεῖ· ἀδίκημα γὰρ καὶ ἀδικοπράγημα ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ. ὅταν γὰρ ἑκούσιον ᾖ, ψέγεται· ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότε ἔστιν· ὥστε ἀδικόν τι ἔσται μὲν, ἀδίκημα δὲ οὐδέπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ. eadem habet & *ethic. Eudem. l.* 4. *c.* 6. Verùm cùm in istis ἀκουσίοις vel ignorantia semper vel vis aliqa intercedat: ignorantiam qam facti vocant, intelligit Aristoteles; juris sive officii, vel veritatis saltem dogmatúmqe in qibus illud fundatur, Marcus noster. pariqe modo ille vim eam intelligit, qæ à principio externo infertur, ὥσπερ εἰ ἕτερός τις λαβὼν τὴν χεῖρα τὴν δεινὰ τύπτοι ἕτερον. iste eam, qæ ab interno proficiscitur ac profluit. Vide *l.* 8. § 14. & *l.* 10. § 30. & *l.* 11. § 18. Clemens avtem *strom. l.* 1. ὅτε μὲ οἱ ὄπαυνοι, ὅτε οἱ ψόγοι, οὐδ' αἱ πμαὶ, οὐδ' αἱ κολάσεις, δίκαιαι, μὴ τῆς ψυχῆς ἐχούσης τὴν ἐξουσίαν τῆς ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆς, ἀλλ' ἀκουσίᾳ τῆς ἀγνοίας οὔσης. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ ἁμαρτήματος προαίρεσις καὶ ὁρμὴ κατάρχει· δικαιοπραγία δ' ὑπόληψις ἐστ' ὀρθὴ κρατεῖ, ἧς ἀγνοίας καὶ ἁμαρτίας ὄντες ὀλιγωρήσωμεν ἐπισπάσηται, εἰκότως αἱ κολάσεις. καὶ γὰρ τὸ πυρέσσειν ἀκούσιον· ἀλλ' ὅταν δ' ἑαυτὸν τις καὶ δι' ἀκρασίαν πυρέσσῃ, αἰτιώμεθα τοῦτον. ὡς δὴ καὶ τῆς κακίας ἀκούσης οὔσης. ὁ γὰρ αἱρεῖται τις κακὸν, τῷ δὲ ἀεὶ αὐτῷ ἡδονὴ συμπαρόμενον, ἀγαθὸν ὑπολαβὼν λαπτὸν ἡγεῖται. ὧν ὄντων ἐχόντων, τὸ ἀπαλλάττεσθαι τῆς τε ἀγνοίας, τῆς τε αἱρέσεως τῆς φαύλης καὶ ὀπτηρᾶς, καὶ περὶ τούτων τὸ μὲν συγκατατίθεσθαι ταῖς ἀπατηλαῖς ἐκείναις φαντασίαις, ὑπόκειται ἐφ' ἡμῖν. Ità & peccatum aliqo modo nevtiqam voluntarium facit, nec peccantem tamen ideo pœnæ merito liberat: qia nimirum non est ἁπλῶς ἀκούσιον, sed κατά τι tantùm, qatenus corrumpitur judicium ὑπὸ δὴ παθῶν καὶ δὴ ἐκ τῆς περιπαθείας ἐξηπτημένων; ut Marcus loqitur *l.* 12. § 3.

Οὔτε ὁπωσοῦν μάρτυρι] *neqe testimonio egebis, opus habebis*, interpres utrqe. malim, *neqe testimonium*, id est, approbationem *ab illis petes.* ratio annexa, ab eorum dispositione interiore, huc trahit.

Εἰ βλέπων] ſuſpenſa relinquitur, prout exhibetur, oratio, cùm deſit verbum ad quod conditionalis ſe recipiat. leg. ergò (opinor) εἰσβλέπων. nam ἀεὶ βλέπων, minùs placet. quod tamen lectione receptâ tolerabilius eſſet. vel εἰσβλέπεις, participium in verbum transmutando. ſed prius illud arridet magis.

§ 63. Πᾶσα ψυχὴ] Platonis eſſe Epictetus monet, à qo etiam lavdatur, *diſſert. l.* 1. *c.* 28. & *l.* 2. *c.* 22. Ex ejusdem *Protagora* ſumptum annotat Xyl. ubi tamen non comparet. Qæ ibi Plato, *ad l.* 11. § 18. dabimus. Cæterùm in *Sophiſt.* ſtatuit πᾶσαν ἀκούσιον ἁμαρτίαν εἶναι. Aſtipulari videtur pervulgatum illud, *Nemo vult falli.* Epictet. *diſſert. lib.* 4. *c.* 1. τίς θέλει ζῆν ἐξαπατώμενος, ἀπροπτίπτων; Avg. *de verb. Ap. ſerm.* 30. *Quis eſt, qi velit decipi? da mihi hominem religioſum; non vult fallere: da impium, ſacrilegum; fallere vult, falli non vult. nolunt fallere boni; falli autem nec boni volunt, nec mali.* Idémqe *Enchir. c.* 17. *Uſqe adcò rationalis natura refugit falſitatem, & quantùm poteſt devitat errorem, ut falli nolint etiam qicunqe amant fallere.* Verùm qæri poteſt, qomodo verum hoc ſit, nullam animam veri notitiâ ſponte deſtitui: cùm Petrus Apoſtol. de impiis ac flagitioſis qibusdam dicat, Λανθάνει αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας. *Iſta illos veritas volentes fugit.* ſcilicet, qod Bernard. *de gradib. humil.* 2. *ut liberiùs peccent, libenter ignorant.* Et, qod Tertull. *apolog. c.* 1. *Non libet rectiùs ſuſpicari; non libet propiùs experiri. malunt neſcire, qia jam oderunt. nolunt ſcire pro certo, qod ſe neſcire pro certo ſciunt. ideo & credunt qæ non probantur; & nolunt inqiri, nè probentur non eſſe, qæ malunt credidiſſe.* Verùm qod in ſchola dicitur, *neminem bonum qà bonum odiſſe*, ità *verum qà verum nemo averſatur*; etiamſi aliâ ratione, qatenus nimirum ſibi minùs illud expedire arbitratur, avt affectibus ipſius adverſari videtur, havd lubenter eidem aſſentiatur. Vide Thom. *ſum. part.* 1ª. 2æ. *q.* 29. *art.* 5. Cæterùm in Platonis ſententiam deſcendere videtur Clemens Alex. loco ſuperiùs ad § 62. indicato. Τὸ μὲν ἐλεύθης τῆς ἀληθείας, κακὸν ὄζει· τὸ δὲ ἀληθεύειν καὶ τὰ ὄντα δοξάζειν, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἀγαθῶν ἀκουσίως μὲν στέρεσθαι ἀνθρώπου στέργειν ἔοικε, ἢ κλαπέντας, ἢ χαλεπήναντας, ἢ βιασθέντας, καὶ μὴ πεισθέντας. ὁ μὲν δὴ πεισθεὶς ἐκὼν ἥδη παραναλίσκεται· κλέπτεται δὲ ὁ μεταπεισθεὶς· ὁμολογουμένως δὲ ὅτι ἥδη μὲν ὁ χείρων, ἥδη δὲ ὁ λόγος ἐξαιρούμενος λανθάνει· βιάζεται τε πολλάκις ὀδυνῶν τε καὶ ἀλγηδόνων, φιλονεικίᾳ τε αὖ καὶ θυμοῦ, μᾶλλον τὸ δοξάσαι καὶ ἐπὶ πᾶσι γοητεύονται, οἱ ἤτοι ὑπ' ἡδονῆς κηληθέντες, ἢ τοῦτο φύσει πεπονθότες. Sed rem ipſam qod attinet nihil à noſtris alienum habet.

Οὕτως ἂν καὶ δικαιοσύνης] nemo, inqit, ſponte privatur, avt veritate, avt virtute. qod idem habet & *l.* 11. § 17. In hunc ſenſum conceptus eſt ſonarius ille, qem adducit, & ſimul etiam in hac parte refellit Ariſtoteles *ethic. l.* 3. *c.* 5.

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μάκαρ.

Nolens beatus nemo, nec ſponte eſt malus.

nec aliter intellexiſſe philoſophum docent, qæ ſubjungit ſtatim: Ἔοικε τὸ μὲν ψεύδει, τὸ δ' ἀληθεῖ. μαχέσεται δὲ μὴ δεῖ ἑκὼν· ἡ δὲ μοχθηρία ἑκούσιον. Proinde accentum retrahere, qò τὸ πονηρὸς illud τῷ ὑπὸν ἢ ἀβλὶς ſignificationem obtineat, uti vir doctiſſimus in *excerptis* poſtulat, præter mentem prorſus avtoris forſan, præter ſenſum proculdubio citantis exiſtat. ut nè adjiciam, non deeſſe, qi pro mero Grammaticorum nugamento habeant illud de ſignificatione ab accentu retracto immutata, cùm tranſlationem accentûs eandem in aliis itidem vocabulis ab Atticis uſurpari animadvertant, citra ullam ſignificatûs immutationem. Vide Evſtath. *ad Iliad.* β. & H. Steph. *de dialect. c.* 25. Nec alio ſenſu Hercules apud Epicharmum ab Evſtratio citatum per furorem à ſe geſta excuſans inducitur, his verbis,

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼν ἀναγκαίως τάδε πάντα ποιῶ·
Οἶμαι δ' ὡς ἕκητι ἐκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκαρ ἔκων.
Hæc ego ex neceſſitate facio qæ facio omnia:
Qippe, ut credo, ſponte pravus nemo, avt calamitoſus eſt.

Vide *ſupr. ad* § 61. & *ad l.* 4. § 6. Sed & in eandem ſententiam citra ambiguitatem omnem diſertiſſimè Plato ipſe in Timæo; ubi cùm ſtatuiſſet, primò τὰ περὶ ψυχὴν νοσήματα διὰ σώματος ἕξιν γίνεσθαι· deinde νόσων ψυχῆς, ἀνοίας ἓν· tum ἀνοίας δύο γένη, μανίαν καὶ ἀμαθίαν· ſubjungit; ὁ νοσῶν καὶ ἄφρονα ἴσχων τὸν τῷ σώματι τὼν ψυχὴν, οὐχ ὡς νοσῶν, ἀλλ' ὡς ἐκὼν κακὸς, κακῶς δοξάζεται. Et mox: Καὶ σχεδὸν δὴ πάντα ὁπόσα ἡδονῶν ἀκρατία καὶ ὀνειδος, ὡς ἑκόντων λέγεται δεῖ κακῶν, οὐκ ὀρθῶς ὑπειλήφαται. κακὸς μὲν γὰρ ἑκὼν οὐδείς. δεῖ δ' πονηρὸν εἶναι τινὰ τῷ σώματος καὶ ἀπαιδευσίαν προσῇ ὁ κακὸς γίνεται κακὸς πάντη δ' ταῦτα ἐχθρὰ, καὶ ἄκαντα φευκτέα γίνεται. ità reſtituit H. Stephan. qod perperam κακόν πε antè legebatur. cui βεβαιωτέον do ego Galenum in *diſſertatione*, qâ probare contendit, *animam ſeqi temperaturam corporis c.* 6. lectionem eandem exhibentem. huic avtem lectionis genuinæ aſſertæ gratiam mutuam rependent Platonis codices; ex qibus pro ἑκόντων, ἑκόντα apud Galenum reponendum. Verùm Ariſtoteli contra Stoicos & Platonem ipſum ſuffragatur, Platonicus licèt ipſe, Maximus Tyr. *diſſert.* 41. νόσος ψυχῆς μοχθηρία· νόσος σώματος δυσυχία. ἑκούσιον ἡ μοχθηρία· ἀκούσιον ἡ δυσυχία.

§ 64. Οὐκ αἰσχρὸν] Vide *ad l.* 2. § 1, & 11. & *l.* 4. § 8. Heſiodi *oper. l.* 2. *v.* 309. à Socrate laudatus apud Xenoph. *memorab. l.* 1.

Ἔργον δ' ὀδὴν ὄνειδος —

Marcus autem istic de labore an de dolore agat, (πόνος siquidem vocabulum utrumque designat) ambiguum faciunt ea quæ sequuntur: & forsan utrumque voluit.

Οὔτε ἀφόρητον, ὅτε αἰώνιον] Vide *supra* § 33.

Καὶ μὴ προσδοξάζῃς] *opinionem ne adjeceris.* nihil amplius ex opinione tua adjeceris, quàm quod sensus ipse renunciaverit. προσδοξάζειν enim Marcus dixit, quod προσπροσδοξάζειν Epictetus, referente Gellio *l.* 19. *c.* 1. Vide *ad l.* 8. § 49. ubi Marcus ipse explicat, qid istic velit.

Πολλὰ πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει συγκρατούμενα] *occulto modo, sive clam & citra sensum nostrum, molesta sunt.* ità interpres uterque. at quomodo nec sentientibus molesta esse possunt? itaque interpunctione mutatâ, & post λανθάνει adhibitâ, verto, *multa quæ taedio nos afficiunt, non animadvertimus ejusdem esse cum dolore naturæ.* Sensum hunc confirmant verba illa novissima. Ὅταν οὖν τούτων τινὰ δυσαρεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδίδως· quòd antè forsan non adverteris.

Ὅτι πόνῳ ἐνδίδως] hoc vult. molestiam nobis facessere multa, quæ laboris in se vim atque naturam habeant, etiamsi in eis minimè laborare videamur. hujus generis esse gravedinem, æstum, malaciam, navseam, & similia. itaque in istis etiam cùm animi tenorem remittimus, à labore nos superari. Ejusmodi quiddam est, quod habet Tertull. *de patient. c.* 5. *Impatientia sola matrix est ad omne delictum. atque ut compendio dictum sit; omne peccatum impatientiæ ascribendum. malum est impatientia boni. nemo impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis.* Ità etiam quietem ipsam, non minùs quàm laborem, sæpenumero molestam esse, & quietis quoque impatientiâ laborare contingit. Plutarch. *de tranquil. ad l.* 4. § 24. laudatus: Ἐρῖνος δὲ καὶ τὸ μὴ πεφυκέναι αὐτὸ πολλάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστησιν. Ennius *Iphigen.* apud Gellium *l.* 19. *c.* 11.

Otio qi nescit uti, plus habet negotii;
Quàm negotioso cùm qis fuerit in negotio.

Nec dissimile quod Aug. *in Psal.* 84. *Pugnat contra nos quotidie fames & sitis; pugnat contra nos lassitudo carnis, pugnat somni delectatio, pugnat oppressio. vigilare volumus? dormitamus. jejunare volumus? esurimus & sitimus. stare volumus? defatigamur. quærimus sedere? si & hoc diu facimus, deficimus. quicquid nobis providerimus ad refectionem, illic rursus inveniemus defectionem. Esurienti cibo te reficere volebas: hoc age semper; hoc agendo, in eo quod adhibueras ad refectionem, ibi invenies lassitudinem. multùm sedendo fatigatus eras; surgis, deambulando reficeris: persevera in eo quo reficeris; multùm deambulando lassaris: sedere iterum quæris. inveni mihi aliquid unde te reficias, ubi non, si perseveraveris, iterum deficias.* Et mox: *Si perseveraveris in eo quo te reficis, etiam morieris. Persevera in multùm manducando: ipsa res te interficiet. persevera in multùm jejunando; indè morieris. sede semper, ut nolis surgere, morieris indè. ambula semper, ut nolis quiescere, morieris indè. vigila semper, ut nolis dormire, morieris indè. dormi semper, ut nolis vigilare, morieris indè.*

§ 69 Οἷον δὲ ἀνθρώποι] imò ὅτιον δὲ ἀπάνθρωποι. q. d. *Nè sis tu immiti animo etiam adversus immites ipsos:* nè id ipsum in te admittas, quod in illis damnare videri vis. Vide *ad l.* 6. § 6, 26. & *supra* § 15. Affine monitum Senecæ illud *epist.* 103. *Tu itâ cogita, quod ex homine periculum fit, ut cogites qid sit hominis officium. alterum intuere, nè lædaris; alterum, nè lædas.* Sed videndus omnino Epictetus, *dissertt. l.* 4. *c.* 5.

§ 66. Εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν] Senec. *ep.* 13. *Cicuta Socratem magnum fecit.*

Ἐντυγχάνειν τοῖς σοφισταῖς διελέγετο] Qòd ex Platonis *dialogis* passim apparet. De eodem Aristides *orat.* Περὶ τῶν παροφθεισμάτων. Ὡς καὶ τοὺς σοφιστὰς ἤλεγχε θρύπτων ὡς μάτην θρασυνομένους. Et Theodoret. *therap. l.* 2. κωμῳδῶν αὐτοὺς διατίλει. Itaque qod de Ulysse Homerus *Iliad.* β'.

Ὅν τινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα ἐφεύρῃ,
Τὸν ῥ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παρασταδὸν·
Ὅν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντά τ' ἐφέδρον,
Τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκε. —

[*esi*, id ad Socratis morem se cum istis gerendi Maximus Tyr. transtulit; *dissert.* 16. Ἀφ' οὗ σὺ ὁδοιπορεῖς, inquit, αὐτὸ τοῦτο, εἰ καὶ ὁ Σωκράτης τοῦ μὲν βασιλικοὺς καὶ ἐξόχους ἄνδρας ἀγανοῖς λόγοις ὑφαίρων καὶ καταθελγόμενος, Τιμαῖόν τινα, ἢ Παρμενίδην, ἢ ἄλλον βασιλικὸν ξένον ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοῶντά τ' ἐφέδρον, τοῦτον ἐλαύνων τῷ λόγῳ, Θεσσαλόν τινα, ἢ Καμιρέα, ἢ ἄλλον λωποπώλην καὶ ἀποδύτην; Ità enim supplevit Cosm. Paccius, qod codices Græci mutilum exhibent.

Καρδιακόπτειν ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν] ad verbum, *in glacie pernoctabat.* hoc est, cùm gelu constricta esset terra, in frigore extremo. Πάγος, ψύχος. Hesych. πάγος, *gelu, glacies*; ut πάχνη *pruina.* ejusdem originis vox utraque. Plut. *de prim. frigid.* πάντα τοίνυν πανταπασιν ὑπὸ τῆς ψυχρότητος παγῶδη διὰ καὶ πάχνη καλοῦνται. Cæterùm aliud constantiæ tolerantiæque in hoc fere genere Socraticæ specimen à Scriptoribus celebratur: qod in bello ad Potidæam gesto factum commemorat Laërt. *l.* 2. Μείνας, inqit, νυκτὸς ὅλης ἐν ἑνὶ σχήματι καὶ αὐτὴν φασι. Autor est inter cæteros Plato in *Sympos.* qi non tantùm νυκτὸς ὅλης, sed ἐξ ἑωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας, καὶ πάλιν νύκτα, μέχρις ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν. Id ipsum autem Socratem non semel, sed sæpiùs egisse refert Favorinus: Πολλάκις ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστῶτος ἐσκέπτετο τι φρόνιμον. Gell. *l.* 2. *c.* 1. *Stare solitus dicitur, pertinaci-*

tinaci ſtatu perdius atque pernox, à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iiſdem in veſtigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanqam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. Verùm de bello ad Potidæam quod narratur, Athenæus *l.* 5. in dubium revocat. Cæterùm quod Marcus hîc attingit, de *excubiis in Pago* (*Martio* forſan) freqentiùs habitis Caſ. intelligit.

Τὸν Σαλαμίνιον κελεύειν ἄγειν] *Salaminius* iſte *Leo* dicebatur (neqe enim, qod interpretes ſenſiſſe videntur, *Salaminius* illi nomen fuerat) homo locupletiſſimus, ſid qem comprehendendum, qò morte afficeretur, nulla juſta de cauſſa, Socrati unà cum qatuor aliis in mandatis dederant triginta tyranni, penes qos ſumma rerum tunc Athenis reſidebat. Verùm is illorum juſſis obtemperare recuſabat. Meminêre Plato in *apolog.* & *epiſt.* 7. Æſchines *Axioch.* Laërt. *l.* 2. Epictet. *l.* 3. *c.* 26. & *l.* 4. *c.* 7.

Ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενδύετο] Alluſit ad Ariſtophaneum illud de Socrate in *Nubib.*

Ὅτι βρενδύει ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, κὴ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλ.

Faſtuoſus per vias vadit, oculos circumferens.

qò & Plato in *ſympoſ.* reſpexit, ubi Socratis inceſſum, fugientibus ſociis poſt pugnam Potidææ commiſſam, deſcribens, Ἐμοί γε, inqit, ἐδόκει, ὦ Ἀγαθωνες, τὸν σὸν δὴ τοῦτο κὴ ἐμοὶ διαπορεῖσθαι, αὐτὸν κὴ ἐνθάδε, βρενδυόμενος κὴ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων, ἡσύχα παρασκοπῶν κὴ τοὺς φίλους κὴ τοὺς πολεμίους. &c. qòd ridet etiam exagitatqe Maſſurius apud Athen. *l.* 5. Βρενδύεται, ὑφαντικίζεται, μέγα φρονεῖ, ἐπαίρεται. Heſych. & Βρενδυόμενοι, ἐπαλαζονεύμενοι. Zonaras *annal. tom.* 3. in *Michaele*; Ὁ μὲν ἐν τούτοις, ὡς μέγα τι καπηλῶν ἐβρενδύετο. τοῖς δ' ἄλλοις ἀνοητότατον ἐκείνετο.

Περὶ ἧς κὴ μάλιστ' ἂν τις ἐπιτήσειε] leg. ἀπιστήσειε. qod & interpretes viderunt. neqe enim hoc ab adverſariis objectum Socrati, ejuſmodi animi magni excelsíqe ſpecimen dare qibuſdam videatur, Marcus tanqam verum admittere, ac non confictum potiùs, credi voluit. inceſſum ſcil. gravem & τὸ πομπῶδες illud, de qo noſter *ſupr.* § 60. faſtum neſcio qem interpretabantur illi.

Ἀρκεῖός τῳ δίκαιος εἶναι] Hoc enim profitebatur Socrates in Platon. *apolog.* Ἐμοὶ μὲν θανάτου μέλει οὐδ' ὁτιοῦν· τοῦδε μηδὲν ἀδίκον μηδ' ἀνόσιον ἐργάζεσθαι, τούτου δὲ τὸ πᾶν μέλει. Vide *ſuprà* § 20.

Μήτε τῷ ὑπνῳ ὑπενεμοιμῶν] & hoc idem de ſe *ibid.* Τιμῶν ὁπηνίκα κὴ τῷ θεῷ χρῆναι δοκεῖ ἐμοῦ, ὅπη μέλλει ἐμοί τε ἄριστα εἶναι κὴ ὑμῖν. Et mox: Κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο, ἀγαθόν γε γεγονέναι. Et rurſus: Οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν· ἀλλά μοι δῆλόν ὅτι τοῦτο, ὅπη ἤδη τεθνάναι κὴ ἀπηλάχθαι πρᾶγμάτων, βέλτιον ἦν μοι. deniqe Criton. Ἐς ταύτην τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτην ἡμέραν. qod laudat Epictet. *enchir. c.* ult. & *diſſert. l.* 1. *c.* 4.

§ 67. Ἡ φύσις οὐχ ὅτως συνεκέρασε τὸ σύγκειμαι] deeſſe aliqid in qod transeat illud τὸ συνεκέρασε, clarius eſt qàm ut monitu opus ſit. Xyl. videtur legiſſe, οὐχ ὅτως συνεκέρασε τὸ σύγκριμα, vel τὸ σύγκραμα. qum vertit *non ità confudit omnia.* Ego ſuſpicor pronomen σε intercidiſſe, cùm ſyllaba σε continenter iteratum occurreret, ut ſcriptum fuerit, οὐχ ὅτως συνεκέρασέ σε τὸ σύγκριμα. *non ità te*, id eſt, mentem tuam, *natura corporis tui compagini commiſcuit.* Ariſtophanes *Pluto.* 4. 3.

Οὕτω πολυφόρῳ συγκεκέρασαι δαίμονι.
Mali tam fœto ſum commiſtus dæmoni.

Hoc ſi cui minùs arriſerit, alteram habeat conjecturam; cohæſiſſe cum priore periocham iſtam, & ſic fuiſſe conceptam; [ὃν] ἡ φύσις οὐχ ὅτως συνεκέρασε. *qam* (mentem ſcil. τὸν, qò ſuperiora clauſerat) *natura*, &c. Cæterùm D. Salmaſii (qi nec prius illud improbat) ſi conjecturam alteram adjecerim, ut τὸ συγκριμάτιον, vel τὸ σε συγκριμάτιον, legatur, ea reliqis illis, opinor, præferenda videbitur. pro ſaliva ſua qisqe cenſeat. Tertull. *de reſurrect. carn. c.* 7. *Animam Deus inſeruit & immiſcuit carni; tantâ qidem concretione, ut incertum haberi poſſit, utrúmne caro animam, an carnem anima circumferat; utrúmne anima caro, an anima appareat carni. Sed & magìs animam invehi atque dominari credendum eſt, ut magìs Deo proximam.* Vide *l.* 10. § 24, & 36. συνῆλθε κὴ συνέκρινεν.

Καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωσθῆναι] De Democrito Laërt. *l.* 9. ex Demetrii *æqivocis*: Δοκεῖ δὲ κὴ Ἀθήναζε ἐλθεῖν, κὴ μὴ καταδέσαι γνωσθῆναι, δόξης καλαφρονῶν· κὴ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. ἔλεγον γὰρ (φησὶν) εἰς Ἀθήνας, κὴ οὔτε με ἔγνωσαν. de Socrate Epictet. *l.* 4. *c.* 8. & *l.* 3. *c.* 23. Οὕτως ἐλάνθανε παρὰ τοῖς πλείστοις Σωκράτης· κὴ ἤρχετο περὶ αὐτὸν ὀξιοῦν ἐς φιλοσόφοις συνεθίζειν. Et Senec. *ep.* 79. *Quamdiu videbatur fuiſſe Democritus? vix recepit Socratem fama. quamdiu Catonem civitas ignoravit? reſpuit: nec intellexit, niſi cùm perdidit.* De Epicuro idem; *Vides Epicurum quantopere non tantùm eruditiores, ſed hæc qoqe imperitorum turba miretur? hîc ignotus ipſis Athenis fuit, circa qas delituerat. multis itaqe jam annis Metrodoro ſuo ſuperſtes, in qadam epiſtola ait, nihil ſibi & Metrodoro inter bona tanta nocuiſſe, qòd ipſos illa nobilis Græcia non ignotos ſolùm habuiſſet, ſed panè inauditos.* De Sarapione incertus autor, (Damaſcius, opinor, qi Iſidori vitam conſcripſit) apud Suidam: Τοῦτον ἐποιήσατο φίλον ὁ Ἰσίδωρος· τὸν λαθόντα πάντας ἀνθρώπους ὅτι εὐσεβείᾳ τε κὴ ὅλῳ βίῳ φιλοσοφίᾳ, μᾶλλον αὐτῷ τῷ Ἰσιδώρῳ. τοσοῦτον δὲ τῷ ἀνδρὶ ἀφελοῦν τὸ ἀληθὲς τύπτε τε κὴ λόγῳ, τοῦτο ἐν παροιμίᾳ λέγεσθαι εἰωθότος,

δότος, ἔργῳ ἢ βεβαιωθέντος ὑπ' ἐκείνου, τῷ λαβεῖν βιώσας, ὅτε ἐδόκει ἧττόν τι ζώντων ἀνθρώπων, ὅτε ἧττον νεωτέρων, ὅτε ἧττον πρεσβυτέρων, ἐλπίσαιμι ἂν εἰδέναι δεῖν λέγειν. ὃ δὲ ἔγωγε πείσομαι ὑπ' ἐκείνου· εἰ δὲ ἄρα τι ἄλλο δι' ἃν ὁ Σαραπίων ἐκείνου· εἰ μή σοι ὁ αὐτὸς φιλόσοφος ἐπιδείξει τὸν Σαραπίωνα τῷ λόγῳ. ὃ χρὴ ἔργῳ ποτὲ ἴσον πείσαντα αὐτὸν ἐντυχεῖν ἑτέρῳ ἀνδρί. Ità iſte (avtori ſi fidem habemus) ζῶν ὕπνα ἀνθρώπιλα ζωλὼ, ἀλλ' ἀτυχῶς δείσας εἰπεῖν, ὅπως ἡμέλει πηλὸς τῆς παρ' ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν ὀνόματι αὐτῷ ἦν τῇ πόλει, & qòd Flacc. *l.* 1. *epiſt.* 17.

—*natus moriénsque fefellit.*

Ἐν ὀλιγίσοις κεῖται] Vide *ad l.* 2. § 5. & *l.* 5. § 34.

Ὅτι ἀπλάστως διηγεκτικὸς] Vide *ad l.* 5. § 5. & *ſupr.* § 52. & *l.* 8. § 7.

Ἐλευθέρως] *liber.* Xyl. *liberalis.* Caſ. ἐλευθέριος. ſic *l.* 8. § 1.

§ 68. Ἀδιάσως διαζῆσαι] Et hæc forſan erant ſuperioribus connexa, copulativâ intercedente. [καὶ] ἀδιάσως διαζῆσαι. qaſi dicat, *nè deſperes qin poſſis, etiamſi nec dialecticus nec phyſicus fueris, & liber exiſtere, & modeſtus, & liberalis, & pius evadere, & à coactione omni immunis vitam tranſigere.*

Καὶ πάντες καταδοῶσιν] Eſt qi καταδιῶσιν legi malit, qòd τῷ ἀδιάσως reſpondeat. alii viderint. ego nihil mutem.

Τὰ μελύδρια τῆς ἀριτεθραμμένης] *corporeæ hujus molis membra.* Xyl. Vide *ad l.* 12. § 1. Idem *l.* 4. § 39. τὸ ἀδιάχυτον. & *l.* 12. § 2, 3. τὸ ἀδιαχεόμενον dicitur. & μελύδρια iſta, ὄργανα ἀδιαπλασμένα. *l.* 10. § 38.

Φυράμασι] φύραμα maſſa lutea, ſive γῆ ὑγρῷ φυραθεῖσα, ut Svidas; ex qa figulus vaſa fictilia conficit. Apoſtol. *ad Rom. c.* 9. *v.* 21. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι σκεῦος &c. Et Plut. in *collat. terreſt. & aqat.* de Alcedone, ὃ φυρῶσι πηλόν. Idémqe in *ſympoſ.* Ἔτι δὲ μᾶλλον ἀρχέτυπον μίμημα ἂν ἡμᾶς, ἄργον αὐτῷ ναῦν, μηδὲ οἰκίαν ὑποφαίνοντας, ἀλλὰ πηλοῦ σῶμα, μηδὲ οἰκίαν ὑποφαίνοντας ξύλα, καὶ φυράσαι πηλόν. Alluſit avtem hìc Marcus ad corporis humani qaſi ex maſſa ejusmodi coagmentationem. Eâdem uſus metaphorâ Moſes *Geneſ. c.* 2. *v.* 7. de creatione Adæ: *Finxit Deus hominem è limo terræ.* Et Job. *c.* 10. *v.* 9. *Tanqam argillam effinxiſti me.* ſed & apud Heſiodum Vulcanus Jovis juſſu ad Pandoram concinnandam, dicitur

Γαῖαν ὕδει φύρειν.—

Elegantiſſimè verò Epictet. *diſſert. l.* 1. *c.* 1. corpus humanum dixit eſſe πηλὸν κοιλῶς πεφυραμένον. *lutum affabrè maceratum.* Et Tiberium, pòſt Imperatorem, puerum adhuc, Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor, præſagio ſanè plùs nimiò felici ac veraci, πηλὸν ἄμεστα πεφυραμένον, *lutum ſanguine maceratum.* Sveton. *l.* 3. *c.* 57. qod tamen Svidas, ab Alexandro Ægæo philoſopho Peripatetico, de Nerone, cui præceptor fuerat, dictum refert. Nota eſt & de Promætheo fabula, qem è luto corpus homini effinxiſſe fabulantur. unde ὁ Προμηθέως πηλὸς humanum genus Archilocho dictum verſibus his;

Ἦν κεῖνος ὑπαυτὸς, ᾧ ποτε πλωὸν,
Καὶ τῶν Σκιλάων, καὶ τὸ τετράτον, ὕπνος
Ἐφθέγξαθ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθέος.

qos Clemens nobis exhibet, *ſtrom. lib.* 5. & ex Clem. Evſeb. *præpar. l.* 13. *c.* 13. componítqe cum Homeri illis;

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθε.

de qibus vide *ad l.* 6. § 10. ut avtem ille genus humanum *lutum Prometheum*, ità Columella *l.* 10; primos homines, *cretam Prometheam* dixit. Liban. *orat.* 31. Τὰ σώματα ἡμῶν, ὅσης μὲν ἔπλασεν, οὐκ οἶδα· ὅσα δὲ, εἰ δοκεῖ, Προμηθεὺς οἶδε ἰδίᾳ, ὡς τῷ αὐτῷ πηλῷ πάντα. Gregor. Naz. *orat. pro pauper.* Εἰκὼν τε εἰμὶ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ πηλοῦ συμφύρομαι. Epiphan. *tom.* 1. *l.* 3. *hær.* 37. de Deo hominis lapſi miſerto; ἰδὼν τὸν ὄντως ὄντα ταχέως, κεραμέως δίκην, ἐπιμελούμενον τοῦ ἰδίου πλάσματος καὶ ἔργου, ὅτι πηλοῦ ὄντος, καὶ ὡς ὑπὸ ῥαγάδα ἀῤῥωστίας γεγονότος, μὴ ἐάσαι ὕπνον, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα. Eſaias *c.* 64. *v.* 8. ex *verſione Græca*, qæ LXX. dicitur, Κύριος πατὴρ ἡμῶν σὺ· ἡμεῖς δὲ πηλὸς· ἔργα χειρῶν σου πάντες. omiſerunt, qod præcipuè havd omiſſum oportebat, σὺ κεραμεύς· *tu pater noſter: nos lutum: tu figulus: nos manuum tuarum opus univerſi.* Nec inficetum Heſychii Hieroſol. ænigmaticum illud (apud Photium extat in *excerptis Cod.* 275.) in Davidem Θεοπάτορα (Matth. *c.* 22. *v.* 45.) Τῷ κεραμεῖ πατὴρ ὁ πηλός. *lutum figuli pater.* Eódem ſpectat, & qòd Apoſtolus *ad Cor. ep.* 2 *c.* 4. *v.* 7. corpora noſtra nuncupat σκεύη ὀστράκινα, *Vaſa teſtacea.* de qo videndus Gregor. Nyſſ. *orat. catechet. c.* 8. Qin & noſtris φύραμα dicitur corpus humanum. Joan. Damaſcen. *de fide orthod. lib.* 3. *c.* 49. Chriſtum Deum aſſumpſiſſe ait, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας φυράματος. Et Joannes Chryſoſt. *in Matth. Orat.* 1. eos refellens, qi Chriſtum aiebant, ὥσπερ διά τινος αὐλίου, per virginem duntaxat, *tanqam per fiſtulam aqam*, transiiſſe, εἰ τοῦτο ἦν, inqit, ἀλλὰ τίς ὄζει ἐκείνη ἡ σὰρξ ἐκ τοῦ φυράματος τῆς ἡμετέρας.

Ἐν χαλιῷ] Vide *l.* 4. § 39. & *l.* 8. § 28. Epictet. *l.* 2. *c.* 18. Ἄρον τὸν φίλον τοῦ θανάτου, καὶ φέρε ὅσας θέλεις βεβαιὰς καὶ ἀσφαλὰς, καὶ γνώσῃ ὅσῳ χαλιοῦ ὄζει ἐν τῷ ἡγεμονικῷ καὶ εὐδία.

Τοῦτο ὑπάρχεις κατ' οὐσίαν] Sen. *ep.* 91. *Quicqid incidcrit, ſciamus non eſſe tam magnum, qàm nimore jactetur.* Et *ep.* 110. *Vana ſunt iſta qæ nos*

movent, qæ attonitos habent. nemo noſtrûm qid veri eſſet, excuſſit, ſed metum alter alteri tradidit. nemo auſus eſt ad id qo perturbatur accedere, & naturam ao bonum timoris ſui nôſſe. itaqe res falſa & inanis habet adhuc fidem, qia non coarguitur. Et *ep.* 104.

Terribiles viſu formæ, letúmqe labósqe:
egregiè Virgilius noſter, non re dixit terribiles eſſe, ſed viſu. id eſt, videri, non eſſe. qid in iſtis eſt tam formidabile, qàm fama vulgavit? qid eſt, cur timeat laborem vir, mortem homo? Vide *ad l.* 2. § 12. & *lib.* 4. § 3.

Σὲ ἐζήτουν] Senec *epiſt.* 64. de Sextio: *In qacunqe poſitione mentis ſum, cùm lego hunc, libet omnes caſus provocare, libet exclamare: Qid ceſſas fortuna? congredere. paratum vides. illius animum induo, qi qærit ubi ſe experiatur, ubi virtutem ſuam oſtendat:*

Spumantémqe dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

libet aliqid habere qod vincam, cujus patientiâ exercear. Idem *de provid. c* 3. *Ignominiam judicat gladiator cum inferiore componi: & ſcit eum ſine gloria vinci, qi ſine periculo vinciiur. pudet congredi cum homine vinci parato. alium circumſpicit, cum qo conferre poſſit manum.* Et *c.* 4. *Opus eſt ad notitiam ſui experimento. qid ſiqe poſſet, niſi tentando non didicit. itaqe qidam ultrò ſe ceſſantibus malis obtulerunt, & virtuti ituræ in obſcurum occaſionem, per qam enitesceret, qæſierunt. gaudent aliqando magni viri rebus adverſis, non aliter qàm fortes milites bellis. ego Mirmillonem ſub C. Cæſare de raritate munerum audivi qerentem; Qàm bella, inqit, ætas perit! avida eſt periculi virtus, & qò tendat, non qid paſſura ſit, cogitat.* Epictet. *l.* 1. *c.* 29. Κληθέντα εἰς πνα τοιαύτην φαντασίαν εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἐλήλυθεν ὁ καιρὸς τοῦ ἐπιδείξασθαι, εἰ πεπαίδευμεθα. νέρων γὰρ ὅπου χρῆσθαι ἀπίων εἰς φαντασίαν, ὁμοίως ὅτι τῷ μεμελετηκότι συλλογισμοὺς ἀναλύειν κἂν τις ὑπολάβῃ αὐτῷ φορτικόν, λέγει, μᾶλλόν μοι πρόσφερε κεμβῶς φορτικόν, ἵνα γυμνασθῶ. καὶ ἐπ' ἀθλητοῦ τοῦ κόπους νεανίσκου δυσαρεστοῦντος· ὁ βασανίζει με, φησίν· ἔστι δεῖνα γυμνὸς νέος, ὁ ὑπέρογκον αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ λέγων, Ἐμοὶ νῦν φέρετε μὴ ἔρχεσθε τοιαύτῳ, ὁπόταν τοῦτον ἐλήλυθεν; ἐμὲ νῦν καταρτίζῃναι καθήκοντα ἐν γονίᾳ, δυνάμενον στεφανωθῆναι Ὀλύμπια; πότε γὰρ ἐμοὶ καταμελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα; ὅπως ἔχειν ἕδει πάντας ὑμᾶς. ἀλλ' ἐν μὲν τῇς Καίσαρος μονομάχοις, εἰσί τινες, οἱ ἀγανακτοῦντες, ὅτι ἀλεῖς αὐτοὺς φορᾶσι, ἀδὲ ζῆν θέλουσιν, καὶ εὔχονται τῷ θεῷ, καὶ φορτέρχονται τῇς ὀπτιόνοις, δέονται μονομαχῆσαι· ἐξ ὑμῶν δ' ἀδεὶς φανήσεται τοιοῦτος; Atqi Diogenes, cùm in caſus qoſdam adverſos incidiſſet, Εὖγε, inqit, ἡ τύχη, ὅτι μη ἀφίέναι φοβεῖσθαι. Stob. *tom.* 2 *tit.* 106.

Ὕλη ἀρετῆς] Vide *l.* 4. § 1. & *ſupr.* § 58. Ità Gregor. Naz. *epiſt.* 57. Ὕλην ἀρετῆς ποιούμενος τὴν ἀθυμίαν. Idémqe *orat.* 28. Ὕλην ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρά.

Scilicet adverſis probitas exercita rebus,
Triſti materiam tempore laudis habet.

Naſo *triſt. l.* 5. *el.* 5. *laudis*; qia virtutis, cui laus debita.

Θεῷ ἢ ἀνθρώπῳ ἐξαικεῖσθαι] Qin & ad utrosqe hoſce ſpectat, avt ſpectare debet, qicqid molimur, Marco ipſo aſſertore, *l.* 3. § 13.

Οὔτε κενὸν] Senec. *epiſt.* 77. de viro ſapiente. *Vanas humanarum mentium formidines ſecurus audit, & dicit,*

——non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies inopinúve ſurgit.
Omnia præcepi, atqe animo mecum antè peregi.
(Æneas apud Virgil. Æn. *l.* 6.)

tu bodie iſta denuncias: ego ſemper denunciavi mihi, & hominem paravi ad humana. at ſtultis & fortunæ credentibus omnis videtur nova rerum & inopinata facies. magna autem pars eſt apud imperitos mali, novitas. Idem *ep.* 91. *Tota ante oculos ſortis humanæ conditio ponatur. nec qantum frequenter evenit, ſed qantùm plurimum poteſt evenire, præſumamus animo. ſi nolumus opprimi, nec ullis inuſitatis, velut novis obſtupefieri.* Vide *ſupr.* § 61.

Οὔτε δυσμετάχειρίστου] Senec. *ep.* 104. *Nihil illi videtur grave, nihil aſperum, qod virum insurvet.* Vide *ſupr. ad* § 2.

§ 69. Ἡ τελειότης] Vide *lib.* 3. § 7. & *l.* 5. § 31.

Πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελδλαίαν] Muſon. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. Οὐκ ἔστι τῷ σοφικῶν ἡμέραν κακῶς βιῶναι, μὴ προσδέχεσθαι αὐτῷ, ὡς ἐσχάτῳ βιῶναι. Vide *ad lib.* 2. § 11. & *ſupra* § 29, 56.

Μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν] antitheſis obſervanda. Vide *ſupr.* § 43. ambigi tamen poteſt, an côdem iſtîc, qô illîc, ſenſu uſurpetur τὸ σφύζειν. Svid. σφύζειν, ἐπείγειν. poteſt avtem *torpori*, ſive *ſtupori* opponi cùm *trepidatio*, (nam & iſtam ille tollit) tum & *motus concitatior*, ſive *incitatior* qivis, conſtabit ſatis alterutra ſignificatio; nec utram ſumpſeris, multùm refert. Vide *l.* 1. § 15. Gregor. Naz. περὶ ἐυταξίας. Μήτε ναυδεῖς ὦμεν προς τὸ κακὸν, μήπτε ὑπνώσωμεν· ναυδεία γὰρ ὕπνος σύζυγες· μήτε διάπυροι σπουδαὶ ἀλογίᾳ, ἵνα μὴ ἁμαρτάνωμεν· ἐν γέ τι πλάοιτες πάντως, ἢ κάμνοντων δείμασιοι διὰ τὴν ναυδείαν, ἢ χρημιζόμενοι διὰ τὴν περιὐσιότητα. ἀμφοτέρων δ', ὅσον χρήσιμόν ὅτι λαβόντες, τῆς μὲν τὸ θάρσος, τῆς δ' τὸν ζῆλον· ἀμφοτέρων, ὅσον ὅτι βλαβερὸν διαφυγόντες, τῆς μὲν τὸν ὄκνον, τῆς δ' τὸ θράσος· ἵνα μήτε τῷ ἐλλείποντι ὦμεν ἄκαρπι, μήτε τῷ περιὐδοντι καταδυόμενοι. ὁμοίως γὰρ ἄχρηστα καὶ ναυδεστης ἄκαρπος, καὶ θρασύτης ἀπαίδευτος.

δαίμονα· ἢ ἓξ ὧν ἐγκλίσασα τοῦ καλῶ, ἢ ἓξ ὧν πιστεύσασα. quod autem istic νωθρείαν, idem cum Marco νάρκην pavlò superiùs dixerat. Αἱ γὰρ ἀδράνειαι, καὶ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς κακίαν ὁμοίως νωθεῖς καὶ δυσκίνητοι, ὑπὸ ἐτέρων μέγα νάρκης, ὅτε ἧπερ ναρκώντων κινήματα, αἱ γυναῖκες ἢ καὶ στρωμαὶ φύσεις, λόγῳ μὲν αὐτὰς παιδαγωγοῦντος καὶ διδάσκοντος μέγα τι χρῆμα πρὸς ἀρετὴν ἐπλεκτήσης ἢ ὄπτησης καὶ λοῦσα, τὸ ἴσον εἰς κακίαν εὐεικοντας.

§ 70. Οἱ θεοὶ ὑ δυσχεραίνουσιν] Efficacissimum sanè & Christiano quovis dignum ad pravorum hominum tolerantiam svadendam, à numinis divini exemplo desumptum argumentum. Vide ad *l.* 9. § 27. & *l.* 8. § 8. & *l.* 9. § 11. Sed & Joan. Chrysost. *in Matth. c.* 6. *v.* 45. *orat.* 18. Tertull. *de patient. c.* 2. *Disciplina cœlestis Deum ipsum ostendit patientiæ exemplum; jamprimum, qi* * *florem* [**rorem*, al.] *lucis hujus super justos & injustos æqualiter spargit; qi temporum officia, elementorum servitia, totius genituræ tributa dignis simul & indignis patitur simul occurrere; sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum adorantes, nomen, familiam ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolescentem, ut suâ sibi patientiâ detrahat: plures enim dominum idcirco non credunt, qia seculo iratum tam diu nescivunt.* Cypriân. *de bon. patient. Patientiam magisteriis cœlestibus discimus. est enim nobis cum Deo virtus ista communis. indè patientia incipit: indè claritas ejus & dignitas caput sumit. origo & magnitudo patientiæ Deo autore procedit. diligenda rei homini, qæ Deo chara est: bonum, qod amat divina majestas, commendat. Qalis verò in Deo & qanta patientia, qòd in contumeliam suæ majestatis & honoris instituta ab hominibus profana templa, & terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissimè sustinens, super bonos & malos æqualiter facit diem nasci, & lumen solis oboriri; & cùm imbribus terram rigat, nemo à beneficiis ejus excluditur, qò minùs justis similiter & injustis indiscretas pluvias largiatur. Videmus inseparabili æqualitate patientiæ nocentibus & innoxiis, religiosis & impiis, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium fructus, mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere. & cùm crebris imò continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat. cúmque habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam, sustinens scil. clementer & differens, ut, si fieri potest, multùm malitiæ protracta aliqando mutetur, & homo in errorum & scelerum contagione volutatus, vel serò ad dominum convertatur.*

Τεράστιον φαῦλον ἀνέχεσθαι] Justiniano Imper. Prasini supplices, referente Theophane apud Alemannum in *notis ad Procop. l.* 9. Ἔστι ἐπωμόσαι θλιβόμενοι, μὴ ἀγαναχτήσει τὸ κράτος σου· τὸ γὰρ θεῖον πάντων ἀνέχεται. Theodosio Liban. *orat.* 12. Τίνα γὰρ δεῖ τὰ τοῦ θεοῦ; συγγνώμη τοῖς τὰ καθ' ἡμέραν ῥήματα ἐπ' αὐτοῦ ἀφιεῖσιν, ὅταν τι παρὰ τοῦ πραγμάτων λυπῶσι· καὶ τι πολλάκις αὐτοὶ σφᾶς αὐτοῦ ἀπολλύσιν. ἀλλ' οἱ μὲν συκοφαντοῦσιν· οἱ δὲ ἀνέχονται· καὶ διὰ τοῦτο πολὺ τὸ τοῦ ἀνθρώπων γένος. εἰ δ' ἔπαυτο πᾶσιν ἁμαρτήμασι δίκας, σφόδρα ἂν ὀλίγον ἦν τὸ σωζόμενον. ὅσπερ ἂν ἐοικέναι βούλεται θεοῖς, ἀφιεὶς πρωείας χαίρειν μᾶλλον, ἢ λαμβάνων. Et clariùs adhuc *orat.* 13. Τί γὰρ δεῖ τοῦ θεοῦ; ἄνωθεν μὲν ἅπαντα καθορῶσι καὶ ἀκούσι. ἐν δὲ τοῖς ὅπη γῆς καὶ λεωφόροις καὶ πρόπυλοις, ἀδικήματα πολλάγε ἄν α, καὶ δὴ καὶ ὅταν δι' αὐτοῦ ἄνθρωποι πρόπτωσι κακῶς, ἀδικεῖσθαί τι λέγουσι παρ' ἐκείνων, ἐμβλέπουσιν εἰς τὸν ἔραννον, ὕδασιν ἀπείροις ῥήματοι· ἔνδον ἐγώ τινας καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν ἀφιείσας. οἱ δ' ἐν τοιαύτῃ δυνάμει τοῦ λαζεῖν δίκην, εἰ βουληθεῖεν, ὄντες, ἃ βούλονται. εἰ δὲ ἅπασιν ἐπιπτοντο τοῖς τοιούτοις αἱ δίκαι, πάντα ἂν ἦν καθ' ἡμέραν θεοῦ ἀπολλυμένων πλέα· καὶ ἂν ἐξήρκων οἱ ζῶντες τοῖς τεθνεῶσι. νῦν δὲ καὶ αὐτῷ τούτῳ τὸ κρείττους εἶ δεικνύσι, τοῦ μηδὲ δικαίῳ χρῆσθαι θυμῷ πολλάκις. vide *ad l.* 8. § 51.

Καὶ κλέπτοντα αὐτῷ] Quod Christus Dominus, Matth. c. 5. v 45. Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. & Luc. c. 6. v. 35. Χρηστός ἐστι ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. Et Pavlus *Act. Apost. c.* 14. *v.* 15, 16. Ἐσμὲν πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν· καίτοιγε ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης καρδίας αὐτῶν. Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 1. *Non est qòd tardiores faciat ad bene merendum, turba ingratorum: nè Deos qidem immortales ab hac tam effusa liberalitate sacrilegi negligentésqe eorum deterrent. utuntur naturâ suâ, incunctanterqe illos ipsos munerum suorum malos interpretes juvant. hos seqamur duces, qantùm humana imbecillitas patitur.* Et *l.* 3. *c.* 25. *Propositum est nobis secundum rerum naturam vivere & decorum exemplum seqi. si deos imitaris, da & ingratis beneficia. nam & scelcratis sol oritur; & piratis patent maria.* vide tamen & eundem *ibid. c.* 28. Idem *l.* 7. *c.* 31. *Non est mihi relata gratia: qid faciam? qod Dii omnium rerum optimi autores, qi beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseverant.* Vide *l.* 9. § 11, 27.

Ὅσον οὐδέπω λήξειν μέλλων ἀπαυδᾷ] Eodem utitur argumento, *l.* 8. §. 5. Senec. *de ira l.* 3. *c.* 43. *Magno animo brevia feramus incommoda.*

Ἐπ' ὧν τοῦ φαύλου] qod latro ad crucem socio suo, Luc. c. 22. v. 40. ἐν τῷ αὐτῷ κείματι ὤν.

ὧν. Vide *l.* 11. § 18. Senec. *de benef. l.* 1. *c.* 1. *Non est quòd tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum. nam primùm, nos illam augemus, deinde, nè deos quidem immortales ab hac tam effusa benignitate sacrilegi negligentésque eorum deterrent.*

§ 71. Τὴν μὲν ἰδίαν χαρὰν μὴ φθόνει] vide Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 7, -10. Epictet. *l.* 2. *c.* 16. Ἀλλ' οὐκ εἶ Ἡρακλῆς, οὐδ' ἐδύνασο καθαίρειν τὰ ἀλλότρια κακά· ἀλλ' ἐπὶ Θησεῖ, ἵνα τὴν τῆς Ἀθηνᾶς καθάρσιος τὰ σαυτῆ κάθαιρε· ἐντεῦθεν ἐν τῇ διανοίᾳ ἐκβαλὲ ἀπὸ Περιφύτου καὶ Σκίρωνος, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, φιλαργυρίαν, μαλακίαν, ἀκρασίαν.

Ὃ καὶ δύναται] vide *l.* 8. § 55.

§ 72. Ὃ ἂν ἡ λογικὴ] vide *l.* 3. § 8. & *l.* 4. § 2.

Καταδέεστερον ἑαυτῆς] utpote quæ ad ampliora & præstantiora sit nata. Vide *l.* 3. § 6.

§ 73. Τί ἔτι ζητεῖς;] Vide *ad l.* 5. § 6. Senec. *ep.* 76. *Oppone, quæ debortentur; dic, Factum tuum matura segetur oblivio, & parùm grata existimatio civium. respondebit tibi; Ista omnia extra opus meum sunt. ego ipsum contemplor; facere rectè piéque contentus.*

Ὅσῳ δὲ μᾶλλον περὶ] *qibus famæ major sitis est quàm virtutis.* Juvenal. *sat.* 10. Vide *l.* 4 § 44. & *ad l.* 5. § 23. Sed qare stultos censet, qi lavdem expectunt? qia id volunt, quod in ipsis non est. Epictet. *l.* 2. *c.* 13. Ὅταν ἀγοραῖόν τινα ἴδῃς ἄνθρωπον, λέγε, ἔοικέ τι ποτὲ θέλειν; εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἐκτὸς αὐτῷ τι ἤθελε, πῶς ἂν ἦν ἀγοραῖος; διὰ τοῦτο καὶ ὁ κιθαρῳδὸς, μόνον ᾠδὴν ἄδειν, οὐκ ἀγοραῖός· εἰς θέατρον δ' εἰσβαλὼν, κἂν λίαν εὐφωνος ᾖ, καὶ καλῶς κιθαρίζῃ. ὁ γὰρ ἄπαις μόνον θέλει καλῶς, ἀλλὰ καὶ εὐδοκιμεῖσθαι· τοῦτο δ' οὐκέτ' ἔστιν ἐπ' αὐτῷ. Flacc. *l.* 1. *ep.* 16.

Vir bonus ac prudens dici delector ego ac tu.
Qi dedit hoc hodie, cras si volet, auferet idem.
Pone, meum est, inqit: pono, tristisque recedo.

§ 74. Οὐδεὶς κάμνει ἀφελούμενος] At Themistocles Athenienſibus ipsum proscindentibus; Τί ποιεῖτε, ὦ μακάριοι, πολλάκις ὑμῶν πράττοντες; Plut. *de laude sui c.* 3. & *in præcept: polit. & in apophth.*

Ὠφέλειαι δὲ] Vide *supra* § 13, & 53.

Μὴ ἐν κάμνε] Apost. *ad Galat. c.* 6. *v.* 9. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. & *ad Thess. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 11. μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. Vide *ad l.* 5. § 6. & *l.* 6. § 29.

Ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖ] Senec. *de clem. l.* 1. *c.* 4. *Animus reipub. tu es; illa corpus tuum. vides, ut puto quàm necessaria clementia sit. tibi enim parcis, cùm vicis alteri parcere.* Avson. *grat. act. Carmen hunc gradum novi beneficii tu, Auguste, constituis, deferre tibi ipsi, qò alter ornetur.* Cassiodor. *var. l.* 4. *c.* 24. *In lucrum cedunt, qæ bene meritis conferuntur. & de ipso munere magis acquiritur, cùm optimis digna præstantur.* Ità P. Syrus;

Beneficium dando accepit, qi digno dedit.

Sidonius *l.* 6. *ep.* 12. *Aliqui aliqem, ego illum præcipuè puto suo bono vivere, qi vivit alieno.* & Pacat. *paneg. Nullam majorem crediderim esse principum felicitatem, quàm fecisse felicem, & interceſſisse inopiæ, & fortunam vicisse, & dedisse homini novum fatum. itaque imperatori propriam majestatem æstimanti, non tam id suum videri debet, qod abstulit, quàm qod dedit.* Greg. Naz. *de bapt.* Εὐεργετεῖται, πλεῖον εὐεργετεῖ. Et Jo. Chrysost. apud Anton. *melisſ. l.* 1. *c.* 29. Οὐκ ἴσμεν οἱ πολλοὶ τῶν πενήτων, ἀλλ' οἱ πένητες αὐτοὶ, καὶ εὐεργετοῦνται μᾶλλον, ἢ εὐεργετοῦσι. Noſtro planè consentiens Clemens Alex. *strom. l.* 2. Τῷ γὰρ ὄντι εἷς ὢν τοῦ θεοῦ ἀνθρωπος εὐεργετεῖ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς εὐεργετεῖται· ὅσῳ γὰρ ὁ κυβερνήτης, ἅμα σώζει καὶ σώζεται. διὰ τοῦτο ὅταν τις αὐτῷ πύξῃ, ὃ φησὶ τὸ διδόντι, Καλῶς ἔδωκας, ἀλλὰ, Καλῶς εἴληφας. ὅταν λαμβάνει φησὶ ὁ διδούς, δίδωσι καὶ ὁ λαμβάνων.

§ 75. Ἡ εὐλόγεια καὶ τὰ χυειώτατά ἐστιν] M. Casaubonus legendum contendit, ἢ τὰ λογικὰ καὶ χυειώταλά ἐστιν, vel etiam, ἢ ἃ λογικὰ, τὰ χυειώταλά ἐστιν. ut sit sensus, *rationales creaturæ esse objecta principalia, circa qæ peculiaris cura illa & providentia versatur.* atque ità revera intelligendum Apostoli illud, *ad Cor. ep.* 1. *c.* 9. *v.* 20. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Ego tamen nihil mutandum censeo. hoc enim velle videtur Marcus, Ad mundi hujus fabricam producendam ac constituendam, peculiari qodam motu, universi natura accessit. deinceps autem, vel qæcunque in eo contingunt, vi nexûs cujusdam & consequentiæ necessariæ lege certâ tunc constitutæ eveniunt, vel principalia illa, ad qæ universi mens præcipuè & qasi peculiariter sese intenderit, nullâ ratione, sed temerè disposita fuerint. at hoc esset absurdissimum, mentem universi, cùm ad ista producenda ac constituenda peculiari motu processisset, de futura dispositione atqe ordinatione legem nullam tulisse, sed temerè ferenda casui fortuito permisisse. disposuit ergó. hæc genuina Marci mens. nec aliud qicqam evincunt loca ad lectionis mutatæ firmamentum adducta ex *l.* 6. § 39. & *l.* 9 § 26. *edit. Cas. l.* 6. § 44. & *l.* 9. § 28. distinctionis noſtræ. siqidem priore loco τὰ κοινὰ, non τὰ λογικὰ, ea esse dicuntur, ὧν ὁ θεὸς μάλιστα φροντίζει, atque istis κατ' ἀναγκαῖόν τι συμβαίνειν cætera. posteriore verò nuda ponitur distributio illa, Ἤτοι ἐφ' ἑκάστου ὁρμᾷ ἢ τῶν ὅλων διάνοια· ἢ ἅπαξ ὥρμησε, τὰ δὲ λοιπὰ κατ' ἀναγκαῖόν τι. Sicut & *l.* 6. § 35. de ratione præditis nè χυ qidem. Ità Marcus pro concesso sumit mentem universi, si ad primam rerum constitutionem ratione ac consilio qodam destina-

destinato accesserat, ità cuncta disposuisse ut à primis illis cavssis succedentia qæqe necessariâ qadam consecutione profluerent. qod & istic monitum voluit. Vide & *lib.* 10. § 6. Senec. *de beneficiis lib.* 6. *cap.* 23. *In prima illa constitutione, cùm universa disponerent, etiam nostra viderunt, rationémqe hominis habuerunt. ——etiamsi potiora illis sunt, in qæ oriuntur, nos tamen in majora ituri juvant.* de syderibus loqitur.

Ad Librum VIII.

§ 1. Ὀ ῥῶ φιλοσοφίας ὤν] Epictet. *lib.* 2. *c.* 9. ὅτως ὑδὲ τὶω τῦ ἀνθρώπε ἐπαγγελίαν πληρῶσαι δωάμθοι, σχολαμβάνομθ τὶω τῦ φιλοσόφε, τηλικῦτ φορτίον, οἷόν τις δοκᾶ λίτρας ἄρα μὴ δωάμθ, τὸν τῦ Ἄτλαντος λίθον βαστάζειν ἤθελεν. Quem eundem vide & *l.* 3. *c.* 21.

Ἀνταγωνίζεται ἢ ἢ τὰ δόγματα;] Repugnat res ipsa: ipsum vitæ tuæ institutum opinioni isti, qam de te habes tanqam qi philosophus sis, adversatur, falsiqe te redarguit. vel qia aliis negotiis districtus totus teneris, nec huic studio totum te sedulò jugitérqe dedisti, vel etiam qia affectibus etiamnum indulgere deprehenderis, eóqe à vero mentis animiqe cultu abesse te qàm longissimè prodis. Senec. *epist.* 59. *Exiguum temporis impendisse philosophiæ, satis abundéqe occupatis fuit. leviter tam magnæ rei insistimus. qemadmodum autem potest aliqis, qantum satis sit, adversus vitia discere, qi qantum à vitiis vacat, discit? Atqi, non cùm vacaverit, philosophandum est: omnia alia negligenda, ut huic assideamus; cui nullum tempus satis magnum est, etiamsi à pueritia usqe ad longissimos humani ævi terminos vita protenditur.* Idem *epist.* 72. Galenus *de affect. dignosc. & cur. c.* 3. cuidam ἀναμάρτητον sese opinanti. Ἀλλὰ σύ γε δεῶ παραπλήσιον ἐξαίφνης ἐν ἀν ποτε γένοιο. ὅπερ ὁ ὁι δ' ὅλε τῦ βίε ἀπάθειαν ἀσκήσαντες, ἃ πεδόνται τελέως αὐτὶω ἐχικήσαι, πολὺ δή πε μᾶλλον ὁ μηδέποτ' ἀσκήσας σύ. Et *c.* 4. Δεῖται γὰ ἀσκήσεως ἕκαστος ἡμῶν γεδὲν ὅλε τῦ βίε, ἀφ' ἧς τὸ γενέδε τέλειον ἀνήρ. Vide Epictetum *enchir. c.* 35, & 36. (ubi perperam divulsis qæ arctissimè cohærebant, ex Epiro Rhegium fecerunt editores) & *dissert. l.* 3. *c.* 15. unde mendosa qædam in *enchir.* possunt emendari feliciùs, qàm est à Volfio aliisqe. id non advertentibus tentatum. Inter alia qæ cùm utrobiqe vitiata videantur, intacta prorsus, tanqam integra, præterierunt illi, hæc habet. Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δωάσαι φιλοσοφεῖν· δοκεῖς ὅτι δωάσαι ἀσαύτως ἐδίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως ὀργίζεδαι, ὁμοίως δυσαρεσκεῖν. ità in *dissertationibus* exhibentur: nam in *enchiridio* & mutilata & inquinatiora lego, Δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν, δωάσαι φιλοσοφεῖν; δοκεῖς ὅτι δωάσαι, (φιλοσοφεῖν scil. qod ἐν τῷ κοινῷ subaudiendum) ὡσαύτως ἐδίων, ὡσαύτως πίνων, ὁμοίως ὀργιζόμενος, ὁμοίως δυσαρεσκῶν; neqe enim avt iraſci avt tædio habere permittebant Stoici. ità *c.* 22. σκόπει, ἐν τοῖς χ' σαυτὸν, ἐκέτι δεῖ σε ὅμοιον ἐν ὑδενὶ φαίνεδαι, ὅσ νυῦ πιεῖς. sequitur: ἀρχυπῆσαι δεῖ, πονῆσαι, νικῆσαι πᾶσι ἐπιθυμίας, ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ἰδικῶν, ἀπὸ παιδικῆς καταφερνιδίων, ἀπὸ τῶν ἀπαντόντων καταγελᾶδαι, ἐν παντὶ ἐλάσσον ἔχειν, ἐν ἀρχῇ, ἐν τιμῇ, ἐν δίκῃ, &c. Huc applicat dictum vulgare, qod inter adagia locum meritò sibi vindicet, idem *l.* 4. *c.* 6. Νῦν ἢ σοὶ ἄλλος γίνεδαι λέγεις, ἄλλων ἐπιμελεῖδαι. ἢ πολλοὶ ὁ τῦτο καλῶς λέγυσιν, ὅπ ἔργον ἔργῳ ὐ κοινωνεῖ. Et rursus *c.* 10. Ἀλλὰ σοφίκα δέλεις τὰ τηλικαῦτα λαβεῖν; ἢ πῶς δωάσαι ἔργον ἔργῳ ὐ κοινωνεῖ. εἰ δ' ἐκεῖνα δέλεις, τῦτο ἄφες· εἰ ἢ μὴ, ὅτι τῦτο ἔξεις, ἔτ' ἐκεῖνα, σκεπάδῳ ἐπ' ἀμφότερα. Qod fusiùs pavlò *enchir. c.* 1. § 4. Τηλικῦτον ἐρίφιδ, μέμνησο ὅτι ὁ δεῖ ὑδὲ μετρίως κινηπαθῆσαι ἁπλῶς αὐτῆ· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφίεται παντελῶς, τὰ δ' ὑφ' ἡδονῆς σοῦ τὸ παρόν. ἐὰν ἢ ἢ ταῦτ' ἐθέλῃς, ἢ ἄρχειν, ἢ πλετεῖν, τυχὸν μὲν, ἐπ' αὐτῆ τέτων τύξῃ, διὰ τὸ ἢ σοῦ κρείτονα ἐφιεῖς· πάντως γε μὲν ἐκείνων ὑστερήσῃ, σὺ δ' ὧν μόνον εὐδαιμονία ἢ ἐλευδερία κτᾶται. Et *ibid. c.* 12. Ἰδὶ γὰ ὅτι ὁ ῥᾴδιον, ἢ τὶω σοῦ χ' φύσιν ἔχυσαν φυλάξαι, ἢ τὰ ἐκτὸς· ἀλλὰ τὸν ἑτέρε ἐπιμελέσθαι, τὸ ἑτέρε ἀμελῆσαι, πᾶσι ἀναγκαῖον. Qod Siracid. *c.* 38. *v.* 25. Ὁ ἐλαττέμθ σοφίαν, αὐτὸς σοφισθήσεται. Et Epictet. *c.* 36. edit. vulg. Ταῦτα ὁ μὴ συμφωνεῖ, ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον ἢ ἀγαθὸν ἢ κακόν εἶ). ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεδαι τὸ σαυτῦ, ἢ τὰ ἐκτός. ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ τὰ ἔξω· τετέχνη ἢ φιλοσοφία τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτε. In eam mentem Pythagor. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. χαλεπὸν πολλοὺς ὁ ἑνὸς ἅμα τὸ βίε βαστάζειν. Et observat Cl. Casavbon. apud Athen. *l.* 12. τὶω σοφισμὸν opponi τῇ συλοσοφίᾳ. id est, *vitam occupatam & solicitam philosophicæ.*

Τί δέκεις, ἄφες] hoc qippe stultorum esse dixerat. *l.* 7. § 73. & *l.* 4. § 44. sed & videri esse, qod non es, qid ubi proderit? *l.* 10. § 8. Socrates,

teſte Xenophonte *memorab. l. 1.* dicere ſolitus eſt, ὡς οὐκ ἴσῃ καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, ἢ δι' ἧς ἄν τις ἀγαθός τε γένοιτο καὶ μὴ δοκεῖν βούλοιτο. At Marcus hîc qid aliis videaris, miſſum prorſus vult facias, Æſchyli illud pervulgatum in Theb. imitatus;

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

– Eſſe, haud videri, enim elaborat optimum.

Qod è tragico de Amphiarao prolatum, ad Ariſtidem corona tranſtulit. Plut. in *Ariſtid. vit. & Apoph.* qi & lavdat *de poet. leg. c.* 13. De Iſidoro & de Marino etiam extulit Damaſcius in *vit. Iſid.* apud Phot. *b.bl. cod.* 242. Catoni par elogium tribuit Saluſt. in *Catilin.* Eſſe, quàm videri, bonus malebat. qi ſubjungit tamen: ἐκεῖ, ᾧ μηδὲν ἧττον δόξαν ἐπετήδευεν, ἢ ἐδικαίωσεν, ἢ ἄθλιον ἐποίησεν, ἢ μαιδρίαν· τὸ γὰρ δοκεῖν ἀεὶ πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ ἄλλ' ὅταν ἀλλότριον. Et mox: Τὸ δοκεῖν ὦν, ἂν μὴ ἀληθὲς ᾖ, ἀξίωμα ἐστὶν οὐδὲν τῇ ἀνθρώπου· ἂν γὰρ ἀρχὴν, ἢ τέλος τι μὴ ἀνθρώπου φύσις, χαίρειν ἐάσωμεν, καὶ ἀεὶ τῷ εἶναι ἐκεῖνα ἀφαιρήσωμεν. De Socrate Epictetus *diſſertat. lib. 4. c. 8.* Ἀκούω, ἐνὶ ἀριθμῷ τῷ εἶναι φιλόσοφον· χαίρων γὰρ, καὶ ὅτι μὴ δοκῶν, οὐκ ἐδίδασκε. Qin & idem apud Platonem in *Gorgia*; Παντὶ μᾶλλον ἀνδρὶ πολίτῃ, ἢ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Epictet. *enchir. c.* 24. Ἐὰν ποτέ σοι γένηται ἐξω τραφῆναι, ἐπὶ τὸ βιωθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὸν σόν. (ità malim pro ἔσωσιν, quàm cum Volſio ἔσωσιν) ἀρχὴ ὦν ἐν παντὶ τοῦ εἶναι φιλόσοφος· εἰ γὰρ καὶ δοκεῖν βούλει, τοῦτο ἱκανὸς ἔσῃ. ubi tamen τῷ εἶναι ſuperfluus eſſe ſuſpicatur meritò Volſius. Eratoſthenem verò vitii illius, qod à Marco hîc tangitur, inſimulat Strabo *geograph. l. 1.* Μόνος ἦν, inqit, τῶν τε βελτίονα φιλοσοφεῖν, καὶ τῶν μὴ διῤῥιπτος ἐγχωρεῖζειν ἑαυτὸν εἰς τὸν ὑποθέσεων ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν σοφὸς εἶναι.

Ἐπ κἂν τὸ λοιπὸν τῷ βίῳ, ὅσον δύνασαι ἢ σὴ φύσις θέλει βιώσειν] D. Boor. ὅσον δύνασαι ἢ σὴ φύσις θέλει, βιώσεις. *Si reliqum vitæ, quantumcunque natura tibi conceſſerit, transegeris.* emendationi aſſentior. Verùm mihi aliqid inſuper, qod deſit, ſupplendum eſſe videtur. Seqitur enim, κατανόησον ὦν τί θέλῃ. *conſidera ergò qid ea velit.* non qamdiu, ſed qomodo vivere te velit. unde liqet, de ea re monitum aliqod anteceſſiſſe, forſan ergò legendum fuerit, εἰ κἂν τὸ λοιπὸν τῷ βίῳ, ὅσον δύνασαι, [ὡς] ἢ σὴ φύσις θέλει, βιώσεις. *Si reliqum vitæ, quantumcunque id futurum ſit; prout natura tua vult, & à te exigit, transegeris.*

Οὐδεμιᾷ ἔτυχες τὸ ἓν ζῆν] Contendit non immeritò Mer. Caſavb. Antonini iſta, cum Solomonis illis, *Eccleſ. c. 1. v. 13. & c. 2 v. 1.* —11. qibus per multa, imò univerſa ferè, qæ ſub ſole gerantur, pervagatus Rex, nuſpiam vitam beatam verége tranqillam deprehendiſſe ſe profiterur. qi tamen illud, οὐδαμοῦ, apud Maresium, qod & denuò repetitur, malim *nuſpiam*, ſimpliciter, qam, *in iſtorum nullo*, verſiſſet. Adjici poteſt Severi Imper. illud; *Omnia fui, & nihil expedit.* Spartian. potiùs tamen, prout ab Avrelio refertur: *Ortus Lepti, humili patre, primò literis, dcinde imbutus foro: qo parùm commodante, utì rebus arctis ſolet, dum tentat aut exqirit varia meliorâqe, conſcendit imperium. ibi graviora expertus, laborem, curas, metum, & incerta prorſus omnia; qaſi teſtis vitæ mortalium, Cuncta, inqit, fui, conducit nihil.* Qod de Marco filius, de Severo pater ὁ μαγελίτης, *ad Spart.* Qatuor verbis complexus eſt integri libelli ejus (*finem ſolùm excipimus*) qi à ſapientiſſimo rege Solomone, *ſuper humanarum rerum vanitate, divinitus planè & providentiâ* eſt compoſitus. Finem meritò excepit; qem fruſtrà ſtatuit hîc Marcus, ἐν τῷ πιεῖν ἢ ἐσθιέτῃ ἢ τῇ ἀνθρώπου φύσει. qanqam haud ineptè prorſus, ſi *naturam* diceret, qalis eſt ab initio condita ac creata: jam enim corrupta & defecta, non valet ſuis viribus eò etiam adſpirare, in qo uno bonum ipſius verum ac ſyncerum conſiſtit. Meliùs itaqe Solomon, utpote θεοδίδακτος, ἐν τῷ τὸν θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάσσειν. *Væ*, inqit, *poſt hæc omnia ſummam rei? Deum reverere; & præcepta ejus obſerva: hoc eſt enim totum hominis. Eccles. c. 12. v. 13.* Epict. *l. 3. c. 24.* Τὰ ἀγαθὰ ἔξω μὴ ζητεῖτε· ἐν ἑαυτοῖς ζητεῖτε· εἰ δὲ μὴ, οὐχ εὑρήσετε. at qomodo apud ſe bonum iſtud offendet qis? ſubjungit; ὅλος πρὸς τὸν θεὸν τετραμμένος, καὶ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς καὶ τὰ προστάγματα. ecqid aliud Rex ſapientiſſimus?

Ἐὰν δόγματα ἔχῃ] Vide Epictet. *diſſert. l. 1. c. 11.*

Ὃ οὐκ ἔστι ποιεῖ δίκαιον] *Bonum nihil eſt*, inqit, *niſi qod habentem bonum facit.* At de bonis, qæ dicimus, externis, verè Avg. *concion. ſolcun.* 236. *Omnia iſta bona ſunt; ſed unde facias bene, non qæ te faciant bonum. habeto bona, qæ te faciant bonum. bona ſunt qæ habet: eſto & tu bonus inter bona tua. eſto bonus manſurus inter bona peritura. erubeſce bonis tuis. noli eſſe malus in eis, nè pereas cum eis.* Vide *l. 2. §. 11.* & Senec. *ep. 76.*

Ἐλεύθερον] *liberum.* at interpretes, *liberalem.* ἐλευθέριον. ſic *l. 7. §. 67.*

Ὃ οὐκ ἔστι πονηρία] Contrà, nihil malum eſt, niſi qod habentem malum atqe improbum facit: qod externa iſta non poſſunt. Vide *l. 2. §. 1.*

§. 2. Μὴ μιαίνου ἐπ' αὐτῇ] Epicharm. apud Stob. *tom. 2. tit. 2.*

Οὐ μιαίνειν, ἀλλὰ φρονεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν.

Cuncta

Cuncta ſapiens prævidebit; pœnitebit ſic nihil.
Plavt. *ſtich.* 1. 2. —*quotidie*

Pridie caveat, nè faciat, quod pigeat poſtridie.
& *Bacchid.* 4. 9.

Priùs te caviſſe ergò, quàm pudere æquum fuit.
Pindar. *Pyth. od.* 5. Πεῖρασιν eſſe ait, ἐπιστήμας ἀνθρώπου δυνατέρα. Vult itaque nos Marcus eſſe Promethei non Epimethei liberos, nè Prophaſin, i. e. *excuſationem*, ſive *prætextum*, ſororem nobis adſciſcere neceſſe habeamus. Vide *infrà* § 10.

Μικρὸν, καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου] Quod nos vulgari diverbio dicere ſolemus, *Ego cùm interii, totus mundus mihi intercidit.* Proſper, *ad uxorem:*

Etſi concluſo ſupereſſent tempora ſæclo,
Ut poſſet longos mundus habere dies:
Nos tamen occaſum noſtrum obſervare deceret,
Et finem vitæ quemq; videre ſuæ.
Nam mihi quid prodeſt, quòd longo flumina curſu
Semper inexhauſtis prona ferantur aquis?
Multa quòd annoſæ vicerunt ſecula ſylvæ?
Quòdque ſuis durant florea rura locis?
Iſta manenti noſtri ſed non manſere parenti:
Exigui vitam temporis boſpes ago.

Avg. *de verb. Dom. ſerm.* 26. & *de* 10. *chord. c.* 2. & *homil.* 28. *Longè eſt quidem dies judicii: ſed unicuiuſque hominis dies ultimus longè eſſe non poteſt; quia brevis eſt vita, & vitæ brevitas incerta.* Vide *ad l.* 4. § 26.

Τί πλέον ἐπιζητῶ] Ità Gregor. Naz. *ad Epiſc.* 150. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐπιζητοῦμαι. Vide *ad l.* 5. § 6. & *l.* 6. § 2. & *l.* 7. § 13. & *l.* 9. § 40. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. σὺ δὲ ζητεῖς ἁπλοῦν ἀνθρὶ ἀγαθῷ μεῖζον τοῦ καλὰ καὶ δίκαια πράττειν; Plavt. *Amph.* 2. 2. *Virtus præmium eſt optimum.*

Ἰσονόμου Διὸς] qia nimirum φυσικὸς νόμος ille cujus meminit *l.* 3. § 11. ſive Διὸς, ùti nuncupat *l.* 2. § 16. hominibus communis cum diis ipſis à Stoicis ſtatuitur. unde & hominem ſapientem, qi ad legis iſtius normam vitam exigit ſuam, nihilo faciunt minorem Deo ipſo. Epictet. *l.* 1. *c.* 16. Ὡς κατά γε τὸν λόγον, οὐδὲ χείρων οὐδὲ θεῶν, οὐδὲ μικρότερος· λόγῳ γὰρ μείζονος οὐ μήκει, οὐδ' ὕλει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασιν. Vide *ad l.* 3. § 7.

§ 3. Ἀλέξανδρος ὁ] Alexander verò, qaſi à prioribus penderet. ſed τὸ ὁ παράλειπτον videtur. ſicut τὸ ὅν. *l.* 6. § 44.

Τί πρὸς Διογένη] Juvenal. *ſat.* 8.

Libera ſi dentur populo ſuffragia, qis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?

Καὶ τὰ ἡγεμονικὰ δὲ αὐτοῦ ταῦτα] lectionem hanc ſi admittimus, ſenſus erit, *Eadem erant mentes illorum:* ſive *per omnia ſibi invicem conſentiebant.* id qod ſapientum eſt, & rationis rectæ, qæ una eadémq; apud omnes eſt, avſpicium ductúmque affectantium. qum inſipientes & animi affectu & vitæ inſtituto, tum ſecum invicem, tum & à ſeipſis etiam diſſentiant. Cæterùm M. Caſ. ταῦτα legiſſe videtur: & G. Xyl. τοιαῦτα, cùm vertit, *ità erant eorum mentes inſtructæ.* ejusmodi nimirum mentes habebant, qæ in rerum naturas acutiùs introſpicere, & ſagaciùs intromittere ſe poterant. hunc ſeqor. indè ergò factum, ut cùm rerum naturam perſpectam haberent, & cui uſui inſervirent, nec multis opus eſſe ſibi ad bene ac feliciter agendum intelligerent, nec avidiùs qicqam, qam par erat, appeterent.

Ἐκεῖ δὲ ὅσων παῤῥησίας καὶ ἐλευθερίας πέρι;] Xyl. *ibi verò, qibus in rebus eſſet prudentia & ſervitus.* ut ad philoſophos illos, illorúmqe perſpicaciam referatur. M. Caſ. ad reges ac imperatores potiùs, qos priùs dixerat, retulit. in qo calculum ei lubens contribuo meum. Verùm qòd vertit, *qouſque ſe extendebat error eorum, eouſque eorúndem & ſervitus*, non video qi poſſit cum avtoris verbis conſiſtere, niſi πέρων avt πρόσω pro πόρρω ſubſtituere libuerit. Mihi nihil movendum videtur. erotematicè tantùm concipiendum exiſtimo. Apud illos, cùm rerum naturam, ac per conſeqens uſum, non ritè aſſeqerentur, de qot rebus alioqi minùs neceſſariis, ſed qæ ipſis neceſſariæ viſæ ſunt, ſatagere illos neceſſe fuit, qórqe rerum ſeſe ſervituti addicere? Ἅμα γὰρ τῇ ἀρχῇ πολλὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀναπεπλήκασιν. Teles *collat. divit. & pauper.* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 94. Notum eſt illud Philippi Macedonis, qi cùm qo loco deſtinaverat, caſtra ſtatuere, commodè non poſſet, qòd pabulum jumentis deſore diceretur: Ὀιόν ἐμοὶ ὁ βίος ἐστὶν, inqit, εἰ μὴ ἕνεκεν τῶν ἐμοὶ ὄντων καλῶν ἐφειλόμην ζῆν; *qalis vita noſtra eſt, qibus ad aſinorum opportunitatem ea eſt exigenda?* Refert Plut. in *apophth.* & in *præcept. polit.* ità aſinis etiam ac jumentis inſervire rex magnus neceſſe habebat; non paſtores tantùm avt bubulci: qos ità conqerentes induxit Sophocles, referente eodem in *Ægide*;

Τύπτεις γὰρ, ὄντες δεσπότου δεδεγμένω,
Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη κοὐ σοφῶν τλῆναι πάρα.
Famulamur iſtis, qi tamen domini ſumus,
Qamvisqe taceant, nos ea avdire eſt opus.

Contrà non eſt vulgatum minùs Socratis illud, qi ut Laërt. *l.* 2. cùm rerum venalium forum ac tabernas pertranſiret, dixiſſe fertur, Πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω; *Qàm multis ego nihil opus habeo?* vel, ùt Cicer. *Tuſc. l.* 5. *cùm in pompa magna vis auri argentique ferretur, Qàm multa non deſidero? inqit.* Itaque illa neſcio cujus in ore crebrò habebat, qæ & à Clemente Alex. *pædag. l.* 2. *c.* 10. lavdantur, ſed ità ut metri rationem non habuerit;

Τὰ δ' ἀργυρώματ' ὅσα, ἢ τὰ πορφύρα,
Εἰς τοὺ τραγῳδοὺς χρήσιμ', οὐκ εἰς τὸν βίον.
Argentea iſta vaſa, & ipſa purpura,
Tragicam ad pompam faciunt, ad vitam nihil.

In qam ſententiam Plutarch. *de auar.* ubi Scopæ

Theſſali dictum commemoraverat, qi à vicino è domo ſua rogatus qidpiam, qod is qi petebat, ſuperfluum ipſi ac ſupervacuum eſſe dictitabat, reſpo dit, Ἀλλὰ μὴν τέτοις ἔσμεν ἡμεῖς εὐδαίμονες καὶ μακάριοι τῆς θεσπόδος, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις τῆς ἀναγκαίοις. *At verò iſta ſuperflua & ſupervacanea ſunt qæ nos divites ac beatos faciunt, non autem neceſſaria illa.* ſubjungit, iſtud videri πομπὴν καὶ πανήγυριν μᾶλλον ἢ βίου ἔπαθλον, *pompam aut panegyrin potiùs, qàm vitam laudantiũ.* additqe felicitatem iſtiusmodi θεατῶν καὶ μαρτύρων, ἢ μηδὲν ἔτι, *aut nullam eſſe omnino, aut ſpectatorum, non dominorum eſſe;* certè abs je illis nullam revera exiſtere. Itaqe ταῦτα iſta, qam hìc Marcus tangit, eadem ferè eſt cum ea qam Apoſtolus notat, *ad Rom. c. 13. v. 14.* ubi vetat, τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίας. nec abludit ab hac multùm ſolicitudo illa, cujus Martham illam ſedulam nimìs Chriſtus inſimulat, cùm ait, ὅτι μεριμνᾷ καὶ θορυβάζεται περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Vide *l. 7. § 20. & l. 9. § 40.*

Δυλεία πόσων] De regibus Solomon, & ipſe rex, *Eccleſ. c. 5. v. 9.* מֶלֶךְ לְשָׂדֶה נֶעֱבָד *etiam rex agro ſervus eſt.* dum eum ſcil. colendum neceſſariò curat. ut Chald. paraphr. & Rohobamo Solomonis filio atqe in regno ſucceſſori conſiliarii ſeniores, *hiſtor. Reg. lib. 3. cap. 12. ver. 9.* תִּהְיֶה עֶבֶד לָעָם הַזֶּה *ſervus ſis oportet populo iſti.* Siqidem, ut Avguſtin. *de Civ. Dei l. 19. c. 15. Etiam qi imperant, ſerviunt eis, qibus videntur imperare.* Itaqe non immeritò pronunciavit Antigonus, πῶ βασιλείαν, ἐνδοξον εἰ) δυλείαν. *regnum eſſe nobilem ſervitutem,* Ælian. *l. 2. c. 20. &, magnam ſervitutem magnam eſſe fortunam;* Seneca *ad Polyb. c 26.* cùm, *in maxima fortuna minima ſit licentia,* ut Cæſar apud Salluſtium in *Catilin.* Eódem facit & Senarius Græcus ille;

Εἷς ὅτι δοῦλος οἰκίας, ὁ δεσπότης.
Unus familæ ſervus, ipſe adeò eſt herus.

Et Hebræorum doctorum illud; הַמַּלְכוּת הִיא עַבְדוּת *Servitus eſt & regnum.* Ἀλλ' ἐκεῖνός μὲν μικροδούλως λέγε, τέτους δ', ὡς εἰσὶν ἄξιοι, μεγαλοδούλως. Epictet. *l. 3. c. 26.* Ità, qod idem *l. 4. c. 1.* καὶ ὁ διύπατος πᾶν τὸ πρὸς πεφαμένων ἀδὲν διαφέρει. Vide *l. 10. § 19.* Sed &, qod multò gravius eſt, iiſdem ſæpenumero

——*intus & in jecore ægro*
Naſcuntur domini.

quos alterni ſubeant oportet. Obſequio ancipiti. Perſ. *ſat. 3. & 5.* & Ambroſ. *ep. 7. Intra ſe dominos habent: intra ſe ſervitium intolerabile patiuntur; tot dominorum, qot vitiorum ſervi.* Avg. *de civit. Dei l. 4. c. 3.* Unde Diogenis dictum; Τὸς μὲ οἰκέτας διαφθείρειν δυλεύοντας· τὸν δὲ φαύλως ἐπιθυμίαις. Laërt. *l. 9.* & ſicut de Roma Avguſt. *de civit. Dei l. 15. c. 4. Urbs victrix gentium, captiva vitiorum.* Ità de Romanis Cicer. *Verrin. 3. Judiciorum domini, cupiditatum ſervi.* ut nè illud adjiciam, qod Plin *in panegyr. Principes multi, civium domini, libertorum ſervi.* & qod Ambroſ. *ep. 7. Emunt ſibi dominos, captivarum ſuarum captivi. Dabo* (inqit Sen. *ep. 47.*] *conſularem aniculæ ſervientem: dabo ancillulæ divitem.* Itaqe Democritus apud Stob. *tom. 2. tit. 6, & 7.* Ἔνιοι πόλεως μὲ δεσπόζουσι· γυναιξὶ δὲ δυλεύουσι. Honeſtius tamen pavlò, qod de Perſa Plut. *ad præfect. indoct.* Ὁ Πρώων βασιλεὺς πάλαι ἠγεῖτο δοῦλος, πλὴν τῆς ἑαυτῦ γυναικὸς, ἧς μάλιστα δεσπότης ὤφειλεν εἶναι. Et qod Cato major, de ingenuis legitimisqe conjugiis ſi accipias; Πάντες ἄνθρωποι τὴν γυναικῶν ἀρχὴν· ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων ἡμᾶς δὲ αἱ γυναῖκες. Plut. *apoph.* vide *l. 2. § 2. & l. 9. § 38.*

§ 4. Ὅτι] principium ἀκέφαλον, ſive abruptè exorſum. Hoc, inqit, animo tuo obverſetur, vel præſto tibi ad manum & ad mentem ſit, ubi hominum aut injuriis, avt flagitiis commoveri te ſenſeris, eadem facturos, etiamſi tu te indignatione confeceris.

Κἂν σὺ διαῤῥαγῇς] *etiamſi tu rumparis.* Ità Demoſthenes ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Οὐδὲ ἂν σὺ διαῤῥαγῇς. Lucian. *Timon.* ὅπως οἱ κίλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσι τῷ φθόνῳ. Et Evnap. Ædeſio. Οἱ δὲ παρασιωπήσαντες ἐπιγνώμονες τῷ φθόνῳ. Maro *bucol. 7.* ——*invidiâ rumpantur ut ilia Codro.* & Martial. *l 9. epigr. 99.*

Rumpatur, qisqis rumpitur invidiâ.

& *l. 8. epigr. 61.*

Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et qærit altos unde pendeat ramos.

Non abs re ipſa itaqe aberravit prorſus M. Caſ. cùm pro more noſtri idiomatis reddidit, *etiamſi tu te ſuſpenderis,* qomodo & Epictet. *l. 2. c. 20.* ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐπείσα ἐπιγνώμονα. Malim tamen Marci phraſin retentam. Siqidem, ut *invidiâ,* ſic & *irâ, rumpi* dicuntur, qi exçandeſcentiæ ſuæ indulgent nimìs. Epictet. *diſſert. l. 1. c. 13.* Ὅταν ὁ δεσπότης αἰτιασῆται σου μὴ ἀκριβῶς ὁ παῖς, ἢ μαστίξας χιλιαρχήσειν ἐνέγκῃ, τὸ μὴ χαλεπαίνειν, μηδὲ ἐπιγνῶναι. de ebrio Baſil. Cæſ *homil. 1.* λοιδορεῖται, τύπτει, ἀπειλεῖ, ὀλόμυται, βοᾷ, διαῤῥήγνυται. Liban. *vit. ſua:* Οἱ τῇ δόξῃ τῇ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐπιγνώμονες. Morell. *qi ex ſententia magiſtratuum angebantur.* imò, *qi eorum qi in magiſtratu conſtituti gloriâ, dum invident, rumpuntur.* Plavt. *Bacchid. 4. 2.*

PA. *Sufflatus ille huc veniet.* PL. *diruptum velim:*
Flacc. *l. 1. ſat. 3.* *Rumperis & latras.*

De dolore pariter Cicer. *ad Attic. l. 7. ep. 12. Non deterreor periculo, ſed dirumpor dolore.* & *l. 4. ep. 16. Unum omnia poſſe, dirumpuntur ii, qi me aliqid poſſe*

posse doluerunt. Eodem sensu τὸ διαπλεῖσθαι usurpatum Lucæ *Act. c. 7. v. 54.* de qo alibi diximus. sed & *findi* Persio *sat. 3.*

---turgescit vitrea bilis:
Findor.--- i. e. ῥήγνυμαι τῷ χόλῳ, καὶ λαχῶ. Is. Casaub.

§ 5. Ὀλίγου χρόνου ὑδεὶς ὑδαμοῦ ἔστι] qod usitatiùs ac pleniùs ἐστὶς ὀλίγου χρόνου dicitur. qasi dicat, annon ad breviculum temporis spatium perpeti potes? sicut Psaltes *Psal. 37. v. 10. adhuc pavlulum, & improbus non erit.* ità Marcus hîc; *Adhuc pavlulum, & ipse non eris.* qid avtem intereſt, tu, an ille, tollaris? vide *l. 7. § 79.* At M Cas. legisse videtur, ὑδεὶς ὑδαμοῦ ἔσται. cùm vertit, *intra tempus brevissimum cuncta finem habitura sunt; nec cujusqam ultrà memoria crit.* qi & *Africanum* pro *Adriano* cur substituerit nescio, cùm & Basil. & Lugd. Ἀδριανὸς, exhibeant.

Περᾶσον τοῦτο ἀμελαφρεπῶς] *ità ut te neutiqam à faciendo dimoveri avt revocari patiaris.* ità *lib. 10. § 12.* ἀμελαφρεπῶς ταύτην χωρεῖν. Clemens *strom. l. 5.* Μαθόντες ὃ ἄρα τῆς ἀληθείας τὴν ὁδὸν, εὐθείαν βαδίζωμεν ἀμεταφρεπῶς. Plato *de legib. l. 9.* Τὰς ὃ ὅτι κακῶν ξυνουσίας φεύγε ἀμελαφρεπῶς.

§ 6. Μελανθέναι] Naso *met. l. 15.*

---cùm sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc; summâ tamen omnia constant.

Μελαβάλλει] Vide *l. 7. § 18, 23. & l. 9. § 33.* Πάντα τρέπται] omisit clavsulam hanc interpres Angl. Naso *Met. l. 15.*

---omnia verti
Cernimus.---

Sic. *l. 9. § 19.* πάντα ἐν μεταβολῇ. Sed & ἐμφατικώτερον etiam in abstracto, ut istic, sic *lib. 11. § 35.* πάντα μεταβολαί. & *lib. 4 § 3.* ὁ κόσμος ἀλλοίωσις.

Οὐκ ὤφελε γοῦν θῆναι, μή τι καινὸν· πάντα σωήθη] transposita videntur ista, qibus rerum transpositionem alternatim fieri solitam describit Marcus: mihi sic collocanda videntur; πάντα τρέπται· πάντα σωήθη. ὥστε οὐκ ὤφελε θῆναι, μή τι καινόν. receptam lectionem Xyl. dum seqitur, Marci textum convellit & distrahit. vide *lib. 7. § 1, 58. & l. 9. § 35.*

Ἴσαι αἱ ἀποπεμώσεις] i. e. τὰ ἀπονεμόμενα, ut *l. 2. § 17. & infr. § 6.* qæ ex lege qasi qadam divina assignantur cuiqe, paria eadémqe sunt. Siqidem, ut Rex sapientissimus, *Eccles. c. 9. v. 2. Eadem omnibus eveniunt; justis, injustis; mundis, immundis; piis, impiis; summis, infimis.* &c. Et Senec. *ep. 107. ideo nulli qerenda, qia paria sunt omnibus. nam etiam qod effugit aliqis, pati potuit æqum avtem jus est, non qò omnes usi sunt, sed qod omnibus latum est.* vide *infr. § 43.* vel etiam ità sunt æqaliter proportione, non Arithmeticâ, sed Geometricâ distributa, ut unicuiqe id qod est ipsi congruum maximè & consentaneum attribuatur. ut *l. 5. § 30. & infr. § 7.*

§ 7. Ἀρκεῖται πᾶσα φύσις ἑαυτῇ εὐοδοῦσα] Sufficit hoc naturæ sive creaturæ cuiqe, si munus sibi proprium ac peculiare exeqatur, bonum sibi congruum & consentaneum assequatur. Siqidem, ut philosophus, *ethic. Eudem. l. 1. c. 8.* Τὸ φύναι πάντα τὰ ὄντα ἐφιέσθαι ἑνός τινος ἀγαθοῦ, ὃν ἀληθὲς ἕκαστον γὰρ ἰδίου ἀγαθοῦ ὀρέγεται. & in hoc igitur acqiescit.

Φύσις ὃ λογικὴ εὐοδεῖ] Ità natura rationalis tunc prosperè agit, cùm munia sibi propria & peculiaria obit, qalia sunt qæ istic Marcus recenset. Nam εὐοδία, εὐπραξία. Hesych. vide *l. 5. § 14, 34.* pro eo avtem qod εὐοδεῖν Marcus istîc, εὐοδοῦσα dixit Joannes Apost *epist. ad Gaium* v. 2. περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή.

Τὰς ὀρέξεις καὶ ἐγκλίσεις πρὸς ἐφ' ἡμῖν μόνον] Hoc est qod passim inculcat Epictet. *enchir. c. 1, & 2. dissert. l. 1. c. 1. & 27. & l. 2. c. 13. & l. 3. c. 24. & l. 4. c. 1, 4, 10.* alibi. huc avtem plurimùm facit, qòd inter alia *l. 4. c. 1.* ἐλεύθερον sive liberum hominem eum definit, ὃ αἱ ὁρμαὶ ἀνεμπόδιστοι αἱ ὀρέξεις ἐπιδυκτικαὶ αἱ ἐγκλίσεις ἀπείληπτοι.

Εἰγε] ἤγε M. Cas. rectè. ut de natura universali, sive anima universi, cujus portio qædam anima hominis cujusvis est, intelligatur.

Ἴσως καὶ κατ' ἀξίαν τοῦ μεσισμοῦ] ità *supr. § 5.* ἴσαι αἱ ἀπονεμήσεις. Verùm est æqalitas ista, ut Aristoteles loqitur, *Ethic. l. 5. c. 3.* ἡ κατὰ τὸν γεωμετρικὸν ἀναλογίαν. in qa τὰ καθ' ἀξίαν cumprimis ratio habetur. τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες καθ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι. Plato *leg. lib. 6.* Διὸς γὰρ δὴ κρίσις ὀξεῖα. τῷ μὲν μείζονι πλείω, τῷ δ' ἐλάττονι σμικρότερα νέμει, μίαν ἑκάστοις ἀξίαν πρὸς τὴν αὑτοῦ φύσιν ἐκτίνων.

Μὴ εἰ τὸ πρὸς τι ἓν ἴσον εὑρήσεις ἐπὶ πάντων, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα. τὸν δὲ πρὸς ἀθεΐαν] divulsa vitiatáqe ista M. Cas. feliciter, mutatione leviſſimâ, restituit, legendo, τὰ πάντα τῶν πρὸς ἀθεΐαν τὸ ἕτερον Proportionis istius, inqit, æqalitatem deprehendss licet, non si unum aliqod in unoqoqe considereres; sed si istius qæqe, cum alterius cujusqam affectibus ac dotibus à natura eidem collatis universis simul sumptis contuleris. qod esse proportionis geometricæ monet philosophus *ethic. Nicom. l. 5. c. 3.* & Evdem. *l. 4. c. 2.* Ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. Itaqe Avg. *de ver. relig. c. 40. Tota simul considerànda sunt, si velimus rectè judicare.* Plinius *l. 4. ep. 14. Sapiens & subtilis* (rerum æstimator) *debet non diversis conferre diversa, sed singula expendere, nec deterius aliqid putare, qod est in suo genere perfectum.* Ità siqidem unumqodqe in suo genere perfectum existere patebit, nec muscæ avt culici magìs qicqam deesse, qod ad muscæ culicisve naturam ac constitutionem pertineat, qàm elephanti

elephanti avt leoni: Verúmque deprehendetur Plinianum illud, *l.* 11. *c.* 2. *Rerum natvram nvsqvam magis, qàm in minimis, totam esse.* Siquidem de cunctis naturæ operibus dici potest qod de partibus humani corporis Hippocrat. *de loc. in hom.* Τὸ σύμφυτον καὶ τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσαπερ καὶ τὸ μέγιστον. & rursus: ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντ' ἐνι τὰ μέσα. In hanc mentem Galenus, *de usu part. l.* 17. extremo, ubi insignissimum illud summéque mirandum prædicaverat artificium, qod in humani corporis fabrica deprehenditur, Ἐναργῆ, inqit, τὰ τῆς φύσεως ὄντα καὶ πάντα τὰ ζῶα. μὴ γὰρ δὴ καὶ ἀνθρώπου γε καταλέιπε μόνον ἔτι ποσαύτῃ τέχνῃ, ὅσῃ ὁ σοφὸν ἐξηγήσατο λόγος, ἀλλ' ὅ,τι ἂν ἐθέλοις ἕτερον ζῶον, ἴσην ἐνδείξεται σοφίαν τε ἅμα καὶ τέχνην τοῦ δημιουργοῦ· καὶ ὅσῳ γ' ἂν ᾖ μικρότερον, τοσούτῳ μείζονα τὸν θαῦμα, καθάπερ ὅσα διαφαίνοντες ἐν μικροῖς ὀστέοις οἱ δημιουργοί. Cui concinit & Plinius loco suprà memorato: *Restant*, inqit, *immensa subtilitatis animalcula, nvsqvam alibi spectatiore naturæ rerum artificio.* In culice hic instar, in pulice ille; videri dignissimus uterqe: qibus & ex Plutarcho *de solert. animal.* formicam licet adjungas. οὐδὲν ὕστερον ἡ φύσις ἔχει μεζόνων καὶ καλλόνων κάτοπτρον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν σταγόνι καθαρᾷ πάσης ἔνεστιν ἀρετῆς ἔμφασις. Qin & Tertull. *de anima c.* 19. *Hoc magis credas, si Deum recogites tantum artificem in modicis, qantum & in maximis.* Eundem vide sis *adv. Marcion. lib.* 1. *c.* 13, & 14. Ambr. *hexam. l.* 6. *c.* 6. *Mirabilis igitur natura in maximis: mirabilis etiam in minimis. Sicut enim non minùs plana camporum, qàm montium alta miramur; nec plùs altitudinem cedri stupemus, qàm vitis avt olcæ brevis fœcunditatem: ità non amplius miror elephantum, qia procerus est, qàm murem, qia terribilis elephanto est. est enim donata prærogativa qædam singulis creaturis, ut qibusdam privilegiis propriis fulciantur.* Avtor denique *qæstionum Vet. ac Nov. Test.* qæ Avgustini nomine prostant, *qæst.* 123. *An qia præstantior est homo cæteris animalibus, idcirco illa imperfecta dicenda sunt? avt qia sancti angeli non sunt qod est Deus, imperfecti sunt? absit. omnia enim pro locis & gradibus suis firma & perfecta sunt, ut impleant id ad qod facta sunt.*

§ 8. Ἀναγνόσκειν ὑκ ἔξεστιν] Rectè ista Mer. Casavb. à superioribus, qibus vitiosè cohæsenant, separavit; novéque hinc periochæ initium dedit. vide *lib.* 3. § 14. & *l.* 5. § 5. & *l.* 7. § 67.

Οὐκ ἔξεστι] *non est otium.* Cas. per negotia non licet. vel etiam, *non potes*, non datur. adeò forsan es rudis & illiteratus, ut nec legere qidem qeas. qanqam de vita avlica qod sequitur, si ad hanc periochen pertinet, à qa tamen Xyl. Lugd. Cas. ipse sejungunt, illi potiùs interpretationi favere videtur. forsan enim vitam avlicam cavsantem inducit, qasi per eam Scriptorum evolvendi facultas avt opportunitas negetur. Verùm aliò illud qod sequitur, pertinere videtur.

§ 9. Τὸν ἐν αὐλῇ βίον] vide *l.* 5. § 16. Flaccus *l.* 1. *epist.* 17.

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:
Stultus uterqe locum immeritum cavsatur iniqè.
In culpa est animus, qi se non effugit unqam.

Senec. *ep.* 50. *Dicimus, Non ego ambitiosus sum; sed nemo aliter Romæ potest vivere. non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. qid nos decipimus? non est extrinsecùs malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet.* Et *ep.* 55. *Non multùm ad tranqillitatem locus confert. animus est qi commendat omnia. vidi ego in villa hilari & amœna mœstos; vidi in media solitudine occupatis similes.* vide *l.* 4. § 3.

Μηδὲ τὸν σεαυτοῦ] qasi dicat, forte tuâ contentus agas. qod Apost. *ad Philipp. c* 4. *v.* 11. ἔμαθον ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. nam qòd Lugd. exhibet, οὐδ' οὐ ἑαυτῷ, nec navci est.

§ 10. Ἐπίληψις τις ἑαυτῆς] *pœnitentia*, inqit, *est sui ipsius reprehensio.* vide *l.* 12. § 16. ubi non reprehensio sui tantùm, sed condemnatio etiam dicitur. Ex Gallo Asinio, & Largio Licinio, Gellius *noct. Attic. l.* 17. *c.* 1. *Pœnitere tum dicere solemus, cùm qæ ipsi fecimus, avt qæ de nostra voluntate nostróqe consilio facta, ea nobis pòst incipiunt displicere, sententiámqe in eis nostram demutamus.* Plut. *de tranq.* ex Evripid. *Orest.* & Stob. *tom.* 2. *tit.* 24.

Ἡ σύνεσις ὅτι τύφεσθαι δεῖν' εἰργασμένῳ,
ᾗ ἕλκῳ ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τῷ μεταμέλειαν, αἰμάσσουσιν ἀεὶ καὶ νύσσουσι ἐναπολείπει· τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος· τῷ δὲ πεπόνθαι αὐτὸς ἐργάζεται δακνομένῳ σωὶ αἰσθήν τὰς ψυχάς, καὶ κολαζομένῳ ὑφ' αὑτῆς· οἷς γὰρ ὀι ῥιγῶντες, ἢ ἠπάλοις ἢ πυρετοῖς *διακυμώμενοι* [διακαιόμενοι Gesner. sed ità Galen *de affect. dign. & cur c.* 6. πυρετῷ διακυμώμενοι.] ἢ ταῦτα παρόντων ἔξωθεν ἐπὶ καύματι ἢ κρύει μᾶλλον ἐνοχλοῦνται, καὶ πάλιν ἔχουσιν· ὅταν ἐλαφρότερας ἔχει τὰς λύπας, ὥσπερ ἔξωθεν ἐπφερομένας· τὸ δὲ, Οὔτοι ἐμοὶ γ' *ἀλλὰ ἐπαίνῳ, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός, [*ἄλλων vulg. perperam] ὀπλιζόμενος· τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐνδοθεν ἐξ αὐτῆς, βαρύτερον πιεῖ τῷ αἰχρῷ τὸ ἀλγεινόν.

Ὡς χρήσιμόν τι παρεμπίπτει] Est tamen pœnitentia reprehensio sui, tam de malo admisso, qàm de de bono omisso. Verùm ad Marci propositum, membrum alterum suffecerat.

Ἀγαθὸν χρήσιμόν τι] Stoicum hoc dogma, nihil utile nisi qod bonum & honestum. Laërt. *l.* 7. *Zenon.* & Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. Πᾶν ἀγαθὸν συμφέρον ἐστὶ, καὶ λυσιτελὲς καὶ χρήσιμον. χρήσιμον, ὅτι χρείαν ὠφελείας παρέχεται. sive, ὅτι ἐν τῇ χρείᾳ ὠφέλιμον. Socrates apud Platon. *polit.*

lit. l. 5. Κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελόξευται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον κληρονόμον τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Idémque in *Alcib. 1.* Τὰ μὲν δίκαια, καλά· τὰ δὲ καλὰ, ἀγαθά· τὰ δὲ ἀγαθὰ συμφέροντα τοῖς ἀνθρώποις ἅπασι συμφέροντα δέον. Cicer. *Offic. l. 2. §* 9, 10. *Summâ quidem autoritate philosophi, quicquid justum sit, id etiam utile esse censent: itémque quod honestum, idem esse justum. ex qo efficitur, ut, quicquid honestum sit, idem sit utile. in qo verbo lapsa consuetudo deflexit de via; sensimque eò deducta est, ut honestatem ab utilitate secerneret, & constitueret honestum aliquod, quod utile non esset; qâ nulla pernities major hominum vitæ potuit afferri.* vide tamen hac de re porticûs argutiolas, *ad l. 3. §* 11. & *l. 6. §* 45.

Μεταγνόσεται ὅτι τῇ ἡδονῇ τινα παρεκινάνει] indè probare vult voluptatem nec bonum esse, nec utile; qòd probus nemo de voluptate ulla neglecta omissáve, pœnitentiâ tangatur: sicut *l. 5. §* 15. Idem indè concludit, qòd eandem despexisse ac spreviſſe lavdi sæpe atqe decori habeatur.

§ 11. Τοῦτο τί ὄζιν] vide *ad l. 3. §* 11.

§ 12. Ὅταν ἐξ ὕπνου] vide *ad l. 5. §* 1.

Κατὰ τὸν ἀνδραπολώδη φύσιν] Cicer. *de fin. lib. 5. Apparet nos ad agendum esse natos. Itaque appetit animus semper aliqid agere. Ibid.*

Καὶ ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ εὖ. Aristot. *ethic. l. 1. c. 7.* vide *l. 9. §* 16.

Τὸ δὲ καθεύδειν κοινὸν καὶ θηρὸς καὶ ἀνόρων ζώων] Aristot. *ethic. lib. 1. c. 13.* tanqam dictum vulgò jactatum refert, οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου πολὺ εὐδαίμονας ἢ ἀθλίους. *nihil per vitam dimidiam distare felices infelicibus. qia nimirum vitæ pars dimidia edormitur.* Ὑπνος γὰρ, ὥσπερ τελώνης, τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τοῦ βίου. Aristo apud Plut. *de ign. & aq.* καὶ τὸν ἥμισυ ἡμῖν τοῦ βίου συνδαπανᾶται χρόνον. Clem. Alex. *pædag. lib. 2. c. 9. Vitam nobiscum dividit somnus.* Senec. *epist. 117.* & ità, *dimidium ex bos* (qod videmur vivere) *edormitur.* Idem *ep. 99.* (vide *ad lib. 4. §* 50.) Per somnum ergò nihil felices ab infelicibus distare dicit ex vulgi sententia Aristoteles: at Marcus istìc, nihil homines à jumentis. Siqidem. *δεῖλα ὄζιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, ἢ λέγεται σαυδαία καὶ φαύλη.* Aristot. *ibid.* & *c. 8.* Οὐδὲν ἀγαθὸν ἀπεργάζεται ὁ καθεύδων. Itaque Plato *leg. l. 7.* Κοσμιώτερος ἀδὴς ἀδικοῦντος ἑκόντος, ἀδικοῦντος μᾶλλον τοῦ μὴ ἑκόντος. καὶ γὰρ ἀναιδὴς ὁ ἑκών, ὥσπερ καὶ ὁ θαρραλέος. Eustath. *ad Il. Ψ.* & Plin. *præfat. hist. nat.* Vita profecto vigilia est. Et revera plus vigilare, plus vivere est. Quid enim tam mortis simile quàm dormientis aspectus? quid tam vitæ plenum, quàm forma vigilantis? Petr. Chrysolog. *serm. 24.*

Ὁ κατὰ φύσιν ἀκόλουθος] vide *lib. 5. §* 9. Aristot. *hist. animal. l. 8. c. 1.* Τὸ κατὰ φύσιν, ἡδύ. & *c. 2.* Πλησμονὴς ἀκόλουθος τὸ κατὰ φύσιν.

§ 13. Φυσιολογεῖν, παιδολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι] Senec. *epist. 89. Philosophiæ tres partes esse dixerunt & maximi & plurimi autores: moralem, naturalem, & rationalem. prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur: tertia proprietates verborum exigit, & structuram, & argumentationes, nè pro vero falsa surrepant.* His ergò tribus monet uti Marcus, qatenus id commodè potest, ad unumqodqe, qod imaginario suggesserit. At Xyl. ista cum seqentibus conjungit, qasi dixerit Marcus: *Ubi de natura, affectibus, aut aliis rebus disserere cum qopiam contigerit,* &c. qam contextûs seriem verba ipsa nevtiqam admittunt. Lugd. autem hoc loco periochas ità disposuit, ut Medeæ Ablyrtum nobis repræsentare voluisse videatur.

§ 14. Ἡ γὰρ περὶ ἡδονῆς] Lugd. ἢ γάρ. forsan ἢ καὶ. nam τὸ γὰρ ex proximo membro irrepsisse huc videtur.

Τοιαῦτά τινα δόγματα ἔχειν] leg. τοιαῦτ᾽ [γάρ] τινα δόγματα ἔχων. Sedi suæ cavsſali restituta, & pro verbo substituto participio, orationis serie id poscente. potest & priore loco ὁ γὰρ legi, ut sententia continuetur sic, ὁ γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης &c. —*τοιαῦτά τινα δόγματα ἔχων. qi enim de voluptate ac dolore,* &c. *dogmata habet istiusmodi,* esse nimirum ista bona vel mala, non autem adiaphora. Hæc Xyl. cùm non animadverteret à Marci mente istìc plurimùm aberravit. De hoc autem subjecto, vide *lib. 6. §* 27. & *l. 7. §* 26, 61. & *supr. §* 1.

Ἀναλήξεται ὅπως ποιῇ.] Ità *l. 10. §* 30. *βιάζεται. cogitur facere qod facit.* non à vi aliqa externa, sed à principio interno, falso nimirum dogmate, pravo perversóqe judicio. nec dissimili modo Lucil. apud Varron. *orig. Lat. l. 4.*

Vis est vita, vides, qæ nos facere omnia cogit.

qò tamen nevtiqam spectare cum Dousa censeo versiculum apud Gnomologum illum,

Βίος καλεῖται δ᾽, ὃς βίᾳ ποεῖ τινα.

Sive ut Grot. legit,

Βίος κέκληται δ᾽, ὅτι βίᾳ ποεῖ τινα.

Vi qia paratur vita, vita dicitur.

vel potiùs,

Vi qia paratur victus, vita dicitur.

Cæterùm dilutè nimis, & præter Marci mentem Xyl. *cogitabo, ità opus esse fieri.* Vide *l. 4. §* 6. & *l. 6. §* 27, 57. & *l. 7. §* 62, 63. Certè Tertull. *de anim. c. 16. Id qod accidit ex serpentis instinctu, exinde inoleviſſe & coadoleviſſe in anima, ad instar jam naturalitatis, qia statim in naturæ primordio acciderit.* Et Bernard. *de grat. & lib. arb. Corruit homo de posse non peccare in non posse non peccare, amissâ ex toto consilii libertate. itémque de posse non turbari, in non posse non turbari, amissâ ex toto complaciti libertate.* De populo suo Jeremias *c. 13. v. 23. An mutare potest Æthiops cutem suam?*

ſuam? an pardus poteſt maculas ſuas? ei ſi hoc potuerint, etiam vos poſſetis benè facere, qi malè facere edocti eſtis. Et de Maſſilienſibus ſuis Salvian. *de provid. lib. 6. c. 14. Inveteratâ in nobis malorum omnium labe, aliter jam non vitioſi eſſe non poſſumus, niſi ut omnino non ſimus.*

§ 15. Μέλησσο] Μεμνήσεσο. Lugd. edit *cogitabo*, Xyl. qi antegreſſis annectit. Sed illud malo. ſicut *lib. 2. § 4. & mox § 16.* in priore autem μεμνήσομαι, nî vitioſum fuerit, tranſitus eſt à perſona ad perſonam. de qo *ad lib. 6. § 50.* diximus.

Ἀιχθὲν ξενίζεδς] Petr. *epiſt. 1. c. 4. v. 12.* Μὴ ξενίζεδε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος. Iſocaſius ſub Leone Magno Qæſtor, in judicio cùm ſiſteretur, monenti præfecto, videret qo in ſtatu conſtitutus eſſet, Ὁρῶ, inqit, κ᾽ ἐ ξενίζομαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, ἀνθρωπίναις ἀεὶ πέπτωκα συμφοραῖς. Zonaras *Annal. tom. 3.* vide *l. 4. § 29. & l. 12. § 1.*

Εἰ ἡ συκῆ τοῦτα φέρει] Jacob. *epiſt. c. 3. v. 12.* Μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; Et Dominus Chriſtus, Matth. *c. 7. v. 26.* Μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; ὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν, καρποὺς καλοὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ. οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται. Luc. *c. 6. v. 44.* qia nimirum, ἕκαστον καρπὸν ἴδιον φέρει. Moſes *Geneſ. c. 1. v. 11.* vide *l. 4. § 6. & l. 12. § 16.*

Ὧν δὲ φορεῖς] Qid enim malis moribus in mundo provenit uberius? avt cujusnam rei, qàm impietatis, improbitatis, impuritatis, pravitatis, feracior eſt orbis univerſus? Plavt. *Trinum. 1. 1.*

——mores mali
Qaſi herba irrigua, ſuccrevere uberrimé.
Neqe qicqam vile nunc eſt, niſi mores mali:
Eorum liceat meſſem metere maximam.

Flaccus *l. 1. epiſt. 2.*

Seditione, dolis, ſcelere, atqe libidine, & irâ
Iliacos intra muros peccatur & extra.

Juven. *ſat. 13.*

Qæ tam feſta dies, ut ceſſet prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atqe omni ex crimine lucrum
Qæſitum, & partos gladio vel pyxide nummos?

Vide in ſacra pagina ſanctorum qerelas, *Pſal. 12. & 14.* Jer. *c. 9.* Mich. *c. 7.* &c. Itaqe Syneſ. *de provident. 1.* Ἔν γε τῷ τόπῳ τῷδε κακῶν, ὃ θαυμαστὸν ἔτι καὶ, ἀλλὰ θαυμαστὸν, εἴ τι καὶ μὴ πίστιν ἐνταῦθα· τοῦτο γὰρ ἀπιστον καὶ ἀλλόγιστον. qomodo Diodor. Sicul. *l. 18.* παράδοξόν ἐστιν, οὐκ εἰ γέγονός τι παράλογον, ἀλλ᾽ εἰ μὴ πᾶν ὅτι τὸ γινόμενον ἀνέλπιστον. Et Juvenal. *ſat.* prænotatâ:

Egregium ſanctúmqe virum ſi cerno, bimembri
Hoc monſtrum puero, & miranti jam ſub aratro
Piſcibus inventis, & fœtæ comparo mulæ.
Rari qippe boni vix ſunt numero totidem, qot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Ubi pro *miranti*, qidam *mirandis* legi volunt; ego (ſi qid mutandum fuerit) mutatione leviori *liranti* malim. Varro *de re ruſtic. lib 1. c. 29. Tertiò cùm arant facto ſemine, boves lirare dicuntur*; id eſt, *cùm tabellis additis ad vomerem, ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, qò pluvia aqa delabatur.* vide & Plin. *hiſt. nat. l. 18. c. 20.*

§ 16. Τὸ μεταπίθεδς] *animi ſententiam mutare.* Ità Epictetus *diſſert. l. 2. c. 15.* homini ad ſe inediâ tollendum mente obfirmato, Εἰ μὲν ἀρθῶς ἔκρινας, ἴσθι συνδυάζω· εἰ δ᾽ ἀλόγως ἔκρινας, μετάθε. Et Gregor. Naz. *ad Epiſcop. 150.* Οὐχ ἡ μετάθεσις τὸ αἰσχρὸν ἔχει· ἀλλ᾽ ἡ τῆς κακῆς τήρησις, τὴν ἀπώλειαν. indè Dionyſius Heracleota ὁ μεταθέμενος dictus, ut Laërt. *l. 5.* in Heraclid. & in Zenon. ὁ μεταθέμενος εἰς ἡδονήν. qia nimirum ἄπτικτος ὑποδὺς ἡ τὰ ἀρετῆς γνήσια καὶ ἀντιμεταμφιέσας, exutâ *virtutis ſtolâ, adverſámqe planè indutus*, à Stoica ſecta jam ſenex ad Epicuream transilivit. de qo itaqe feſtivè Timon in *Sillis*;

Ἡνίκ᾽ ἔχειν δώσειν, νῦν δοχεῖα ἡδύνεδς.

Athen. *dipnoſoph. l. 7.* apud qem malè *tranſpoſitorem* vertit Dalechamp. cùm, *immutatum* potiùs reddere debuerit. qod & Caſavb. monuit. *ad Athen. l. 10. c. 10.* vide *ad l. 4. § 12. & l. 6. § 11, 29.* Cæteràm de vocabulo illo à ſcrupis calculiſve luſoriis traducto fuſiùs alibi egimus.

Ἐπεὶ τῷ ὀλοθύρνῃ ὁμοίως ἐλεύθερόν ἐδι] æqè liberum eſt, inqit, qódqe animum ingenuum nihilò magis dedeceat, verum docenti, ubi erraverit qis, obſeqi, atqe rectæ viæ, ubi eam certo judicio elegerit, conſtanter liberéqe inſiſtere. Corrigere nimirum vult abſurdum qorundam errorem, qi *qod ſemel imbiberint, nolunt deponere,* (ut Cypr. *l. 2. ep. 1.*) & *pervicaciam conſtantiæ loco habentes, rectiora monenti parere ſervile ducunt ac illiberale.* Adverſus cujuſmodi homines ſeſe accingit & Epictetus loco ſuperiùs memorato. Ὅταν ἀκούσωσί τινες τόπων ἧδη λόγων, ὅτι βέλτιον ἔδι δεῖ, καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐλεύθερον φύσει καὶ ἀναπάγκαστον· τὰ δ᾽ ἄλλα κωλυτὰ, ἀναγκαστὰ, δῆλα, ἀλλότρια, φαντάζονται, ὅτι δεῖ πάντῃ τῷ κρείττονι ὑπ᾽ αὐτῆς ἀπερράπτως ἐμμένειν. ἀλλὰ πρῶτον ὑμεῖς ἔδι δεῖ τὸ κεκεμμένον. θέλω γὰρ ἔδι τόνες ἐν σώμασι, ἀλλ᾽ ὡς ὑγιαίνοντι. ἐὰν δέ μοι φρενητικῷ τινες ἔχων ἐνδεικνύῃς, καὶ ἀλαζονεύῃ ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἐρῶ σοι, ὅτι, ἄνθρωπε, ζήτει τὸν διεφθαρμένον. τοῦτο γὰρ εἰσὶ τόνοι, ἀλλ᾽ ἀπονία. *Non enim, qia rigidum aliqid, ideo rectum; nec qia ſtupidum eſt, ideo ſanum;* Avg. *de civit. Dei l. 14. c. 10.* Verùm pergit Epictetus, & ubi pervicacium qorundam exempla propoſuerat, ὃς οὐκ ἔσι μεταθεῖναι, qi à re

re semel proposita nullâ ratione adduci sese patiantur, ex eis ait tandem se intellexisse, qidnam velit pervulgarum illud, Μανὲν ὅτι πᾶσαι, ὅτι ῥᾴξαί ὅτι quod Volph. cur mutandum censeat, nihil video. Mox: Κἀκεῖνα, inqit, ἢ γὰρ οἱ μανιώδεις. ἀλλ' ὅσῳ βεβαιότερον κεῖνοι τὰ ὄντα, τοσούτῳ πλείονος & ἐλεεῖσθαι δίκαιοι. -- οὐκ ἀρκεῖ τὸ κἀκεῖνοι, ἢ τὸ μὴ μαλακίζῃ. ὅτι οἱ μανικοὶ τύποι, οὐχ ὑγιεινοί. ὑπὸ τοῦ δίκαιοι, ἂν μὴ τοῦτο ἀναλήψῃς. διὰ τί ἄνθρωπος τί ὀλίγιστος κἀκεῖνα. ἐσωθῶ ὅτι οὐ κἀκεῖνα ἐμὲ ἀποκλείναι. Clavdit tandem dissertationem his verbis. Ὥσπερ ἐν τοσούτῳ ἢ ῥᾳδιαλιζομένῳ σώματι, ποτὲ μὲν ὅτι ταῦτα, ποτὲ δ' ὅτ' ἐκεῖνα ῥέπει τὸ ῥεῦμα· οὕτω ἢ ἀθάνατος ψυχὴ, ὅταν μὲ κλίνῃ, ἄλλοτ ἄγει. ὅταν ὃ ἢ τὸν & σεσοβῇ τὸ κλίμαπ τοῦτο ἢ τῇ φορᾷ, τότε γίνεται τὸ κρείττον ἀξιοθήτον ἢ ἀθεράπευτον. Itaque Synesius *de regno*: Ὁ δὲ ὅτι τοῖς ἀμβλανομένοις ἰσχυρογνώμων, αἰσχυνόμενος & ὁμολογίαν ἀγνοίας, ὃ χειρόμαιεν γνῶσιν ἐκ μιλανείας, οὐδὲ δεῖται λόγων ἰατρῶν, ἀλλ' ἀνὴρ ἂν φαίη σοφὸς, ὅτι κολάσεως. vide *ad l.* 1. § 16.

Σὺ γὰρ ἐνέρξεια χ' πῶ σοῦ ὁρμὴ] Lugd. melius σὴ, & σήν. deesse tamen forsan videatur, χρεὼ σοι, aut tale aliqid. *Sufficit tibi operatio tua juxta animi mei impetum judiciúmque & mentem ipsam peracta.* verùm distinctio interjecta integram faciet sententiam. lego igitur, σὴ γὰ ἐνέρξεια, χ' πῶ σὴν ὁρμὴν &c. *tua enim est operatio & ista, utpote intentioni tuæ consentanea.* &c.

§ 17. Ἐι ὠὰ ὅτι σοι, τί αὐτὸ ποιεῖς;] Novam hinc periocham orditur & Anglus interpres & editor Lugdunensis. posúntque revera aliò, quàm qò priora illa, referri. *Siquidem tui*, inqit, *est arbitrii aliqid facere vel omittere cur facis qod non probas, sive in qo non acquiescis? sin alieni*, non tui, est, *de aliis, sive Deis, sive atomis*, hoc est, rerum principiis, juxta Democritum & Epicurum, *frustrà geres:* frustrà autem facere aliqid, insipientis, cum illis litigare, etiam insanientis. vide *l.* 4. § 3. & *l.* 12. § 12, 24.

§ 18. Ἔξω τῆ κόσμῃ τὸ ἀπόδυτον ἢ πάθει] Lucret. *l.* 3.

Gedit enim rerum novitate extrusa vetustas
Semper: & ex aliis aliud reparare necesse est:
Nec qidqam in barathrum, nec tartara decidit atra.

Pythagoras apud Nasonem *Metam. l.* 15.

Non perit in tanto qidqam, mihi credite, mundo,
Sed variat mutátque vices: nascíque vocatur,
Incipere esse aliud, quàm qod fuit antè; morique
Desinere illud idem. ——

Ennius Epicharmo de Terra apud Varron. *de ling. Lat. l.* 4, & 8.

Qæ dedit, illa capit, neqe dispendi facit hilum.

Pacuvius *Chryse*, de Æthere;

—— omnia ita animat, format, auget, alit, creat,
Sepelit, recipitque in se omnia.

Maro itidem *Georg. l.* 4.

Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum: sed viva volare
Sideris in numerum, atqz alto succedere cælo.

Ubi Servius: *Dissolvi cuncta & redire rursùm in originem suam. nec morti. i. e. perditioni locum esse. nihil est enim, qod perire funditus possit, cùm sit* τὸ πᾶν. *i. e. omne, in qod redeunt universa resoluta. res autem hæc qæ mors vocatur, non est mors; qæ nihil perire faciat; sed resolutio.* Et Macrob. *in somn. l.* 2. *c.* 12. *Constat secundum veræ rationis assertionem, qam nec Virgilius ignoravit, nihil intra vivum mundum perire, sed eorum qæ interire videntur, solam mutari speciem: & illud in originem suam, atqe in ipsa elementa remeare, qod tale, qale fuit, esse desierit.* Senec. *ep.* 36. *Cogita nihil eorum, qæ ab oculis abeunt, & in rerum naturam, exqa prodierunt ac mox processura sunt, reconduntur, consumi desinunt ista, non pereunt.* & mox: *Observa orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere. æstas abit; sed alter annus illam adducit: hyems cecidit; referent illam sui menses: solem nox obruit, sed ipsam statim dies abigit. stellarum iste decursus, qicqid præterierit, repetit. pars cœli levatur assiduè, pars mergitur.* Et *qæst. nat. l.* 3. *c.* 9. *Nihil deficit, qod in se redit.* Et *de benef. l.* 5. *c.* 8. *Rerum natura nihil dicitur perdere, qia qicqid illi avellitur, ad illam redit: nec perire qicqam potest, qòd qò excidat non habet, sed eódem revolvitur, unde discedit.* Tatian. denique *adv. Græc.* Ὥσπερ γὰ οὐκ ἂν, φησὶν ἡ γλυκεῖα, τὶς ἡμῶν ἐκ εἰκότως ἂν μόνον ὃ ἐν ἀποσβέσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον γεγονὼς ὄν, ὁ μὲν πάλαι, διὰ τὸν γλυκύτητα, τὸ εἶδος πτίσδικα· τὸν αὐτὸν τρόπον, ὁ γλυκὺς & καὶ διὰ δυνάτου μενεῖ ἂν, αὖθις τε μενεῖ ὁρώμενος, ἐσόμενα πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλαι γεγονὼς, εἶτα γλυκυνθείς· κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ πᾶν τὸ σαρκίον, ἐξαλμιδίσῃ τὶ ὕλῃ, ὁ κόσμος & καθέψηκεν· κἂν ἐν πολεμοῖς, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου διαστόν. qæ verba perperam distincta interpres pessimè accepit. vide *l.* 4. § 4, 5, 23, 46. & *l.* 5. § 4. & *infr.* § 50.

διαλύεται εἰς τὰ ἴδια] Lucret. *l.* 1.

Hinc accedit, utì qæqe in sua corpora rursùm
Dissolvat natura, neqe ad nihilum interimas res.

Senec. *ep.* 71. *Qicqid est, non erit: nec peribit, sed dissolvetur. nobis solvi, perire est. proxima enim intuemur; ad ulteriora non prospicit mens hebes.* vide *l.* 9. § 33.

κἀ αὐτὰ ὃ μεταβάλλει] Naso *Met. l.* 15.

—— omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt. resolutáque tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras,
Aeráque humor habet: dempto qoqe pondere rursùm

In-

In ſuperos aër tenuiſſimus emicat ignes.
Indè retro redeunt: indèque retexitur ordo.
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra tranſit:
Hinc in aquas: tellus glomeratâ cogitur undâ.
Vide *l.* 4. § 40.

§ 19. Καὶ ὁ ἥλιος ἐρεῖ, πρὸς τί ἔργον γέγονα] ità Bal. at Lugd. ἐρεῖ πρός τι ἔργον γέγονε. poteſt dicere cujus rei cauſsâ factus eſt. Xyl. de ſe dicet, alicujus gratiâ factus ſum Caſ. qid ſi legas, καὶ ὁ ἥλιος ἄρα πρός τι γέγονε. etiam ſol utique alicujus rei gratiâ extitit.

Καὶ ὅτι λοιποὶ θεοί] Sidera nimirum, qæ animata eſſe putabant, & Deorum loco habebant. vide *l.* 9. § 35. & *l.* 12. § 28. Ità & ſapientes Ægyptii, θεὸς εἶ ἥλιον καὶ σελήνην. Laërt. *proœm.* & Pythagoras, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺ ἄλλους ἀστέρας, εἶ θεός. Idem *l.* 8. De ſole Heraclit. *ad Hermodor. ep.* 1. Λίθοι, θεῶν μάρτυρες; ἔργα δεῖ μαρτυρεῖν, διὰ ἥλιε. νὺξ αὐτῇ καὶ ἡμέρα μαρτυρεῖσιν· ὧραι αὐτὸ μάρτυρες· γῆ ὅλη καρποφορῦσα μάρτυς· σελήνης ὁ κύκλος ἐκείνε ἔργε, ὑφ' ἡμῶν μαρτυρεία. Imò teſtimonium perhibent iſta omnia ſolis conditori, non ſoli. vide *Pſal.* 8. *v.* 1, 3. & *Pſal.* 19. *v.* 1, 2, 6. & *Pſal.* 74. *v.* 16, 17. & *Pſal.* 104. *v.* 19. & *Act. c.* 14. *v.* 14. Vide tamen, ſi operæpretium id videbitur, *de ſole* Apoſtatæ impii Juliani Imperat. *orationem* avtore dignam. Plato in *Cratylo*, à Theodoreto adductus *therapeut. l.* 3. Φαίνονται μοι ὅτι πρῶτοι ἀνθρώπων οὗτοι τῶν Ἑλλάδα, τύτες μόνες ἡγεῖτο θεὺς, ὅσπερ νῦν οἱ πολλοὶ βαρβάρων, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν. ἅτε δὲ αὐτὰ ὁρῶντες ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως, τῆς τὸ θεῖν, θεὺς αὐτοὺ ἐπονομάσαν. Clemens item in *protrept.* Οἱ μὲν γὰ ἐυθὺς ἀμφὶ τὴν ὄρανὸν θέαν ἀπατώμενοι, καὶ ὄλεθρον μόνην περιδυκότες, ἧν ἀστέρων τὰς κινήσεις ἐπιτεώμενοι, ἐθαύμασάν τε, καὶ ἐξεθείασαν, θεὺς ὀν τῷ θεῖν ὀνομάσαντες τοὺ ἀστέρας· καὶ προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοὶ καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες. &c.

Σὺ δὲ περὶ τί; τὸ ἥλιος;] vide *ad l.* 5. § 1. & *l.* 9. § 9.

§ 20. Ἡ φύσις ἐσχάτῳ ἑκάστῳ] *natura finem ſuum habet in rei uniuscujuſque fine.* Caſ. ut σχάζεως hîc ſit collimare. at Xyl. *conſilium iniit.* ad Marci mentem propiùs, *rationem habet.* hoc eſt enim σχάζεως Marco iſtic: ut *l.* 1. § 9. τὸ σχαστικὸν τῆς φίλων. vide ibi adnotata. Tertull. *adv. Marc. l.* 2. *c.* 5. *Univerſa Deus diſponendo præſcivit, & præſciendo diſpoſuit.* Cyprian. *epiſt.* 3. ubi Domini Servatoris illud ex Matth. *c.* 10. *v.* 29. lavdâſſer. nec paſſerculum qidem, qi aſſariò dimidio veneat, citra Dei nutum ad terram decidere. *Cùm Chriſtus nec minima fieri ſine voluntate Dei dicat; exiſtimat aliqis & ſumma & magna, avt non ſciente, avt non permittente, in Eccleſia Dei fieri?* Trithem. *ad Cæſar. qæſt.* 8. *Magna divinæ providentiæ commendatio, qæ non ſolùm hominum curam habet, ſed avium qoqe minutarum.* Hieron. qidem *in Abacuc. c.* 1. *v.* 14. *Sicut in hominibus etiam per ſingulos Dei currit providentia; ſic in cæteris animalibus generalem qidem diſpoſitionem & ordinem curſúmqe rerum intelligere poſſumus.* v. g. *qomodo naſcatur piſcium multitudo & vivat in aqis, qomodo reptilia & qadrupedia oriantur in terra, & qibus alantur cibis? Cæterùm abſurdum eſt ad hoc Dei deducere majeſtatem, ut ſciat per momenta ſingula qot naſcantur culices, qòve moriantur; qæ cimicum & pulicum, & muſcarum ſit in terra multitudo; qanti piſces in aqa natent; & qi de minoribus majorum prædæ cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipſos injurioſi ſimus, eandem rationabilium qàm irrationabilium providentiam eſſe dicentes.* At Bernard. *de grat. & lib. arb. Attingit illa* (ſapientia divina) *à fine ad finem: hoc eſt, à maximo angelo uſqe ad minimum vermiculum: ab ortu creaturæ uſqe ad finem deſtinatum à creatore, ſive in qem urget natura, ſive qem accelerat cauſsa, ſive qem concedit gratia; dum nihil horum evenit, qod non prout vult, potenti præordinet providentiâ. Attingit autem, non qidem mobili diſcurſione, vel ſubjectæ creaturæ qaſi officiosâ adminiſtratione, ſed ſubſtantiali qadam & ubiqe præſenti fortitudine, qâ utique univerſa potentiſſimè movet, ordinat, adminiſtrat.* Adjici poterat qod de *capillis numeratis*, Chriſtus, Matth. *c.* 10. *v.* 30. de *folio ab arbore cadente.* Bern. *conc. ſolen.* 8, & 99. Trithem. *ubi ſuprà.* vide *ad l.* 7. § 31. Senec. *qæſt. natur. l.* 3. *c.* 29. *Sive anima eſt mundus, ſive corpus; naturâ gubernante, ut arbores, ut ſata, ab initio ejus uſqe ad exitum, qicqid facere, qicqid pati debeat, incluſum eſt; ut in ſemine omnis futuri ratio hominis comprehenſa eſt; totius enim corporis & ſequentis ætatis in parvo occultóqe lineamenta ſunt. Sic origo mundi, non minùs ſolem & lunam & vices ſiderum, & animalium ortus, qàm qibus mutarentur terrena, continuit.*

Τῆς ἀπολήξεως] Fuſcus apud M. Senecam, *Suaſor.* 2. *ſtatuta naſcentibus in finem vitæ dies eſt. Habebit giſqe qantum illi dies primus aſcripſit.* L. Senec. *ad Marc. c.* 20. ſic *lib.* 6. § 49. ἀφωρισμένας. & *l.* 12. § 23. ὅρον δίδωσιν. vide *l.* 2. § 4.

Ὡς ὁ ἀναβάλλων τὴν σφαῖραν] Sejunguntur iſta à ſuperioribus G. Xyl. & M. Caſ. mihi continuanda prorſus videntur. qemadmodum, inqit, qi pilam mittit rationem apud ſe habet, non tantùm qomodo motus ille ineatur, ſed qà feratur, & qo loco terminetur; ſive qà permeet pila, qò pertingat, ubi cadat; ad eundem modum natura conſilium iniit, non de ortu tantùm, ſed de obitu etiam, ac progreſſu cujuſqe rei. Plautus alio, nec ab hoc tamen

men prorsùs abhorrenti, sensu, *Captiv. prolog.*

Enimvero Di nos quasi pilas homines habent.

Τί ὖν ἀγαθὸν τῷ σφαιρίῳ] vide *l.* 4. § 42. & *l.* 7. § 23.

Τῇ πομφόλυγι] Notum est proverbium, *Homo bulla.* qod Varro retulit, *præfat. in libr. de re rust.* Apud Lucianum Charon Mercurio; ἐθέλω γάρ σοι εἰπεῖν ὧπερ ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ βίος ἅπας αὐτῶν· ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω, ὑπὸ χρυσῷ πνὶ καταφέροντι ἀνισαμένας; τὰς φυσαλίδας λέγω, ἀφ' ὧν σωαγείρονται ὁ ἀφρός; ἐκεῖναι τοίνυν αἱ μὲν πνες μικραὶ εἰσι, καὶ αὐτίκα ἐκλιποῦσαι ἀπέβησαν, αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκέσι, καὶ περιχωρουσῶν αὐτὰς τῶν ἄλλων αὐτὰς ὑφαρπασάμεναι, εἰς μέγιστον ὄγκον αἴρονται, εἶτα μόνται κἀκεῖναι πάντως ἐξερράγησάν ποτε· ὁ δὲ δὴ τι ἄλλος γλιχῶς. τοῦτό ἐστιν ὁ ἀνθρώπων βίος· ἅπαντες ὑπὸ πνεύματος ἐμπεφυσημένοι, οἱ μὲν μείζους, οἱ δ' ἐλάττους· καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι καὶ ἀνώμοιον τὸ φύσημα, οἱ δὲ ἅμα τῷ ξυσῆναι ἐπαύσαντο· πᾶσι δ' ὖν ὑποβαλοῦσα ἀναλήψεται.

Ἐπὶ λύχνου] Senec. *epist.* 41. *Rogo, non stultissimum dicas, si qis existimet lucernæ pejus esse cùm extincta est, qàm antequam accenderetur? Nos qoque accendimur & extinguimur: medio illo tempore aliqid patimur. utrinqe verò alta securitas est. qid refert utrùm non incipias, an desinas? utriusqe rei hic est effectus, non esse.*

§ 21. Ἔκστρεφον] ἔστρεφον Lugd. edit. unde *annot.* Στρέφον. *convertito te.* Omnino præter Marci mentem. Qi vult non ut ipse se convertat qis; sed ut illud potiùs, in qo cogitationes defixas habet, non tam *convertat*, aut *circum vertat*, ut Cas. qàm *invertat*, qò naturam ejus penitiùs introspiciat & perspectam habeat. Aristophan.

Ἔκστρεφον ὡς τάχιστα τοὺ σαυτῦ τρόπους

Inverte qàm celerrimè mores tuos.

Ubi *Schol.* ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥυπωμένων ἱματίων καὶ ἐκστροφούντων. ἐκστρέψαι δ' ἱμάποδ, τὸ ἀλλάξαι τὸ πρὸς τὸ ἔσω μέρος, ἔξω. Eadem & Svidas. vide *l.* 3. § 11. Verùm ibi de re qavis, istìc de corpore humano, ipsóqe cumprimis cujusqe proprio agere videtur. Boëth. *consol. lib.* 3. *c.* 8. *Qòd si, ut Aristoteles ait, Lynceis oculis homines utercntur. ut eorum visus obstantia penetraret, nonne introspectis visceribus, illud Alcibiadis superficie tenus pulcerrimum corpus, turpissimum videretur? igitur ze pulcrum videri non tua natura, sed oculorum spectantium reddit infirmitas. qi nimirum, si interiora intueri valerent, aliter planè censerent.* Allusit ad vulpis maximè morem de qa Plut. in *Collat. aqat. & terrestr.* Ἡ δ' ἀλώπηξ ἀλῶσα, ὑδὺς ἐκστρέπεται· πεφυκε γὰρ δ' εὐτολίαν καὶ ὑγρότητα μεταβάλλειν τὸ σῶμα καὶ στρέφειν, ὥστε, ἂν ἐκτὸς ἐκτὸς γλουμῶν, ὑποπίπτειν τὸ ἀγκιστρον. qanqam de scolopendra idem refert autor idem *de sera vindicta.* Τότνς ἀναγκαστὸν ἐκστρέφειν τὰ ἐντὸς ἔξω τῆς ψυχῆς, ἐλυσπωμένους παρὰ φύσιν, καὶ ἅμα κεντοῦμένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι, κατατιλλόμενοι τὸ ἄγκιστρον, ἐκστρέφουσιν ἑαυτάς. idem vult nos mente ac cogitatione facere, cùm ad corpus animum adjecerimus.

Ποιεῦσιν] vitiosum videtur. forsan ὑποπεῦσιν fuerat. ut *l.* 9. *c.* 2. ὑποπεῦσαι. corpus, inqit, considera, qale fiat, vel morbo languidum, vel senectute emarcidum, vel ab anima jam derelictum.

Βραχύβιον ἢ καὶ ὁ ἐπαινῶν] Annotator Lugd. qo codice usus, nescio. βραχὺς ὁ βίος καὶ ὁ ἐπαινῶν &c. sed fortè, inqit, βραχύβιον· qæ Marci vox est. Certè siqa exemplaria eam lectionem adfirmarent, legerem libens, βραχὺς ὁ βίος· βραχύβιον ἢ καὶ ὁ ἐπαινῶν, &c. vide *lib.* 4 § 16, & 33. & *l.* 7. § 5.

Ἐν γωνίᾳ] vide *l.* 3. § 10. & *l.* 4. § 3.

Ἡ γῆ στιγμή] vide *l.* 4. § 3.

§ 22. Περίσχε] Potest hæc perioche non uno modo intelligi. Potest enim sumi qasi moneat Marcus, qodnam debeat esse τῆς διανοήσεως sive ὁπτροπῆς, ut *lib.* 4. § 26. loqitur, i. e. considerationis subjectum: idqe qotuplex esse velit: Nimirum vel subjectæ rei cujusqe materiam, (nè pluris eam qis qàm par est faciat; (vide *l.* 5. § 10.) vel dogma ac decretum suum, ut sit rationi rectæ consentaneum. (vide *lib.* 7. § 2. & *supr.* § 1.) vel actionem suam, ut utrique illi respondeat. (vide *l.* 6. § 22.) vel vocabuli significationem: ubi dicentem attendere oportebit. (vide *l.* 7. § 4. & *l.* 10. § 8.) atqe huc inclinare videtur Xyl. nec abscedit Cas. Verùm potest & in aliam, qam mox dabimus, mentem sumi. Lugd. Editor ad tria membra restringit, dum τῷ ὑποκειμένῳ δόγματι conjungit, vertitqe *subjectæ opinioni.* de distinctione accedo, qia disjunctivam Marcus τῷ ὑποκειμένῳ non præfixit. Verùm ecqid sibi vult, *opinio subjectæ?* Verto itaqe, *adverte*, vel *attende*, *præsenti*, aut *decreto*, aut *actioni*, aut *significato.* Τὸ ὑποκείμενον, *præsens, qod adest.* Polyb. *l.* 3. Πᾶς δ' ἂν εὐδοκίμῳ καὶ τοῖς ὑποκειμένοις, τοὺ βεβαιώσασθαι τὴν αὐτῶν περαίρεσιν, καὶ διαφυλάξοντα τὴν κατάστασιν, παρεξιόσα δικαίως, εἰ μηδὲν εἰδείη τῆς τῶν περιγενόντων ἐκ ἐκάστης ὑπομήσεως. qi præsentibus acquiescit. τὰ ὑποκείμενα τῆς περιγενούσης opponuntur. Plutarch. *Publicol. collat. cum Solun.* Δεῖ δὲ πρὸς τοὺ ὑποκειμένους καιροὺς τὰς πράξεις σκοπεῖν. *Sunt res ex temporibus præsentibus perpendendæ.* sic *l.* 6. § 4. πάντα τὰ ὑποκείμενα. *præsentia cuncta.* & *l.* 10. § 18. ἔγγιστα τῶν ὑποκειμένων. Monet ut ad id qod præ manibus est, sive decretum illud, sive factum, sive dictum sit, animum sedulò advertamus. ut & *l.* 2. § 5. & *l.* 3. § 12. & *l.* 6. § 32. & *l.* 9. § 6.

Δικαίως ταῦτα πάσχεις] separat ista à præcedentibus

dentibus M. Casavb. possunt tamen ad idem argumentum pertinere. Meritò multa pateris, qia ad id quod præ manibus est non attendis, sed de rebus futuris anxius, animíque suspensus es, & quod præcipuè te spectat differs. vide *lib.* 9. § 25. & *lib.* 12. § 1.

Μᾶλλον ἢ θέλεις] Havd integra satis videntur ista, forsan scribendum fuerit [ὅτι] μᾶλλον δὲ &c. ut ratio reddatur, qare tot molestiis conflicteturs qia nimirum sui emendationem de die in diem infrunitus differt. Legi possunt tamen & ἐρωτηματικῶς, [τί] μᾶλλον ἢ &c. qasi dicat. *Cur crastino die malis bonus fieri, qàm hodie esse?* vide *l.* 2. § 4. Pers. *sat.* 5.

Cras hoc fiet. idem cras fiet. Quid? qasi magnum
Nempe diem donas. Sed cùm lux altera venit;
Jam cras hesternum consumpsimus, ecce, aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulùm erit ultrà.

Naso *remed. l.* 1.

Sed propera, nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie, cras minùs aptus erit.

Nam quod sequitur,

Dicimus assiduè, cras quoque fiet idem;

non de instituti mutatione in meliùs; quod Casavb. *in Persium*, sensisse videtur, dum memoriâ fisus codicem non consulit; sed de perseverantia in cœpta vitæ mollioris ac dulcioris usura dictum est. Petron. Arb. *satyr. Quòd hodie non est, cras erit: sic vita truditur.* Quod tamen eruditissimus ille vir, etiam cum duplici negatione exhibet; *Quod hodie non est, cras non erit.* Certè quod Naso suprà verbo monuerat, idem fusiùs Epictet. *disert. l.* 4. *c.* 12. Ὅτι παρὰ τὸ σήμερον ἁμαρτάνει, εἰς τἄλλα χεῖρον ἀνάγκη σοι τὰ πρόχειρα ἔχειν. ἐρῶτον ἐμέ, τὸ χαλεπώτατον, ἐγὼ τῷ μὴ φυλάσσειν ἐγγίνεται. εἶτα ἔθος τῷ ἀναβάλλεσθαι τὸν φυλακόν, ἀεὶ δ' εἰς ἄλλον καὶ ἄλλον χρόνον ἀπωθεῖν, (ità Casavb. restituit quod εἰώθει legebatur) ἀφαιρεῖσθον τὸ εὐροεῖν, τὸ εὐχωρεῖν. εἰ μὲν ἦν λοιπὸν ἢ ταὐτὰ πᾶσι ἔθη, ἢ παντελὴς ἀσφάλεια αὐτῆς ἔδει λυπεῖσθαι· εἰ δ' ὁ λυπούμενος τῷ φυλάσσειν; Verùm Marci verbis gemina prorsus sunt, & ad ea fortean respexit etiam, quæ in fine dissertationis illius Epictetus disceptat. νῦν δ' ὅταν εἴπῃς, ἀπ' αὔριον φυλάξω, ἴσθι ὅτι τοῦτο λέγεις, σήμερον ὕστερος ἀναίσχυντος, ἄκαιρος, ταπεινός, ἐπ' ἄλλοις ἴσχε τὸ λυπεῖν μὲ· ὀργιζόμενος σήμερον, φθονῶν· βλέπε ὅσα κακὰ σαυτῷ ὁπλίζεις. ἀλλ' εἰς αὔριον καλῶς ἔχει· πόσῳ κρεῖττον, σήμερον; εἰ αὔριον συμφέρει, πολὺ μᾶλλον σήμερον, ἵνα καὶ αὔριον δύνησθε, καὶ μὴ πάλιν ἀναβάλῃ εἰς τὸν πρίτιον. Joan. Chrysostom. *de statuis orat.* 19. Μή μοι λέγε, ὅτι χθὲς μικρὸν, μηδὲ εἰς τὸν αὔριον ἀναβάλλου. ἢ γὰρ αὔριον ἐλπίσεις λαμβάνειν τάλαντον. vide ad *l.* 3. § 4, 6.

§ 23. Ἐπ' ἀνθρώπων εὐπιΐαν] Hoc est, τὸ κοινωνικὸν καὶ εὐχρηστικόν· quod passim inculcat. καὶ γὰρ ἔστιν κατόρθωμα σφόδρα μέγα εἰ δύναιτ' ἄν, ὅταν μὴ τὸ κέρδος εἰς ἕτερος διαβάλλωμεν. Joan. Chrysost. *in ep.* 1. *ad Cor. c.* 10. *v.* 33. σπεύδω. 25.

Δέχομαι, ὅτι παρὰ θεῶν ἀναφέρων] Ità pii passim, Deo adscribunt, quæcunque ipsis obtigerint, universa. Job. *c.* 1. 21. *Psal.* 18. *v.* 39, 40. & *Psal.* 44. *v.* 1, 8. vide *l.* 12. § 36.

Ἀφ' ἧς πάντα] Ità *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 18. *Omnia à Deo sunt.* vide & *Thren. c.* 3. *v.* 37, 38. & Marc. *l.* 2. § 3. & *l.* 4. § 23, 33. & *infr.* § 27.

§ 24. Ὁποῖόν τι φαίνεται] vilitatem rerum humanarum externarúmque omnium, de materiæ, ex qa consistit, ignobilitate perspiciendam proponit. (qod idem agit & *l* 5. § 10. & *l.* 6. § 13. & *l.* 9. § 14.) Illa siquidem, πιῶτον πᾶν μέρος τῆς βίου, καὶ πᾶν ὑποκείμενον, malim ad priora de *lotione*, cum G. Xyland. & M. Casavb. referre, qàm periochæ seqenti cum Cl. Salmas. connectere. Senec. *epist.* 107. *Eadem vitæ conditio est, qæ balnei.* Sed aliò ille respexit, qàm Marcus istic. vide *ad* § 43.

§ 25. Λύκιλλα Οὐῆρον· εἶτα Λύκιλλα] Rectè distinxit ista, priùs confusa, explicavítque, à Xylandro parùm intellecta, Cl. Salmasius *ad Capitol. Marc. Lucilla*, inqit, *Verum extulit. post & ipsa fatis concessit.* Itaque in singulis subavdienda verba illa ἐξήνεγκα & ἐξωιχήθη. *Lucilla* Marci filia L. Vero imperii consorti nuptui data, eidémqe superstes. Capitol. *Ver.*

Σέκουνδε Μάξιμον] de qo *l.* 1. § 15.

Ἐπιτύγχανον Δίοτιμον] *Epitynchani* nomen ex inscriptionibus sepulcralibus Salmas. *ibidem* exhibet. Verùm qis iste *Epitynchanus*, vel *Diotimus*, cui is supervixerit, & successerit, nescire me fateor. *Diotimi* tamen ut Adriano superstitis mentio fit rursus, *infr.* § 37.

Φαυστῖναν Ἀντωνῖνον] Ἀντωνῖνον φαυστῖναν Salm. *Annia Faustina Antonini Pii uxor.* Capitol. *Pio.*

Κάλβ' Ἀδριανὸν] *Caninium Celer* orator sive Rhetor qem & Marcus & Lucius avdiêrant. Capitol. *Marc.* & *Ver.* ab Adriano forsan eidem in disciplinam traditi. Nam qòd Mavssac. in *dissert. critic.* qam Harpocrationi à se edito attexuit, *Caninium* & *Celerem*, qasi duos, recensel, qorum Marcus Caninius alter sit dictus, neminem (puto) σύμφορον habet. post illa verò, εἶτα Κάλβ, subjungi postulat item Salmas. τοιαῦτα πίστα qod suo loco motum fuerat.

Δεμεῖς] *svsteri.* Xyl. sed & Casavb. qi tamen de ingenii acumine exposuerat, aptiùs *lib.* 5. § 5. vide *ibi adnotata.* & *ad l.* 6. § 44.

Χιάραξ] depravatum opinor. forsan Ἱέραξ fuit. *Hieracis* certè apud Stobæum reperiuntur fragmenta ex *lib. de justitia.* vel χάραξ etiam, siquidem

Charax

Charax Philosophus Pergamenus Svidæ memoratur. & Lugd. edit. Χάραξ habet.

Δημήτριος ὁ Πλατωνικὸς] *Phalereum*, puto, vult è familia Platonica, Theophrasti avditorem; de qo Laërt. *l.* 5. Svidas, Marc. ipse *l.* 9. § 29. qanqam potest etiam *Demetrius* Byzantinus Peripateticus, cujus & Laërtius *ibidem* memini:, Marco dictus intelligi. Verùm illum potiùs exiitimem designatum, qia inter homines acuminis & subtilitatis lavde insignes hîc à Marco proferatur. De eodem avtem Cicero *offic. l.* 1 *Demetrius Phalareus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parùm vehemens, sed dulcis; ut Theophrasti discipulum possis agnoscere.* Itaqe de eodem idem in *Bruto* § 37. *delectabat magis Athenienses qàm inflammabat, & suavis maluit videri qàm gravis; sed suavitate eâ qâ perfunderet animos, non qâ perfringeret.* Eandémqe illi svavitatis lavdem tribuit in *oratore*. § 92.

Εὐδαίμων] *Evdamon* inter Astrologos celebriores recensetur à Vitruvio. *l.* 9. *c.* 7. qo tamen loco Æmar. Ranconetus *Evchemon* legendum credebat. Turneb. *adverſ. l.* 11. *c.* 3.

Πάντα ἐφήμερα] vide *ad lib.* 4. § 35, 48. & *l.* 9. § 14.

Οὐσί' ἐπ' ὀλίγον μεταμεθέντες] vide *lib.* 4. § 33. & *l.* 5. § 33. & *l.* 12. § 27.

Ἥκιστα σπεύδωσι] vide *ad l.* 4. § 21. & *l.* 5. § 33.

§ 26. Εὐφροσύνη ἀνθρώπῳ] *ἀνθρώπῳ*, malim. vide *ad l.* 5. § 1. & *l.* 6. § 7, 33. *Lætitia est homini facere qæ sunt hominis*: verùm lætitia est homini Christiano, facere qæ sunt Dei. Joan. *ep.* 1. *c.* 5. *v.* 3. *Psal.* 112. *v.* 1. Esai. *c.* 58. *v.* 13. Joan. *Evang. c.* 4. *v.* 34. Job *c.* 23. *v.* 12, 13. Cæterùm, qæ sunt hominis, qà hominis, ad creatoris imaginem conditi, ejusdémqe legi conformis, eadem sunt itidem & Dei. vide Marc. *l.* 3. § 13.

Ἥδιον ἡ ἀνθρώπῃ ἔυνοια] Lætitia, inqit, homini & voluptas esse debet facere qæ officii sunt sui. Nihil avtem magis humani est officii, qàm erga genus humanum humanitatem exercere. Hoc itaqe læto animo lubentíqe faciendum est. Naso *Pont. l.* 2. & 9.

Conveniens homini est hominem servare voluptas. & vera benefaciendi cupido utilitates relinqit, ipse benefaciendi opere lætissima. Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 14. vide *ad l.* 3. § 6.

Ἐπιτέλεσις τῆς κατὰ φύσιν] Ex Stoicorum sententia Laërt. *l.* 7. in *Zenon.* Γενομένη κατὰ τὴν φύσιν ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῶον πρὸς διοίκησιν καὶ πρᾶξιν· τὸν γὰρ ἐνάρετον, διωρισμένον εἶναι, καὶ πρακτικὸν κατὰ πίστεων. ità enim ex Svida leg. *ibid.* Unde & illud apud Plutarchum *de placit. Philosoph. l.* 1. *præfat.* Peripateticorum qorundam esse, Ἄνθρωπον τέλειον, κατὰ μὲν ὄντων διωρισμένον, κατὰ δὲ λόγων πρακτικόν. vide *ad l.* 7. § 48. Epictet. *l.* 1. *c.* 6. Τὸν ἄνθρωπον διατιθὲν εἰσήγαγεν (ὁ Θεὸς) αὐτὸ τε καθ' ἑαυτὸ ἔργον εἶναι αὐτῷ· καὶ οὐ μόνον διατίθησι, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτοῦ· ὁρᾶτε ἂν μὴ ἀθέατοι τούτων ὑπάρχητε. vise sis & qæ sequntur lectu dignissima.

§ 27. Τρεῖς φάσεις] vide *ad l.* 1. § 12.

Ἄπνον περικείμενον] corpus *ambiens* te, sive amictûs instar circumjectum tibi, cingénsqe te. vide *l.* 10. § 1. sed & *ibid.* § 38. qo loco, τὸ περικείμενον ἀγγεῖόν ἐσε, dicit, qatenus *organi* sive vasis instar animæ est usui; qod hîc τὸ ἄπνον περικείμενον, qatenus ea ab isto afficitur. de eodem, περικείμενα χρεώδη. *l.* 12. § 2. & περικείμενον σωμάτιον. *ibid.* § 3. qi locus hunc illustrat plané.

Ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσιν ἡδέως] vide *supr.* § 23. & *l* 2. § 3.

§ 28. Ἀθεΐαν καὶ γαλιλαίαν] Translatio duplex; altera à cœli facie, unde ἀπαθεΐζειν dixit, *l.* 2. *c.* 4. altera à maris statu, unde ἐγγαλιλαίζειν τοῦ βίου Epicuro dictum, *epist. ad Herodot.* apud Laërt. *l.* 10. qod γαλιλαιομανὲς ποιεῖν postea exponit. Ità γαλιλαίαν καὶ εὐδίαν Epictet. *l.* 2. *c.* 18. vide ad *l.* 7. § 68. Sed & de argumento isto *infrà*. § 40. 47. & *supr. l.* 7. § 14, 16, 33. & *l.* 12. § 22.

Πᾶσα γὰρ κίνησις, καὶ ὁρμὴ, καὶ ὄρεξις, καὶ ἔκκλισις ἔνδον.] Epictet. *enchir. c.* 1. ἐφ' ἡμῖν ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις.

Οὐδὲν γὰρ ὧδε ἀναζαίνει] vid. *infr.* § 48.

§ 29. Ἐξάλειφε] vide *l.* 7. § 29.

Χρῶμαι ἐπίσῃ καθ' ἀξίαν] vide *ad l.* 3. § 11. & *infr.* § 43.

§ 30. Μὴ περισσῶς ὑγιεῖ λόγῳ χρῆσθαι.] *Sanâ oratione non est apertè semper utendum.* Xyl. qem & Casavb. seqitur. arqi sanam orationem nusqam non adhibendam, Marcus censuerit. qi τὸ ἀληθεύειν. simpliciter apud omnes passim exigit. vide *l.* 3. § 12, & 16. & *l.* 6. § 43. Alia ergò lectio istîc qærenda; Marci mens alia eruenda. ego malim κοσμίως, μὴ περιττεύοντα· ὑγιεῖ [ῇ] λόγῳ χρῆσθαι. *Et publicè in Senatu & apud unumqemqe privatim, eam sermonis rationem habeas, ut non tam disertè & eleganter, qàm modestè & decenter loqaris. Oratione verò sanâ & salubri semper utaris.* vide *ad l.* 1. § 7. ἀσυλλογία. & *l.* 3. § 5. κομψεία. Siqidem κομψὸν ἀπέφηναν, ψιλάλον. Svid. Antigonus *narrat. mirab.* 52. de Callimacho Ægyptio, ἀπέφηνε καὶ ἔτι βιβλόμυλλον. *cùm disertus videri vellet.* & Etymolog. Στωμύλλειν, τὸ περιττεύειν λέγειν. Alioqi τρανὲς, σαφὲς, i. e. *clarum & perspicuum* denotare, docet Svidas adductis hisce inter alia testimoniis, ex avtoribus, qorum nomina subticet.

Ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανὲς, ἀλλ' ἀλώμεθα.

Incerti erramus, nec certi qid novimus.

(Est ex Sophoclis *Ajace*) &, τρανέστερα ἢ

Λελογισμένον] Hominem *conſideratum*. qomodo Cicero *pro Cæcin. Illud conſiderati hominis eſſe putavit, qa de re jure decertare oportebat, armis non contendere.* Porphyr. *de abſtinent. l.* 1. ταύτῃ διενηνοχέναι φαίνεται ὁ ἀπαθὴς τῷ φαύλῳ ὅτι ὁ μὲν παντα χῦ τὸν λογισμὸν ἔχει παρεσκευασμένα καὶ κρατοῦντα καὶ ἡνιοχοῦντα τὸ ἄλογον· ὁ δὲ πολλὰ περιπεσεῖν παρεῖς τῷ λογισμῷ, καὶ σωθῆναι τότῳ περιστεῖν ἃ προσῆκε· διὸ καὶ ὁ μὲν ἀλόγως λέγεται, ὁ δὲ λελογισμένως. qi locus parùm integer videtur; ità ſorſan reſtituendus ὁ δὲ π. περιπεσεῖν τὸν λογισμὸν καὶ σ. τ. περιπεσεῖν ἃ π. *multa facit ratione neglectâ, & cum iſta* (parte ſcil. irrationali) *facit qæ facit.*

Μὴ ἐλογισμένως, μηδὲ ὡσικῶς, μηδὲ ὑφορώμενος πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν] Vide *lib.* 3. § 7. Senec. *epiſt.* 30. *Vides qosdam optantes mortem, & qidem magìs qàm rogari ſolet vita. Neſcio utros exiſtimem majorem nobis animum dare, qi depoſcunt mortem, an qi hilares eam, qietíqe opperiuntur: qoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit; hæc ex judicio certo tranqillitas eſt. Venit aliqis ad mortem iratus morti: venientem nemo hilaris excipit, niſi qi ſe ad illam diu compoſuerat. Multos ſpectavi abrumpentes vitam; ſed plus momenti apud me habent, qi ad mortem veniunt ſine odio vitæ, & admittunt illam, non astrahunt.* Idem *epiſt.* 24. *Objurgat Epicurus non minùs eos qi mortem concupiſcunt, qàm eos qi timent; & ait; Ridiculum eſt, currere ad mortem tædio vitæ, cùm, genere vitæ, ut currendum eſſet ad mortem, effeceris. Item alio loco dixit: Qid tam ridiculum, qàm appetere mortem, cùm vitam tibi inqietam feceris, metu mortis? His adjicias & illud ejusdem notæ licet; Tantam hominum imprudentiam eſſe imò dementiam, ut qidam timore mortis ad mortem cogantur.* Ità Arceſilaus apud Plutarch. *ad Apollon.* Πολλοὶ δὲ τὴν ὑδὼ ἐκλιπεῖν, καὶ τῷ πρὸς τὸν θάνατον δυσκολῶς ὑποφέρουσιν, ἵνα μὴ ὑποθάνωσι. Atque ut Diogenes; Οἱ μὲν ἐν νὶ χειμαζόμενοι, ἃ ἐξεμέουσιν κατασῶσι τὸν πλοῦν, ἐρίπτουσιν ἑαυτοὺς ἐπιπαφάσαι. Lucret. *l.* 3.

Et

Et ſæpe uſque adeò mortis formidine, vitæ
Percipit humanos odium, lucisque videndæ,
Ut ſibi conſciſcant mœrenti pectore letum.

Atqe, ut Martial. *l.* 2. *epig.* 80.

Hoc, rogo, non furor eſt, nè moriare, mori?

vel etiam metu mortis mortem precari? ut Plin. *l.* 6. *epiſt.* 20. Senec. *epiſt.* 70. *Stultitia eſt, timore mortis, mori. venit qi occidat. expecta. q.d occupas? qare ſuſcipis alienæ crudelitatis procurationem? Utrùm invides carnifici tuo, an parci? Scribonia Druſi Libonis amita, conſilium habenti. utrùm conſciſceret ſibi mortem, an expectaret, Quid te, inqit, delectat alienum negotium agere?* Sed pergit idem *ep.* 24. *Confirmes animum vel ad mortis vel ad vitæ patientiam. In utrumqe monendi ac firmandi ſumus, & nè nimis amemus vitam, & nè nimis oderimus. Etiam cùm ratio ſuadet finire, non temerè nec cum procurſu ſapiendus eſt impetus. Vir fortis ac ſapiens non fugere debet è vita, ſed exire.* (qanqam de Catone qid *ibidem* dicat, vide *ad l.* 2. § 17.) *& ante omnia ille qoqe vitetur affectus, libido moriendi. Eſt enim ut ad alia, ſic etiam ad moriendum inconſulta animi inclinatio: qæ ſæpe generoſos atqe acerrimæ indolis viros corripit, ſæpe ignavos jacentésqe: illi contemnunt vitam, hi gravantur.* Vide ampliùs *ad l.* 6. § 46. Plinius min. *lib.* 1. *ep.* 22. de T. Ariſtone agens. *Nam impetu qodam & inſtinctu præcurrere ad mortem, cummune cum multis deliberare verò, & cauſſas ejus expendere, atqe ſuaſerit ratio, vitæ mortisqe conſilium ſuſcipere vel poncre, ingentis eſt animi.* Elegantiſſimè avtor libri *de duplici martyrio*, qod Cypriani nomen præfert, ſive Eraſmus is, ſive alius qis fuerit: *Plurimùm intereſt inter barbaricam immanitatem & Martyrum modeſtiſſimam conſtantiam, in ſe imbecillem, in Chriſto fortem. Sunt qi certis artibus corpus ſtupefaciunt, nè ſentiant cruciatus: Sunt & affectus impotentes, qi ſenſum adimunt animo, istà ut vel mortem impavidi perferant. Sed placidum illud ac manſvetum; illud humiliter ſublime, & ſublimiter humile, non videmus niſi in Chriſti martyribus.*

Μὴ ὁλοχερῶς] Xyl. iſtic à Marci tum mente, tum & verbis, longiſſimè receſſit: Acceſſit propiùs Mer. ſed ὁλοχερῶς iſtud prorſus omiſit; de vocabuli ſenſu incertus forſitan. Mihi hoc loco ἀντὶ τοῦ προπετῶς, *temerè*, poſitum videtur. de qo vide *ad l.* 5. § 36.

Μηδὲ ὠσικῶς] Svid. ὠσικῶς, τὸ μὴ βίαι καὶ ὠθισμῷ. μηδὲ ὠσικῶς καὶ μὴ βίαι πρὸς θάνατον ἔχειν. Hunc Marci locum dubio procul adduxit, verùm id καὶ μὴ βίας, à Lexicographo, opinor eſſe, non ab avtore. Svidam ex parte ſecutus Mer. *violentè* vertit. Ego, impetuoſè, malim: qando cum impetu qis ad aliqid impellitur. Ità nec temerè vult hominem in mortem proſilire, priuſqam apud ſe ſteriò ac ſedulò perpenderit, juſta necne ſupperat vitam exponendi avt excludendi occaſio, de qo vide *ad l.* 3. § 1. nec etiam ubi juſta cavſſa id faciendi ſubcerit, cum impetu qodam ad mortem obeundam ferri. Tractum ab eis, qi dum ad rem aliqam qam avidè expetunt, potiundam confertim ruunt, alii alios protrudere, & propellere ſolent: hoc eſt qod Svidas, μὴ ὠθισμῷ ferri, cùm, utì illi Adonia ſpectarum in avlam regiam confluentes.

Ὥσθ' ὑφ' ὧτε ὗες.

Theocrit. *idyl.* 15. ſive ut Philoſophiæ nomen ementiti, avri accipiendi ſpe impulſi, εἰς ἀκρόπολιν ὠθίζονται. in Luciani *piſcatore.* vel etiam ut cives Athenienſes in Pnycem καταῤῥόοντες ἀθρόοι,

Ἀλλήλοις ὠθεῦνται καὶ ὠθοῦσι ξύλα,

atqe Εἰς τὸ θεσμοθεσίαν πᾶς ἀνὴρ ὠθίζεται. Ariſtoph. *Acharnan.* ὠσικῶς itaqe πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν, qi ſpiritum, non placidè emittunt, ſed *cum impetu ejiciunt*, ut de Catone ipſo Seneca, *ep.* 25. vide *ad l.* 2. § 17. Poteſt & à belluis ferisqe tractum videri, qæ in ferrum, qo impetuntur, ſponte ipſæ ac cum impetu obviam feruntur. Ὡσπερ οἱ κάπροι, οἱ πρὸς τὸν πληγὴν ὁμόσε ὠθοῦνται. Marci mentem expreſſit optimè Gregor. Nazian. *in Julian. orat.* 2. Ἐπὶ Πέρσας στρατεύει, θεσμοὺς ἀλογίᾳ μᾶλλον ἢ ῥώμης ἀσφαλείᾳ, πτεύσας καὶ οὐδ' ἐκεῖνο σωιδεῖν δυνηθεὶς ὁ σοφώτατος, ὅτι θάρσος καὶ θεσμοὺς, κἂν εἰ τοῖς ἐνόμασι πλησιάζοι, πλέον ἀλλήλων τῇ δυνάμει κεχώρισται, ἀνδρείᾳ τε ὂν φαμὲν καὶ ἀναισθησίᾳ. Τὸ μὲν γὰρ ἐν τοῖς πλημμελέσι θαρρεῖν, ἀνδρείας ἔξις, ὡσπερ τὸ ὑγιείας, δειλίας· ὃ δὴ πλείων ὁ κίνδυνος, ὁμόσε χωρεῖν καὶ ὠθίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ κατέχεσθαι, θεσμοὺς· ὥσπερ τὸ ὑποχωρεῖν, ἀσφαλείας. qod & ferinum potiùs qàm humanum idem cenſet, καθάπερ συῶν τὸν θερμότερον πρὸς τὸ ξίφος ὠθίζεσθαι. Vide *l.* 11. § 3. Senec. *de ira l.* 3. *c.* 3. *Hic barbaris fortè ruentibus in bella exitus eſt. aguntur, qà dolor traxit, incompoſiti, interriti, incauti, pericula appetentes ſua: gaudent feriri, & inſtare ferro, & tela corpore urgere, & per ſuum vulnus exire.*

Μηδὲ ὑπερφάνως] hoc eſt, qod Senec. *ep.* 70. *Qid eſt ſtultius qàm faſtidioſè mori?* Aliud eſt enim qod Tertullianus *ad nation. l.* 1. *c.* 19. *faſtidium mortis, eſt ſpes reſurrectionis.* Siqidem huic *faſtidium mortis*, non navſeatio ad mortem, ſed mortis cum faſtu qodam, ſed pio illo, deſpectus. Vide *l.* 3. § 7

Περιμένειν] Vide *ad l.* 5. § 10.

Πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστὸς] Senec. *ep.* 102. *Qemadmodum novem menſibus nos tenet maternus uterus, & præparat non ſibi, ſed illi loco, in qem videmur emitti. jam idonei ſpiritum trahere, & in aperto durare: Sic per hoc ſpatium, qod ab infantia patet in ſenectutem, in alium naturæ ſumimur partum: alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus.* vide ulteriùs *ad l.* 4. § 21.

Τῷ ἐλύτρῳ τότε ἐκπατεῖται] ἔλυτρα dicuntur *folliculi* illi, qibus semina continentur & involvuntur nonnulla, nec omnia tamen: sunt enim & γυμνόσπερμα. Theophrast. *hist.* l. 1. c. 18. & Plin. l. 19. c. 7. qod Basil. hexaem. *orat.* 5. Τινὰ μὲν γυμνὰ, τινὰ δ' ἐν ἐλύτροις κεκαλυμμένα. Plinio *tuniculæ*, Varroni l. 1. c. 3. *vaginæ*, dicuntur. Hesych. ἔλυτρον, δέρμα, δηκη, λέπυρον, ἐπίλημμα, κάλυμμα, σκέπασμα. de seminibus usurpat etiam Dioscorides, *l.* 2. c. 111. & *l.* 4. c. 167. his autem dehiscentibus semina jam matura prorsus, ipsa sponte suâ decidunt. Unde illud Plinii *l.* 18. *c.* 30. *Oraculum verò, biduo celeriùs messem potiùs facere, quàm biduo seriùs.* Et de leguminibus Theophrast. *l.* 8. c. 10. Θερίζουσι δ' ὑγρότερα τὰ χέδροπα, ὅταν τὸ μᾶλλον καὶ ῥᾷον συλλέξαι· ταχὺ γὰρ καταῤῥεῖ. Ἐλύτρῳ, sive *integumento*, & *involucro* istiusmodi corpus humanum confert Marcus noster, qòd eô anima qasi involvatur, tempúsque nos præstolari monet, qo tanqam semen maturum jam, ea folliculo isti excidat. Eodémque in eundem sensum vocabulo usus est Admetus poëta qidam ignobilis, in versiculo isto, qem cippo suo inscribendum destinaverat; (τὸς

Ταῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον· ζῶν δ' εἰς θεὸν αὖ-

Refert Lucianus in *vita Demonactis*. Arnobius pariter corpus, nunc *folliculum*, nunc *pelliculam*, nuncupat. *lib.* 2. extremo. *nec in caruncula hujus folliculo constitutis, opis aliqid sponsum est.* & mox: *Non vitam cripitis nobis, sed pelliculis revelatis & cutibus nos.* Itaqe qod vir spiritûs ingentis Basilius Valenti mortem minitanti referente Sozom. *histor. eccles.* l. 6. c. 16. Μείζω δώσειν χάειν, ὡς (ὃς leg.) ἐν τάχει σὺν δορυφόροις τὸ σῶμα τὸ σὸν ἀπαλλάξειν. id Gildas noster in *epist. suorum increpatoria* sic reddidit; *qi maturiùs Basilium de nodo. folii hujus solveret.* Qin & Tertullian. in *apolog. c.* 50. *Anaxarchi follem* dixit, qod Græci, δύλακον alii, alii ἀσκόν. vide *ad l.* 3. § 5, 7. & *l.* 8. § 37. & *l.* 10. § 36. Qanqam & corpus animæ ἔλυτρον dici potest, qatenus *theca* sive *vagina* generaliùs sumptæ significationem habet. vide Plutarchum *symposi.* l. 4. c. 2. *infr. ad* § 9. ἐμέθη. siqidem in lingva Aramæa corpus etiam נְדָנָה dicitur Daniel *c.* 7. *v.* 15. qæ vox *vaginam* significat; *annal. sacr.* l. 1. c. 21. *v.* 27. atqe ità Tertull. *de resurr. c.* 9. corpus humanum, *afflatûs divini vaginam* nuncupat. Plinius *l.* 7. *c.* 52. de Hermotimo Clazomenio: *cremato corpore inimici remeanti animæ qasi vaginam ademerunt.* Verúmqe hîc qod Theodoret. *therapeut.* l. 9. ὡς τὰ πολλὰ σὺν ἄγαν τιμιωτάτων ἐλύτροις ἐυτυλίσσι καλύπτεται. Nec aliter ferè Senec. *epist.* 92. *Qis unqam vestimenta æstimavit arcula? Nec bonum, nec malum vagina gladium facit. de corpore idem existima me dicere.* Prout avtem corpus ἔλυτρον Marcus ità κέλυφος Epictetus dixit: *l.* 1. *c.* 20. τὸ κοχλίου ἀγαθὸν, ὐκ εἰκὸς, εἰ ἐν τῷ κελύφει τὸ ἦν τῷ ἀνθρώπῳ, εἰκός; & *c.* 23. de Epicuro, ἐν τῷ κελύφει θεὶς τὸ ἀγαθὸν ἤμβλυ. Ità ridet Anacharsis Æsopum in Plutarchi *symposio.* ὡς κοχλίου ἠγημάμενον τὸ κέλυφος, ἀλλὰ μὴ τὸ ζῷον. qanqam potuit & Marcus respexisse ἔλυτρα, sive *velamenta*, *involucra* illa, & *impedimenta*, uti Tertullianus appellat, *de carn. Christ. c.* 4. qibus infans, & dum in utero consistit, involvitur, & qibus exutus atqe evolutus excidit qodammodo, cùm in lucem hanc prodit. *Sapientiæ Solomonis* Avtor, de se matris utero edito. *c.* 7. *v.* 1. κἀγὼ πνοὴ γλυκεῖα κατέπεσον.

Εἰ δὲ μὴ ἰδιωτικὸν παράπτωμα ἀψικόρδιον θέλεις] Citat ista bis Svidas, in παράπτωμα, & in ἀψικόρδιον, & avctiora qàm codices nostri exhibent, utrobiqe illic adjectis his, περὶ τὸν Σιναΐτην εἶπε. istìc hi ce, ἐρώτει ἐν τάχει τῆς καρδίας ἀπλόμωρ. qæ tamen postrema forsan Svidæ ipsius fuerint, τὸ ἀψικόρδιον exponentis. Idem παράπτωμα interpretatur κανόνα *canonem*, *regulam*, addítqe esse & εἴδός τι ἀγγάρου ἀστρονομικοῦ. qo modo usurpavit Vitruvius. *l.* 9. *c.* 7. de qo videri poterit Turneb. *adverss. l.* 11. *c.* 3. hoc loco, *documentum* Xyl. reddidit. *remedium* Casavb. atqe ità Marcus ipse *l.* 4. § 44. βοήθημα. qanqam vim vocabuli si respicias, *machinamentum* potiùs, sive *adminiculum*, dixeris. nam qod priore Svidæ loco παράπτωμα legitur; & Portus *dementiæ facinus* vertit, παράφρημα est χαρακτὴρ ex posteriore corrigendum. ἰδιωτικὸν qod dicit vide *ad l.* 4. § 44. Οὐκέτ' ἔστι ἡ ἐμπνευμονία] deest substantivum. ἡ ψυχὴ forsan. Nam qòd Annot. Lugd. articulum ἡ delet, ut ad ἐπίστασις participium referatur, minùs placet.

Οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων] Menander *Philadelph.* Stobæo referente *tom.* 2 *tit.* 122.

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν εἰ μεθ' ὧν κείνοις τις ἄν
Τοῦτ' ἔχοι τὸ ζῆν· ἡδὺ δ' ἀποθνήσκειν, ὅταν
Ζῆν μὴ πάρεδ', ὡς βέλεται ——
Quàm dulce vita est, si qibuscum discupis
Transigere ætatem detur: at dulce est mori,
Cui vivere non est ex animi sententia.

Et Apollodor. *Adelph.*

Ἀπραγμόνως ζῆν ἡδὺ μαχάρι & βίε
Καὶ σεμνὸς, ἂν ᾖ μεθ' ἑτέρων ἀπραγμόνων.
Ἐν θνητοῖς δ' ἀνθρώποις ὄντα δεῖ
Εἶναι πίθηκον· ὦ ταλαίπωρε βίε.
Vita otiosa plena beatitudinis,
Si cùm otiosis aliis vitam transigas.
Cum simiis ferisqe agentem simian
Fieri necesse est. ô vitam erumnabilem. Grot.

vide *l.* 4. § 50. & *l.* 5. § 36. & *l.* 10. § 36.

Τὰ τ' αὐτὰ δόγματα] forsan τὰ αὐτὰ δ. *eadem dogmata colentes, eadem sentientes.* qod suprà ὁμοδόγμα-

δογματάριας dixit. atqe ità interpres uterqe accepit.

Μή πω καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἑμαυτοῦ] Nè dum inter tot ingeniorum atqe institutorum dissidia versor, ipse proprii, meiqe etiam ipsius qodammodo oblitus, ab eodem deficiam & desciscam tandem. Vide *ad l.* 6. § 29. Est avtem proverbialis formula ista, de iis qi à nativa indole degenerant. qâ & Seneca usus est *de clem. l.* 1. *c.* 1. *Nec enim periculum est, nè te subita tui capiat oblivio.* Cicer. *ad famil. l.* 9. *ep.* 12. *Gratulor Baiis nostris: siqidem, ut scribis, salubres repentè factæ sunt: Nisi fortè te amant, & tibi assentantur; & tam diu, dum tu ades, sunt oblitæ sui.* Menander *gubernatoribus*, à Prisciano *l.* 28. lavdatus.

Ἐπιλάθετ' αὐτὸν, ὅστις ἦν.
Oblitus est se ipse qi fuit.

De viro probo pióqe, sive Enocho, ut pluribus placet, Avtor *sapientiæ Solomonis c.* 4. *v.* 10. Ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη· ἁρπάγη, μὴ κακία ἀλλάξῃ σύστασιν αὐτοῦ, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ. βασανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. Alluserit fortean hìc Marcus ad historiam Messalæ Corvini oratoris, qem *nominis* etiam *sui oblitum* ferunt. Plin. *hist. nat. l.* 7. *c.* 24.

§ 4. Ἑαυτὸν ἁμαρτάνει] Ità Augustinus *post collat. cum Donat. c.* 6. de verbis Apostoli *ad Cor. ep.* 1. *c.* 11. *v.* 29. agens. *Judicium manducat & bibit sibi ipsi, non alteri.* vide *l.* 5. § 25, 35.

Ἑαυτὸν κακοῖ] vide *l.* 2. § 1. & *l.* 8. §. 55. Epictet. *l.* 4. *c.* 5. Μεγάλη βλάβη τῆς ἀδικίας, αὕτη ἡ ἀδικία. Dio Prus. *orat.* 74. ὑπὸ κακίας ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ βλαβερός. & *orat.* 75. Τὸν νόμον ὑπὲρ ἧς οἷός τ' ἦν ἀδικοῦσι. τῷ γὰρ παραβαίνοντι τὸν νόμον ἕκαστος, ὡς ἔοικεν, ἀλλ' ἑαυτὸν βλάπτει. Clem. Alex. *paed. l.* 2. *c.* 10. Πᾶς ὁ ἁμαρτάνων, κακῶς ἀδικεῖ, οὐχ ὅτῳ τὸν πέλας βλάπτει, ἀλλ' ἑαυτόν· ὅτι πάντως ἑαυτὸν χείρονα ἀποφαίνει ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, παρ' ὃν ἁμαρτάνει, χείρων καὶ αὐτὸς αὑτοῦ· vide de novissimo hoc Epicteti *dissertationem* insignem apud Arrianum, *l.* 2. *c.* 18. Festivè Simocat. *epist.* 40. Ἀδικοῦται μὲν ὑπὸ ἀδικοῦσι ἡ πάντες, αὐτομάτως ἔχοντες ἑαυτὸν ἀδικῶν· ἀρετῆς γὰρ καὶ κακίας ἑαυτῶν αὐτοκράτορες· οὐκοῦν ἀδικοῦσιν, οὐκ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι. καὶ τὸν Ὁμηρικὸν παιδιόμενος Κύκλωπα· ἀδίκει γὰρ βλάπτειν, ἀδικεῖσθαι δ' οὔφασκε· καὶ ἐν τῷ παιδὸς ὑπόφασις, ἡ τῆς ἀληθείας κατάφασις. Chrysippus in *demonstrat. de justit.* ἀδικεῖσθαι φησιν ὑφ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ αὐτὸν ἀδικεῖν, ὅταν ἄλλον ἀδικοῖ, ἡνίκα γὰρ ἑαυτῷ τῷ παρανομεῖν ἄπιστος, ἀπιστότατα παρ' ἀξίαν ἑαυτόν. qi tamen idem in hoc repugnans sibi, in libris *adversus Platonem* scriptis, ἀτόπως φησὶ λέγειν τὸ ἀδικεῖν ἑαυτόν· εἶ γὰρ ἕτερόν ἐστιν, ὃ πρὸς ἑαυτὸν ἡ ἀδικία. Plut. *de Stoic. contradict. cap.* 12. vide Aristot. *ethic. lib.* 5. *c.* 11.

§ 5. Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι] Robert. Capito Lincoln. Episc. *Pontificum Romanorum malleus* nuncupatus, *epist.* 48. *Æqè iniqitas est non punire nocentes, ac punire innocentes.* Et Bern. *ad Eugen. de consider. lib.* 2. *Non eris innocens, si aut punias eum, cui parcendum esset, aut parcas ei, qi fuerat puniendus.* Georg. Godvin. in *epitaph. D. Jacob. Mauritii,*

Nec faciendo nocens, nec patiendo fui.

In mente forsan habuit illud Publ. Syri;

Bonis nocet, qisqis pepercerit malis.

Qem & Avson. imitatus in *sap. lud.* sub Cleobuli persona dixit; *Parcit qisqe bonis, perdere vult malos.* Cato apud Salust. in *Catilin. Dum pauci sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eunt.* Et hisce omnibus prior longè Pythagoras, referente *tom.* 2. *tit.* 46. Stobæo: Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς, βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς. Agapet. παραινέσ. § 28. Ἴσον τῷ πλημμελεῖν, τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας λογίζου. καὶ γάρ τις πλουτοῦντας μὴ ἐλεήσας, ἀνόσιος ἦν· ἡ δὲ βίαιον ἀδικίαν, σωφρονεῖν ἐκ κακῶν παρὰ θεῷ κρίνεται. Hoc est qod Cato Censor. referente Plut. in *apophth.* τοὺ δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύσωσι, κατακελεύειν. id est, ut Senec. *Troad.* 2. 2.

Qi non vetat peccare, cùm possit, jubet.

Vel ut τὸ κωλύειν illud distertiùs exprimatur,

Peccare qi non prohibet, cùm possit, jubet.

Narrat Plut. in Lycurgo, Archelaum Spartanum, cuidam regni sibi consortem Charilaum tanqam virum apprimè bonum probúmqe collavdanti, regessisse; Πῶς δ' [οὐκ] ἂν εἴη Χαρίλαος ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὃς οὐδὲ πονηροῖς χαλεπὸς ὤφθη. *Qi verò potest esse vir bonus Charilaus, qi nè malis qidem durus & asper est?* Expungendam enim esse negativam priorem, qòd Erasmus in *apophth.* monet, avt ὑ loco saltem ἓν (qod non disconvenit) substituendum, clarè docet non uno loco Plutarchus ipse. qi in *apophth.* ubi Archidamidæ dictum hoc tribuitur, & Charilas alter dicitur, eo nomine prædicatus, ὡς πρὸς ἁπαντας ὁμοίως πρᾷος, sic extulit; Καὶ πῶς τις δικαίως ἂν ἀπαντῷτο, οὐ καὶ πρὸς τοὺ πονηροὺς πρᾷος ἦν; Idémqe in *lib. de amic. & adulat.* de Charillo Laconem dixisse; Πῶς χρηστὸς, ὃς οὐδὲ τοῖς πονηροῖς πικρός; Eodémqe prorsus modo in *frag. de invid. & odio*, nisi qòd pro Lacone τὸν σωφρονίσαι, pro πικρὸς, ut suprà, χαλεπὸς posuit. Qod avtem ἀεὶ τὸ ἀδικεῖν Marcus, idem ἀεὶ τῷ δοκεῖν, Andocides de *myster.* Νομίσατε τίνυσιν δοκῆμα εἶναι ἔλαττον εἶ), τοὺ μὲν ἠδικηκότας ἀσεβεῖν καταγνῶναι, ἢ τοὺ ἠσεβηκότας μὴ τιμωρεῖσθαι. Doctores Hebræi הַחֶמְלָה עַל־הָרְשָׁעִים הִיא אַכְזְרִיוּת *Improbis parcere crudelitas est.*

§ 6. Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα] vide *l.* 6. § 2, 32. & *l.* 8. § 7, 26, 32, 36. Huc concluſio illa apud Lucianum *diſſertationis Menippi cum Chirone* de vitæ tædio. τί ἐν ἂν πίθοι τις; Ὅσῳ δίμαι, καὶ φασι, σωστὸν ὄντα, ἀρίσκειν καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῆς ἀφόρητον οἴεσθαι. Sed & Epicteti illud *l.* 4. *c.* 5. τούτων μεμνημένος, χαίρε τοῖς παροῦσι, καὶ ἀγάπα ταῦτα, ὧν χωρεῖς δύο. de ſe Æſchines. *epiſt.* 5. ἐφαρμόττω τὰ παρόντα.

Ἐναρξικὴ περὶς πᾶν τὸ παρὸ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον] leg. vel περὶς πᾶν τὸ παρὸν, vel τὸ παρὸ τῆς, expunctis particulis illis τὸ ἐκ. illud prætulerim. Xyl. & Caſ. qid legi voluerint, incertum eſt. Verba ipſa certè nevter expreſſit. expreſſit Lugd. vertendo; *ut boni conſulat omnia quæ accidunt, præter id quod eſt à cauſſa profectum.* qæ verba qid ſibi velint, ipſe viderit: Ego nullus aſſeqor. ὅδ' ἐν χὸ ἀναίτιος πίφυκα ἡμῖν ὢν ut Plut. *de Iſid. & Oſir.* καὶ τὸ ἀναίτιον ὅλως ἀνύπαρκτον. Idem *de Stoic. contradict. c.* 20.

§ 7. Ἐξηλεῖται φαντασίαν] vide *l.* 7. § 29. Iſta ſuperioribus attexit Xyl. pro privo moniko habet M. Caſavb. & hoc, opinor, potius fuerit.

§ 8. Μία ψυχὴ] Vide *ad lib.* 4. § 4, 29, 46.

Ἑνὶ φαντὶ ὁρᾶσθαι] Vide *lib.* 12. § 30. Τὸν ἥλιον ὁρᾷ πάντων τὸν αὐτόν. Tatian. *adv. Græc.*

Ἕνα αἰεὶ ἀναπνέοντα] Vide *lib.* 8. § 54. Gregor. Naz. *orat.* 16. de opulentis pavperes averſantibus; ὅτι καὶ τὸν αὐτὸν ἀσωμεν ἀεὶ, μικρὰ δὲ διαφαίνοντες. Apud Philemonem, Comic. faſtuoſum aliqem neſcio qis ſic compellat,

Σὺ γὰρ τίς ἐσσὶ; εἰπέ μοι παρρησίᾳ.
Σὺ λαμβάνεις ἐν ἀνθρώποισιν, ὦν ἀνθρωπος ὤν;
Τὸ δ' ὅλον πλειπατεῖς; ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
Ἕτερος συμπλέκεις, εἰπέ μοι, τοιοῦτος ὤν;

i. e. vertente, qi & affectis medelam adhibuit, Grotio.

Effare nobis liberè, qem te putas?
Logerisne hominibus ipſe non homo, ſed tenens
Orbem ſub pedibus? an communi veſceris
Aurâ nobiscum, qi te tam magni facis?

qæ cur Stob. *c.* 6. ſub Ἀκολασίας *titulo* collocarit, non video. De ſe Solomon rex in *Sapient. c.* 7. *v.* 3. Καὶ ἐγὼ ἠλούμην ἅπασιν τὸν κοινὸν ἀέρα. Menander apud Plutarch. *ad Apollon.*

——ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς νόμοις
Ἐφ' ὁμοίᾳ ἡμεῖς, ἅπασας τὸν ἀέρα
Τὸν κοινόν.—— —— *lege tu*
Communem eâdem nobiſcum aërem trahis.

§ 9. Πρὸς τὸ ὁμοιοῦσθαι σπεύδει] Macrob. *Saturnal. lib.* 7. *c.* 5. *Singula autem ſimilitudinem ſui rapere teſtis eſt Empedocles, qi ait;*

Ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε· πικρὸν δ' ὑπὸ πικρὸν ὄρουσε·
Ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔδη· θερμὸν δ' ἐπεχεύετο θερμῷ·

Qæ ſunt ex Plutar. *ſympoſ. lib.* 4. *c.* 1. mutuata, ubi corruptiora habentur. qòd autem ibi pro θερμὸν δαλὸν legitur, Leopard. *μωρὸν* reſcribi poſſe opinatur, *emend. lib.* 8. *cap.* 10. qod eſt ignis epitheton apud Homerum. *Il. φ'. v.* 316. & *v.* 375. Et Heſiod. *aſpid. v.* 18. Cicer. *de amic. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, qàm natura.* Inſignem in hanc mentem Democriti θρύλλημα exhibet nobis Sextus *adv. Logic. l.* 1. *c.* 2. Πάντα, inqit, παρὰ τοῖς φυσικοῖς κυλίεται δόξα περὶ τῶν τὰ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις εἶναι γνωρίζειν· ὁ γὰρ Δημόκριτος ὑπό τε τοῦ ἐμψύχου καὶ ἀψύχου ἴσησι τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ζῶα, φησὶν, ὁμοφύλοις ζώοις συναγελάζεται, οἷς τρίγλαι τρίγλαις, καὶ γέρανοι γεράνοις, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀλόγων ὡσαύτως καὶ ὑπὸ τῶν ἀψύχων. καθάπερ ὁρᾶν πάρεστιν ὑπό τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ὑπὸ τῶν παρὰ τοῖς κυματοπαῖς ψηφίδων· ὅτι μὲ γὰρ τὸν τῶν κοσκίνων δίνον διακρινῶς φασὶ μὲ φασὶν τάσσεσθαι, καὶ κριθὰς μὲ κριθῶν, καὶ πυροὶ μὲ πυρῶν· ὅτι δὲ τῷ τῆς κύματος κίνησιν αἱ μὴ ὑπὸ μήκεως ψηφίδες εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ὁμοίοις αὐτῶν αἱρεῖσθαι, αἱ δὲ τριφερεῖς τοῖς τριφερέσιν, οἷς ἂν σωματῶδές τι ἐχούσης τῆς περιλήμματος τῆς ἐν τούτοις ὁμοιότητος. Qibus adjicias licet Hippocratis illud ex *lib. de natura pueri*: Ἐπὶ ὀλίοις αὐλίσκον περιδῦσαι τὴν κύστιν, καὶ δὲ τοῦ αὐλίσκου ἐμβυσῆσαι ἐς τὴν κύστιν γλοῦ τι καὶ ψάμμου καὶ μολίβδου κόνιματα λεπτά, καὶ ὕδωρ ὑπιέναι, φυσᾶν διὰ τοῦ αὐλίσκου, πρῶτον μὲν ἐκεῖνα ἀναμεμίξεται τῷ ὕδατι· ἔπειτα δὲ, χρόνῳ φυσούμενα ἐλάσσεται, τὰ μόλιβδος ὡς τὸν μόλιβδον, καὶ ἡ ψάμμος ὡς τὴν ψάμμον, καὶ ἡ γῆ ὡς τὴν γῆν· καὶ ἓν τι αὐτὰ ἀναδῆναι ἐόντα καὶ ἀπερρήξας τὴν κύστιν ἐνέφηνεν αὐτῆς τὸ ὅμοιον ἐς τὸ ὅμοιον ἑλκυσθός. οὕτω δὴ καὶ ἡ γονὴ καὶ ἡ σὰρξ διαφθείρεται, καὶ ἄρχεται ἕκαστον ἐν αὐτῷ τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον·

Τὸ γεῶδες πᾶν] Huic ex parte contradicere videtur Philoſophus *de cælo l.* 4. *c.* 3. τὸ δ' εἰς τὸν αὐτὸν τόπον φέρεσθαι ἕκαστον, τὸ εἰς τὸ αὐτὸ εἴδος δὲ φέρεσθαι καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἄν τις ὑπολάβοι, ὃ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι, ὅτι τὸ ὅμοιον φέρεται πρὸς τὸ ὅμοιον· τοῦτο γὰρ ἐ συμβαίνει πάντως· ἐ γὰρ ἐάν τις μεταθῇ τὴν γῆν, ἢ νῦν ἡ σελήνη, οὐδέπω ἔστω ἐπὶ μέσον ἕκαστον πρὸς αὐτὴν, ἀλλ' ὅταν ἄρ καὶ νῦν. Verùm conciliat ipſe verbis proximis. ὅπερ πέφυκεν ἄν τι φέρεσθαι μέσον, καὶ τὸ πᾶν. Eòdem & terræ moles integra, & particula ejuſdem qalibet, fertur.

Τὸ ὑγρὸν πᾶν σύῤῥεον] lego, ὑπὸ τὸν ῥέον. inqit Annot. Lugd. ſed nihil mutandum. nam & σύῤῥεον mox denuo habetur: qod & ipſe agnoſcit.

Τὸ ὀλίγῳ ξηρότερον εὐέξαπτον] Virgil. Æn. *lib.* 1.

Suſcepitqe ignem foliis, atqe arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitqe in fomite flammam.

Gregor.

Gregor. Naz. in *apolog.* Δύσληπτον μὲν τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· ὥσπερ καὶ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ· ἕτοιμοι δὲ θεὸς τῷ τῆς καθ' ἡσυχίαν μετουσίαν οἱ πολλοὶ καὶ ἐπιτήδειοι· καλάμῃ τις θεὸς ἀπινδῆσαι, δίομαι, καὶ ἄνεμον ἐξαπλοῦσθαι, καὶ παπαιωμένην διὰ ξηρότητα. Et Syneſ. *de providentia* 1. Ὅσῳ δὴ πάσχειν ἀνθρακες ὑπὸ δαδῶν ῥᾴδιον· μᾶλλον δὲ ἐξάπλουσι διὰ τὴν ὕδη θεὸς τὸ πῦρ ἐπιτηδειότητα. Contrà tamen de igne cœleſti Plut. *ſympoſ. l.* 4. *c.* 2. ξύλων αὖον ἁψαυὸς δεκτεῖ, τὰ δὲ χλοερὰ καίει· rationem ab ipſo petas, licet.

Σμήνη καὶ ἀγέλαι] Ariſtot. *biſt. animal. lib.* 1. *c.* 1. Τῶν ζώων τὰ μὲν ἔστιν ἀγελαῖα· τὰ δὲ μοναδικά· τὰ δ' ἐπαμφοτερίζει· καὶ τὰ μὲν πολιτικά, τὰ δὲ ἀποδικὰ ἔστιν. ἀγελαῖα μὲν, ὅσον ἐν τοῖς πλωτοῖς τὸ γένος πετεινῶν ἐστιν, καὶ χέρσου, καὶ κύκλου· καὶ τῶν πλωτῶν, πολλὰ γένη τῶν ἰχθύων· ὁ δ' ἄνθρωπος ἐπαμφοτερίζει· πολιτικὰ δ' ἐστὶν, ὧν ἓν τι καὶ κοινὸν γίνεται πάντων τὸ ἔργον. ὅπερ οὐ πάντα ποιεῖ τὰ ἀγελαῖα· ἔστι δὲ τοιοῦτον ἄνθρωπος, μέλιττα, σφὴξ, μύρμηξ, γέρανος. De apibus Plin. *lib.* 17. *c.* 5. *Illæ ad uſus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, conſilia privatim, ac duces gregatim.* Vide Plutarch. in *Lycurg.* de republ. Spartana *ad lib.* 1. § 16. κοινονομοσύνη.

Εὑρέθη] *Inventa, reperta ſunt*, id eſt, exiſtunt. & mox; ἐνελοχεύετο. *reperitur.* i. e. exiſtit. utì pavlò pòſt, ὑπάρχει. formula Hebræis admodum familiaris, qibus in ſacra pagina מָצָא *inveniri*, pro *eſſe*; & in ſcriptis Doctorum נִמְצָא τὸ ὄν, *ens. Hiſtor. Eſther. c.* 1. *v.* 5. *qi inventi ſunt.* id eſt, qi fuerunt, *Suſan. Annal. lib.* 2. *cap.* 19. *v.* 3. *bona in te inveniuntur.* id eſt, ſunt. Helleniſtæ pariter qi dicuntur, Lucas *Evang. c.* 17 *v.* 18. οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες. *Non inventi ſunt*, i. e. non extitêre, *qi reverterentur* & *Act. c.* 5. *v.* 39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. *ne Deo adverſemini.* Pavlus *ad Cor. epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 1. Ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. *ut fidelis ſit. ad Phil. c.* 2. *v.* 7. Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ubi γενόμενος & εὑρεθεὶς idem valent. *Ad Hebr. c.* 11. *v.* 5. ex Græcis interpretibus, de Henocho dicitur, Οὐχ ἐνελοχεύετο· qod Moſes *l.* 1. *c.* 5. *v.* 24. dixerat וְאֵינֶנּוּ *non erat.* Petrus *ep.* 1. *c.* 2. *v.* 22. Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. qod vates dixerat, Eſajæ *c.* 53. *v.* 9. *& in ore ejus dolus non extitit.* Eâdem formulâ uſus eſt & Joannes *Apoc. c.* 14. *v.* 5. qi & *c.* 16. *v.* 20. καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. *Monteſque non extiterunt.* & *c.* 18. *v.* 21. de Babylone myſtica, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. *Nec extabit amplius.* Ignat. *ad Roman.* exhibitus *ad l.* 4. § 16. Ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρὺς εὑρεθήσωμαι. *Nè cui poſt mortem moleſtus ſim.* & *ibid. ad l.* 10. § 3. exhibendus, Ἵνα καθαρὸς ὄρτος θεοῦ εὑρεθῶ. *ut purus Dei panis fiam.* Plut. *ſympoſ. lib.* 4. *c.* 2. καὶ λυχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένοις (leg. εἰσκειμένων) ἐλύτροις, τὸν μὲν ἄργυρον σωιζῆσαι ταχύτατα, τὸ δὲ ξύλον ἄθικτον, καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι· *intactum illæſúmque extitiſſe.* Clemens *ſtrom. lib.* 1. Ἀρκεῖ δὲ τῷ γνωσιμῷ, κἂν εἷς μόνος ἀκροατὴς εὑρεθῇ. *Si unum duntaxat auditorem habuerit.* Deniqe elogium illud, qod Ezechiæ regi tribuitur, *Regum hiſtor. l.* 2. *c.* 18. *v.* 5. & Joſiæ *ibid. c.* 23. *v.* 25. *Non fuit ſimilis illi in regibus qi præceſſerant.* Obſervat Nic. Liran. in *Hymnis Eccleſiaſticis*, ubi de ſanctis qibuſdam enunciatur, hâc formulâ exprimi, *Non eſt inventus ſimilis illi.* Qin & τὸ ἐξευρεθῆναι eodem ſenſu uſurpavit Marcus *infr.* § 35. pro *extitiſſe.*

Καὶ οἷς ἔρωτες] Ex Stoicorum ſententia, qi brutis animantibus affectus veros negabant, *qaſi affectus* neſcio qos concedebant. Senec. *de ira l.* 1. *c.* 3. *Muta animalia humanis affectibus carent; habent autem ſimiles illis qoſdam impulſus. Alioqi ſi amor in illis eſſet, & odium eſſet; ſi amicitia, & ſimultas; ſi diſſenſio & concordia; qorum aliqa in illis qoqe extant veſtigia. Cæterùm humanorum pectorum propria bona maláqe ſunt. Ibid. Dicendum eſt, ferás iræ carere, & omnia præter hominem. nuſqam ea naſcitur, niſi ubi rationi locus eſt. impetus habent feræ, rabiem, feritatem, incurſus; iram qidem non magìs qàm luxuriam. iraſci non magìs ſciunt, qàm ignoſcere.* Eandem Stoicorum ferè omnium ſententiam fuiſſe monet & Galenus *de dogm. Hip. & Plat. l.* 3. *c.* 3. qam & operis ejuſdem *libro primo*, qi maxima ex parte jam intercidit, refutâſſe ſe dicit. Cæterùm, hoc non tam reſellens, qàm ridens, Plutarchus in *collat. animal.* & ex Plut. Porphyrius *de abſtinent. l.* 3. Ex qo Plutarchi codices reficiendi & ſupplendi. Οἱ δὲ περὶ τούτων ἀδελτέρως λέγοντες, μήτε ἥδιδς, μήτε δυμοῦδς, μήτε φοβεῖδς, μήτε παρακολάζεδς, μήτε μνημονεύειν, ἀλλ' ὥσπερεὶ μνημονεύειν ἢ μέλιτταν, καὶ ὥσπερεὶ παρακολάζεδς ἢ χελιδόνα, καὶ ὥσπερεὶ δυμοῦδς ἢ λέοντα, καὶ ὥσπερεὶ φοβεῖδς ἢ ἔλαφον· ἓκ δὲδὰ τί χρήσονται, τοῖς λέγουσι, μηδὲ βλέπειν, μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ' ὥσπερεὶ βλέπειν, καὶ ὥσπερεὶ ἀκούειν. μηδὲ φωνεῖν ἀλλ' ὥσπερεὶ φωνεῖν· μηδὲ ὅλως ζῆν, ἀλλ' ὥσπερεὶ ζῆν. ταῦτα γὰρ ἐκείνων ἃ μᾶλλον δεῖ λεγόμενα καὶ παρὰ τῶν ἐναντίων.

Ἐν τῷ κρείττονι] *Apud præſtantiorem partem.* Xyl. qaſi diceretur, propenſionem ad ſocietatem apud animalia iſta in parte præſtantiore, h. e. anima, deprehendi. cùm hoc potiùs Marcus velit, in iſtis, utpote præſtantioribus, qia ſunt animata, propenſionem illam intenſiorem exiſtere. hoc eſt enim ἐπιτεινόμενον· qod ille omiſit.

Ἐπὶ

Ἐπὶ ὃ ἦλθ' λογικῶν ζώων πολιτείαν] Aristot. *polit. l. 1. c. 2.* φανερὸν, ὅτι φύσει ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον. καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ οὐ διὰ τύχην, ἢ τις φαῦλος ἐστὶν, ἢ κρείττων ἢ ἄνθρωπος· ὥσπερ καὶ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, καὶ πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον. Οὐδὲν γὰρ, ὡς φαμὲν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ. λόγον δὲ μόνον ἄνθρωπος ἔχει ἦλθ' ζώων. quod suprà Marcus. Πᾶν τὸ νοερᾶς μετέχοντος ἀνθρώπου, ἢ καὶ μᾶλλον. Juvenal. inter alia huc spectantia, *sat.* 15.

Sensum à cœlesti demissum traximus arce;
Cujus egent prona, & terram spectantia: mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantùm animas, nobis animum quæ postulat ut nos
Affectus petere auxilium, & præstare juberet,
Diversos trahere in populum. —— &c.

Cicer. *de amicit.* Quòd si hoc apparet in bestiis, volucribus, natantibus, agrestibus, cicuribus, feris, ut requirant atque appetant, ad quas se applicent, ejusdem generis animantes, idque faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani; quantò id magis in homine fit naturâ? quocirca à natura, quæ solitarium nihil amat, mihi videtur potius, quàm ab imbecillitate aut indigentia orta amicitia. quæ enim potest esse sine hac vita vitalis, ut ait Ennius? Quod Evripid. *Orest.* ——Τί χρὴ ζῆν ἀπαιδίας ἄτερ; ἐπὶ γὰρ ἦλθ' ἀνθρώπων οἰκτρὸν τὸ ζῆν ἀρθενίας τῆς κοινωνίας. Porphyr. *de abstin. animal. l. 3.* siquidem, ut Senec. *ep. 6. Nullius boni sine socio jucunda possessio est.* & Cicer. *ibid. Societate sublatâ, omnis est è vita sublata jucunditas. aufert enim fructus voluptatum omnium solitudo. Nec sine societate ulli potest esse jucunditas.* Idem *pro Planc.* Proinde Aristot. *Eudem. l. 7. c. 1.* Δεινότατον ἡ ἐρημία. Ἀνὰ γὰρ φίλων ὑδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ ἅπαντα. Idem *ethic. Nicom. l. 8. c. 1. Nec in cœlo etiam jucundè satìs sine socio aliquo acturum se* dicere solebat, Archytas Tarentinus, referente Cicerone. Porrò, *quemadmodum solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis,* Senec. *epist. 9.* Avgust. *de bon. conjug. c. 1. Sociale quiddam est humana natura. Nihilque est homini amicum sine homine amico.* Idem *epist. 121. c. 2.* Vide *l. 5.* § 16.

Ἐπὶ ἦλθ' ἄγριον] vide *l. 6.* § 43. & *l. 11.* § 27.

Καὶ ἐκδεσμικότων τρόπον τινὰ] *etiam ex diversis modis.* Xyl. quasi disjunctim legerit, ἐκ δεσμικότων, quod Lugd. ἐκδεσμικότων conjunctim legit. Et hoc malim. ut τὸ ἐκ vel redundet, ut in ἐκχανὼν, ἐκχανεῖν· atque ità Marcus mox, ἐκ δεσμῶν. quomodo & *l. 7.* § 13. vel intendat, ut in ἐκμαίνεσθαι, ἐκπαθαίνεσθαι, quod Clemens usurpavit *strom. l. 2.* atque ità Calavb. cepit, qi, *naturâ longè à se invicem distantia,* vertit. Ego simpliciter, *loco dissita,* sive *distantia,* dixerim. Hesych. Διάδεσις, διαχωρίσεις. Διεσπασμένοι, διεχωρισμένοι, ἐμάχοντο πρὸς. Certè quæ nostrer istîc ἐκδεσμικότα, eadem Sextus Empir. *adv. Physic. l. 1. c. 2.* nunc διεστῶτα vocat, nunc ἐκκεχωρισμένα. Unde τὸ ἐκχωρίζειν verbi exemplum sumere poterat Lexicographorum princeps ille. Ex quo *ad l. 7.* § 13. aliisque ibidem laudatis, lux loco isti luculentissima dabitur. Astra autem quæ hìc διεστῶτα, eadem *l. 6.* § 43. διάφορα dicuntur. Verùm ibi forsitan affectionum effectuúmque differentiam; hìc sitûs locíq; distantiam designatam volebat. Hoc certè utrobiq; voluit. *exercitum* illum, (prout nuncupat sacra pagina) sive *instructuram* cœlestem, licèt astris consistet innumeris, eisdémque loco dissitis, affectione disparatis, ad munus tamen suum obeundum pulcrè ac concorditer conspirare. ut in eis verè censeri possit, de qibus Senec. *epist.* 102. *Quædam ex distantibus constant, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, jure aut officio cohærent, naturâ diducti & singuli sunt.*

Μόνα τὰ νοερὰ νῦν ἐπιλέλοιπε τῆς φρενὸς ἄλληλα στυγεῖν] Lacrymarum non imbre sed fonte uberrimo & perennante, deplorari dignissima querimonia de naturæ humanæ pravitate insignissima, ab institutione primæva solitariè degenerantis. Homo, inqit, solus, ex omnibus creaturis originis officiíque oblitus est sui. Joan. Chrysost. *in Genes. orat.* 12. ubi docuisset creaturas cæteras creatori suo debitum obsequium jugiter præstare. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, inqit, τὸ ἥμερον ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιεικὲς, τὰ ἐναντία τῇ οἰκείᾳ φύσει διαπεφύτευται, καὶ δεῦρο πέφυκεν εἰς πάθη θηρίων * ἀμότητα [* ἀμότητα, f.] ἑαυτὸν ἐξάγειν. Idem deplorat Basil. Cæsar. *in Psal. 49. v. 12.* & *in Esai c. 2. v. 9.* Verùm hoc ipso in genere, de qo Marcus istîc, hominem plus feris ipsis naturæ legem transgredi, monet Juvenal. *sat.* 15.

Scd jam serpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. Quando leonis
Fortior eripuit vitam leo? qo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.
Ast homini ferrum lethale incude nefandâ
Produxisse parum est. &c.—

Objurgat Seneca *epist. 95. Non pudet homines mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendáque liberis tradere, cùm inter se etiam mutis ac feris pax sit?* & *epist. 103. Nunquam illos ad nocendum nisi necessitas impegit: aut fame, aut timore coguntur ad pugnam: Homini perdere hominem libet.*

Ἀλλ' ὅμως καί τι φθόγγου ἐκπαλαιόν] Hoc est quod Cicer. *de amicit. Quicquam figis ea asperitate est, & immanitate naturæ, ut congressus*

gressus & societatem hominum fugiat atque odcrit, qalem fuisse Athenis Timonem nescio qem accepimus, tamen is pati non possit, ut non acqirat aliqem, apud qem evomat virus acerbitatis suæ. Sed ingnissimè Epictet. *l.* 2. *c.* 20. adversus Epicureos agens, qi dogmatibus suis societatem tollebant, cùm ad proprium commodum cuncta referrent. Ὡς ἰσχυρόν τι ᾖ ἀνίκητόν ὄζιν ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη; πῶς γὰρ δ' ἰώσατο ἄμπελον μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι, ἀλλ' ἐλαικῶς; ἢ ἐλαίαν πάλιν μὴ ἐλαικῶς, ἀλλ' ἀμπελικῶς; ἀμήχανον, ἀδιανόητον. ἢ πίτυν δ' ἄνθρωπον ὁτιοῦν τε παντελῶς ἀπλᾶσαι τὰς κινήσεις τὰς ἀνθρωπικάς. ᾗ οἱ ἀποκοπτόμενοι, τὰς γε φιλοτιμίας τὰς περὶ ἀνδρῶν ἀποκόψαντες ἢ δυνάμενοι; ἴτω ᾗ Ἐπίκτητος, τὰ μὲν ἀνθρώπου πάντ' ἀπεκόψατο, ᾗ τὰ οἰκοδεσπότου, ᾗ πολίτου, ᾗ φίλου· τὰς δὲ φιλοτιμίας τὰς ἀνθρωπικὰς οὐκ ἀπεκόψατο. ἢ γὰρ ἐδύνατο, ἢ μᾶλλον ἢ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ τὰς αὐθαιρέτους τὰς αὐτῷ ἀποβαλεῖν ἢ ἀπτοήτους ποιῆσαι, καὶ τι τοῦτο μάλιστα πάντων ἐπιποθοῦντες. Cæterùm & Stoicis idem dici poterit, qi affectus humanos à natura inditos, exuere & extirpare incassum conati & connixi sunt. Huc facit Varronis illud, *longè fugit, qi suos fugit.* de qo videndi Avs. Popma. & Turneb. *advers. l.* 15. *c.* 5.

§ 10. Φέρει καρπόν] vide *l.* 8. § 19. Nihil est in rerum natura otiosum, infructuosum nihil. Vide *Eccles. c.* 11. *v.* 1, 2, 3. *ad Philip. c.* 2. *v.* 11. *Galat. c.* 5. *v.* 22. *Matth. c.* 7. *v.* 15, 20. & *c.* 12. *v.* 33, 35.

Ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἔφυσα] qod Psaltes *Psal.* 1. *v.* 3. בעתו *in tempore suo.* Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Indè illud Marci *c.* 11. *v.* 13. εὗρεν εἰ μὴ φύλλα· ἢ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. de qo loco, qò difficultate se qâdam expediat, D. Leifeldus noster, ὁ μαχαίτης ità argutatur, ut ὀλιγόων καιρὸν fuisse ajat, σύκων peculiariter sic dictorum neger. Verùm nè sic qidem exolvi nodus videtur, qem more solenni dissimulant prorsus interpretes. V. Cl. Hejnsius, spiritu duntaxat accentúqe (cæteroqi nè literulâ qidem immutatâ) adjectis, notulisqe eorundem indicibus appictis, sensum commodum satis ac contextui reliqo congruentem elicuit, ut legeretur, ἢ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων. *Ubi enim erat, tempus erat ficuum.* vel *tempestivæ & maturæ erant ficus.* qod ipse eruditis expendendum censendúmqe dimitto.

Εἰ δὲ ἡ σωμάτεια κυκλοῖ τέτροφεν] Ità Basil. sed Lugd. meliùs τέτριπται, *trivit.* Sic Cicer. *de fin. l.* 3. *Rerum nomina novarum, qæ nunc consuetudo diuturna trivit.* Xyl. avtem ista non cepisse nil mirum; cùm scripturam veram non animadverterit.

Ὁ λόγος ᾗ κοινὸν ᾗ ἴδιον καρπὸν φέρει] qia nimirum τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρπᾶται. *l.* 12. § 1.

§ 11. Εἰ μὴ δύνασαι, σαλάδιδασκε] Vide *l.* 5. § 28. & *l.* 8. § 59.

Περὶ τοῦτο ἡ εὐμάθεια] Ità *infrà* § 42. ἀνδριάμαχον ἡ πρᾶότης.

Καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς πιστοῖς] Vide *l.* 7. § 70. Eodem utitur argumento apud principem Poetarum Phœnix Achillem alloquendo, *Iliad. l.* v. 492.

(χεὶ
Ἀλλ', Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν· οὐδέ τοι ἐστὶ
Νηλεὲς ἦτορ ἔχειν, σπερχνοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε, βίη τε.

Οὗτοι εἰσὶ χρηστοὶ] τοῦτο τὸ θεοῦ χρηστότητα istam prædicat Apostolus *ad Rom. c.* 2. *v.* 4. & *c.* 11. *v.* 22. & *ad Tit. c.* 3. *v.* 4. sed cumprimis *ad Rom. c.* 5. *v.* 6, 10.

Ἔξεστι δὲ καὶ σοὶ] qia nimirum περὶ τοῦτο ἡ εὐμάθειά σοι δίδοται. qod *suprà* dixerit. sic Matth. *c.* 5. *v. ult.*

Εἰ εἶπε, τίς ὁ κωλύων] lege ἢ εἶπε· qod & Cas. vidit.

§ 12. Πόνει] Lepida illa Cratetis *epistola* ordine 4. Ἐνθ' αἱρετὸν ὁ πόνος, πόνει· εἰτε φιλεῖν, πόνει, ἵνα μὴ πονῇς. δεῖ γὰρ τοῦ μὴ πονεῖν ἡ φεύγειν πόνος, τῷ δὲ ἐναντίῳ ᾗ διάκειται. forsan, τὸ δὲ ἐναντίον.

Μὴ ὡς ἄθλιος] siqidem πόνος ἧσσ' ἀδιαφόρων ὄζί. *l.* 3. § 4. neqe itaqe miserum facere potest. De Hercule Dio Prus. *orat.* 8. Πονεῖται μὲν ᾗ ἀγωνιζόμενον ἰδεῖν, ᾗ ἔφασαν αὐτὸν ἄνθρωπον ἀθλιώτατον· ᾗ διὰ τοῦτο ἄθλιος ἐνόμιζον τοὺς πόνους αὐτοῦ ᾗ τὰ ἔργα, ὡς τὸν ὀπίπονον βίον ἄθλιον ὄντα. Verùm istos objicienti Lyco apud Senecam in *Herc. furen.* 2. 2. respondet Megara;

Qemcunqe fortem videris, miserum neges.

vide *l.* 1. § 15. ὁ σκληρὸς κατεργασικὸν ἧσσ περισκιμβώνων.

Μηδὲ ὡς ἐλεεινὸς ἢ θαυμαζεσθαι δίδων] qod vitium in Diogene notavit Plato, qi cùm is frigidâ perfusus aliqando, aliqandiu consisteret, qò adstantium oculos ad se intuendum converteret, illi avtem hominis qasi frigore rigentis misereti præ se ferrent, εἰ βούλεσθε αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε, *si misereri hominis vultis, discedite,* inqiebat. ἐνδεικνύμενος φιλοδοξίαν αὐτῷ, inqit Laërt, *l.* 6. *vanitatem gloriolæqe cupidinem arguens in homine.* utpote qi nemine inspectante ipse sponte suâ se vexare desineret. Vide *l.* 1. § 7.

§ 13. Ἐξῆλθον πάσης φαντασίας] Vide *ad lib.* 1. § 12, & 15. φαντασίας avtem vocabulum, etiamsi laxiùs acceptum circumstantias qascunqe cassúsve emergentes citra discrimen comprehendat, utì observant Sext. Empiric. *Pyrrh. hypoth. l.* 1. *c.* 14. Hermogen. *art. rhet. l.* 3. *c.* 3. & Fabius *institut. l.* 3. *c.* 5. & *l.* 5. *c.* 10. atqe ità Democritus apud Athenæum *l.* 10. usurpavit, ubi de Alcæo dixit; κατ' πᾶσαν ὥραν, ᾗ πᾶσαν φαντασίαν, πίνων

πάντων ὁ παντὸς ἔτους ἐνείσηται· hoc est; vertente, qò Dalechampium corrigat, Cæsarbonos *Quicunque anni tempestate, & quocunque rerum suarum statu*, sive tristi, sive læto, *poëta hic potans reperitur.* & *ad Apollon. consol.* Plut. Ὥσπερ γὰρ ἐν φυτοῖς, οὕτω καὶ μᾶλλον πολυχαρπίαι γίνονται, ποτὲ μὲν ἀκαρπίαι, καὶ ἐν ζώοις πτερῶν μὲν πολυγονίαι, πτερῶν δὲ ἀγονίαι, καὶ ἐν θαλάττῃ, ἐυσίαι τε καὶ χειμῶνες· ἔτω καὶ ἐν βίῳ πολλαὶ καὶ ποικίλαι περιστάσεις γινόμεναι, πρὸς τὰς ἐναντίας περιάγουσι τοῦ ἀνθρώπου τύχας. Eâ tamen, qâ hic Marcus adhibuit, loqendi formulâ, in seqiorem partem sumitur; pro ejusmodi casibus qi molestiam nobis aliqam facessunt. qod & freqenter fieri Budæus monet. Ità Svidas. Ξυμφορὰν Θεοκρίνης τινὰ ὑπὸ περιστάσεων δυσχερῶν, καὶ οὐκ ἐξ οἰκείας ἀβελτερίας κακοπραγίαν. Et Phrynich. Περίστασις ἡ συμφορά. Stoicis familiare esse eo sensu adnotans. Maxim. Tyr. in *titulo dissert.* 35. Ὅτι ἔξεσι καὶ ἐν ταῖς περιστάσεσιν εὐτελεῖς. Huc generosa illa gnostici vox apud Clem. *strom. lib.* 4. Ὦ κύριε, δὸς περίστασιν, καὶ λάβε ἀπόδειξιν. qod latiùs pavlò extulit Epictet. apud Arrian. *dissert. lib.* 1. *c.* 6. Φέρε νῦν, ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ καὶ αἱ ἄλλαι θεοὶ πᾶσαι· ἔχω γὰρ παρασκευὴν ἐκ σοῦ μοι δεδομένην καὶ ἐφοδιάδα πρὸς τὸ κοσμῆσαι διὰ σοῦ ἐπιβαίνοντων ἐμαυτόν· & *ibid. c.* 24. cujus & *titulus*, Πῶς πρὸς περιστάσεις ἀγωνιστέον. Αἱ περιστάσεις εἰσὶν, αἱ τοὺ ἄνδρας δεικνύουσι· qod Naso *trist. l.* 4. *eleg.* 3.

Quæ latet, inqe bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguitúrqe malis.

Et Senec. *Herc. fur.* 2. 2.

Imperia dura tolle, qid virtus erit?

sed pergit Epictet. Λοιπὸν, ὅταν ἐμπέσῃ περίστασις, μέμνησο, ὅτι ὁ Θεὸς σε, ὡς ἀλείπτης, πραχεῖ νεανίσκῳ βέβληκεν· ἵνα τίς φοιτήσῃ ὀλυμπιονίκης γένῃ· δίχα δὲ ἱδρῶτος οὐ γίνεται. *Ibidémqe l.* 2 *c.* 6. Ἡμῖν δ' οὐδεὶς θέλει, οὐδὲ τὰ ἀνάγκης καλύσας ἐυλύτως ἀπαλλάσσει αὐτῆ· ἀλλὰ κλαίοντες καὶ στένοντες πάσχομεν, ἃ πάσχομεν, καὶ περιστάσεις αὐτὰ καλοῦμεν. ποίας περιστάσεις, ἄνθρωπε; εἰ περιστάσεις λέγεις τὰ περιεστῶτα, πάντα περιστάσεις εἰσὶν· εἰ δ' ὡς δύσκολα καλεῖς, πῖαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ ῥυόμενον φθαρῆναι; Clemens item *strom. l.* 7. Ταύτῃ οὐδέποτε, περιστάσεως ῥυομένης, τῆς ἰδίας ἕξεως ὁ γνωστικὸς ἐξίσταται. ἐμπόδιος γὰρ καὶ ἀμεταβλήτου ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ὑπεσημαντικὴ κίνησις. Plura adjici poterant: verùm ista sufficerint, & vocabuli rationem explicando, & usum apud Stoicos hoc sensu freqentem comprobando.

Ἐξέβαδον] Vide *l.* 5. § 2. & *l.* 8. § 40. & *l.* 12. § 22, 25.

Ἔξω γὰρ οὐκ ἦν] Vide *l.* 7. § 16. & *l.* 8. § 47. & *l.* 10. § 38.

§ 14. Πάντα ταῦτα] forsan potiùs πάντα τ' αὐτά· *omnia eadem sunt*, qæ priùs fuerant. vide *l.* 4. § 42, & *l.* 7. § 1.

Σωπήσῃ μὲν τῇ πείρᾳ] Vide *l.* 4. § 44.

Ἐφήμερα δὲ τῷ χρόνῳ] ità *l.* 4. § 35. Πᾶν ἐφήμερον. & § 44. τὰ ἀθρόπινα ὡς ἐφήμερα, id est, *diurna, non diuturna*; sive *brevis ævi.* ὀλιγοχρόνια. ut *l.* 7. § 1. ità enim τὸ ἐφήμερον usurpatur. Clem. *pædag. l.* 2. *c.* 8. Ἀντὶ δὲ μᾶλλον καὶ διελέγχεται τὸ ἐφήμερον αὐτῶν· ἄμφω γὰρ μαραίνεσθον, καὶ τὸ ἄνθος καὶ τὸ κάλλος. & Timæus *de anim.* Θνατά τε καὶ ἐφαμέρια ζῶα.

Ῥυπαρὰ] Vide *l.* 5. § 10. & *l.* 8. § 24.

§ 15. Τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἕστηκεν] Ità *lib.* 4. § 3. Ἔξω ἕστηκεν ἀπερειδόμενα. & *lib.* 5. § 19.

Τὸ ἡγεμονικὸν] Vide *l.* 4. § 39.

§ 16. Οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ] Vide *l.* 6. § 51. & *l.* 8. § 12.

§ 17. Τῷ ἀναῤῥιφθέντι λίθῳ] Idem de pila *l.* 8. § 20.

§ 18. Διέλθε ὅσα εἰς τὰ ἡγεμονικὰ αὐθις] Vide *l.* 4. § 38. & *l.* 7. § 34.

Τίνας κρατεῖς φοιτᾷ] Pythagor. apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 46. Ποίει ἃ κρίνεις ἐν καλὰ, καὶ πιθοῦ μάλλις ἀδόξῃ· φαῦλος γὰρ κριτὴς πάντες κληθέντες πράγματος, ὄχλος· δίκαιος οὖν ὢν τὴν ἐπαίνου καταφορὰν, καὶ τὴν ψόγου καταφρόνει. Cleanthes apud Clementem *stromat. l.* 5.

Μὴ προὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς εἶναι ἀληθὴς·
Μηδὲ φοβοῦ πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν.
Οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει σωφρονέειν κείνοις, ὅτε δικαίαν,
Οὔτε καλεῖ· ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.

qod is à Comico γνωμικώτερον εἰρῆσθαι conceptum asserit his verbis,

Ἀκριβὲς δὲ κρίνειν τὰ καθ' ἡμᾶς πολλῶν ψόφος.

ità enim qidam legi postulant, & cum Clementis scopo probè congruit. Cæterùm lectio recepta,

Ἀκριβὲς δὲ κρίνειν τὰ καθ' ἡμᾶς τῶν πολλῶν ψόφος,

aliud sonare videtur, côqe respicere, qod à Demosthene dictum est, ὡς τοὺ μὲν ὑποκριτὰς ἐν τῇς φωνῇς, τοὺ δὲ ῥήτορας ἐν τῇς γνώμης δεῖ κρίνειν. Seciùs planè qàm Philisco Marci nostri filius, referente Philostrato, τὸν μὲν ἄνδρα δεικνύναι ἢ κόμη, τὴν δὲ ῥήτορα ἡ φωνή. Sed & qod Caphesias tibicen, cùm μεγαλοζώας τις prædicaretur, & post Capheslam Zeno ac Demosthenes, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Referunt hoc Laërt. *lib.* 7. Athen. *l.* 14. Evstath. *in odyss.* 1. prius illud Stob. *tom.* 2. *tit.* 4. Svidas. Plut. *in vita* 10. *rhet.* Qanqam & πολὺς ψόφος ille ad acclamantium, καὶ εὐφημεῖν δοκούντων ψόφος, cui opponitur illud τὸ εὐφημον ἀφωνεῖ *lib.* 1. § 9. non incommodè referri potest. de ea vide sis Plinium min. *l.* 2. *ep.* 14. ubi inter cætera; *si qando transibis per basilicam, & voles scire qomodo qisqe dicat, nihil est qòd tribunal ascendas, nihil qòd præbeas aurem, facilis divinatio; scito eum pessimè dicere, qi laudabitur maximè.* In Senecæ excerptis:

Malè

Malè de te loquuntur homines. Sed mali. Moverer si de me M. Cato, si Lelius, si alter Cato, si duo Scipiones istæ loquerentur. Nunc malis displicere laudari est. Non potest ullam autoritatem habere sententia, ubi qi damnandus est, damnat. Malè de te loquuntur: moverer, si judicio hoc facerent; nunc morbo faciunt. benè nescium loqi. faciunt, non qòd mereor, sed qòd solent. qibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latrent. vide *ad l. 3. § 4. & l. 4. § 3.* Τὸ ἄκριτον φῦλ' εὐφημεῖν δοκάντων.

Ὅσις ϗ περὶ αὐτῆς] *Lib. 3. § 4 & lib. 8. § 53.*

§ 19. Πάντα ἐν μεταβολῇ] Ità *lib. 4. § 3. & l. § 23.* vide & Aristot. *de gen. & cor. l. 1. c. 3. ad l. 7. § 25.*

Αὐτὶς σὺ] Vide *infr. § 21.*

Ὁ κόσμ& ὅλ&] *Lib. 4. § 3.* Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις.

§ 20. Ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν] Idem *lib. 7. § 29.* vide & *infr. § 38.* cum seqentibus avtem ista Xyl. absurdè connectit.

§. 21. Ὁρμῆς, ὑποληΦ̃εως παῦλα ϗ οὗ θάνατος ἥδιν κακόν] forsan ὁρμῆς ϗ ὑποληΦ̃εως παῦλα, οὗ θάνατος. *Actionis finis & motûs, sive externi, sive interni, cessatio actionis* sive *motûs*, illius *qasi mors est. Nihil* tamen *mali subest.* ut mox, τάτων πᾶσα μεταβολὴ θάνατος· μήτι δεινόν; potest tamen sententiâ continuatâ legi, ὁρμῆς, ὑποληΦ̃εως παῦλα, ϗ οὗ θάνατος, ἥδιν κακόν. *actionis, motûs, orationis cessatio & qasi mors, nihil mali in se habet.* illud Cas. hoc Xyl. secutus est. vide *l. 12. § 23.* Diversa pavlò ratione de aqa & aëre mortis vocabulum usurpavit Philo *de mundo.* Εἰ μὴ ὡρὶς ἀνέμων ῥιπίζοιτο τὸ ὕδωρ, ἐκίνητον ἐαυτὸν, ὑπ' ἡσυχίας νεκρᾶς μεταβάλλει γῆν, ϗ τὸ διαφθαρτὸν γίνεται, ὅια ψυχικῶ ἀφηνιάσαν ζῶον. ἀλλ γε μὴν ἀέρος φθοραὶ, πασῶν πολὺν δῆλον. νοσεῖν γὰρ ϗ φθίνειν ϗ τρέφον τινὰ ὑποδήσειν πέφυκεν· ἐπεὶ τί ἄν τις, μὴ σχολάζομεν ὀνομάτων ἐντρεπείας, ἀλλὰ τῆς ἀληθ̃ας, εἶπει μοι λοιμὸν ἔτ), πλὴν ἀέρος θάνατον, τὸ οἰκεῖον πάθος ἀναχέοντος ἐπὶ φθορᾷ ἀπάντων, ὅτα ψυχῆς μεμολύσται. Cæterùm ad Marci mentem planè Avgustinus *in Joan. tract. 38. Res qælibet, si mutabilis est, non verè est: non enim eâ ibi verum esse, ubi est & non esse. qicqid autem mutari potest, mutatum, non est qod erat. Si non est qod erat, mors qædam ibi facta est: peremptum ibi aliqid, qod erat & non est. nigredo mortua est in capite albescentis senis; pulcritudo in corpore fessi & incurvi: mortuæ sunt vires in corpore languentis: mortua est statio in corpore ambulantis; mortua ambulatio in corpore stantis; mortua & ambulatio & statio in corpore jacentis, mortua locutio in lingua tacentis, qicqid mutatur, & est qod non erat, video ibi vitam qandam in eo qod est; & mortem in eo qod fuit.* vide *l. 10. § 18.*

Τάτων πᾶσα μεταβολὴ, θάνατος] Plut. *de EI Delph.* Οὐ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος ἀὴρ γένεσις, ϗ ἀέρος θάνατος ὕδατι γένεσις· ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' αὐτῆ ἰδοις ἄν· φθείρεται μὲν ἀκμάζων ἡλικίᾳ γέροντος· ἐφθάρη δ' ὁ νέος εἰς τ ἀκμάζοντα, ϗ ὁ παῖς εἰς τ νέον, εἰς δ τ παῖδα τὸ νήπιον· ὁ τε χθὲς εἰς τ σήμερον τέθνηκεν, ὁ δ σήμερον εἰς τὸν αὔριον διόλλυται· μᾶλλ δ ὑμεῖς, ὡσ' ἔσιν εἷς. qæ tamen ipse tanqam arguta magis, qàm solida notat, in *lib. de tranqill. & de tarda Num. vindict.* Senec. *ad Marc. c. 20. Ex illo qo primùm lucem vidit, iter mortis aggressus est: & illi ipsi qi adjiciebantur adolescentiæ anni, vitæ detrahebantur. in hoc omnes errore versamur, ut non putemus ad mortem nisi senes inclinatósqe jam vergere: cùm illò infantia statim, & juventa, omnisqe ætas ferat. agunt opus suum fata: nobis sensum nostræ necis auferunt: qóqe facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine latet. Infantiam in se pueritia convertit, pueritiam pubertas: juventutem senectus abstulit. incrementa ipsa, si bene computes, damna sunt.* vide *ad l. 3. § 1.* Hæc avtem luculentissimè explicantem Nasonem, ab anni tempestatibus ad ætates hominis traductâ imagine, habes *metamorph. l. 15, à v. 199, ad 234.* de se, & de Christianis suî temporis, Clemens *strom. l. 4.* Καθάπερ ἡλικίας μεταβολὴ, ὅτω ϗ βίε ἀλλαγὴ διανέμοντες.

Οὐδὲ ἡ τῆ ὅλα σε βίε λῆξις] Plut. ubi *supr.* Ἀλλ' ἡμεῖς ἕνα φοβόμεθα γελοίως θάνατον, ὃν τοσοῦτοι τεθνηκότες ϗ θνήσκοντες. Πότε γὰρ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἔκ ἔσιν ὁ θάνατος; Idem *ad Apollon.* Itaqe, *si timenda mors est, semper timenda est. qod enim tempus morti exemptum est?* Senec. *epist. 30.*

§ 22. Τρέχε ἐπὶ τὸ ἡγεμονικόν] Videntur ista eódem spectare, qó illud *periochæ 19.* & fortasse primò cohærerant. Vult enim ut in offensis injuriisqe ab alio nobis illatis, respiciamus ad *mentem triplicem*; ad *mentem propriam*, qò eam in justitiæ tenore contineamus, nec *nocentis odio innocentiam perdere* velimus. prout *l. 7. § 15. & 18. § 51.* ad *mentem universi*; cujus cùm pars simus, æqo animo ferre debemus, qicqid illâ dispensante nobis obtigerit, & in illius etiam usum bonúmqe cesserit. *l. 2. § 3. & l. 5. § 8. & l. 6. § 8, 44. & l. 8. § 5. & l. 10. § 6.* Ad *mentem injuriam inferentis*, ut consideremus, πότερον ἀγνοίᾳ ἢ γνώμῃ (ità enim legendum avtumo) *utrùm per ignorantiam meram, an de industria*, pravo aliqo affectu, qi ex dogmate perversio provenire solet, seductus, peccaverit: in utroqe siqidem casu est leniter habendus *l. 2. § 1. & l. 3 § 11. & l. 6. § 27. & l. 7. § 26. & l. 11. § 18.* subjicit item de *cognatione communi* monitum, qam & locis eisdem sedulò inculcat.

§ 23. Ἦτις ἐὰν ᾖ πρᾶξις σε] Edit. Lugd.

ἧτις

ἤπις ἐὰν νῦν π. σ. corruptè. itaqe *Annot. lego*, ἐὰν ἡ π. σ. *deleo* ἤπις & νῦν. avdacter pariter ac infeliciter; ex formula loqendi non animadversa, ἤπις ἐὰν pro ἤπις ἂν, qæcunqe. sicut *Levit. c.* 20. *v.* 2. ἀνὴρ ἐς ἐὰν λάβῃ γυναῖκα. & Matth. *c.* 12. *v.* 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν, &c.

Ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος] vide *l.* 1. § 16. κοινοποιοσύνη. & *l.* 2. § 2. ὁρμὴ ἀκοινώνητον. vide & *l.* 8. § 7. & *infrà* § 31. ἐπ' αὐτὸ τὸ κοινωνικὸς πεφυκέναι.

Στασιάδης] vide *l.* 2. § 16. & *l.* 4. § 29.

Ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας] Asteriscò ista, tanqam mutila, notavit in versione Xylander. D. Salmasius pro συμφωνίας ἀσυμφωνίας legi vult. & cum seqentibus, qæ ad argumentum superius pertinere censet, ità committit, ut post ὁ διϊσάμενος sententiam clavdat antegressam. Sic enim ille. *Nihil magìs sibi discordans, qàm animus puerilis. Ludunt, irascuntur; & paulo momento huc illuc impelluntur: tales, inqit, sunt & homines, qi actiones suas non referunt πρὸς τὸ κοινωνικὸν τέλος, & revera sunt.* Mihi tamen superioribus potiùs annectenda videntur; ut sit, ὁ διϊσάμενος ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας: qæ sequntur, aliò spectare existimo: eódem nempe, qò illa, qæ recensuerat itidem *l.* 5. § 33. ad vanitatem vilitatémqe insignem rerum omnium ferè humanarum designandam.

§ 24. Παιδίων ὀργαὶ] ἔργα mavult D. Bootius, qia παίγνια seqitur. Ego nihil mutarim. præsertim cùm παιδία φιλόνεικα legam loco superiùs indicato; ubi argumentum idem prorsus tangi videtur.

Πνεύματα νεκρὰς βαστάζοντα] *Spiritus qi cadavera gestant.* Xyl. *animulæ miseræ cadavera sustinentes.* M. Casavb. qomodo ex Epicteto Marcus, *l.* 4. § 35. Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρόν. qò & D. Salmas. inclinat. Sed ut huc irrepsisse ista ex superioribus suspicetur. D. Boot. vult ὀχήματα *v. g.* qod si admittere placuerit, ὀχήματα malim.

Ὥστε ἐνδέχεσθαι περισπᾶν τὸ τῆς νεκύας] *Ut nè tam citò cadant: sicut in nænia vulgari dicitur.* sive. *ut mortuorum numerus tardiùs compleatur.* Cas. *ut eò efficacius accidat id qod in Necya.* Xyl. atqe hoc malim. ut sensus sit: *qò ea qæ in Necyæ*, sive *eorum qæ apud inferos haberi existimantur*, (unde *Odysseæ lib.* 11. Νεκύας nomen adhæsit) *repræsentatione aguntur, efficaciùs peragantur*, spectantiúmq; mentes vehementiùs afficiant. (ità Platoni *de legib. l.* περιάπτει πρὸς τὰς ψυχάς) vel *qò Necya*, sive *magicæ animarum evocationis opus efficacius procedat.* ut Νεκύας nomine *mortuorum evocatio* ope magicâ procurata intelligatur. (qomodo Herodianus *l.* 4. usurpavit ubi de Antonino Severi filio, Materniano eum mandâsse, νεκύαν κατάμυθον, μανθάνειν ὅπως τῷ τέλως τῷ βίῳ αὐτῷ) & πνεύματα qod præcesserat, ad *spiritus* impuros sive *dæmonas* referatur. Verùm illud malim, eò magis, qia festi sive solennitatis cujusdam à Græcis celebrari solitæ meminit Svidas, qæ Νεκύα dicta fuerit, in qa spectacula forsan istiusmodi exhibebantur. Νεκύα, inqit, ἡ ἑορτή. cur enim Νεκύσια legat Castellan. de Græc. festis ego nescio. Sed nec qa ratione Hesych. Γενέσια & Νεκύσια pro eisdem habeat: fieri tamen potest, ut utroqe illo nomine, & Νεκύα & Νεκύσια celebritas eadem dicta fuerit. Res itaqe humanas & occupationes mortalium, partim puerulorum lusibus dissidiisqe, partim spectaculis vanis, qæ simpliciorum animos afficere consveverunt, consimiles, imò pares planè, pronunciat.

§ 25. Ἴδη ὁπὶ τὴν ποιότητα τῆς αἰτίας] Vult in re qaqe considerari, formam & materiam: vel formam seorsim à materia abstractam, & durabilitatem ejus. Vide *l.* 4 § 21. & *l.* 7. § 29. & *l.* 8. § 31. & *l.* 12. § 18.

Τοῦτο τὸ ἰδίως ποιόν] Vide *l.* 10. § 7.

§ 26. Διὰ τὸ μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ σῷ ἡγεμονικῷ] vide *l* 6. § 41. & *l.* 8. § 48. Senec. *epist.* 20. *Huc ergò cogitationes tuæ tendant hoc opta, omnia aliis vota Deo remittamus, ut contentus sis tcmetipso, & ex te nascentibus bonis. Nullum enim bonum mansurum est, nisi qod ex se sibi invenit.* Idem *epist.* 27. Epictet. *l.* 4. *c.* 6. Πῶς ἔτι ὀρθὰ δόγματα ἔχω. μὴ ἀρκούμενος εἶναι ὃς εἰμὶ, ἀλλ' ἐπιτιμῶν ἔτι τῷ δοκεῖν;

Ποιόν τι ταῦτα ὄντα καλεσκάσας] Argentinensis editio, qâ usus D. Salmas. ποιᾶ τινὰ ταῦτα ὄντα κατασκάσας· qod ipse reddit, *qalia hæc ex qali fiunt!* ut sit exclamatio; πῖον habes ἡγεμονικὸν, ex qo ὄντα oriuntur? qalis illa vulgaris, ὄντα ἐξ ὄντων; sed & Marci ista *l.* 10. § 25. ἐξ ὄντα ὄν. verùm malim qod & Lugdunensem exhibere video, ποιῶν τι ταῦτα, vel etiam τοιαῦτα, ὄντα κατασκάσας, ποιεῖν utiqe ex membro priori supplendum; vel ταῦτα εἰς ἃ κ. eódem utrumqe recidit: *non es contentus ἡγεμονικῷ tuo ex faciente ad qæ natum est.* Lectionem hanc firmat, qod *l.* 8. § 45. habetur, ἀρκούμενον εἰ ἔχοι, κ ἐνεργεῖν κατὰ τὸ ἐξῆς τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ.

Ἀλλὰ ἄλις] Locus defectus; forsan & depravatus. Hoc D. Boot. suspicatur, legitqe ἀλλ' ἀλόγια. indè multas tibi facessis molestias, qia non acquiescis mentis tuæ operatione ea ad qæ nata est, *sed plina molientis.* meam addo conjecturam, fuisse ἀλλὰ ἄλις ἔσω. *Verùm sufficiat*, qòd hactenus hac in parte tibi ipsi injurius fueris. qemadmodum *infrà* § 37. ἄλις τῇ ἀθλίᾳ βίῳ. vel etiam, ἀλλὰ ἄλις, *sed hæc satis.* Putat tamen Salmas. cum seqentibus jungenda ista, & scribendum, ἀλλ' ὅταν ἀλλ' ἄγῃ σε &c. & expungendum illud ἄλις.

§ 27. Ἡ τοιαῦτά τινα ἐνφαντάσιν] leg. forsan ἐμφαντάσῃ,

ἐκφανήσῃ, ut priùs ἴδῃ ἢ μοῦ dixerat. alioqui erit transitio dura satis à numero ad numerum. vel qid si τισὶ τινες ἐκφανῶσιν, legerimus?

Δίελθε] ut *suprà* § 18.

Οὐ δεῖ σε ἀναλῦσαι, ἵνα τότους τί ποτε ἀεὶ σοὶ δοκῇ] Vide *ad l.* 3. § 4. & *l.* 8. § 53. Evphrates apud Epictet. *l.* 4. *c.* 8. Τί γὰρ, ἐν δὶς μὴ ἐποίην ὀπτηνώσκεσθαι τὸν φιλόσοφον, ἐν δὲ τοῖς συμβόλοις μή; βλέπε πῶς ἐδία, πῶς πίνω, πῶς καθεύδω, πῶς ἀνέχομαι, πῶς ἀπέχομαι, πῶς συνεργῶ, πῶς ὀρέξει χρῶμαι, πῶς ἐκκλίνω, πῶς πρὸς τὰς ὁρμὰς τὰς φυσικὰς, ἢ ὀπηδότως, ὡς ἀσυλλύτως, ὡς ἀπαραποδίστως· ἐκεῖνόν με κεῖνε, εἰ δύνασαι· εἰ δ' ὅτω κωφὸς εἶ ἢ τυφλὸς, ἵνα μὴ τὸν Ἥφαιστον ἀναλαμβάνῃς κακὸν χάλκια, ἂν μὴ τὸ πλέον ἴδῃς ἀεὶ τῷ κιφαλῷ ἀκκειμένῳ, τί κακὸν ὑφ' ὅτου πλάθις κεκτῆ ἀγνοεῖς; vide & *ad l.* 5. § 32. Cicero *de finib. l.* 2. *Nihil est turpius quàm sapientis vitam ab insipientium sermone pendere.* vide *l.* 6. § 20.

Εὐνοεῖν μοί τοι αὐτοῖς δεῖ] vide *ad l.* 6. § 47. & *l.* 7. § 22.

Φύσει γὰρ φίλοι] vide *l.* 11. § 9. Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Πάντα φίλων μεστὰ, πρῶτον μὲν θεῶν, εἶτα καὶ ἀνθρώπων, φύσει πρὸς ἀλλήλους ἀκειαμένων.

Καὶ οἱ θεοὶ δή] vide *suprà* § 11.

Δι' ὀνείρων, διὰ μαντικῶν] vide *ad l.* 1. § 17. prope finem. Hermogenes apud Xenoph. in *symposio*. Οὗτοι τοίνυν οἱ πάντα μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι θεοί, ὥστε μοι φίλοι εἰσὶν, ὥστε διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαί με, ὅποτε λάθω αὐτοὺς ὥτε νυκτὸς ἅδ' ἡμέρας, ἅδ' ὅπου ἂν ὁρμῶμαι, ἅδ' ὅτι ἂν μέλλω πράττειν. διὰ δὲ τὸ φροντίζειν, καὶ ὅ, τι ἐξ ἐμοῦ δεῖσθαί τοῦ, σημαίνουσί μοι, πάμπολλα ἀγαθὰ, φήμας καὶ ἐνύπνια, καὶ οἰωνοὺς, ὅτε δεῖ, καὶ ἃ καὶ χρὴ ποιεῖν. διὸς ἐγὼ, ὅταν μὲν πείθωμαι, οὐδέποτέ μοι μέλημά ἐστιν· ὅταν δέ ποτε καὶ ἀπιστῶ, ἀπολώλα. Ammianus *l.* 21. *Amat enim benignitas numinis, seu quòd merentur homines, seu quòd tangitur eorum affectione, his quoque artibus prodere quæ impendent.*

Πρὸς ταῦτα μὲν τοι, πρὸς ἃ ἐκεῖνοι διαφέρονται] Cum seqentibus ista conjungit Xyl. dum sic vertit. *Hæc quidem, de quibus ii certant, circulus sunt rerum mundanarum.* Videtur autem πρὶν ὧν legisse, vel etiam ὥσπερ ὧν· quomodo in argumento hayd dispari Dio Prus. *orat.* 30. ubi vitam humanam sympolio contulerat, in hoc ait convivio, ἑτέρους μὲν πεπιδεῖν, τοὺς δὲ ἀσταγάλους παίζειν· εἶ δὲ τοὺς πεττοὺς τε καὶ ἀσταγάλους, οὐχ ὅτως ἡμεῖς ὀνομάζομεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν χρυσοῦς, τοὺς δὲ ἀργυροῦς, ἃ δὴ νόμισμα καλοῦμεν ἡμεῖς, ὥσπερ ἔ διαφέρεσθαι καὶ ζητεῖν ἕκαστον πλεονεκτεῖν. Quæ quam & πρί τι διαφέρεσθαι dicitur. Clemens *strom. l.* 5. διαφέρεσθαι δὲ ἡμῖν περὶ τὰς ἀρχάς. Verùm ibi διαφέρεσθαι est *dissentire*, & *dissidere* potiùs, quàm *litigare* aut *contendere*: quod istic locum non habet. neque enim de rebus istis secum invicem tantopere contenderent, nisi de iisdem gemina sentirent: qin & par mendum habuimus *l.* 4. § 43. ἃ συμπαφόντων, pro ὧν. Porro posset & Xylandri versio hactenus defendi, si τὰ πρὸς hîc αὐτὶ τοῦ διὰ sumatur. quomodo Thucydides aliquoties usurpâsse deprehenditur. *l.* 1. περὶ ταῦτα, *propterea.* &, μὴ. τι πρὸς τὰ παφόντα πεοωτείσωσιν, *nè quid novi propter præsentem rerum statum molirentur.* & *l.* 8. πρὸς γὰ τὰς τοῦ Πεδαείτε ἐπιστολὰς ἐπώπιδον αὐτὸν, *ob Pedariti epistolas suspectum illum habebant.* Cæterùm nè sic quidem cum textu versioni convenerit. qid enim fiet priori πρὸς? nam geminum exhibet lectio vulgata. Revera ab interpunctione laborantem secutus est codicem Xylander. Indè factum, ut & conjungenda divulserit, & dirimenda commiserit. Ad antegressa siquidem pertinent ista, & cum eis planè cohærent; αὐτοῖς βοηθῶσι— πρὸς ταῦτα μόνοι, πρὸς ἃ, &c. *opem illis dii ferunt— ad illa utique ad quæ,* &c. idem enim est istic πρὸς ταῦτα βοηθεῖν. quod *infrà* § 38. εἰς ταῦτα συλλαμβάνειν. & *suprà* § 11. εἰς ἕνια συνεργεῖν, qualia ibi commemorat, de qibus & istic. Seqentia novam ordiuntur periochen. qod & Merico visum.

Πρὸς ἃ ἐκεῖνοι διαφέρονται] *quæ ab eis* (Deis nempe) *tanquam momenti alicujus sint, expetunt.* Mer. Cas. verùm significationis hujus, verbi τὸ διαφέρεσθαι exemplum reqiro: nec occurrit. Malim itaque *ad quæ* (conseqenda scil.) *illi,* avt simpliciter *feruntur*; (qomodo *l.* 5. § 1. de eisdem dixit, πρὸς ἃ φέρονται) avt, si præpositio istic emphasin aliqam habere censebitur; *tanqam in salo jactati tcmerè feruntur*; (qomodo Lucas *Act. c.* 27. *v.* 27. Διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, *cùm in Adria huc illuc jactaremur*) vel etiam, *cùm animi solicitudine anxiâ & distractione feruntur,* & qasi *differuntur*: sicut Plavtus, *amore differri,* dixit *Milit.* 4. 4. idémqe, *cupidine differri, Pœnul.* 1. 1. hâc enim mente usurpatum Marco τὸ διαφέρεσθαι deprehendas; cùm in loco huic gemino *infrà* § 40. tum & *l.* 11. § 10. unde & διαφορὰ eidem, *l.* 6. § 41.

§ 28. Ταῦτά δοι] Leg. Τ' αὐτὰ, vel Τὰ αὐτὰ, *Eadem sunt.* sicut *l.* 2. § 14. & *l.* 6. § 46. Par mendum notavimus & sustulimus, *supr.* § 14. & *l.* 4. § 32. & *l.* 10. § 7.

Τὰ τῦ κόσμυ ἐλίκια] *quæ sursum deorsum rotantur, & in orbem quendam eunt redeúntque, mundana ista. Circulos mundanos* dixit Arnob. *lib.* 2. Vide *ad l.* 2. § 14. Ἀνακυκλώσεα. Quanqam aliâ etiam ratione istic, quàm quâ illic, ἄνω κάτω κυκλεῖς mundana ista dici videntur: qia dominos nimirum permutare solent, & ab istis ad illos per vices qasdam, sed incertas eas, transire; unde fit, ut homines qoqe ipsi eisdem nunc accedentibus, nunc

&c

& recedentibus denuo, quasi rotæ cuidam versatili alligati modò in sublime attollantur, modò ad infima rursus devolvantur. Adagii instar celebratur illud, Τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα· ἤτοι εὐμετάβολα. Apostasius *proverb.* 1863. Phocylides.

Κοινὰ πᾶσι πάντων, ὁ βίος πρηχὺς, ἄστατος ὅλως.
Fors eadem omnes; vita rota; instabilis status omnis.

Cyro Crœsus apud Herodotum *lib.* 1. citante itidem Stobæo *tom.* 2. *tit.* 102. ὡς κύκλος ἡμῖν ἡ ἀνθρωπίνων δὲ πρηγμάτων οὐδεμία ἐστὶ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχεῖν. Et priscus nescio quis apud Plut. ad Apollon.

Τροχῷ θεοὶ στήσαντες ἄλλοθ' ἄλλον
Ἄνδρα ὕβριν γίγνετ', ἄλλοθ' ἄλλος.

Quò facit, quod Sesostri Ægyptio, è regibus subactis, quos jumentorum loco currum sibi trahere quandoque cogebat, quidam regessisse fertur, rotam cùr tam crebrò respiceret, à tyranno requisitus, Ἐκπλήττομαι ὁρῶν ἀεί τινος φερόμενον τὸν τροχὸν, καὶ ἄλλοτε ἄλλους κυλίοντα· καὶ ποτὲ μὲν ταπεινοῦντα τὰ ὑψηλὰ, αὖθις δὲ τὰ ταπεινὰ ὑψοῦντα. Historiam eam Chagani Abarm. regi priscum Romanum recitâsse tradit Nicephorus *Callisti l.* 18. *c.* 29. câque relatione Chaganis ferociam mitigaram; prout & responsione ipsâ primitus Sesostrem inductum, nè reges deinceps jungeret. Imaginis ejusdem consideratione, Regis Franci, cujus in potestate tunc fuerat, delinivit animum Agarenorum Imperator. quum enim per biennium integrum ridere nunquam fuisset conspectus, in risum erupisse tandem aliquando accepto, accersiri hominem rex jussit. qi risûs causam scisciantibus, his verbis respondit; utì Zonaras ea retulit *annal. tom.* 3. in *Basilii* historia: Τροχὸς ἁμάξης ἑώρων, ὧν τὸ μὲν πρόσγειον λεῖον, τὸ δ' ἄρτα μετέωρον· εἶτα τὸ μὲν μετέωρον κατῆκτο πρὸς γῆν, τὸ δὲ πρόσγειον μετεώριζε· ὕτω δ' εἰκάσας καὶ τὰ ἀνθρώπινα πρόσωπα κινεῖσθαι καὶ μεταφέρεσθαι, ἐξεγέλασα· λογισάμενος, ὡς ἐκ ἀδύνατον, ἅπαν διατεθεῖναι καὶ τὰ κατ' ἐμαυτὸν, καὶ ὥσπερ ἐξ ὕψους κατακυλισθὲν εἰς ταπεινότητα, ἅπας αὖθις ἴσως ἐκ χθαμαλότητος εἰς ὕψος ἐπαρθεῖναι καὶ γενέσθαι μετάρσιος. Apud Sophoclem Menelaus, lavdante in *Demetrii vita* Plutarchos;

Ἀλλ' ἡμῖν αἰεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεῷ
Τροχῷ κυκλεῖται, καὶ μεταλλάσσει φύσιν.
Ὥσπερ σιλλύπης δ' ὄψις ὑφορᾶσ' δύο
Στῆναι δύναιτ' ἂν ἔν ποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ,
Ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα
Πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πρεμνύουσ'
Χὤταν πρὸ αὐτῆς εὐγλωσσότη φανῇ,
Πάλιν διαῤῥεῖ, καὶ μηδὲν ἔρχεται.

Lunæ confert, mutabilitatis nomine, sublunaria ista omnia quomodo & Joannes in *Apocal. c.* 12. *v.* 1. Gregor. Naz. *ad suos ob Præsidis offensionem dejectos.* Κύκλος τις ἐστὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· ἀεικινήτου γὰρ τὰ πάντα ῥᾳδίως, καὶ μεταπεσόντα· ὡς αὖραι τὴν μέλλουσαν πνεῖν, καὶ γραμμαὶ ταῖς κατὰ ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων ἐπιμέλεια. Et *ad Sophron. epist.* 51. Ὁρᾷς δὲ τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων περιτρέχει πρᾶγμα, νῦν μὲν ἡμᾶς, νῦν δὲ ἐκείνους ἐφιστὰς, καὶ ἀπαναστάντων, καὶ ὅτε τῶν ἐναντίων ἐσόντες ἡμῖν, ὅτε τὰ λυσιτελοῦντα, ἀλλὰ τάχιστα μεταχινοῦμεν, καὶ μεταπίπτοντες· ὡς αὖραι &c. ut *supra*. & in *orat. pro pauper.* Οὐδὲν ἐστὶ ἀνθρώπων βέβαιον, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδὲ ὅπῃ ἐστὶ αὐτὸ ἰσάμενον· ἀλλὰ κύκλος τις τῶν ἡμετέρων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλους ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πλάκας, ὅτε δ' ὅτε καὶ ὥρας, φέρων μεταβολάς· & quæ sequuntur. & mox: τὰ μὲν γὰρ ὅτι πάντα ῥᾴδια, καὶ πρόσκαιρα, καὶ ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ὑφαν, ἄλλοτε εἰς ἄλλως μεταῤῥιπτούμενα καὶ μεταπηδώμενα. Agapet. *parænes.* § 11. Κύκλος τις ἐστὶ ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλους φέρων αὐτὰ καὶ περιφέρων. Diodor. Sicul. *histor. lib.* 18. Ὁ γὰρ κοινὸς βίος, ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος, ἐκάλλαξ ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς τε κυκλεῖται πάντα τὸν αἰῶνα. Trahit horsum Clemens *strom. lib.* 5. ex Dionys. Thracis Grammatici in *libro* qo *trochiscorum* sive *rotularum mysticarum significationem* explicat; τὸν τε τροχὸν, τὸν τρεφόμενον ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ τεμένεσι, καὶ τὸ τοῦ Σκιλλοῦ τοῦ ἀνδριάντος τοῖς περικειμένοις. allatis in eam mentem Orphei versibus illis:

Θεσμῶν δ' ὅσα βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν,
Οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ὁπὶ φρεσὶν, ἀλλὰ κυκλεῖται

Πάντα πίελε· ζῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος ἠμὶς ὀΐζύν.
Ἀλλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο, θεήν μέρος ἶσον ἕκαστος.

Hinc & celebris ille *fortunæ rotâ*, de qa Cicero (qanqam à Fabio, an Tacito, in *dialogo de caus. corrupt. eloqent.* eo nomine notatus) *orat. in Pison. Nè tum qidem, cùm illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam persimescebat.* Sed & alii non pauci. Senec. *Hippolyt.* 4. 2.

Quanti casus humana rotant?

Et Tibull. *l.* 1. *eleg.* 5.

Versatur celeri fors levis orbe rotæ.

Plavtus item (si Dion. Lambino, & Joan. Gulielmo *verisimil. lib.* 2. *cap.* 17. credimus) in *Trucul.* 2. 1.

Vertit sese rota vicissim; stultus est qi id admiretur. Boëth. *consol. lib.* 2. *c.* 1, & 2. *Hunc continuum ludum ludimus; rotam volubili orbe versamus; infima summis, summa infimis mutare gaudemus. Tu* verò *volventis rotæ impetum retinere conaris.* Ammian. *hist. lib.* 26. *Qivis beatus versâ rotâ fortunæ ante vesperam potest esse miserrimus.* Vide *ad lib.* 4. § 42. ἐφήμερος. Qod avtem illi rotam, Seneca etiam, avdaciùs pavlò, *petaurum* nuncupavit. Sic enim ille *epist.* 98. *oblitum hujusce petauri, qo humana jactantur; sibi uni fortunatorum constantiam* spondet

ſpondet (unusquiſque.) & Plutarch. in *frag. de vitioſorum miſeria*; πειρεχθεὶς ϗ σκοτοδινιάσας ὑπὸ τὸν τῆς τύχης πταυεισμόν. vide *lib.* 8. § 5. Mericus autem noſter ἐγκύκλια iſtîc *ordinaria* vertit. haud incommodè prorſus, ſiquidem ἐγκύκλια dicuntur *vulgaris, communis, obvia quæque*. Heſych. Ἐγκύκλιον, τὸ παντὶ ἁρμόττον κυκλῶν. Et, Ἐγκυκλα, ϗ ἐγκυκλάμψαι τῷ βίῳ ϗ σωιήθη. Nec malè igitur Cœl. Secundus *theſ. Ordinarius*, ἐγκύκλιος, *qui in orbem redit, vulgaris*. Ità Ariſtoteles *polit. l.* 2. *c.* 3. διαιρεῖται ἐγκυκλίως dixit, *operas obvias & vulgares quasvis*. Ἔτι ϗ ἐπὶ διεφθαρμένων τύτοις μᾶλλον ὑπορήσομεν, ὅτι πλεῖστα ὑπορεχόμεθα πρὸς τὰς διαιρέσεις τὰς ἐγκυκλίους. qæ & ἐγκύκλια διανοήματα, *ibid. lib.* 1. *c.* 4. λαμβάνων τις μᾶλλον, ἐφ' ἑνὸς τὰ ἐγκύκλια διανοήματα τοῦ παιδὸς. & unicâ voce ἐγκυκλήματα, *œconom. lib.* 2. *c.* 1. ſed & ἐγκύκλια ſimpliciter, *polit. lib.* 2. *c.* 7. ubi pronunciat, πλὴν θρασύτητα πρὸς ὀλίγα δεῖ ἐγκυκλίων χρήσιμον εἶναι, ἀλλ' ἐκεῖ πρὸς τὸν πόλεμον. Unde & ἐγκύκλιοι dicuntur Iſocrati *de pace*, οἱ τυχόντες ὄντες ὁπωσοῦν ἄνθρωποι, *plebeii quivis*. Πολλὰ ἐν μὲν τύτων ἐστὶ ἐγκυκλίων ταφὰς ποιεῖσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. &, Ἐκκυκλεῖν τὸ μυστήριον, *myſterium divulgare & in profanorum aures ſive notitiam efferre*. Clemens *ſtrom. lib.* 7. ὃ γὰρ ἐκκυκλεῖν χρὴ τὸ μυστήριον. quod ἐξορχεῖσθαι freqentiùs dicitur. nec eſt verò vero abſimile Marcum eò magis hoc vocabulo uſum quò rerum iſtarum, qas tanti faciunt miſeri mortales, non ſolùm τὸ σωίηδες ϗ τὸ γνώσιμον, ut alibi loqitur, ſed & τὸ ἐυτελὲς ſubindicaret. vide *l.* 4. § 38, 42.

Ἄνω κάτω] Ità Plato *Phileb.* Ἀεὶ γὰρ ἄπαυλα ἄνω τε ϗ κάτω ῥεῖ. Greg. Naz. *orat. pro pauperibus*; Παίζειδς ἡμᾶς ἐν τοῖς ὀφυμβρίοις, ἄλλοτ' ἄλλως μεταβαλλομένοις ϗ μεταβάλλοντι, ϗ ἄνω ϗ κάτω φερομένοις τε, ϗ πειρωμένοις. & Philo in *vit. Moſis*: τύχης γὰρ ἀριθμὸς ἄστατον ὄνειρ, ἄνω ϗ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πηδήσης. Indè qæſitus Diogeni jocus, qi cùm ὑπὸ ποδοσωπῶν deversâ facie, ſepeliri ſe mandâſſet; cauſſam qærentibus, reſpondit, ὅτι μετ' ὀλίγον μέλλει τὰ κάτω ἀναστρέφειδς, qia pavlò pòſt futurum eſt, ut qæ deorſum ſita ſunt, ſurſum vertantur. qo loco malim ἄνω στρέφειδς legere. qomodo & Cambyſes minatus eſt, Ἀιγύπλα τὰ ὠὼ ἄνω, κάτω θήσειν· τὰ δὲ κάτω, ἄνω. Herodot. *lib.* 3. Qinqam potuit & alluſiſſe Marcus ad Heracliti illud, qô πλὼ μεταβολλὼ dixit eſſe ὁδὸν ἄνω κάτω. Habes *ad lib.* 4. § 40. indè Tertullianus *adv. Marc. l.* 2. *c.* 28. *Quod enim ait Heraclitus ille tenebroſus, eadem via ſurſum & deorſum*. vide *lib.* 6. § 44.

Ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα] qod Hebræi dicere ſolent, מֵעוֹלָם עַד־עוֹלָם *à ſeculo in ſeculum*. *Pſal.* 90. *v.* 2. & *Pſal.* 103. *v.* 17. & עַד־דָּר וָדֹר *in ſeculum & ſeculum Pſal.* 90. *v.* 1. & *Pſal.* 100. *v.* 5. id eſt, *per ſecula qaqe*. Tertull. *de ſpectac. c.* 25. *Quale eſt, ex ore qo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium redderet? εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος, aliî omnino dicere niſi Deo & Chriſto?* doxologiæ formulas ſolennes reſpexit; ſimul alluſum & ad illud Commodo pugilem agenti acclamatum, referente *lib.* 72. Dione. Νίκας νικήσεις ἀπ' αἰῶνος. qod & Rigaltius obſervavit. Vult itaqe rerum iſtarum ſemper & eſſe & fuiſſe ſortem & naturam eandem; ut mutationibus & viciſſitudinibus eſſent obnoxiæ, & vertigine perpetuâ ſurſum deorſum ferrentur; talémqe eſſe earum conditionem, ut, qòd de *Forte* ille cecinit, *triſt. l.* 5. *el.* 8.

Sit tantùm conſtans in levitate ſua.

Gregor. Naz. *ad cives ſuos in auguſt. conſtitut.* Οὐδὲν ἀκίνητον, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδ' εἰς τέλος ὁμοῖον, ἢ τὸ παρὸν, ἢ τὸ μέλλον, ἢ τὸ ἡμέτερον, ἢ τὸ ἀλλότριον, ἢ μικρὸν, ἢ μέγα, ἢ ὅ, τι ἂν εἴποι τις ϗ τοῦτο ἴσον ἢ ἀνίσοις ἔχει, πλὴν ὅτι πάντα μεταβολῆς.

Καὶ ὅτου ἑφ' ἕκαστον ὁρμᾷ] vide *ad l.* 6. § 36. & *l.* 7. § 75. & *ſupr.* § 1. Hinc autem Lugd. novam orditur, ſed abſurdiſſimè, ut aliàs ſæpe, periocham.

Ἡ ἄναξ ἁρμονία] ἡ leg. eſt enim alterum diſtributionis membrum.

Καὶ τί ἓν τίνι· πρόπον γάρ τινα ἄτομοι ἢ ἀμερῆ] *& qid unum alicui. qodam enim modo atomi*. Xyl. qi & locum, ut mendoſum, aſteriſco appoſito notavit. *cuncta indiviſibiliter qodammodo & inſeparabiliter à ſe invicem pendent*. M. Caſ. qi qid legerit ex verſione ariolari non poſſum. D. Salmaſ. ϗ τί ἐν τινὶ· *ſi ſemel*, inqit, *omnia ab æterno direxit, τὰ λοιπὰ κατ' ἀκολούθησιν, reliqa ab illo ſemel conſtituto ordine pendent, & indiſſolubili ſerie invicem connexa ſunt, & ſemper aliqid in aliqo eſt. qia qod ſequitur ab eo qod præcedit generatur. & cauſſa prior ſequentem producit; qia ſic Deus ab initio omnia ordinavit, ſic qodammodo atomi ſunt, non illi Democriti, & Epicuri, ſed alii: qia nimirum inſecabilis ille eſt atqe indiviſibilis ordo rerum ac concatenatio cauſſarum, in qa ſemper ſequens à priore dependet, ut divelli non poſſint nec ſeparari*. Mavult itaqe ἄτμια, qàm ἄτομοι. Adjicere liceat & conjecturam noſtram. πρόπον γάρ τινα ἀεὶ τί ἐν τινὶ, vel, ϗ ἓν τι τρόπον τινὰ γίνεται, ἢ ἄτμιοι ϗ ἀμερῆ. *vel reliqa à primis illis pendent, atqe ex ſerie hac continua unum qid conſit, aut atomi atqe inſecabilia corpora pro rerum initiis ſubſtituenda erunt*. In hanc ſuſpicionem eò magis propendeo, qia diſtributio iſta Marco ſolens eſt. vide *infr.* § 37. & *l.* 4. § 3. ὅτοι πρόνοια ἢ ἄτομοι. & *l.* 10. § 6. D. Boot. καί τι ἓν γίνεται, legit. *& unum qiddam fit, ſicut catena* (ſcil. una) *conſtat ex annulis qamplurimis ſibi invicem annexis*. ità de genere humano generationis

vi virtuteque permanente, Plato *de leg. lib.* 3. τ' αὐτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ ἡθύσει.

Τέρπον γάρ τινα] ità *l.* 6. § 38. τέρπει γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκοντα.

Εἴ τις θεὸς, ἓν ἔχει πάντα] vide *ad l.* 2. § 11.

Εἰ δ' εἰκῇ μὴ καὶ σὺ εἰκῇ] vide *l.* 6. § 44. atqui contrà planè Jocasta in Sophoclis *Oedip. Reg.*

Τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης
Κρατεῖ, πρόνοια δ' ὀξὺν ἐλκηδὲς σαφῆς;
Εἰκῇ κρέπτειν ζῆν, ὅπως δύναιτό τις.
Quid ſiſque caret, quando fortuna omnia
Verſat, nec ulla ſuperæ eſt providentiæ
Notæ optimum eſt ergò vivere ut caſus tulit.

Ἤδη πτύλας ἡμᾶς γῆ καλύψει] Ità *l.* 6. § 59. ὁ αἰὼν πάντα καλύψει] Heſiod. aliquoties.

Αὐταὶ ἐνεὶ καὶ τέφρα γᾶία καλύψει. Hinc Nicoclis dictum, εὐτυχεῖς ἐστὲ πᾶν ἰατροὶ, *felices eſſe medicos, ὅτι τὰς μὲν ἐπιτυχίας αὐτῶν ὁ ἥλιος ὁρᾷ, τὰς δ' ἀποτυχίας ἡ γῆ καλύπτει.* Antonius *collect. l.* 1. *c.* 56.

Τὰς ἐπιθυμητώσεις] vide *ad l.* 7. § 34. Flaccus *l.* 2. *ep.* 2.

— *Perpetuùm nulli datur uſus, & hæres*
Hæredem alterius, velut unda ſupervenit undam.

vide Naſon. *ad l.* 6. § 15.

§ 29. Χειμάῤῥους ἢ σφῶν ὅλων αἰτία, πάντα φέρει] vide *ad l.* 2. § 17. & *l.* 4. § 43. & *l.* 5. § 23. & *l.* 7. § 19. Pertinent avtem huc imagines illæ apud Homer. *Iliad.* ε'. *v.* 87.

— ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
Χειμάῤῥῳ, ὃς ὤκα ῥέων, ἐκίδασσε γεφύρας.
Τὸν δ' ὅτ' ἄρ' τε γέφυρα ἐεργμένα ἴσχανόωσιν,
Οὐδ' ἄρα ἔρκεα ἴσχε ἀλωάων ἐειδομένων,
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ἐπὶ ὄμβρου Διὸς ὄμβρῳ.
Πολλὰ δ' ἔτ' αὐτῷ ἔργα κατήρεπε καλὰ θάλλοντα. & *Il.* λ'. *v.* 492.

Ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι
Χειμάῤῥους, κατ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ·
Πολλὰς μὲν δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας
Βάσσεται, πολλὸν δέ τ' ἀτύσσετον εἰς ἅλα βάλλει. Et Mar. Æneid *l.* 2.

Non ſic aggeribus ruptis cùm ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitaſque evicit gurgite moles;
Fertur in arva furens cumulo, campóſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit. —

& *lib.* 12.

Aut ubi decurſu rapido de montibus altis
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currunt
Quiſque ſuum populatus iter. — -

Τὰ πολιτικὰ ταῦτα, καὶ ὡς ὄιεται, φιλοσόφως πεφυκότα] *Philoſophicè agentes.* Xyl. rectè ſicut *l.* 2 § 10. φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος. Certè tam ratione caret, qòd iſtic φιλοσόφως, quàm qòd illic φιλόσοφος, legi poſtulat Annot. Lugd. nec Xylandrum tamen probo, qòd iſta à ſe invicem divellit, quæ conjungenda potiùs fuerant, cùm de eiſdem eſſerantur: probo, qòd ex commate prægreſſo τὸ ὡς ἐπὶ τὸ κοινὸν repetat, ut pleniùs expreſſum ſic legatur, καὶ, ὡς ὄιεται, φιλοσόφως πεφυκότα ἀνθρώπια, ὡς μυζῶν μεσαί. *Sophiſtas* ſcil. Marcus hìc perſtringere videtur, de qibus Julian. Imper. *epiſt.* 42. *Βέλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἃ λέξεων μόνον, ἀθῶν δ' οὐ, διδάσκαλοι καὶ τὸ καλὸς σφᾶς εἶναι φαντάζεσθαι φιλοσοφίαν. εἰ μὲν οὖν ἀληθὲς ἢ μὴ, τοῦτο ἀρείων νῶν.* vel (qod magis reor) *politicos* illos, qi ſapientiæ nomine lavdari ſolent, qoſqe ideo à *Sophiſtis* diſtingvi vult Dio Pruſ. *de regn. orat.* 4. Ξυναμφὶ γὰρ καὶ σοφιστὴ καὶ δημαγωγοί. λέγω δὲ διαφέρειν τὸν στρατηγόν τε καὶ σοφιστὴν, καὶ πολιτικὸν ἄνδρα, ὑπὸ δὴ εἰρημένων. locum eò magìs, qò expurgem, adduxi. qis enim non videt, (nec vidit interpres tamen) vocabulum σοφιστὴν iſtinc furcillandum? qomodo enim *Sophiſtas* à *Sophiſtis* diſcreverit? vel hos certè qos Prodicus, referente in Euthydemo Platone, μεθόρια φιλοσόφου τε ἀνδρὸς καὶ πολιτικοῦ, *viri philoſophici ac politici conterminos.* dixerat. οἰονται δ' εἶναι, inqit ille, πάντων σοφώτατοι ἀνθρώπων· πρὸς δὲ τοῦτο εἶναι, καὶ δοκεῖν πάνυ παρὰ πολλοῖς. *Putant ſe omnium hominum ſapientiſſimos eſſe, atqe ità à pleriſqe etiam exiſtimari.* ideo avtem & Philoſophos & Sophiſtas etiam infenſos habebant, qòd utrumqe genus hoc, ſi in exiſtimatione foret, luminibus ſuis obfecturum videretur. iſtis verò in ordinem redactis, ἀναμφισβήτητος ἤδη παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν ὄιεσθαι σοφίας πάντ' εἶναι) μὴ γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σοφὸς στοχαστὴς, &c. habes μύξαν de qa Marcus. Et mòx Σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι, πάνυ εἰκότως. μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως δὲ πολιτικῶν, πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου μετέχειν γὰρ ἀμφοτέρων ὅσον ἄλλον, ἐκτὸς δὲ ὄντες κινδύνων καὶ ἀγώνων καρπώσασθαι τὴν σοφίαν. Itaqe illud ὡς ὄιεται, ut videtur, duplici ratione poteſt intelligi; vel, *ut ipſi de ſe opinantur*, aliósqe volunt opinari, vel etiam, *ut alii*s havd pavcis, falsò tamen, videtur. Neqe enim revera *Philoſophos vivunt*; ſed *Philoſophos agunt*: hoc eſt philoſophos ſimulant, & ſimiarum more imitantur, cùm nihil ſint minús. Ideo Plato in *Sophiſt.* τὴν σοφιστὴν definivit μιμητὴν τοῦ σοφοῦ· qaſi *philoſophi* ſive *ſapientis ſimiam* dixiſſet. qomodo Regulus ille *omnium bipedum* ipſe *neqiſſimus*, Ruſticum, hominem verè integerrimum, malitiosè inſectatus, *Stoicorum ſimiam* appellavit. Plin. Min. *l* 1. *ep.* 5. ſed & Lucianus iſtiuſmodi homines vocat πιθήκους, ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφίας, καὶ ἕτερον μὲν ἐνδεικνύμενους, φρονοῦντας δὲ κενοδοξίας, ἄλλο δὲ λέγοντας· qos eoſdem & Greg. Nyſſ. *orat. de profeſſ. Chriſt.* πιθηκίζειν ψυχὰς appellat, ὅτι δὲ μιμήσεως σχηματισμένης τὸν χριστιανισμὸν ὑποκείνεται τοῖς μόρφασιν ἔχοντες εὐσεβείας· τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἀρνούμενοι· uti Apoſt. *ad Timoth. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 5. vide *ad l.* 10. § 8. Tales D. Chriſtus in Phariſæis ὑποκριτὰς etiam

etiam nuncupavit Matth. *c.* 6. *v.* 2. & *c.* 23. *v.* 23, 25, 27. id est, *histriones, scenicos.* Basil. Cæs. *orat.* 1. ὑποκριτὴς, ὁ ἐν θεάτρῳ, ἀλλότριον σχῆμα ὑπελθών. ἐκάλουν ἂν πολλάκις τὸ τῦ διαύτου, καὶ ἰδιότητα τὸ τῦ βασιλέως. & Isidor. Pel. *lib.* 1. *ep.* 427. εἴ τις τῖς μὲν παῖζειν ζῇ, τῇ δ' ταῦτα νεκράσιμος τὰ ὅπλα φορεῖ, ὅσπερ τοῖς ἐν σκιῇ ἀλλότρια πτέρυγα σχήματα, οἷς ἐπαγγελῶσιν οἱ θεατραὶ ὡς ἀριθμοῖς τῷ σχημάτων τὰ σχεύη. Qod & Lucian. in *apolog.* Οἱ τραγικοὶ ὑποκριταὶ, ὅτι μὲν τῆς σκιᾶς, Ἀγαμέμνων ἔσεσθε αὐτῷ ἢ Κλέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἶναι. ἔξω Πῶλος, ἢ Ἀνεξάδημος, ἀποδήμοι τὰ σχήματα, μίγνυνται ὑποκριταὶ τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες, καὶ συνεξυφούμενοι, εἰδότι ὅτι μαστιγώμενοι, ὡς ἂν τὸ θεάτρῳ δοκῇ & Joan. Chrysost. *in Matth. orat.* 20. rationem reddens nuncupationis Dominicæ; ὁ μὲν ὑποκριτὴς μέχρι τότε φαίνεται λαμπρὸς, ἕως ἂν τὸ θέατρον κρότησε· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε παρὰ πᾶσιν. ἴσασι δὲ οἱ πλείους τῦ φαινομένου, τίς ὢν τίνα ὑποκρίνεται· πλὴν ἀλλὰ τῦ θεάτρου λυθέντος, συμβήσεται ἅπασιν ἀναγκαίως γυμνωθῆναι. qod Senec. *ep.* 76. *Hi, qibus sceptrum & chlamydem in scena fabulæ assignant, cùm præsente populo elati incesserunt, & cothurnati, simul exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt.* Dio. Prus. qi & *Chrysost. orat.* 38. ἐν τοῖς θεάτροις τὸν ὑμῖν ἀληθῶς δεῖ δοκεῖ βασιλεὺς, ἢ τύραννος ἢ θεός; καὶ τοι ταῦτα πάντα καλοῦσιν, καὶ ἐκ ὀνόματα μόνον ἔχουσι θεῶν, ἀλλὰ καὶ σχήματα, καὶ στολὰς καὶ κάλεσιν πολλὰ, ὡς ἐκεῖνοι· τῇ δὲ ποιήματος συμπλεόντος, ἀπέσυρε τὸ μηδὲν ὄντας. Histriones igitur reges agunt, cùm nihil in se regium habeant; at Sophistæ etiam *βασιλεύειν διδάσκειν*, alios *artem regendi edoctures* se profitentur, (qemadmodum & Protagoras Platonicus *politicam*, ὅπως τὰ τῆς πόλεως συνατάξει ἂν εἴη τις καὶ σχεδιεῖν, καὶ λέγειν.) οἳ οὐκ ὅπως βασιλεύειν, ἀλλ' οὐδὲ ζῆν ἐῶσιν, cùm ipsi intercim nec vivere, nedum regnare nôrint. Qin & qod Petrus Apost. *ep.* 2. *c.* 2. *v.* 19. de Pseudonymis doctoribus; ἐλευθερίαν ἄλλοις ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. *Aliis libertatem pollicori, cùm sint ipsi vitiorum mancipia.* ità sapientiam pollicebantur sophistæ isti, cujus ipsi nè micam qidem penes se habebant; & eò minus, qò plus habere se opinabantur. qod rex sapientissimus monuit, Prov. *v.* 26. *v.* 12. ὅσοι γὰρ ἐν ἀμαθείᾳ ὄντες, πεποίθασι σοφοὶ εἶναι, ἔστι πολὺ εἰσὶ ἀθλιώτεροι τοῦ ἄλλων ἁπάντων· καὶ ὅτι τοῦτο τὸ τοῦ σοφιῶν γένος. Dio. *orat.* 10 tales erant, talésqe faciebant illos, qi in disciplinam eis sese dabant. vide *ad l.* 1. § 16.

Ἀνθρώπεια] *homunciones.* Xyl. rectè. leg. ergò ἀνθρώπια. nam ἀνθρώπεια, *humana*

Μυξῶν μεστά] *Muci pleni.* Xyl. *gravitatis affectatæ pleni.* M. Cæs. ut alluserit Marcus ad proverbium illud, Βαθεῖα μύξα, ἀεὶ δεῖ κομπάζοντων καὶ μεγαλαυχόντων, usurpatum; Svid. de qo Salmas. *ad Tertull. Pall. deducunt perperam* (Svidam notat) *à Myxo Cereris sacerdote.* at μύξα est μυξώδης· & μύξα, βλέννα, κόρυζα· κόρυζαν *pro tumore, superbiâ, jactantiâ dixere.* Sed & μύξαν *pro eodem. inde* μύξα, ἀλαζών. itaqe *arrogantiæ ac fastûs*, malim reddere, sicut Marcus alibi, καὶ μεθ' ὅτου πόθεν *lib.* 11. § 18. qàm *gravitatis affectatæ*, pleni! qanqam σεμνοτυφία, qod seqitur horsum spectare videatur. Cæterùm habere locum hîc posit alter vocabuli istius usus etiam proverbialis, qo μυξώδης καὶ βλεννώδης, & μύξης sive κορύζης μεστὸς, fatui stupidíqe dicuntur; & μύξα sive κόρυζα pro stuporis indicio habetur. Ità apud Platonem. *polit. l.* 1. Thrasymachus Socrati stuporem objiciens, percontatur illum, nutricem habeat necne, ὅτι τις, inqit, σὲ κορυζῶντα οὐχορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δήπουθεν. In Luciani item *votis.* Timolaum subsannus Lucianus: Καίτοι ἐγὼ τὸ ἀναισθητότατον ὁρῶ, ὃς σε παίοντα μωραίνοντα, πλὴν πολλοῦ ταύτην κόρυζαν ἀπολύσας. Idémqe in *Pseudomant.* Τοῖς ἐμπείροις καὶ κορίζης μεστοῖς πλὴ ῥίνα τεθέσθαι. Et in *Philopseud.* Εἰ μὴ πάνυ πλὴ ῥίνα κορύζης μεστὸς εἶναι. Nec secùs ferè Epictetus, *lib.* 2. *c.* 21. dixit; κορύζης μεστὸς εἰς πλὴ χαλκῆν εἰσέρχεσθαι, μόνον πλὴ ἰσχνὰν μαθησόμενον. Latinis pariter *mucidus* pro *stupido, stolido, fatuo.* Plavt. *Epid.* 3. 4.

——*homo es,*
Qi me emunxisti mucidum, minimi pretî.

Fruſtrà enim est Parcus, cùm de *opulento* dici censet, *cui mucus* scil. *as est.* imò, tanqam de homuncione, cui *muconis plenum nasum*, qiqe *consilii omnis expers est*, ut rectè Lambinus. prægressa docent.

Senex, tibi os est sublitum planè & probè.

nec aliâ ratione ejusmodi hominem *blennum* dixere. Pestus.

Blennos stultos esse Plavtus indicat.
(*Bacchid.* 3. 1.)
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

Lucil. *sat.* 30. citante Nonio, apud qem *plenus* pro *blennus* corruptè legitur;

Deblaterat blennus.——

nam Βλέννα, μύξα· Βλεννὸς, νωθὴς, μωρός. Hesych. Cùm igitur pituitæ crassæ, qâ nares obstrui solent, copia nimia mentis aciem obtundere sensibúsqe officere censeatur, indè natum; ut sicut *emunctæ naris* hominem, qod de Lucilio Flaccus, *serm. lib.* 1. *sat.* 4. pro acris ingenii, exactíqe judicii dicebant: ità contrà *naris obesæ*, qod idem *epod.* 12. usurpavit, pro stolido stupidóqe in usu esset. Verùm contextûs series illò potiùs inclinat, eodémqe ipse. Respexerit autem forsan Marcus ad illud Epicteti, qi *dissert. l.* 3. *c.* 22. de Cynicam professionem ementito, cùm revera nihil minùs præstaret, Μύξα γένεται, ἀλλ' οὐδέν.

Τί ποτε πρίπον, ὁ νεῶ σε φύσις ἀπαιτεῖ] Post τί ποτε distingvit Interpres Anglicanus, & erotematicè legit, τί ποτε; *O homo, qid negotii facessis tibi?* Xylandrum forsan secutus, qi sic prior reddidit; *Qid faciendum? qod nunc natura poscit, eò contende*, &c. Verùm contextûs series ista vix admittit, & distinctiones à Xyl. ipso in contextu positæ respuunt omnino. Verto itaque, *Facias tandem, ô homo, eorum aliqod, qæ natura nunc à te exigit.* De mente vide *l.* 6. § 2. & *l.* 7. § 54, 55. & *supr.* § 6. & *infr.* § 41. & *l.* 10. § 12, 33. nè eadem identidem appositа denuo navseam parisnt.

Μὰ θεὸς λόγου εἴ τις ἐστιν] Vide *lib.* 1. § 7, 9. & *l.* 7. § 58, 67. & *l.* 8. § 1. Epictet. *lib.* 3. *c.* 24. Μόνον μὴ πομπεύε αὐτὸν μηδ' ἀλαζονεύου ἐπ' αὐτῇ· ἀλλ' ἔργῳ δείκνυε· κἂν μηδεὶς αἰσθάνηται, ἀρκοῦ αὐτὸς ὑγιαίνων καὶ εὐδαιμονῶν. Senec. *epist.* 79. *Hæc nos opertet agere, & in hoc ire impetu toto, licèt pauci sciant, licèt nemo videat.* Et, *epist.* 113. *nihil ad rem pertinet, qàm multi æqitatem tuam noverint.* Optimè Plut. *de perfect. indic.* Εἰ γὰ ἀληθινὸς ἔρως παιδὸς ἢ γυναικὸς, ἐ ζητεῖ μάρτυρας, ἀλλὰ καρπῶται τὸ ἡδὺ, κἂν κρύφα κατεργάσηται τὸν πόθον· ἢ μᾶλλον εἰκὸς ὄζειν τὸν φιλόκαλον, καὶ φιλόσοφον σωφρονα δια θέσεων τῇ ἀρετῇ καὶ χρώμενον, αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ σωφρονεῖν μέσα φερνεῖν, ἐπαινεῖσθαι καὶ ἀκροᾶσθαι μισεῖν λόμψον. ὥσπερ ἂν ὁ κελεῦων ἀκούειν ὅτι κακῶς ἀκούσεται δεισιδαιμονίας, καὶ βοῶν, θύσαι, Διονύσια, πέπαυμαι τετυφωμένος, ὅτως ὁ ποιήσας τὶ χρεῖον καὶ ἀσεῖον, εἶτα τοῦτο διηγούμενος, καὶ ὠφέλιμον πεπραχῶς, δῆλός ὄζειν ἔξω βλέπων ἐπ, σοφὸς δόξαι ἑλκόμενος, ἔπου ἢ τῆς ἀρετῆς γεγενὼς διαπρὸς, οὐδ' ὕπαρ, ἀλλ' ὄναρ αὐτῆς ἐν εἰδώλοις καὶ σκιαῖς ῥεμβόμενος, οὐδ' ὅσον ζωχρόσημα ἀφεστηκὼς ὅτι δίαν τὸ πυρεγμῶν. qemadmodum avtem Plut. ab amantibus iconem traxit; ità Aristid. *in Eteon.* à sitientibus. ὥσπερ οἱ διψῶντες σωπῇ πίνουσι. qod & Dio Prus. *orat.* 27. Οἱ διψῶντες οὐδ' ἀδιπόρων ἐπειδὰν ἔλθωσιν ὅπου χρήνη πιὰ, πίνουσιν ἐπικύψαντες ἐμπλησθέντες ἢ, καὶ τὸ διψῶν ἀποβάπτουσι, ἵνα μὴ ἀπαλλάττονται, ὅτε κορέσαντες, ὅτι οὐ πόντες π. vide Epictet. *l.* 3. *c.* 12. *ad l.* 1. § 7. qi & istos vanæ gloriæ inhiantes, & famæ popularis avcupes avidos, scenicis confert; qi nisi turbâ inspectante non canent, non agunt. *l.* 3. *c.* 14. Ὡς οἱ καλοὶ ὑποκριταὶ μόνοι ἔσαι ἐ δύανται, ἀλλὰ μῆ πολλῶν. ubi, *mali Tragœdi*, Volfius cur redderet, nihil video.

Μηδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἄλλης] De Catone Cicero, *ad Attic. l.* 2. *ep.* 1. *Dicit tanqam in Platonis politia, non tanqam in Romuli fæce, sententiam.* Qod Plutarchus in *Phocione* sic reddit, ὥσπερ ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ καὶ ἐκ ἐν τῷ Ῥωμύλου πολιτεύόμενον ἐσκόπει. Plato certè qam finxit politiæ ideam, nusqam unqam reperta est, avt reperiam usqam unqam iri spes est. Theodoret. *therapevt. l.* 9. Ἀλλ' ὁ μὲν φιλόσοφος πάσης νόμους ξυνέγραψε· καὶ ὐδένα πέπεικε θεὸν ἀνθρώπων ἐ πολίτην, ἐ ξένον, ἐκ ἀστὸν, ἐ χωρητικὸν, ἐχ ἕλληνα, ἐ βάρβαρον, ἐ δοῦλον, ἐκ ἐλεύθερον, ἐκ ἄρρενα, ἐ γυναῖκα, ἐ νέον, ἐ πρεσβύτην, ἐ λόγοις ἐντεθραμμένον, ἐ λόγων ἀμύητον, καὶ τέσδε βιῶναι τοὺ νόμους. Hinc apud Athenæum ille *dipnosoph. l.* 11. Ἔοικεν ὖν ὁ Πλάτων μὴ τοῖς ὅσιν ἀνθρώποις γεγράφαι τοὺ νόμους, ἀλλὰ τοῖς ἐν αὐτῷ διαπλαττομένοις· ὥστε καὶ ζητεῖς τοὺ χρησομένους· ἔχεις ὖν, ἃ πείσει λέγων, ταῦτα καὶ γεράφειν, καὶ μὴ ταὐτὰ ποιεῖν τοῖς εὐχομένοις, ἀλλὰ τοῖς ἐν ἐνδεχομένων ἀντιχομένοις. qæ postrema eruditus interpres minimè assecutus est. *debuit*, inqit, *Plato imitari non vota facientes, qi impossibilia sæpe optant sibi, sed eos, qi res perfici possibiles suscipiunt, ac moliuntur.* Qanqam iniqior forsan hoc nomine Platoni atqe aliis rerum publicarum ideas delineantibus Gregorius Naz. (non solus tamen is) qi *in Julian. invect.* 1. Πῶς δὲ θαυμάζειν ἄξιον τύτε, ὃι λόγῳ πλάττουσι πόλεις τοῖς ἔργοις συζῆναι μὴ δυναμένας; Non possum avtem erudito interpreti Anglic assentiri, qi ista cum seqentibus tanqam ex aliena persona à Marco prolata existimat. Sunt enim Marci ipsius, eum qem alloqitur invitantis ad id qod est naturæ ipsius consentaneum agendum & conandum, qantum in se est: monentisqe simul animum nè deiponderet, etiamsi non possit hominum mores ità refingere, ut reipub. Platonicæ inducendæ spes detur, avt eam hominum in bono promovendo conspirationem experiri, qæ in ea, qam Plato sibi finxit, republica expectari poterat; sed successibus etiam leviusculis & processibus perexiguis contentus agat, pergátqe nihilominus in instituto. qod idem & de se, profectúqe suo, cuiqe svadere conatur, *l.* 5. § 9.

Ὡς ἐ μικρόν τι δεῖ] Non est parum, inqit, si vel parum studio tuo proficere poteris, in tam ampla validáqe hominum morúmqe corruptela; si vel supprimere saltem valeas, qod corrigere non datur. Siqidem dogmata tenaciùs animi medullis infixa, iisis de pulmonibus revellere prorsus, plus qàm Herculeus labor fuerit; qod tamen nisi fiat, nihil liberè ac lubenter, sed servo fucatóqe affectu peragitur, qicqid à talibus præstatur. Malè ista cepit accepitqe Xyl. dum legit Δόγμα γὰ αὐτῷ τις μεταβαλεῖ; vertítqe, *Mutat aliqis illorum suum placitum?* sed & Xylandri vestigiis insistens Anglus. cùm τις illud sic ἐρωτηματικὸν. *Ecqis enim dogma, sive judicium, illorum mutaverit?* Senec. *de ira l.* 2. *c.* 10. *Numqid ille cujus navigium multam, undiqe laxatis compagibus, aqam trahit, navis ipsiqe navigio iratscitur? Occurrit potius, & aliam excludit undam, aliam egerit, manifesta foramina perclu-*

dit,

dit, latentibus, & ex occulto ſentinam ducentibus labore continuo reſiſtit: nec ideo intermittit, qia quantum exhauſtum eſt, ſubnaſcitur. Lento adjutorio opus eſt contra mala continua & fœcunda; non ut definant, ſed nè vincant.

Δυλεία ſενόντων ϗ πειθαρχ θρεπτομένων] Hoc eſt qod unico verbo Hebræi כחש i. e. *mentiri*, pro, *fictè ac mendaciter in obſequium ſe dedere.* Ità vates rex, *Pſal.* 18. *v.* 44, --46. *Populus priùs ignotus mihi, ignarúsque mei, ſerviunt mihi: ad ipſum mei auditum obediunt mihi: alienigenæ mentiuntur* (i.e. ut rectè Jun. *mendaciter dedunt ſe*) *mihi; dum decidente cis* (qaſi in talos) *animo, è conclavibus ſuis coharreſcunt.* & *Pſal.* 66. *v.* 3.) *Propter amplitudinem roboris tui, mendaciter ſe dedunt tibi inimici tui.* & *Pſal.* 81. *v.* 16. *Oſores Jovæ mendaciter ſe dediſſent ei.* ſed & vate rege prior Moſes, regis inſtar & ipſe, *Deut. c.* 33. *v.* 5. in ſolenni illa *benedictione* populi ſui, *ibid. v.* 29. *Hoſtes tui mendaciter ſe dedent tibi.*

Καὶ Δημήτριον τὸν Φαληρέα] Vide *ad l.* 8. § 25. Hunc avtem, etſi Philoſophiam profeſſum, Alexandro ac Philippo adjungit, qia & ipſe reipub. regimen glorioſè ſatis Athenis tractaverat, ubi & ſtatuæ æreæ 360. eidem publico populi ſuffragio erectæ ſunt; qæ tamen havd longo pòſt intervallo omnes, unicâ duntaxat exceptâ, dejectæ, confractæ, conflatæ ſunt. Vide Laërt. *l.* 5. & Diodor. Sicul. *l.* 18. ſed & Cicer. *de offic. l.* 2.

Ἐι ἐιδον, τί ἡ κοινὴ φύσις ἤθελε] Vide *l.* 8. § 3.

Ουδεὶς μι καλαχίχρικε μμεῖδς] Vide *l.* 5. § 36. & *l.* 7. § 58.

Ἁπλῶν ὄζι ϗ αἰδήμον τὸ φιλοσοφίας ἔργον] *Simplex ac modeſtum.* Adverſus illud peccant, poſt Philoſophos qoſdam, qi ſubtilitate nimiâ philoſophiam totam deartuârunt & delumbârunt; Scholaſtici. noſtri, qi argutiis, tricis, & quæſtiunculis ſpinoſis Theologiam totam implexam & involutam nobis dederunt: adverſus iſtud cùm Sophiſtæ ἀλαζόνες, tum & Cynici ἀναιδεῖς.

Σεμνοτυφίαν] Σεμνοτυφία, vocabulum vix alibi lectum, ἢ μῦ τύφε τινὸς σεμνότ. Philo *in Flaccum*: Ἃ ϗ λαμπρότερον ϗ βασιλικωδ ἐδήλα φύσιν, μῦ πλέον ϑ παῤῥησίας ἐπιδείκνυτο· ὅϑ, σεμνότερον ἦγεν αὐτὸν· ἄρχοντι ϑ λυσιτελέςατον ὁ τύφ ϑ. *Gravitatem faſtuoſam*, ſive σεμνοτυφίαν in Conſtantio his verbis depingit Ammian. *l.* 16. *Inſidebat aureo ſolus ipſe carpento; Auguſtúsque faustis vocibus appellatus, vocum lituorúmque intonante fragore, talem ſe, támque immobilem, qalis in provinciis ſuis viſebatur, oſtendit. nam & corpus perhumile curvabat portas ingrediens celſas, & velut collo munito rectam aciem luminum tendens, nec dextrâ vultum, nec lævâ flectebat, tanqam figmentum hominis: non cùm rota concuteret nutans, nec ſpuens, aut os aut naſum tergens vel fricans, manúmve agitans eſt viſus unqam.* Qæ eadem per totam vitam obſervâſſe, avthor eſt idem *l.* 21.

§ 30. Ἄνωθεν ἐπιθεωρεῖν] Vide *l.* 7. § 48. Eſt avtem iſtud argumentum totius *dialogi* Lucianici illius, qem ὑπσκοπτὴν ea de cavſa inſcripſit. Sed & *ſomnii Scipionis* Ciceroniani partis non contemnendæ.

Καὶ πλοῦν παντῖον] *Omnis generis divitias.* Xyl. πλοῦτον. ſed ſeqentia refutant, ἐν χειμῶνι, ἐν γαλλώναις.

Ἐπινόει ϗ ϗ τὸν ὑπ' ἄλλων πάλαι βεβιωμένον βίον] vide *l.* 7. § 49. Hoc avtem hiſtoriæ beneficio cumprimis datur; de qa Nicet. Chon. operis hiſtorici initio. Βίβλ ϑ ζώντων, ἢ ἱςορίαι ϗ σάλπιγξ πειρατ ϑ, τὰ γεγονότα, τοῦ πάλαι τεθνεῶτας ὀφ ϑ ἐκ σημάτων ἐξανιςῶσα, ϗ ὑπ' ὄψιν πθεῖσα τῆς βουλομένοις. Verùm Marcus hîc potiùs vult nos animo complecti, qàm immenſum temporis ſpatium nos anteceſſerit, qod transactum ſit illis, qi & nobis prorſus ignoti, rerúmque noſtrarum itidem ignari fuerint. vide *ad l.* 4. § 3. τὸ χάος, ſed & *l.* 6. § 18.

Ὅσοι μὲν ὄδε ὄνομά σε] vide Boëth. *conſol. l.* 2. *c.* 7. *ad l.* 4. § 3. vide & *l.* 8. § 21.

Τάχιςα ἐπιλήσονται] vide *ibid.* & *l.* 3. § 10. & *l.* 4. § 19.

Τάχιςα ῥέξουσι] vide *l.* 4. § 3. τὸ εὐμετάβολον.

Οὔτε ἡ μνήμη ἀξιόλογον] vide *ibid.* τὸ κενόν. § 31. Ἀταραξία] Idem *l.* 7. § 54. & *ſuprà* § 6. Καλαλήγουσα ἐπ' αὐτὸ] ut nihil aliud reqirat, qàm rectè feciſſe. vide *l.* 3. § 6. & *l.* 5. § 34. & *l.* 6. § 7, 50. & *l.* 7. § 73. & *infrà* § 42. καλαληλικῶς διδύναι.

§ 32. Ὅλα ἐπὶ τῇ ὑπολήψει κείμενα] vide *ad l.* 8. § 40, 47.

Καὶ πολλῶ εὐρυχωρίαν περιποίησεις ἤδη σαυτῷ τὸν ὅλον κόσμον περιειληφέναι τῇ γνώμῃ] Iſta peſſimè divellit & delumbat Lugd. dum ab illis ἤδη σαυτῷ novam orditur ſententiam, cùm ſuperioribus adnecti mens avtoris liqidò poſtulat. Meliùs Angl. à ſeqentibus, τὸν ὅλον κόσμον. Nevtri tamen aſſentior. articulum, qi deperiſſe videtur, interſerendo, dictionis ſeriem continuandam ſic ſentio. π. εὐρ' περιποίησεις ἤδη σαυτῷ [τῷ] τὸν ὅλον κόσμον περιειληφέναι, &c. vide Platon. *polit. l.* 6. à Marco lavdatum *l.* 7. § 35.

Πολλῶ εὐρυχωρίαν] *qaſi ex anguſtiis educere te poteris, & in patente te collocare.* Ità Pſalt. *Pſ.* 18. *v.* 20. *Eduxit me in locum patentem.* εἰς πλατυσμόν. Græc. *in latum.* & *Pſal* 31. *v.* 9. *Non concluſiſti me in manibus inimicorum meorum; ſed in patente, ſive, in lato, poſuiſti pedes meos.* ἐν εὐρυχώρῳ, Græc. cui opponitur στενοχωρία. *ad Rom. c.* 2. *v.* 9. θλῖψις ϗ στενοχωρία. Epict. *l.* 1. *c.* 25.

6. 25. Ὁρᾷς, ὅτι σὺ σαυτῷ γενοχωρείαν παρέχεις, σὺ σαυτὸν θλίβεις; & mox, Καθόλα γὰρ ἐκεῖνα μέμνησο, ὅτι ἑαυτὸν θλίβουσι, ἑαυτοῖς γενοχωρεῖν πέπεισι, τὰ δόγματα ἡμᾶς θλίβει καὶ γενοχωρεῖ. Talem sibi procuraverat γενοχωρείαν Pellæus ille, qi

Æstuat infelix angusto limite mundi,
Ut Gyari clausus scopulis, parvâque Seripho.

Juvenal. *sat.* 10. atque hoc est verè γενοχωρεῖν τὸν κόσμον, uti Epictetus idem, sed sensu pavlò diverso dixit *l.* 3. *c.* 26.

Τὸν ὅλον κόσμον διεληλυθέναι τῇ γνώμῃ] quod *cum animo percurrere*, Senecæ *ep.* 71. vide *l.* 7. § 47. & *l.* 11. § 1.

Ἀχανὲς ἦ τὸ πρὸ τῆς ἡμέρας] vide *l.* 4. § 3, 50. Greg. Rom. *in Job. l.* 7. *c.* 20. *& immensum est, qod suæ termino sejitur; & parum est, qicqid finitur. Longum qippe nobis videri non debet, qod cursu sui temporis tendit ut non sit: qod dum per momenta ducitur, ipso hoc momenta sua qæ differunt, impellunt. atqe unde tenori cernitur, indè agitur, ut non teneatur.*

§ 33 Πάντα ὅσα ὁρᾷς, τάχιστα φθαρήσονται] vide *ad l* 2. § 12. & *l.* 4 § 48. & *l.* 7. § 25. Senec. *epist.* 71. *Omne humanum genus, qódqe est, qódqe erit, morte damnatum est. Omnes qæ usqam rerum potiuntur urbes, qæqe alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint, aliqando qæretur, & vario exitii genere tollentur. alias destruent bella, alias desidia, paxqe ad inertiam versa consumet, &, magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio absondet, aut in subitum cavernam concidentis soli laxsus abducet. qid est ergò qare indigner, aut dolcam, si exiguo momento publica fata præcedo?*

Ὁ ἐφ' ἑνὸς ἥρωας ἀποθανών] Vide *ad l.* 2. § 14. & *l.* 4. § 50. Hieron. *in Nepot. Si nongentos excederemus annos, & Methusalæ tempora nobis donarentur, tamen nihil esset præterita longitudo, qæ esse desiisset. etenim inter cum qi decem vixit annos, & eum qi mille, postqam idem vitæ finis advenerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transactum omne tantundem est.* Augustin. *de verb. Dom. serm.* 42. & *homil.* 1. & 28. & *de* 10. *chord. c.* 2. *Tota vita brevis est; à prima infantia usqe ad decrepitam senectutem, spatium breve est. Qòd tam diu vixerat, qid Adæ profuisset, si hodie mortuus esset? Si adhuc viveret, & hodie moreretur, qid illi vitæ longitudo profuisset? qid enim diu est, ubi finis est? qantum est in hac vita, qod erit aliqando finitum? qicqid fuit futurum, ubi præteritum factum est, jam tale habetur, ac si non fuerit.* Gregor. *in Job. l.* 15. *c.* 2. *Si ab ipso humani generis exortu usqe ad hoc tempus, in qo sumus, mentis oculos ducimus, omne qod finiri potuit, qàm breve fuerit videmus. Ponamus enim qemlibet hominem à primo die mundi conditum, usqe ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam, qam qasi longam ducere videbatur, finire: ecce finis adest, præterita jam nulla sunt, qia cuncta transierunt. futurum in hoc mundo nihil est, qia nullum ad vitam vel brevissimum restat momentum. Ubi est ergò longum tempus, qod inter initium finemqe deprehensum ità consumitur, ac si nec breve unqam fuisset.* Senec. *epist.* 49. *Modò amisisse te videor: qid enim non modò est, si recorderis? modò apud Sotionem philosophum puer sedi: modò caussas agere cepi; modò desii velle agere, modò posse. Infinita est velocitas temporis, qæ magìs apparet resticientibus. Nam ad præsentia intentos fallit; adeò præcipitis fugæ transitus levis est. Caussam hujus rei qæris? qicqid temporis transiit, eodem loco est: pariter adspicitur; unà jacet: omnia indè in profundum cadunt. & alioqi non possunt longa intervalla esse in cære; qæ tota brevis est.* Idémqe *ep.* 99. *Omnes qantùm ad brevitatem ævi, si universo comparæs, & juvenes, & senes, in æqo sumus. minus enim ad nos ex omni ætate venit, qàm qod minimum esse qis dixerit. qoniam qidem minimum aliqa pars est; hoc qod vivimus, proximum nihilo est.*

§ 34. Δι' ἃ ἐπιθυμοῦσι] *qæ amant.* Xyl. imò, *propter qæ amant*, alios scil. atque ità Cas. at Lugd. χολῶσι. qasi mens esset, *propter qæ succensent aliis.* qod χολᾶται potiùs diceretur.

Γυμνὰ νόμιζε τὰ ψυχάρια αὐτῆς] vide *l.* 2. § 12. & *l.* 3. § 11. & *l.* 7. § 62. Senec. *ep.* 47. (qam transcripsit, more suo, tacito avtoris nomine, Macrob. *Saturn. l.* 1. *c.* 11) *Qemadmodum stultus est, qi emturus equm, non ipsum inspicit, sed stratum ejus & frænum: sic est, qi hominem ex veste, aut conditione, qæ vestis modo nobis circumdata est, æstimandum putat.* Ὅτε γὰρ ἵππος ἐυγενὴς κρίνοιτ' ἄν, ὁ πολυτελῆ σκεύη ἔχων, ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός. ὅτε ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὁ πλούτιμον κόσμον κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὰς ψυχὰς γεννικός. Socrates apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 1. qod Plutarchi nomine exhibet, Anton. *melis. l.* 1. *c.* 31. Senec. idem *ep.* 41. *Qid est stultius, qàm in homine aliena laudare? non faciunt meliorem equm aurei fræni.* Et *epist.* 92. *Qod de veste dixi, idem de corpore me existima dicere. Nam hoc qoqe natura, ut qandam vestem, animo circumdedit. Velamentum ejus est. qis autem unqam vestimenta æstimavit arculâ? nec bonum, nec malum vagina gladium facit.* Itaque ut idem *epist.* 80. *Omnium istorum personata felicitas est. contemnes illos, si despoliaveris. Equm empturus, fovi jubes stratum, detrahis vestimenta venalibus, nè qa vitia corporis lateant. Hominem involutum æstimas? Mangones qicqid est qod displiceat, aliqo lenocinio absondunt. itaqe ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt. sive crus alligatum, sive brachium aspiceres, nudum juberes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiæ, Sarmatiæve regem, insigni capitis decorum?*

decorum? Si vis illum æstimare, totúmque scire qualis sit, fasciam solve. Si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus teipsum considera. Quid ad rem pertinent mulæ saginatæ, unius omnes coloris? quid ista vehicula cælata?

-instrati ostro alipedes, pictisque tapetis;
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro fulvum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorem facere possunt, nec mulam. Idem *ep.* 87. quod Flaccus, *serm. l.* 1. *sat.* 2.

Regibus hic mos est ubi equos mercantur,
* Ità Lipſ. opertos, vulg. perperam. ** apertos*
Inspiciunt: ne si facies, ut sæpe, decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem,
Quòd pulcræ clunes, breve quòd caput, ardua cervix.
Hoc illi rectè, nè corporis optima Lynceis
Contemplere oculis; Hypsæâ cacior, illa
Quæ mala sunt species.—

qæ verè mala, qæ mentis mala; hæc enim sola verè mala Stoæ. Nec dissentiunt nostri. Joan. Chrysost. *edit. Savil. tom.* 7. *orat.* 2. τί πολ' ὄζει ἵππος ἀρετή; ἄφες τὸ χρυσῶν ἔχειν χαλινὸν, καὶ τελαμῶνας τοιούτους, καὶ χρωμάτων δεσμὸν ἐκ σκευῶν νικώντων συγκείμενον, καὶ τάπητας ποικίλους καὶ χρυσοπάσους καὶ φάλαρα λιθοκόλλητα, καὶ πλοκάμους χρυσοῦς χαιτίοις συμπεπλεγμένους· ἢ τὸ δεσμικὸν εἶδε, καὶ εὐσχελῆ, καὶ βαδίζειν εὐρυθμα, καὶ ὁπλὰς ἔχειν ἵππου φρεπόσας γυναῖφ, καὶ ἀνδρείαν κεκλῆσθαι τῷ ἐν ἀποδημίαις μαχητῇ, τῷ ἐν πολέμοις ἀρμίζουσιν, καὶ δύνασθαι καὶ ἐν παρατάξει μὴ πολλῶ φαίνεσθαι τῶ παρεστῶτι, καὶ τέρπειν γλαυκώπις σώζειν τὸν ἀναβάτην; οὐκ εὔδηλον ὅτι ταῦτα ἵππου ἀρετὴ, οὐκ ἐκείνα; τί δὲ; ἕνων καὶ ἡμιόνων ποίαν φαῖμεν ἀρετὴν εἶναι; ἢ τὸ δύνασθαι μετ' εὐκολίας ἀχθοφορεῖν, καὶ ῥᾳδίως τὰς ὁδοὺς διανύειν, καὶ πέδας ἔχειν στερρότητι πέτρας μιμουμένας; μὴ τὰ ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενα σωμελεῖν τι πρὸς τὸν ἵππον ἀρετὴν αὐτῆς φύσομεν; ἁβρῶς. ἄμπελον ἢ πίαν θαυμάσομεθα; τῷ τοῖς φύλλοις κομῶσαν, καὶ τοῖς κλήμασιν, ἢ τῷ τοῦ καρποῦ βεβρυθμῶ; ποίαν ἢ ἀρετὴν ἐλαίας εἶναι φαμῶ; ὅταν μεγάλως ἔχῃ τοὺς κλάδους καὶ πλατὺν τὸν ὑπὸ τοῖς φύλλοις κόλπον, ἢ ὅτι τὸν οἰκεῖον καρπὸν ἁβρὸν καὶ παντὸς ἀχθους διεσπαρμένον ἐμφαίνῃ; ὅτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ποιῶμεν. διακελεύσωμαι τῷ ἀρετῷ τῷ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ βλέπειν εἰς ἐκεῖνον νομίσωμεν, τῷ αὐτῇ λυμαινομένῳ· τί ἂν δέοι ἀρετὴ ἀνθρώπου χρήματα, ἵνα πενίαν δείσῃς· ἢ τῶν πολλῶν ὑπόλειψις, ἵνα φοβηθῇς πόνον· ἢ τῶν ἀπολλύσθαι, ἵνα ὑπὲρ δόξαν πονηρὸν ἢ τὸ ζῆν ἁπλῶς καὶ εἰκῇ, ἵνα φοβερός σοι γένηται ὁ θάνατος· ἢ ἐλευθερία, ἵνα δουλείαν φύγῃς· ἀλλὰ ἢ τῶν ἀληθῶν δογμάτων ἀκρίβεια, καὶ ἡ κατὰ τὸν βίον ὀρθότης. vide *ad lib.* 6. § 40.

tura tua poſcere videtur, qà eſt vegetativâ facultate præditaq; niſi, ſi id tibi qà animal; id eſt, vitæ tuæ ſenſitivæ, adverſari videbitur. tum qod natura tua, qà es animal, expetere viſa fuerit, niſi id tibi qà es homo, & virtuti rationali, minùs conſentaneum extiterit. Ità nihil vult admitti, qod natura hominis, avt qà vitam meram cum ſtirpibus, avt qà ſenſum cum animantibus communem habet, ſi rationi rectæ, cujus imprimìs ratio habenda eſt, repugnaverit: vide *l.* 12. § 3. Marco Seneca lucem ſœnerabit *epiſt.* 92. *Quid ergò*, inqit, *ſi virtutem nihil impeditura ſit bona valetudo, & qies, & dolorum vacatio, non petes illa? qidni petam? non qia bona ſunt; ſed qia ſecundum naturam ſunt, & qia bono à me judicio ſumuntur.* Et luculentiorem adhuc Ariſtoteles, *ethic. ad Eudem. l.* 7. *c.* 15. Δεῖ πρὸς τὸ ἄριστον ζῆν, καὶ πρὸς τοῦτο ἕξιν καὶ τίνα ἐνέργειαν τοῦτο τὸ ἄριστον· οὐδὲν δ' ἄλλο πρὸς διαπόρησιν. ἐπεὶ ὅτι μὲν ἄνθρωπος φύσει συνέστηκεν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀρχομένου, καὶ ἑκάστου δὴ δέοι πρὸς τοῦτο ταύτῃ ἀρχοῦ ζῆν. Et mox. Ἔτι τίς ἂν αἵρεσις καὶ κίνησις ἧς φύσει ἀγαθῶν ποιήσει τοῦτο τὸ θεοῦ μᾶλλον πρᾶξαι θεραπείαν, ἢ σώματος, ἢ χρημάτων, ἢ φίλων, ἢ ἧς ἄλλων ἀγαθῶν, αὕτη ἀείσῃ, καὶ ἔστ' ὁ ὅρος καλλιστος· εἴ τις, ἢ δι' ἀνδρείαν, ἢ δι' ὑπερβολὴν καλύπτει τὸν θεὸν θεραπεύειν καὶ θεωρεῖν, αὕτη ἧ φαύλη.

Μηδὲν φρυγίζε] *Nihil ages ſupervacaneum.* Xyl. at verba monentis ſunt, non promittentis. itaqe Caſ. *rebus otioſis nè faceſſas negotium tibi.* Malim ſimpliciter, *nihil ſatage*, vel, *nihil ſategeris*; de re nulla ulteriùs ſolicitus ſis.

§ 3. Φθαρήσεται γάρ σε ἐπαναλῶσαι] vide *ad l.* 7. § 33, 64. & *l.* 8. § 46.

Ἐπὶ τῇ ὑγιείᾳ δεῖ τὴν σὴν φορητὴν ποιῆσαι] Senec. *epiſt.* 78. *Levem illum, dum putas, facies.*

Τῷ συμφέρειν] qid enim valetudinis & ſanitatis cauſâ non ſuſtineas? vide *qà l.* 5. § 8.

Ἡ τῷ καθήκειν] *officii cauſâ* qid non debeas? vide Apoſtolum *ad Roman. cap.* 8. *verſ.* 35, 36. *ad Hebr. cap.* 11. *verſ.* 35, 36, 37. *ad Phil. c.* 1. *v.* 20, 21. & *c.* 2. *v.* 17. Lucam *Act. c.* 20. *v.* 23, 24. & *c.* 21. *v.* 13. vide & *lib.* 3. § 6.

§ 4. Σεαυτὸν αἰτιᾶσθε, ἢ μηδὲ σεαυτόν.] *Te* (inqit) *accuſa*, qi ſuccenſeas alteri ob illud, qod corrigere in ipſo non vales: *vel etiam nec te accuſaveris*, qòd corrigere neqeas; ſed feras qod corrigere non pores. Poteſt tamen aliter intelligi. Tuam agnoſce imbecillitatem, qi non potueris erroris illum convincere. qanqam nec hoc qidem vitio tibi vertendum fuerit. *curam* enim *exegeris*, *non curationem*; ut ſcitè Bern. *ad Eugen. de conſider. l.* 4. Cavtè itaqe Epictet. *l.* 3. *c.* 24. Ἐγὼ τὸ μὲν ἐμὸν παύσω ἐξ ἁπαντὸς· ἐπ' ἐμοὶ γὰρ ἔστι. τὸ δ' ἀλλότριον πειράσομαι καὶ δύναμιν· ἐξ ἅπαντος δ' ὑ πειράσομαι. qi etiam in eandem cum Marco ſententiam. *l.* 2. *c.* 24. Δεῖξον μόνον, καὶ ὑποστήσεται· ἂν δὲ μὴ δεικνύῃς, αὐτὸς αὑτῷ μᾶλλον ἐχθρὸς ἔσῃ, ἢ τῷ μὴ πεισθησομένῳ. Et *lib. cod. c.* 12. Δεῖξον αὐτῷ τὸ ἀληθὲς καὶ λήσεται, καὶ ὄψεται ἐπ' ἀκολουθεῖ. μόχθος δ' ἂν ᾖ μὴ δεικνύῃς, μὴ ἐκείνῳ καλὸς ἀλλὰ μᾶλλον αἰσθάνῃ τῆς ἀδυναμίας τῆς σαυτοῦ. Eundem vide & *l.* 4. *c.* 5. hoc idem diſſerentem. vide *ad l.* 8. § 59. & *l.* 9 § 11, 42.

§ 5. Ἐξ αἰῶνος] ità *l.* 5. § 8. ἐκ προαιωνίων αἰτίων. vide *lib.* 4. § 26. & *lib.* 8. § 20, 23.

Περιπατεῖ καὶ δύναται] vide *ad l.* 7. § 31. Apoſtol. apud Luc. *Act. c.* 4. *v.* 28. Ὅσα ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι. Et Petr. *ibid. c.* 2. *v.* 23. Τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ. Et Jacob. *ib. c.* 15. *v.* 17. Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα, ἃ ἔστι γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ. Sive, ut alii codices exhibent; Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ θεῷ πάντα ἔργα αὐτοῦ. Gregor. *in Job. l.* 12. *c.* 1. *Nulla, qæ in hoc mundo hominibus fiunt, abſqe omnipotentis Dei conſilio occulto veniunt; nam cuncta Deus ſecutura præſciens, ante ſecula decrevit, qaliter per ſecula diſponantur.*

Ἡ ὑπόπλοκη τῶν αἰτίων] i. e. *Series implexa cauſſarum*: ut Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 7. ſive *immutabilis cauſarum cohærentium ſeries*, ut *ad Helv. c.* 8. Idem *de provident. c.* 5. *Cauſa pendet ex cauſa; privata ac publica longus ordo rerum trahit.* ſed & Cicero *de divinat. l.* 1. Εἱμαρμένην i. e. *fatum* definit *ordinem ſeriémqe cauſarum, cùm cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignit.* Et latiùs adhuc *de Nat. Deor. lib.* 1. *fatalem qandam neceſſitatem, qâ qicqid accidit, id ex æterna veritate cauſſarúmqe continuatione fluxiſſe dicatur.* Idémqe eódem reſpiciens *de Fato*: *Niſi ex æternitate cauſſa cauſſam ferens hoc erit effectura.* ut ſit qaſi εἱρμὸς τῶν αἰτίων ſic dicta. Nec conſultè ſatis H. Stephanus, cùm in Lexic. Ciceron. aliam eſſe Græcè, aliam Latinè vocis notationem affirmat. *ſero* enim Latinum, unde *ſeries* & *ſertum* eſt, omnino ἕιρω Græcum. vide *ad l.* 7. § 9, 49, 75. Trahit avtem huc Il. Caſavb. Perſii illud, *ſat.* 3. *v.* 66.

Diſcite, ô miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum:

i. e. *cauſſas eorum*, inqit, *qæ homini eveniunt*; *qæ Stoici referebant ad legem fatorum.* qibus & Marcâ iſta ſubjicit.

Σωθήκλωθε] Vide *l.* 3. § 11. & *l.* 4 § 26.

§ 6. Εἴ ἄτομοι, εἴτε φύσεις] Malim φύσις. ut *l.* 11. § 18. Εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα. at Xyl. φύσει legiſſe videtur. *Sive naturâ conſtat mundus.*

Μέρος εἰμὶ τῷ ὅλῳ] vide *ad l.* 2. § 3. & Caſavb. *ad Perſ. ſat.* 3. *v.* 73.

Οὐδὲν βλαβερὸν τῷ μέρει] vide *l.* 5. § 22. & *l.* 6. § 45. Τὸ αὐτὸ συμφέρει τῷ μέρει καὶ τῷ ὅλῳ. Ariſtot. *polit. l.* 1. *c.* 4. Siqidem in toto pars eſt.

est. itaque Persarum regi Agesilai amicitiam ambienti, respondit is, Ὅτι δ. δύναται τὸν φίλον αὐτὸν Ἀγησιλάου ἰδία ἔχειν· εἰ δὲ ἓν Λακεδαιμονίοις κοινὸν φίλον, δῆλον ὅτι αὐτῷ ἔσαι ἐφ' ἅπασι χὴ ὠφελεῖν ἀειδημιεῖς. Ælian. *l.* 10. *c.* 20. Qin &, ut Plato *Charm.* τὸ ὕλαι καλῶς ἔχοι, ἀδυνάτον ὄν τὸ μέσος ἓν ἔχειν. *Potest quod inutile reipub. sit id cuiquam utile esse?* Cicer. *offic. l.* 3. Qi & *ibid. Ergò unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscujusque & universorum; quam si ad se quisque rapiat, dissolvetur omnis humana consociatio.*

Τὸν ὑ τὸ κόσμε ὠφελιμοφιᾶς] *Insuper acceperit*, i. e. insuper habeat, insitum atque innatum habeat. *accepisse*, pro *habere*. Sic Joan. *Apoc. c.* 11. *v.* 17. de Deo; εἴληφας δύναμιν μεγάλην. *potentiam magnam accepisti*, i. e. *habes, exerces, exeris*. Sic *Psal.* 24 *v.* 4. Græc. ὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτε. Vulgat. *Non accepit in vanum animam suam.* i. e. *non vanè habet.* Hebr. *ad vanitatem non effert.* ut Junius i. e. *vanitati non addixit.*

Τὸ μηδὲ ὑπὸ τινος ἔξωθεν αἰτίας ἀναγκάζεσθαι] Probat hinc, nihil in mundo admitti, quod universo, sive primæ causæ damnosum sit. Hoc enim naturæ cujusque esse commune, ut nihil in se habeat, quod non conducat sibi; quod damnosum sit, multò minùs: primam autem causam à nulla alia cogi posse, nec omnino igitur istiusmodi aliquid admisturam; quia nec à se habeat, nec aliunde admittat. vide *l.* 5. § 35. & *l.* 8. § 56.

Οὐδὲν φροντίζω ἀκουόντων] Vide *ad l.* 2. § 2. & *l.* 9. § 22.

Στοχάζομαι δὲ ὁμογενῶν] Non animadverterunt interpretes usum vocabuli hujus apud Marcum nostrum. itaque alter clavsulam hanc prorsus omisit, alter de *deliberationibus* interpretatus est. at στοχάζεσθαι Marco est *rationem habere*. Vide *ad l.* 1. § 9.

Εὐρρεῖν] vide *l.* 2. § 5. & *l.* 5. § 34.

Πολίτε βίον] vide *l.* 5. § 22. & *l.* 2. § 16.

§ 7. Σημαίνειν τὴν ἀλλοίωσιν] *alterationem* potiùs esse vult, quam *corruptionem* vulgariter dicimus. rationem petas licet ex *l.* 5. § 13. & *l.* 8. § 18. & *l.* 9. § 34. Idem planè Hippocrates *de diæta l.* 1. Ἀπόλυται μὲν ὑδὲν ἀπώλεσεν χρημάτων, ὐδὲ γίνεται ὅ,τι μὴ πρόσθεν ἦν· ξυμμισγόμενα ὁ χὴ διαλυόμενα, ἀλλοιοῦται. καὶ ὅσα μὲν ἐκ ψυχροῦ θερμὸν τὸ ὑπερέπον τὸ μὲν ἐξ ἀέρος εἰς φῶς αὐξηθὲν ἠέρος· τὸ ὁ ἐκ τοῦ φάεος εἰς ἄνθρωπον ἀποκριθὲν ὑπολείπεται. sed & è priscis philosophis haud pauci visum, τὴν γένεσιν χὴ τὴν φθορὰν, ἀλλοίωσιν εἶναι, monet Aristot. *de gener. & corrupt. l.* 1. *c.* 1. ἀεὶ γὰ μένειν τὸ ὑποκείμενον ταὐτὸ χὲν, τὸ ὁ πεῖσον ἀλλοιοῦσθαι φασὶν· ὅτι γὰ ἀλλοίωσις, ὅταν ὑποφύσεται τὰ ὑποκείμενα, αὐξητὰ ὄντος, ἰσοπαλλαίων ἐν τοῖς αὐτοῖς μένοντος. Ibid. *c.* 4. Itaque Casaub. *ad Baronii annal. appar. exerc.* 1. § 10. *Fuit opinio vetustissimorum Græcorum, nihil è rebus creatis perire, sed mutari duntaxat. mortem inane esse nomen sine re: nam revera mutationem esse, quam vulgus dicit mortem: quippe nihil creatum interire, sed formam aliam assumere.* (vide *ad l.* 9. § 35.) *hoc est, ut illi dicere solebant,* ἀλλοιοῦσθαι. Hoc autem Joan. Philoponus *ad Aristot. de gener. & corrupt. l.* 1. ab Homerico illo *Odyss. τ. v.* 181. sumptum existimat.

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖν', ἐφάνης νέον, ἠὲ πάροιθεν.

Ἀλλοῖος, inquit, non ἄλλος· ad quem locum Eustathium ex Grammaticis quibusdam inter ἀλλοίωσιν, ἑτεροίωσιν, & μεταμόρφωσιν distinguentem vide sis. nam quòd ad illa Aristotelis *physic. l.* 5. *c.* 2. Ἡ μὲν ἓν χὴ ποιὸν κίνησις ἀλλοίωσις ἔσα. Simplicius; Ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ὑπιθεῖναι τῇ χὴ ποιὸν κινήσει. non erat quòd Nogarola falsitatis argueret, adductis ex Ocello Lucano, Timæo Locro, & Platone, (nam planum illum Hermetis titulo inductum, cui larvam Casaub. *ad Baron. appar. exerc.* 1. § 10. detraxit, nihil moramur) locis quibusdam, quibus illi τὴν χὴ ποιὸν κίνησιν, ἀλλοιώσεως nomine designant. Neque enim hoc voluit Simplicius, neminem Aristotele priorem de ista motûs specie vocabulum illud usurpâsse: sed confusâ generaliqe magis notione τὸ ἀλλοιώσεως ῥῆμα priscos illos usurpâsse, dum non τὴν κατ' ὐσίαν tantùm, quam φθορὰν dicimus, sed & τὴν χὴ ποσὸν etiam, eodem hoc nomine comprehendebant; quod Aristoteles accuratiùs ista distingvens, ad τὴν χὴ ποιὸν κίνησιν duntaxat restrinxit. itaque in locis ipsis à Nogarola adductis Plato duo tantùm motûs genera statuit, τὴν ἀλλοίωσιν, χὴ τὴν φορὰν, & τὸ κινούμενον πᾶν ἢ φέρεσθαι, ἢ ἀλλοιοῦσθαι· αὗται γὰ, inquit, μόναι κινήσεις· ità ἀλλοιώσεως nomine, cum Marco istîc, φθίσιν τε χὴ φθορὰν etiam comprehendit. *Corruptionem* itaque nihil vult Marcus aliud esse, quàm *alterationem* quandam. Accedit Apollonius Tyan. *epist.* 66. sed adhuc παραδοξότερος, tam nec γένεσιν, quàm φθορὰν inficiatus. Θάνατος ὐδὲς ὐδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσεις, καθάπερ ὐδὲ γένεσις ὐδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσεις. τὸ μὲν γὰ ἐξ ὑσίας τραπὲν εἰς φύσιν ἔδοξε γένεσις· τὸ δὲ φύσεως εἰς ὑσίαν. χὴ ταῦτα δόκησις, ὅτε γιγνομένε κατ' ἀλήθειάν τινος ὅτε φθειρομένε ποτε. μόνα ὁ ἐμφανῆ ὄντα, ἀεροῦται τε ὑσιεν, καὶ μὲν δὴ παχύτητα ἢ ὕλης, καὶ δὴ καὶ λεπτότητα τῆς ὑσίας, ἅσα μὲν ἀεὶ τῆς αὐτῆς, κατέσει ὁ διαφερόσας χὴ κάσεις. At è diverso Tertull. *adv. Prax. c.* 27. *Transfiguratio interemptio est pristini. omne enim quodcunque transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat.* & clariùs adhuc *de resurr. carnis c.* 55. *Interpretabimur itaque plenius & vim & rationem demutationis, quæ fermè subministras alterius carnis resurrecturæ præsumptionem, quæ demutari, definere sit in totum, & de pristino perire.*

Di scu-

Discernenda est demutatio ab omni argumento perditionis. Aliud enim demutatio, aliud perditio. perrò non aliud, si ità demutabitur caro, ut pereat. peribit autem demutata, si non ipsa permanserit in demutatione. Servius *ad Æneid. l. 6. Elementorum perire, mutari est.*

Εἰς ἀλλοιοχίωσιν ὄντων] ἀλλοίωσιν Xyl. rectè. εἰα ἀλλοιῶδες præcesserat.

Τὰ ἑαυτῆς μέρη καχῶν] Ratiocinatio gemina superiori; nisi quòd ibi ab impotentia, istic ab ignorantia, quarum neutra universi naturæ competat, argumentatio instituitur. *Malum & damnosum aliquid, illa nec nolens, nec nesciens admiserit.* vide *ad l. 6. § 41. & l. 8. § 15. & l. 9. § 34.*

Εἰ δέ τις καὶ ἀρέμβυος] Haud rectè satìs ista interpretes cepisse videntur. Ex aliorum quasi mente ista supponit: *Si qui*, inquit, *misera naturæ illius universalis ordinatione*, quam ipse forsan non agnoscit, ità res esse ex suapte natura constitutas dicat, ut eâ ratione corruptioni & mutationi sint obnoxiæ, is sanè ex suis ipsius rationibus stultitiæ redarguetur, quòd miretur & indignetur mutari quippiam quod mutari natum sit. Vis autem consequentiæ minùs claret, nisi primum illud ex aliena sententia præsumptum & substratum intelligatur. vide *ad l. 4. § 5.*

Θαυμάζειν] Senec. *ep.* 101. *Quid est stultius, quàm mirari id ullo die factum, quod omni potest fieri?* vide *l. 8. § 13.*

Τῆς διαλύσεως εἰς ταῦτα] forsan, εἰς ταὐτὰ, *in eadem.* vide *l. 4. § 5.* Epictet. *l. 3. c. 13.* Εἰς ὑδὲν δεινὸν, ἀλλ' ὅταν ἐγένε εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς τὰ στοιχεῖα. ὅσον ἦν ἐν σοὶ πῦρ, εἰς πῦρ ἀνῆσιν· ὅσον ἦν γηδίου, εἰς γηδίον· ὅσον πνεύματος εἰς πνεῦμα πον· ὅσον ὑδατος, εἰς ὑδάπον. Ἀπαλλαγὴ γὰρ φθείρεται εἰς ταὐτ' ἐξ ὧν ἔζιν. Aristot. *metaphys. l. 2. c. 4.* Ità Gregor. Nyss. *de homin. opific. c. 26.* Ὁμολογοῦμεν τῷ διάλυσιν τοῦ σώματος, εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκε γίνεσθαι καὶ ὑμνον τῷ γῆν εἰς τῷ γῆν ἀναλύεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸ ὑγρὸν προσχωρεῖν τῷ ὁμοφύλῳ καὶ ἑκάστῳ φύσει ἐν ἡμῖν πρὸς τὸ συγγενὲς τῷ μεταχώρησιν γίνεσθαι.

Ἦτοι γὰρ σκεδασμὸς] vide *l. 7. § 32. & 49.*

Εἰς τὸν ὅλον λόγον] vide *ad l. 4. § 14, 21.*

Κατὰ πρόοδον ἐκπυρωμάς] vide *l. 3. § 3. & l. 5. § 13, 32.*

Ἐχθὲς καὶ τεῖτλω ἡμέραν] *Heri & nudiustertius.* i. e. nuperrimè. proverbialis formula, de re havd ità pridem gesta. Sed usitatiùs pro eadem χθὲς καὶ πρώην dicitur Aristophan. *ranis:*

-χρώμεθα τύτοις τοῖς παυηροῖς χθηκίοις
Χθὲς τε καὶ πρώην κοπείσι τῇ κακίσῳ κόμμασι.

Plato *de legib. l. 3.* Τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, χθὲς καὶ πρώην γεγονότα. Idémque *Alcib. 2.* Οἶμαι δέ σε ὐκ ἀνήκοον εἶ, ἔνι ἄγε χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ γεγονυῖα. quomodo Jobi 8. v. 9. χθιζοὶ ἐσμὲν. vide *ad l. 4. § 42.* Strabo *l. 1.* de sydere Canopo: Καλεῖται Κάνωβος, ἐχθὲς καὶ πρώην καταπονομασθὲν. Plut. *de igne & aqua:* Τὸ μὲν, ὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτε ὐκ ἦν ἀνθρώπους· ὑδέ τις ἐυρετὴς λέγεται θεῶν ἢ ἀνθρώπων· ἡ δὲ πυρὸς χρῆσις ἐχθὲς φασι καὶ πρώην ὑπὸ Προμηθέως [ἐυρηται· πρὸ δὲ τύτου] βίᾳ [ἀνθ'] πυρὸς, ὐκ ἄνθ' ὕδατος ἦν. ita enim locum illum supplendum avtumo. De Constantino Calamano Nicet. Chon. in *Manuel. l. 4. c. 5.* Ὡς τὸ γένος ἀποβεσμῷ, καὶ χθὲς καὶ πρώην, εἰ ἔστιν ὅλως, ἐγνώσιμον. *nuper natus, nuper notus.* Pro eodem νυῦ καὶ χθὲς dixit Sophoc. in *Antigon.*

Οὐ γάρ τοι νυῦ τε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κ' ὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτε φάνη.
Hæc namque jura non hodie ac heri vigent.
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent. Grot.

Ex qo emendandi Plutarchi codices, qi in *sympos. l. 8. c. 9. & de commun. not. c. 27.* eódem allusit. & χθὲς καὶ τήμερον, Heliodor. *l. 7.* Τὸ ξένον μειρύκιον περιπίπτει ἡμῖν, χθὲς καὶ τήμερον παρεισδύνος. Expressit hoc Catull. in *epithalam.*

Sordebant tibi villicæ
Concubinæ hodie atque heri.

νυῦ καὶ νεωστὶ, Aristot. *polit. l. 7. c. 10.* Ἔοικε δ' ὁ νυῦ, ὑδὲ νεωστὶ, τῦτ' ἔχειν γνώσιμον τῆς περὶ φιλοσοφίας φιλοσοφῦσιν. Hebræi dicunt, חָמוֹל שִׁלְשׁוֹם sive אֶתְמוֹל וְשִׁלְשׁוֹם quod Græci vertunt, cum Marco nostro, χθὲς, sive ἐχθὲς καὶ τεῖτλω, & τρίτλω ἡμέραν. *Genes. c. 31. v. 2, 5. Deut. c. 19. v. 6. Reg. l. 1. c. 4. v. 7. & 6. 10. v. 11. & c. 21. v. 5. & lib. 2. c. 5. v. 2. Annal. l. 1. c. 11. v. 2.* aliquando etiam ἐχθὲς καὶ τεῖτης. *Reg. l. 4. c. 13. v. 5.* quanquam laxiùs isti, non pro *nuper* tantùm, sed pro *jam olim* etiam usurpant. Moses *Exod. c. 4. v. 10.* גַּם מִתְּעוֹל גַּם מִשִּׁלְשֹׁם quod Græc. πρὸ τῆς χθὲς, & πρὸ τῆς τείτης ἡμέρας. Lat. *ab heri & nudiustertius.* sensus est, *unquam antehac.* Cæterùm à priore illa formula havd multùm abludit Platonis illud in *Euthydem.* πίνυσι ἢ πεπίνυσι. Πίνυσι δ' ἢ πεπίνυσι ὑδέπω ἤσλιω σοφό. Posteriore Xenophontis illud *Hellen. l. 3.* Νῦν τε καὶ πίνυσι. ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νυῦν τε καὶ πίνυσι. *& nunc & olim iidem sumus.*

Τῦτο ἔν ὃ ἔλαβε, μεταβάλλει, ὐχ ὃ ἡ μήτηρ ἔτεκεν] *Aliud*, inquit, *est quod nunc geris corpus, sed & anima* (cùm aëreum quiddam hoc statuat) *ab eis, quæ mater tua enixa est:* cùm à cibo, qo veseeris, aëre, qem attrahis, maximam sui partem, ex qa ea nunc constant, acceperint. vide *ad l. 9. § 20.*

Τάχθε δ' ὅτι ἐκεῖνό σε λίαν περισκλέπει τῷ ἐδίας ποιῷ, ὑδὲν ὄντι, ὄιμαι, πρὸς τὸ νυῦ λεγόμενον.] Istis, ut vitii suspectis, Xyl. notam adfixit. Cas. qid secutus fuerit, non posfum ex versione as-

seqi. mihi aqam hærere agnosco. interim observo verbum περιπλέκειν quod Stephani Thesavrus ille luculentissimus non exhibet, Marco hìc usurpatum; & in forma passiva qam vocant, Galeno, *de sect. opt. c.* 20. verbis illis; ἵνα μὴ δοκῶμέν τῇ λέξει περιπλέκεσθαι. Nè videamur vocabulo ipsi addicti esse; avt ei pertinaciter adhærere. Forsan ergò Marci mens fuerit. *Suppone verò, illud qod à matre traxisti, isti ipsi qod nunc gerjs, & peculiares suas affectiones habet, te vslde addicere, eidémqe qasi implicitum tenere, cùm nihil hoc faciat ad id qod nunc dicitur, nec propterea obstet, qò minùs verum id sit.* Sed ἐπίχω. locum certè vel vitiatum vel mutilatum suspicor.

Τῷ ἰδίως ποιῶ] Vide *l.* 9. § 24.

§ 8. Ὀνόματα θέμενοι] Flaccus *l.* 1. *ep.* 16. *Tu rectè vivis, si curas esse qod audis.* Et mox: *Cùm paterís sapiens emendatúsqve vocari,*
Respondésne tuo, dic sodes, nomine? — &c.
Vide Epictetum *dissert. l.* 2. *c.* 10. De clerico, Hieron. *ad Nepot. Interpretur primò vocabulum suum, & nitatur esse qod dicitur.* Plato *epist.* 4. φανερὸς ἂν δεῖ ὑμῖν γενέσθαι, ἐπ. ἐσμὲν τοιοῦτοι οἷοίσθα φαμέν. Synes. *de regn.* χρῆσθαι δικαίως τῇ αὐτῇ περιηγορίᾳ τῶν σεμνῶν πραγμάτων. ὀνόματα ἐστὶ τῶν πραγμάτων ὅτι, τὰ μὲν πράγματα καὶ πρὸ ὀνομάτων. Dio Prus. *orat.* 38. Præclarè Gregor. Nyss. *de profess. Christ.* Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἕτερόν, ἢ ῥήτορα, ἢ γραμματικὸν καλεῖσθαι ποθήσειεν, οὐκ ἂν δέξαιτο τὴν ἀπατηλότητα τοῦ ἐπωνυμίου ἐλέγχεσθαι, μὴ εὐσυνόητον ὅτι τῆς πείρας ὄντα μόνης, ἀλλ' ὁ καὶ ἀληθεύειν τι τούτων περιαγορεύεσθαι θέλων, ὡς ἂν μὴ ψευδώνυμον ἡ κλῆσις ἐλέγχοιτο, αὐτοῦ ὀπτηλόγημα τοῦ περιηγορίαν πιστώσηται. τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἰ καὶ τὸν ἀληθῆ σκοπὸν τῆς χριστιανῆ ἐπαγγέλματος ἐξετάζοντες ἔυρεσιν, οὐκ ἂν ἐλοίμεθα μὴ εἶναι τοῦτο, ὅπερ τὸ ὄνομα ὑπὲρ ἡμῶν ἐπαγγέλλεται; ὡς ἂν μὴ τὸ σφῶν τῆς πίστεως δίημμα καὶ ἡμῖν ἐφαρμόσειε· πασχάζοιμεν ἢ ἀληθῶς, ὅπερ οἰόμεθα, φῶτο καὶ εἶναι διὰ τῆς ὑφηλῆς πολιτείας. subjungit mox de simia Alexandrina, apologum: qem & Lucianus *in apologia* narrat: at concludit denique: εἰ μὴ ἔν τὸ μὴ ὄνομά τις τῷ Χριστῷ ὑποδύοιτο, ὅσα ἢ τῷ ὀνόματι τούτῳ συνθεωρεῖται, μὴ δικαίως τῷ βίῳ, καταψεύδηται τοῦ ὀνόματος ὁ τοιοῦτος, καὶ τὸ περιττὸν ἡμῶν ὑπόδειγμα, περιπαθὲς ἄψυχον, ἀπρονόητον ἐργαζόμενον, ἀνθρώπῳ μεμορφωμένον, ἀνθεῖεν τῷ πιθήκῳ. Idémqe *de perfect. Christ.* ubi etiam fusissimè hoc idem prosequitur: ἔχων, ἐπειδὴ τῷ μεγίστῳ τε καὶ θειοτάτῳ καὶ περάτῳ τῶν ὀνομάτων γέγονε παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δικαίως ἡμῖν κοινωνία, ὥστε τοὺς τῆς ἐπωνυμίας τοῦ Χριστοῦ μιμητὰς Χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι· ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πάντα τὰ ἑρμηνευτικὰ τῆς τελειότητος φωνῆς ἐνόμαλα καὶ ἐν ἡμῖν καθεστάναι· ὡς μὴ ψευδώνυμον ἐφ' ἡμῖν εἶναι τοῦ κλήσεως, ἀλλ' ὄντως τῆς βίου τοῦ μιμητείαν ἔχειν. ἐὰν δὲ ἐν τῷ καλεῖσθαί τι τὸ εἶναι γίνεται· ἀλλ' ἡ ὑποκειμένη φύσις, διὰ δ' ἂν ἔσα τύχῃ, διὰ τῆς περιφοῦς τοῦ ὀνόματος σημασίας γνωρίζεται. Ignat. *ad Magnes.* Πρέπον ὄζι μὴ μόνον καλεῖσθαι χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὑ γὰρ τὸ λέγεσθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι, μαρτύριον πιστεί. Ambros. *de dignit. Sacerd. c.* 3. *Quod summus professione, actione potiùs qàm nomine domonstremus ut nomen congruat actioni, & actio respondeat nomini; nè sit nomen inane, & crimen immane.* Nomen inane; qia ut Salvian. *adverss. avar. l.* 4. *Parùm sunt vocabula, res ipsas non habentia.* Idémqe *de provid. l.* 4. *c.* 1. *Nomen sine actu atqe officio suo, nihil est.* Ubi & mox subdit denuo, *Vocabula nihil esse sine rebus. Crimen immane.* qia ut idem *ibid. c.* 7. *Atrocius sub sancti nominis professione peccatur.* & *c.* 11. *migìs damnabilis est malitia, qam titulus bonitatis accusat; & reatus impii est pium nomen.*

Μήποτε μετονομάζῃ καὶ ἀπολλύεις] *nè qando ista nomina amittas.* Xyl. ut legendum sit ἀπολλύοις. alioqi vertendum, *num aliqando amittis*, &c. Xenoph. œconom. φυλάττῃ γὰρ ἐγχρὼς, μὴ ἀποβάλῃς τοῦ ἐπωνυμίαν τὸ ἀνὴρ καλὸς κἀγαθὸς κεκλῆσθαι. Cassiodor. *l.* 8. *ep.* 18. *Sumpsisti nomen ex meritis: custodi, ut semper lætcris veritate vocabuli. nam cùm omnis appellatio ad declarandas res videtur imposita, nimis absurdum est portare nomen alienum, aliud dici, qàm possit in moribus inveniri.* vide *l.* 3. § 6. & *l.* 4. § 16. & *l.* 6. § 38. & Epictet. *ad l.* 9. § 37. μετονομάζεσθαι, *transnominari.* Sveton. *de claris Gram. c.* 18. *L. Crassitius cognomine Pasides, mox Pansam sc transnominavit.*

Ἐβέλετό σοι σημαίνειν] *significare volebat.* id est, significat. Galenus pariter *de affect. dignosc. & cur. c.* 1. τί ποτε βέλεται σημαίνειν. Et Arist. *Soph. elench. l.* 1 *c.* 13. Θέλει τὸ μεταξὺ σημαίνειν. *significare vult.* i. e. significat, σημαίνει. τὸ βέλεσθαι ἐσπενumero παρέλκει. Sic Arist. *polit. l.* 2. *c.* 2. Καὶ βέλεται γ' ἤδη ποτὲ εἶναι, πόλις, ὅταν αὐτάρκη συμβαίνει τοῦ κοινωνίαν εἶναι τῶν πολιτῶν. εἶναι βέλεται. i. e. ἀληθῶς ὄζι, &c. *est revera sólétque dici.* Sylburg. & *l.* 5. *c.* 10. βέλεται δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ κεκτημένοι τὰς οὐσίας, μηδὲν ἄδικον πάσχωσιν, ὁ δ' δῆμος μὴ ὑβρίζηται μηδὲν. *vult esse.* i. e. est. Liban. *orat.* 3. καὶ κρείττονας φανεῖσθαι τῆς παρεμπλεκούσης, ἢ τοῖς ὀρθῶς βούλεσθαι τοῦ αὐτοῦ βέλεται. *definire vult.* i. e. definit. Jacob. *epist. c.* 4. *v.* 4. ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. *qicunqe esse voluerit.* i. e. qicunqe fuerit. τὸ θέλειν pariter usurpatum reperias, ut *suprà*. sic Plato in *sympos.* ἐὰν ἐθέλῃ παύεσθαι ἡ λύγξ. *si cessare voluerit.* i. e. cessaverit singultus. *Treed.* Ἑρμεία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ, νοσεῖ τὰ πρὸς θεῶν, κοὐ τιμᾶς θέλει. sic Homer. *Il. δ. v.* 91. ὄψεται ἠῦ. est.

est. Epiphan. *hæres.* 66. § 9. πλοῖα γὰρ θέλει λέγειν ἥλιόν τε καὶ σελήνην. *Navigia dicit Solem & Lunam.* Joan. *Evang. c.* 7. *v.* 17. Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν. *Si qis voluerit facere.* i. e. Si qis fecerit. ità pro eo qod Matth. *c.* 20. *v.* 26, 27. & Marc. *c.* 10. *v.* 43, 44. ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, &, πρῶτος εἶναι. Luc. *c.* 22. *v.* 26. habet, ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, & ὁ ἡγούμενος. Dissertissimè *Act. c.* 2. *v.* 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; *Qid hoc esse velit? Qid hoc sibi vult?* sive, *Istud, qid est?* nos diceremus **what may this be.** Senec. *de ira. l.* 2. *c.* 9. *qid si qis iraſcatur?* & mox, *qid si iraſci velit?* & *c.* 10. *qid si mirari velit.* i. e. *qid si miretur?* utì **mox** ibidem. vide *ad l.* 4. § 6. & *l.* 5. § 22.

Διαληπτικὴν ἐπίσασιν] *Scientiam de ſingulis rebus percipiendi.* Xyl. *percipiendis*, forsan ſcripſerat. meliùs Caſ. *objecti cujuſvis enixam & intelligentem conſiderationem.* ἐπίσασιν, non ἐπιστήμην malim tamen διαληπτικὴν *diſceptativam* reddere. qomodo διάληψιν pro *diſceptatione* Marcus uſurpavit, *l.* 1. § 10. ἐν τρόπῳ σωδιαλήψεως.

Ἀπαρενθύμητον] *Sine diſtractione.* Caſ. *qi cogitationibus alienis non occupatur.* Xyl. imò, *animadverſionem ſedulam, à negligentia & inadvertentia immunem.* id eſt, ut nihil negligat, & minùs animadverſum tranſmittat, ità *l.* 5. § 5. μὴ παρενθυμουμένου. *non negligens, non neglectim habens.* & *l.* 6. § 10. γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτους. *ſedulò attendere, atque animum adhibere.* Sunt autem vocabula iſta porticûs peculiaria, qæqe vix alibi reperias. aliud pavlò videtur, qod *l.* 7. § 54. μήτε ἀκαταλήπτου παῤῥησίᾳ.

Σύμφρον] *Prudens*, Xyl. *Concors*, potiùs, ſive *conſentiens*, qod & explicatio adjuncta docet.

Τὸ δὲ ὑπέρφρον] in ſeqiorem partem vocabulum hoc ſæpius uſurpatur. ità ὑπέρφρων, ὁ ἀλαζὼν, *inſolens, arrogans.* Ὑπέρφρων δ' ἔτως ὁ Πολέμων, ὡς πόλεσιν ὑπὸ τῆς φρύγητος, δυνάσεις δ' ὑπὸ τοῦ μὴ ὑφεμένου, θεῖος δ' ὑπὸ τῆς ἴσης διαλέγεσθαι. Philoſtrat. *in vit. Sophiſt.* qo loco & qàm inſolenter erga Antoninum Pium ſe gefſerit, narrat. Et indè ὑπερφρονεῖν, ὑπεροψίαν καταφρονεῖν. *contemnere deſpectui habere.* Thucyd. *l.* 3. in *Cleon. orat.* Πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεύειν ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. verùm hîc cùm de voluptatum, dolorum, mortis ipſius contemptu ac qaſi conculcatione, ſuperatione ſaltem agatur, qomodo & Plut. *in Lacon. inſtit.* ἡδονῶν ὑπερφρονεῖν *voluptates deſpicere*; & τὸ ὑπέρφρον pro *animi ſublimitate.* Thucydid. *l.* 2. dicitur: lavdis ac decoris potiùs ſignificatum obtinet. nec diverſo ſenſu τὸ καταφρόνημα καὶ ἡ καταφρόνησις apud eundem Thucyd. codem *lib.* in *Pericl. orat.* uſurpatur: ubi ſuos hortatur, ἰέναι τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καταφρονήματι· αὐχήματι μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ ἀμαθίας ξυντυχῆς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίνεται· καταφρόνησιν δὲ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πεδύσῃ τὴν ἐναντίαν φοβέχειν.

Τὴν ὑπέρπασιν τοῦ φρονήτου μοίαν ὑπὲρ λείαν ἢ τραχείαν κίνησιν] *Evectionem*, ſive *elevationem mentis ſupra omnem voluptatem & dolorem.* uſitata enim eſt Marco periphraſis illa hoc ſenſu, λείας καὶ τραχείας κινήσεως. vide *l.* 4. § 3. & *l.* 5. § 26. ὑπέρπασις vocabulum ſatìs infreqens. Verùm verbum ipſum ὑπερτείνειν crebriùs uſurpatur, eodem ipſo ſenſu, qo nomen hîc ſumitur. Sic enim Ariſtot. *ethic. l.* 3. *c.* 1. ἃ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει, καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείναι· *qæ naturam humanam tranſcendunt, nec ſuſtinere qiſqam poſſit.* Et Thucyd. *lib.* 2. ἀπὸ χερσιῶν δύο ὑπερτεινόντων ὑπὲρ τὸ τεῖχος. *Ex duabus antennis murum tranſcendentibus*, ſive *ſupra murum ſe attollentibus.* & indè ὑπερτενὲς, τὸ ὑψηλότερον. Svid.

Μὴ γελοίῳ τῷ ὑπ' ἄλλων καὶ ταῦτα ὀνειμένῳ] Flaccus pariter *l.* 1. *epiſt.* 16.

Vir bonus ac prudens dici delector, ego ac tu.
Qi dedit hoc hodie, cras, ſi volet, avferet; ut ſi
Detulerit faſces indigno, detrahit idem.
Pone, meum eſt, inqit: pono, triſtisqe recedo.
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum,
Contendat laqeo collum preſsiſſe paternum,
Mordear opprobriis falſis? mutémve colores?
Falſus honor juvat, & mendax infamia terret,
Qem niſi mendoſum & mendacem?——

Senec. *ep.* 59. *Illud præcipuè impedit, qòd citò nobis placemus: ſi invenimus, qi nos bonos viros dicat, qi prudentes, qi ſanctos, agnoſcimus. nec ſumus modicâ lavdatione contenti: qicqid in nos adulatio ſine pudore congeſsit, tanqam debitum prendimus. optimos nos eſſe, ſapientiſsimos, affirmantibus aſſentimur; cùm ſciamus illos ſæpe mentiri. adeóqe indulgemus nobis, ut lavdari velimus in id, cui contraria qàm maximè facimus.* Lipſ. *cent.* 1. *epiſt.* 77. *Mihi ſententia de me, niſi apud me, non ſertur; nec qis ſim, alios rogo.* hoc eſt qod Apoſt. ad *Cor. ep.* 1. *c.* 4. *v.* 2. Ἐμοὶ δὲ ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακρίνωμαι, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.

Φιλοψύχως καὶ ὁμοίως τοῖς ἡμιθρώτοις θηριομάχοις] Alluſit eódem Seneca, qó Marcus iſtic *epiſt.* 94. videndus *ad l.* 4. § 47. Verùm ille moræ tantùm brevitatem notans in mortis dilationem enixiùs expetentibus; Marcus miſeram fœdámqe vitæ ſortem ipsâ morte etiam minùs tolerabilem. de qa & Senec. *epiſt.* 101. Indè illud *Mæcenatis turpiſſimum votum, qo & debilitatem non recuſat, & deformitatem, & noviſſimè acutam crucem, dummodo inter hæc mala ſpiritus prorogetur.*

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxâ:
Tuber aſtrue gibberam;
Lubricos qate dentes.

Vita dum ſupereſt, bene eſt.
Hanc mihi; vel acutam
Subde ſuſtineo crucem.

(ità reſtituit, Lipſio feliciùs, puto, Acidalius, quæ corruptiſſima priùs proſtabant) *quod miſerrimum erat, ſi incidiſſet, optatur; & tanquam vita petitur, ſupplicii mora: contemptiſſimum putares, ſi vivere vellet uſque ad crucem. Tu verò, inquit, me debilitas licet, dum ſpiritus in corpore fracto & inutili maneat: depraves licet, dum monſtroſo & diſtorto temporis aliquid accedat: ſuffigas licet, & acutam ſeſſuro crucem ſubdas. eſt tanti, vulnus ſuum premere, & patibulo pendere diſtrictum, dum differat id quod eſt in malis optimum, ſupplicii finem. eſt tanti, habere animam, ut agam. quid huic optes, niſi deos faciles? quid ſibi vult iſta carminis eſfœminata turpitudo? quid timoris dementiſſimi pactio? quid tam fœda vitæ mendicatio? huic putas unquam recitâſſe Virgilium,*

Uſque adeóne mori miſerum eſt?——

optat ultima malorum, & quæ pati graviſſimum eſt, extendi & ſuſtineri cupit: quâ mercede? ſcilicet, vitæ longioris. quid autem hujus vivere eſt? diu mori. invenitur aliquis qui malit inter ſupplicia tabeſcere, & perire membratim, & totiens per ſtillicidia amittere animam, quàm ſemel exhalare? invenitur qui velit adactus ad illud infelix lignum, jam debilis, jam pravus, & in fœdum ſcapularum ad pectoris tuber eliſus, cui multæ moriendi cauſſæ etiam citra crucem fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam? nega nunc magnum beneficium eſſe naturæ, quòd neceſſe eſt mori. Multi pejora paciſci adhuc parati ſunt: etiam amicum prodere, ut diutiùs vivant, & liberos ad ſtuprum manu ſuâ tradere, ut contingat lucem videre tot conſciam ſcelerum. Excutienda vita cupido eſt: diſcendúmque nihil intereſſe, quando patiaris, quod quandóque patiendum eſt, quàm bene vivas referre, non quamdiu. ſæpe autem in hoc eſſe bene, ne diu. Vide *ad l. 4. § 40. & lib. 8. § 58. & l. 9. § 2.* Auguſtin. *ep. 45. Quanto laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur, & mors cùm impendere ceperit, ideò cavetur, ut diutiùs timeatur? quibus excruciantur doloribus, qui curantur à medicis, & ſecantur? nunquid ut non moriantur? non, ſed ut aliquanto ſeriùs moriantur. multi cruciatus ſuſcipiuntur certi, ut pavoi dies adjiciantur incerti. Et nonnunquam ipſis doloribus victi contiuò moriuntur, quos mortis timore ſuſcipiunt. Et cùm omnino non eligant vitam finire ne doleant, ſed dolere ne finiant, accidit eis ut doleant & finiant: non ſolùm, quia & ſanati utique vitam finiunt poſt dolores, quæ tantis comparata, nec ſempiterna eſſe poteſt, quia mortalis eſt; nec diuturna, quia tota brevis eſt; nec de ipſo brevi ſpatio ſui ſecura, quia ſemper incerta eſt: verùm etiam, quòd aliquando eam dolore finierunt, quam ne finirent, dolore voluerunt.* Sophocl. *Ajace:*

Ἀεχρὴν γὰρ ἀνδρὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ βίον
Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξισωθήσεται.
Τί γὰρ πρὸς ἦμαρ ἡμέρα τέρψιν φέρει
Πεφυδεῖσα, κἀναφαδεῖσα τῷ φθονουμένῳ;
Οὐκ ἂν τελείως ἥδονὸς λόγῳ βροτὸν,
Ὅστις * κακοῖσιν ἐλπίσιν θερμαί- * κακοῖσιν
νεται. *H. Steph.*
Ἀλλ' ἢ κακῶς ζῆν, ἢ κακῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή. πανταχοῦ ἀλήθεια λόγου.

Optare vitæ ſpatia longæva viro
Deforme, nullam cui levamentum eſt mali.
Nam quid diei rurſus & rurſus dies
Adjecta prodeſt, amplians ſemper mori?
Me judice ille nullius pretii eſt homo,
Cui ſpes inanis credulam mentem fovet.
Pulcram agere vitam, nobilem, aut pulcrè decet
Obire. habes quodcunque dicendum fuit. Grot.

Idémque Electrâ:

Τί δ' βροτῷ δ' ἂν τοῖς κακοῖς μεμιγμένῳ,
Θνήσκειν ὁ μέλλων τὰ χθόνι κἀρδὸς φέρει;
Morte appetente, quem cingunt hominem mala,
Dil.tio brevicula quid lucri ferat? Grot.
Οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσον ἐς' ἢ ζῆν κακῶς.
Indecorè vitâ ſatius eſt non vivere,

Evripid. Pirithoo, apud Stob. *tom. 2. tit. 122.* contrà planè quàm apud eundem Iphigenia *in Aulide,*

——μαίνεται δ' ὅστις ἔυχεται
Θανεῖν· κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν κακῶς.
——*Deſipit qui vult mori:*
Miſéque vivere malè, quàm mori bene. Lipſ.

Sive ut Grot. ——*qui mori properat, furit.*
Moleſta vita melior, quàm pulcrè mori.

ubi *modeſta* pro *moleſta* perperam proſtat. Senec. *epiſt. 77. Cæſar, cùm illum transeuntem per Latinam viam, unum ex cuſtodiarum agmine, demiſſâ uſque in pectus vetere barbâ, rogaret mortem; Numquid enim, inquit, vivis?* Et de Herodico Plato *polit. lib. 3.* Et ex Platone Plut. *de tard. numin. vind.* qui cùm in morbum inſanabilem incidiſſet, γυμναστικὴ ἰατρικὴ primus hominum adjunxit, eâque ratione vitam diutiùs ſuſtinuit, ὅτι μαχρὸν ἐπίνοει τὸν θάνατον αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοίως νοσοῦσι. *non vitam illum ſed mortem ſibi, ſimilitérque laborantibus diuturnorem reddidiſſe. Plurimum autem refert, vitam aliquis extendat, an mortem.* Senec. *epiſt. 68.* Hinc Oedipi querela illa de filiæ pietate importuna in Senecæ, ſi Senecæ ſaltem, *Thebaid.*

——*Quid me, nata, peſtifero vanes*
Amore virum? funus extendis meum,
Longáſque vivi ducis exequias paris.
Aliquando terrâ corpus inviſum tege.
Pecces honeſtâ mente, pietatem vocas
Patrem inſepultum trahere. qui cogit mori
Nolentem, in ego eſt, qúique properantem impedit.
Occidere eſt, vetare cupientem mori.
Non tamen in ego eſt: alterum gravius reor.
Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.

Gregor.

Gregor. Nyſſen. *orat. catech. c.* 8. Τὸ ζῆν διὰ τὴν καταδυμίων ἀπόλαυσιν αἱρετὸν ὂν τοῖς τῆς βίου μετέχουσι· οἷς εἰγά πε ὁδωίας διαζιώη, πολὺ τῷ τοιούτῳ τὸ μὴ εἶ τῆς ἀληθινῆς εἶ θεσπιδέσιον κρίνεται.

Θηριομάχοις] qi cum beſtiis depugnaturi committebantur, vel eiſdem laniandi objiciebantur, *beſtiariis*. indè θηριομαχεῖν Pavlo Apoſt. uſurpatum, *ad Corinth. epiſt. 1. cap. 15. v. 32.* ſed ſenſu, puto, diverſo. de qo alibi, cum Deo bono dicturi ſumus.

Τοῖς αὐτοῖς ὄνυξι καὶ δήγμασι] Micyllus apud Lucian. in *cataplo.* πρῶτον ἢ πύμασιν οἱ αὐτοὶ ὀδόντες ἀριθμήσουσιν. vide *ad l. 4. § 47.*

Ἐμβίβασον ἂν σαυτὸν εἰς τὰ ὀλίγα· ταῦτα ὀνόματα.] M. Caſ. metaphoram eſſe avtumat *à navem conſcendentibus* ductam. atqe ità τὸ ἐμβιβάζειν qandoqe uſurpatur. Libanius *de ſervit. orat. 31.* ὑπὸ τῆς μοίρας εἰς ναῦν ἐμβιβασθεὶς, ἀντὶ τῆς ἀρίστης πλαγὸς τέμνει. Plato ἐμβιβάζω σε εἰς πλοῖον. Eò magis forſan, qia de *inſulis* ſubjunctum eſt. poteſt tamẽ & ab *aqis*, ſive *balneariis*, ſive *tinctoriis* tractum videri. de his enim τὸ ἐμβιβάζειν qoqe dicitur. Dioſcorid. *lib. 1. c. 189.* ἐμβιβάσας ἐς βαγανεῖον. & Galen. *ad Glaucon. lib. 1. c.* ἐμβιβάζω σε τῷ ὕδατι. ut ſit ſenſus, *inde, immitte, ingere, immerge te penitus in iſtas; ut eis, qaſi totus tinctus ſis.* Sicut δικαιοσύνῃ βεβαμμένον dixit *l. 3. § 4.* Ità Iſchomachus apud Xenophont. in *œconom.* πειρῶμαι ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς ὁμιλητάς. Syneſ. *de regn.* Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμβιβάσας τῷ τοιούτῳ τῆς ζωῆς εἴδει. Eligat qivis qod arriſerit magis.

Εἰς μακάρων τινὰς νήσους μετοχισμέν] Ità Ariſtides *orat. ſacr.* ἤδη μού τις καὶ ἄλλος χρηστὸς τῶν αὐτῷ συμβάντος, καὶ βουλόμενος ἐνδείξασθαι τὴν ἡδονὴν, ἔφην, ὡς ἄρα ἦν πολὺ ἢ δηλάσαι γεγονώς· ἄλλος δέ τις, ὡς ἐν μακάρων νήσοις εἶ ἀσκοίη. Senem forſan Ariſtophaneum in animo habuit, qi in *Veſpis*

—ἴωμεν·
Ὑξανόμην ἀκύων·
Κἂν μακάρων δικάζειν
Αὐτὶς ἔδοξα νήσοις,
Ἡδόμενος λέγοντι.

Liban. *Nænia in Daphn. Apoll. incend.* τίς δ' ἂν ἐπόθησε τὰς τῶν μακάρων νήσους; *qis non beatorum inſulis locum illum præoptâſſet?* Alluſit uterqe ad *inſulas* illas, *μακάρων* Græcis dictas, *fortunatas*, & *fortunatorum*, Latinis: de qibus Strabo *geograph. lib. 1. & 3.* & ex eodem Evſtath. *ad Odyſſ. δ.* & Caſavb. *ad eund.* Diodor. Sicul. *lib. 5.* extremo. Philoſtrat. *vit. Apollon. lib. 5. c. 1.* Plut. in *Sertor.* Plin. *hiſtor. nat. l. 6. c. 32.* Mela *l. 2. c. 7.* Plavt. *Trinumm. act. 2. ſc. 4.* Eas depingit nobis Flaccus *epod. 16.* & Muret. *var. lect. lib. 5. c. 1.* Eò poſt mortem migrare credebant, an fingebant, animas eorum, qi hîc piè probéqe degerant. qa de re viſendi Heſiodus *lib. 1. v. 169.* Pindar. *olymp. 2.* Plato in *Gorg.* & ex horum utroqe Plut. *ad Apollon.* & Clem. *ſtrom. l. 4.*

Ἄπιθι θαρρῶν εἰς γωνίαν τινὰ] Simile qiddam Epicterus *lib. 2. c. 13.* Philoſophiæ nomen ambienti cuidam, qi qod profiteri volebat, præſtare non poterat: Σὺ δ' ὅτι τὰς αὐτὰς βάδιζε, καὶ ἐκεῖνον ἀποσῇς μηδέποτε· εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησον, καὶ πλάκα συλλογισμὸς, καὶ ἄλλῳ θεώτευε. ἐκ ὅσι δ' ἐν σοὶ πόλεως ἡγεμὼν ἀνήρ.

Ἔξιθι τοῦ βίου] vide *ad lib. 9. § 2.* Diogenes cuidam excuſanti ſe, tanqam πρὸς φιλοσοφίαν ἀνεπιτήδειον, *Philoſophiæ ſtudio inidoneum*, Τί οὖν ζῇς, εἰ τὸ καλῶς ζῆν σε μέλει σοι; *Qid igitur*, inqit, *vivis, ſi bene vivere non curas?* Laërt. *lib. 6. Diogeni* ex parte accedit Ariſtot. *ethic. lib. 3. c. 9.* ὅσῳ ἂν μᾶλλόν τις τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονίστερος ᾖ, τῷ τοιούτῳ μάλιστα ζῆν ἄξιον. Cynicus idem humerum ſavcius, cur è vita non excederet ſciſcitanti, reſpondit, πρὸ εἰδότας ἃ δεῖ πρᾶττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τότε γε ζῆν προσήκειν· τοῖς δ' οὐκ εἰδόσι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐστί. Ælian. *l. 10. c. 11.* id qod Flaccus *l. 2. epiſt. 2.*

Vivere ſi rectè neſcis, diſcede peritis.

Ἓν γε μόνον τοῦτο πρόξας] *cùm id unum in vita egeris, ut eo modo diſcedas.* Xyl. atqi nihil minùs in vita egit, qi ignavè prorſus inſipientérqe ſe geſſerit. melius itaqe Caſ. (qi Xylandri tamen illud etiam in contextum ſuum admiſit) *cùm hoc unicum in vita laude dignum geſſeris, qòd hoc modo è vita exieris.* id qod Othoni Sylvio competere poſſit; de qo Dio Caſ. *lib. 64.* Κάλλιστά γε μὲν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε· καὶ κατὰ τάλα τὴν ἀρχὴν ἀρπάσας, ἄριστα αὐτὴν ἀπήλλαξεν. Itaqe ut Plut. in *Othon.* Ἀπέθανε δ', ἀναλιπὼν μὴ χείρονας, μηδ' ἐλεεινοτέρας, τοὺς τὸν βίον αὐτῷ φεύγοντας, τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον. βιώσας δὲ ὑδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐγνωμονέστερον. *Per qa factum putem* (inqit Sveton. *l. 8. c. 12.*) *ut mors ejus minimè congruens vitæ, majori miraculo fuerit.*

Οὐ κολακείαν ἤτει θαύμασιν] Deus à mortalibus non adulationem, ſed imitationem & obſequium poſcit. Hinc reprehenſiones illæ, *Pſal. 50. v. 16, 17.* & *Pſal. 78. v. 36, 37.* Eſaj. *c. 1. v. 11. -16.* &, *c. 66. v. 3.* Jerem. *c. 7. v. 9, 10, 21, 24.* Ezech. *c. 20. v. 39.* Luc. *c. 6. v. 46.* Non poſſum continere me, qin ſubjiciam inſignes illos è ſcena, qi cothurnum certè, non ſoccum reſpiunt, verſus; qorum meminere Porphyr. *de non edend. animant. l. 2.* & Clem. *ſtrom. l. 7.* & Cyrill. *adverſ. Julian. l. 9.*

Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνεμιθίως
Ἔνυπνος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς

Ὀσῶν ἀσάρκων, καὶ χολῆς πυρωδίης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν ἐχὶ βρώσιμα,
Χαίρειν ἀπαρχῇ, καὶ γέρας λαχεῖν τό δε,
Τύπων τε τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν χάειν,
Κἂν λῃσταὶ, κἂν πέρσαι, κἂν τύραννοι δὴ
Τύχωσιν ὄντες; ——
Qui gente in hominum tam ſupinè credulus,
Aut ſtultus adeò eſt, qi deos exiſtimet,
Seu bilis uſtæ, ſive nudorum oſſium,
Projecta quæ vix tangat eſuriens canis,
Gaudere donis, idque honori ducere,
Facientibúsque gratiam reponere,
Sive il latroncs, ſive piratæ ſient,
Sive & tyranni?

Εὐπιστος ex Porphyrio repoſui, quod apud alios ἄπιστος legitur. ἄυπιστος, qi Ebræis בֶּתִי *credulus, fatuus.* de qo Solomon, *Prov. c.* 14. *v.* 15. ἀκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ. Extrema, qæ reliqi omiſerunt, ſed cumprimis ad rem præſentem faciunt, ex Clemente attexui.

Ἐξομοιοῦσ ἑαυτῇ] Marcus à Juliano in *Cæſarib.* inducitur Sileno percontanti, τί κάλλιστον τῷ βίῳ τέλος; reſpondens, τὸ μιμεῖσθαι τὸν θεόν. verùm amplius aliqid ſonare videtur τὸ ἐξομοιοῦσθαι. hoc eſt enim qod Apoſtolus, *ad Cor. ep.* 2. *c.* 3. *v.* 18. εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦσθαι· ὥστε συμμόρφους γινέσθαι. *ad Rom. c.* 8. *v.* 29. ἁγίους, καθὼς ἐκεῖνος ἅγιός ἐστιν. *Levit. c.* 19. *v.* 1. & *Pet. ep.* 1. *c.* 1. *v.* 16. ἁγνοὺς, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός. *Joan. ep.* 1. *c.* 3. *v.* 3. δικαίους, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν. *ibid. v.* 17. ἐλεήμονας καθὼς ἐκεῖνος ἐλεήμων. Luc. *c.* 6. *v.* 36. τελείους, denique, ὥσπερ ἐκεῖνος τέλειός ἐστιν. Matth. *c.* 5. *v.* 48. Gregor. Nyſſ. *de profeſſ. Chriſt.* Χειστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. Juſtin. *ad Diognet.* Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ δύναται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι θεοῦ. ὅστις γὰρ τὸ τῷ πλησίον ἀναδέχεται βάρος· ὃς ἐν ᾧ κρείσσων ἐστὶν, ἕτερον ἐλαττούμενον ἐπικουρεῖν ἐθέλει, ὅσα παρὰ τοῦ θεοῦ λαβὼν ἔχει, θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων· ὅτ᾽ ἐστὶ μιμητὴς ἐστὶ θεοῦ. Sed & Plato, cujus verba forſan reſpexit hîc Marcus, *leg. l.* 4. Τίς πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον φίλον ἂν εἴη. unde colligit Clemens *ſtrom. l.* 5. Philoſophiæ finem à Platone ſtatui, ὁμοίωσιν θεῷ, *Deo ſimilem fieri.* Idémqe de eodem *l.* 2. beatitudinem collocâſſe, ἐν ἐπιστήμῃ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἐν ἐξομοιώσει τῇ πρὸς τὸν θεόν. Similitudinem autem hanc in eo conſiſtere, ut qis juſtus, piúsque cum prudentia exiſtat. qod & dogmati noſtro eſſe conſentaneum, qippe qibusdam è noſtris, Moſis illud *Geneſ. c.* 1. *v.* 26, 27. ità ſumi, ac ſi dictum ſit, Τὸ μὲν κατ᾽ εἰκόνα, εὐθέως κατὰ τὴν γένεσιν εἰληφέναι τὸν ἄνθρωπον. τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν δὲ ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν. Verùm argutum nimìs hoc, nec qod poſſit admitti; cùm utrumqe homini primitus condito diſertè tribuatur.

Εἶναι τὴν συκῆν τὰ συκῆς ποιοῦσαν] Chriſtus Dominus Matth. *c.* 7. *v.* 16. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; &c. vide *l.* 9. § 9.

Μέλισσαν τὰ μελίσσης] ἀδεὲς γὰρ πώποτε κηφῆνα εἶδεν ἀπὸ γήρως γνωμοφόλιν μέλισσαν. Plut. *de ſene politic.*

Τὸν ἡ κυνὰ, τὰ κυνὸς] Eliſæo, qàm atrocia perpetraturus is eſſet, prædicanti, Hazàel Syrus, *Num tu ſervum tuum canem eſſe autumas, qi ejusmodi rem me admittam? hiſt. Regum l.* 4. *c.* 8. *v.* 13. Ità *canem* eſſe non diffitetur, havd hominem, qi ejusmodi faciat. Vide *ad l.* 5. § 11.

Τὸν ἡ ἄνθρωπον τὰ ἀνθρώπου] vide *l.* 5. § 1. & *l.* 8. § 23. & *infrà* § 15. ἄνθρωπον ἀληθινόν, *verum hominem, qi facis* ſcil. *qæ hominis ſunt.* Epictetus *l.* 1. *c.* 16. Ἐι ἀνδὼν ἦμεν, ἐποίουν τὰ τῆς ἀνδρὸς· εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου· νῦν ἡ λογικὸς εἰμὶ· ὑμνεῖν με δεῖ τὸν θεόν· ποιῶ αὐτό. vide *ad l.* 6. § 7. Idem *l.* 2. *c.* 9. Οὐκ ἔστι τὸ τυχὸν αὐτὸ μόνον, ἀνθρώπου ἐπαγγελίαν πληρῶσαι. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ζῶον, φησὶ, λογικὸν θνητόν· εὐθὺς ἐν τῷ λογικῷ τίνων χρεία ζώμεθα; ἡ θνητὸν; καὶ τίνων ἄλλων; ἡ θρεπτόν, καὶ ἡ ὁμοίων. ὅρα πάλιν, μή τι πως ὡς θνητὰ ποιήσῃς· εἰ δὲ μή, ἀπόλεσας τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἐπλήρωσας τὴν ἐπαγγελίαν. ὅρα μή τι ὡς θρεπτὸν εἰ δὲ μή, καὶ ὅτως ἀπόλετο ὁ ἄνθρωπος. τίνα οὖν ποιοῦμεν ὡς θρεπτά; ὅταν τῆς χαρᾶς ἕνεκα, ὅταν τῆς αἰδοῖων, ὅταν εἰκῇ, ὅταν ῥυπαρῶς, ὅταν ἀνεπισκέπτως· ποῦ ἀπεκλίναμεν; ὅπου τὰ θρεπτὰ· τί ἀπωλέσαμεν; τὸ λογικόν. ὅταν μαχίμως, καὶ βλαβερῶς, καὶ θυμικῶς, καὶ ἀσκῶς, ποῦ ἀπεκλίναμεν; ὅπου τὰ θηρία· λοιπὸν ὁι μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσὶν, οἱ δὲ θηρίδια κακοήθη καὶ μικρά, ἀφ᾽ ὧν ὅζει εἰπεῖν, Λέων με καὶ φαγέτω. διὰ πάντων ἡ τούτων ἀπόλλυται ἡ τῶ ἀνθρώπου ἐπαγγελία. πότε γὰρ σώζεται συμπεπλεγμένον; ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ. πότε διεζευγμένον; ὅταν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ. πότε αὐλοί; πότε λύρα; πότε ἵππος; πότε κύων; (f. πότε αὐλοί· τότε &c.) τί ἂν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἄνθρωπος ὡσαύτως μὲν σώζεται, ὡσαύτως δὲ ἀπόλυται. Ità de Chriſtiano homine Salvian. *de provident. l.* 4. *c.* 1. *Cùm hoc ſit hominis Chriſtiani fides, fideliter Chriſti mandata ſervare; ſit abſqe dubio, ut nec fidem habeat, qi infidelis eſt, nec Chriſtum credas qi Chriſti mandata conculcat. ac per hoc totum in id revolvitur, ut qi Chriſtiani nominis opus non agit, Chriſtianus non eſſe videatur.* Itaqe Ambroſ. *ſerm. de Abr.* apud Gratian. *c.* 22. *q.* 2. *c.* 20. *Mendacium eſt, ſe Chriſtianum dicere, & opera Chriſti non facere.*

§ 9. Μίμος, πλόκεμος, πλοία] Xyl. Λοιμὸς cur pro Μίμος inferciat, nihil video. in πλόκεμος τὸ τ ex ſequenti vocabulo irrepſit; iſtud autem cum ſequentibus

qentibus ad illud ἀπαλείψεται, Xylandrum secutus, referre malim, qàm pro absolutè positis, avt ad δυλεία relatis cum Casavbono habere; qi & ἀπαλείψεται illud passivè sumit; qod ego nolim.

Ὅσα ὁ φυσιολογικὸς φαντάζῃ καὶ παραπέμπεις] *Qàm multa sunt, qæ cùm tanqam physicus merus, secundum naturam earum nudè speculatus fueris, citra usum ulteriorem transmittis?* Casaub. qi pro ὅσα, πόσα legisse videtur: & per interrogationem extulisse. at Xyl. *hæc qotidie delebunt sacra illa tua placita, qæ è contemplatione naturæ rerum hausta circumfers.* cui accedo potiùs, nisi qòd τὸ παραπέμπειν, *circumferre*, vertit: cùm sit, prout Casavb. refè, *transmittere*. Cæterùm *transmissionem* intelligo, qalem Maxim. Tyr. *dissert.* 28. verbis illis delineat; Ἄτε ἐν ἐν τῇ ψυχῇ αἱ αἰσθήσεις ἱδρυμέναι, ἐκεῖθέν τινος ἐφάπτονται ἀρχῆς, καὶ παραδῶσι τῷ νῷ, ὁπλοποιοῦσι ταύτης, διορᾷ τὰ λοιπὰ καὶ διεξέρχεται ὁπὶ τὰ ἀκόλουθα. qi in consequentibus τὸ παραπέμπειν etiam vocabulo, in hac eadem re illustranda atqe explicanda, utitur. ut sit, *decreta illa, qæ ex rerum natura seriò sedulòqe considerata in mentem transmittis, atqe ibi recondis.* ità Hermogen. *de invent.* Σὺ δὲ παράπεμπε τῷ νῷ τὰς θεωρίας. Scopus tamen forsan is fuerit planè, qem Casavb. voluit; *Speculationem naturæ, ni praxin conjunctam habeat, otiosam fore, faciléqe abolitam iri, nisi cautio jugis adhibeatur, qicqid indidem hauseris.* Epictet. *l.* 3. *c.* 21. Ὅπου τὰ θεωρήματα ἀναλαβόντες φιλᾷ, εὐθὺς αὐτὰ ἐξεμέσαι θέλουσιν ὡσεὶ σωμαχοὶ τῶν τροφῶν. πρῶτον αὐτὸ πέφυκεν· εἶτ' ὅτω μὴ ἐξεμέσῃς· εἰ δὲ μή, ἐμπίπτῃς τῷ ὀνηγίνεται, πρᾶγμα ἀνάθαρτον καὶ ἄβρωτον. ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν ἀναδιδόντων δεῖξόν τινα ἡμῖν μεταβολὴν τῆ ἡγεμονικῇ τῇ σαυτῇ, ὡς οἱ ἀθλητὰ τῶν ὤμων ἀφ' ὧν ἐγυμνάσθησαν καὶ ἔφαγον, ὡς οἱ τὰς τέχνας ἀναλαβόντες ἀφ' ὧν ἔμαθον. ἐκ ἔρχεται ὁ τέκτων καὶ λέγει, ἀκούσατέ μου διαλεγομένου περὶ τῆς ἀρχιτεκτονικῶν· ἀλλ' ἐκμιμησάμενος οἰκίαν, ταύτην καλασκευάσας δείκνυσιν ὅτι ἔχει τὸν τέχνιτον τοιοῦτόν τι καὶ σὺ πάσχον. φάγε ὡς ἄνθρωπος, πῖε ὡς ἄνθρωπος, κοσμοῦ, γάμησον, παιδοποίησον, πολίτευσαι, ἀνάγκη λοιδορίας, ὑπόγκαι ἀδελφὸν ἀγωμονα, ὑπόγκαι πατέρα, ὑπόγκαι ὑὸν, γείτονα, συμφοιτον. Ταῦτα ἡμῖν δεῖξον, ἵν' ἴδωμεν ὅτι μεμαθηκας τοῖς ἀληθείαις τι τῆ φιλοσόφων. Addam tamen, qæ se ingerit impræsentiarum, conjecturam. Qid si ἀφυσιολογήτως legerimus? qomodo & *l.* 9. § 41. ἀφυσιολογήτῳ. ut sit mens Marci, *qæ absqe naturæ ipsius contemplatione seria ac considerata, temerè imaginaris, & citra examen justum admittis.* hoc enim passim inculcat Marcus, ut rei cujusqe naturam sedulò investigemus, eámqe probè perspectam habeamus, priusqam de ea sententiam censúramve ullam feramus. Ità *l.* 2. § 12. & *l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 3, 13. & *l.* 7. § 29, 66. *l.* 8. § 13. (qo loco & de viso qovis primo loco φυσιολογεῖν præcipit.) & *l.* 10. § 11, 17, 18. & *l.* 11. § 2. 16. & *l.* 12. § 8. Nec mirum videri debet, si dogmata ea, qa in rei ipsius, de qa statuitur, natura penitius perspecta, fundamentum non habent, occasione qavis occurrente, aboleantur facillimé. Trahit horsum, qòd τὸ γνωρίζειν, *de natura rei cujusvis excutienda & dignoscenda*, statim istìc subjungitur: in qam mentem & τὴν ἐπιθεώρησιν τῆς ὅλων φύσεως commendat, *l.* 8. § 26. & *l.* 10. § 31. λόγον ἐωρακότα ἀκριβῶς καὶ φυσιολογικὸν τὸν ἐν τῷ βίῳ. qin & bene vivendi fundamentum unicum statuit, ἐν θεωρήμασι περὶ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως, καὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου καλασκευῆς, *l.* 11. § 5. *In speculationibus illis sive theorematibus indè deductis, qæ vel universi naturam, vel suam cujusqe conditionem statúmqe nos edocent.* Vide Athenagoram *ad l.* 3. § 6. laudatum.

Καὶ τὸ περιεργότερον ἅμα συνελεῖν] Apud Laert. *l.* 7. Zeno; τὰ μὲν εἰ καθήκοντα ἀνδρὶ περιεργάσεως· τὰ δὲ περιεργικὰ καὶ ἀνδρὶ μὲν περιεργάσεως τάξει, ὑγείας ὀπτιμελείας καὶ αἰσθητηρίων, καὶ τὰ ὅμοια· καὶ περίεργον δέ, τὸ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τὸν κλῆσιν διαφέρειν. ut τὰ περιεργικὰ sint *officia ea, qæ molestiam aliqam adjunctam habeant.* Verùm Marcus istìc laxiùs usurpat pro qolibet negotio, qod muneris nostri existat. vide *ad l.* 9. § 13. & *l.* 8. § 25, 26.

Καὶ τὸ ἐκ τῆς περὶ ἑκάστων ὀπτικῆς αὐθαδίας σώζειν] αὐθαδίας, sicut ἀσφαλείας, *supr.* § 8. in meliorem partem istìc sumi videtur, (qod rariùs opinor deprehendas) vel pro *certa animi fiducia* ex rerum naturalium contemplatione orta, de qa *l.* 3. § 11. & *infr.* § 11. vel pro *animi affectu sibi placentis, acquiescentisqe*, in veritatis, qam adeptus est, cognitione. qod vocabuli notio, per se media, designat. siqidem ut Arist. *ethic. Mag. l.* 1. *c.* 29. ὁ αὐθάδης αὐτοαρέσκης τίς ὅτιν, ὑπὸ τὸ αὐτὸς αὐτῷ ἀρέσκειν. ità Senec. *ep.* 59. *Ipse te consule, si per dies noctésqe par & æqualis animi tenor, erecti & placentis sibi esse: perveneris ad humani boni summam.* Ortum vocabuli sensúmqe, non usum, secutus est Marcus. nec aliter forsan usurpatur, *l.* 6. § 47. qin & Isocrates in Archidamo, ubi αὐθαδείας καὶ σεμνότητος conjungit, in dexteriorem itidè partem sumpsisse videtur.

Λανθάνον] qod Apost. *ad Rom. c.* 14. *v.* 22. Πίστιν ἔχεις; κατ' σαυτὸν ἔχε. hoc est: ut Chrysost. μὴ δείκνυε, ἀλλ' ἀρκείτω σοι τὸ συνειδός. vide *ad l.* 7. § 58.

Οὐχὶ κρυπτόμενον] qod *l.* 3. § 8. dixit, ἀδὲν ἐμφωλεῦον. Senec. *ep.* 43. *tegant, non abscondant te parietes tui.* Cicer. *offic. l.* 3. *Honesta enim bonis viris, non occulta, qæruntur.* Galen *de affectib. curand. c.* 5. Ἀνεφχθήτω σε ἡ θύρα διαπτῆναι τῆς οἰκήσεως· ἐξέσω τοῖς συνήθεσιν εἰσιέναι πάντα καιρὸν, ἢν ὅτως ἧς παρεσκευασμένος. ità legend. pro

co.

eo qod vulgati codices ἀνεώχθη & ἔξεσι. confirmat avtor ipse, qi sic pavlò pòst. *Τῆς δὲ ἀνεωγυίης σε διαπαντὸς, ὡς εἶπον, ἐξουσίης, τοῖς συνήθεσιν ἔξω κῆπα καιρὸν εἰσίεναι δεῖ ἐν δαρδεῖν, ὡς ὑπὸ μὴ εἰσιόντων ἐφλησθῆ μηδενὶ μὴ μεγάλων ἁμαρτημάτων ἐχυρὸς κατειλημμένον.* (ità leg. pro eo, qod nullo sensu, sano saltem, κατηλημμένον legitur.) *ὡς δ' ἄλλοι πάντες ἂν οἱ ἐκπελάσαντες εἰς τὸ δημόσιον, ἅπαντα ποιοῦνται ἐφάμιλλον κόσμια, ὥστε οὐ κῆπω ἰδίαν οἰκίαν ἐφάπτεις. ἀλλ' ἐκείνοι μὲν αἰδήμονες τοῦ ἄλλως, ἁμαρτάνοντες τὰ φανερὰ ἦναι, μόνοι ἑαυτοὺς οὐκ αἰσχύνται· σὺ δ' σαυτὸν αἰσθῆ μάλιστα, πειθόμενος τῷ φάτι,*

— πάντων δὲ μάλιστ' αἰδοῦ σεο σαυτόν.

vide *ad l.* 3. § 4.

Πότε γὰρ ἁπλότητος ὑπολαύσεις] potest esse expostulatio, qalem observavimus *supra* § 1. ego tamen τότε legere malim, & hìc, & in seqentibus clavsulis; qod semel immutatum deinceps immutari necesse habuit. *cùm eò*, inqit, *proceſſeris, atqe ità mentem pariter vitámqe tuam inſtituerís, tunc fruéris ſimplicitatéqe gravitatéqe* &c. vide *l.* 12. § 28. ὑπολαύειν τῆς ζωῆς.

§ 10. Ἀρέσχιον μῆαν ἐνεδρεύσας] Studia hominum, qibus sese efferunt, acsi magni avt eximii aliqid confeciſſent, elevat; cum vilissimorum animalculorum artibus, qibus illi prædas sibi comparare captant, conferendo.

Τητχῆ] Τητχὴ, *genus retis*. Vet. lex H. Steph. Sed sine exemplo. qod hinc licet petatur. Sed & ex Oppiano ἁλιευτικῶν. *l.* 3. *v.* 81. qo loco retium genera nominaqe varia recensens, inter cætera & horum meminit.

Τῶν τὰ μὲν ἀμφίκλησρα, τὰ δ' χείροι καλέουσι,
Γάγγαμά τ', ἠδ' ὑποχαὶ ἀκαμπέες, ἠδὲ σαγῆναι.

unde figuræ rotundæ fuisse videntur ὑποχαὶ istæ: cujusmodi sunt, qas nos appellamus purſe-nets.

Ἄλλοι δὲ Σαρμάται] qibuscum tunc Romanis cumprimis res fuit. Itaqe in Marci vita mentio fit Sarmatarum inter gentes cæteras à Marco debellatas. horum aliqos in excursionibus qi trucidaverant, avt ceperant, egregium facinus executos se avtumabant. Nec tacendum hìc, qo & alluserit fortean Marcus, qod de Avidio Cassio refert Vulcatius: *Cùm exercitum duceret, & inſcio ipſo manus auxiliaria, centurionibus ſuis avtoribus, tria millia Sarmatarum negligentiùs agentium in Danubii ripis occidiſſent, & cum præda ingenti ad eum rediſſent, ſperantibus centurionibus præmium, qòd præparvâ manu tantum hoſtium, ſegniùs agentibus tribunis & ignorantibus, occidiſſent, rapi eos juſſit & in crucem tolli, ſervilíqe ſupplicio affici; qòd exemplum non extabat: dicens, evenire potuiſſe, ut eſſent inſidiæ, ac periret Romani imperii reverentia.*

Οὗτοι γὰρ ὁ λῃστής] qinam isti qos *latrones* dicit? num *Sarmatæ*? sicût Pavli Festus; *Cimbri linguâ Gallicâ latrones dicuntur.* ad qem locum Scalig. *Cimbri* λῃστρικοὶ *sanè & πλάνητες fuerunt. Sed non magìs Cimber latronem* ſignificat, *qàm Iſaurum piratam*; *Ambro, diſſolutum ac voracem*; Opicus, *obſcœnum*; *ſed qia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus, qi tales ſunt.* ità istic Xyl. nec secius de barbaris patriam suam incursantibus fuósqe diripientibus, qos *abigeos* & *latrones* avt *fures* magìs qàm *hoſtes* dici postulat, Synesius *epist.* 132. τὰ χεῖρ τοῦ ἀπολέσαντος τύπτει ἄπειρα πολυπραγμονῶ. οὐδὲ γὰρ ἄξιον καλεῖν αὐτοὺς πολεμίους, ἀλλὰ λῃστὰς, ἢ λωποδύτας, ἢ τι τοιοῦτον ὄνομα μικροπρεπέστατον, οἳ μηδένα ἐφοπλίσασθαι ἐπιφερομένων ὑφίστανται, ἀλλὰ μόνοις τοῦ κάλλους ἐπιφέρουσιν, ὥσπερ ἱερεῖα, καὶ πειθοῦσι. Verùm videndum, an non illos potiùs hoc titulo indigitet, Marcus, qi Sarmatis captis, tanqam re pulcrè strenuéqe gestâ, semetipsos efferebant. ut transitus sit factus à numero ad numerum. qasi dicat, *qid à latronibus etiam isti qi Sarmatas capiunt, magìs qàm ipſi qos capiunt Sarmatæ, diſtant?* Qod Alexandro Scythæ apud Q. Curtium *l.* 7. *c.* 8. *Tu, qi te gloriarís ad latrones perſequendos venire, omnium gentium, qos adiſti, latro es.* Avt qid à prædonibus vulgariter sic habitis distant viri isti, prout ipsi se haberi volunt, militares? Notum est illud piratæ, qi Alexandro eidem qærenti, qo scelere impulsus, mare haberet infestum; *Eodem*, inqit, *qo tu orbem terræ. Sed qia id ego exiguo navigio facio, latro vocor; qia tu magnâ claſſe imperator.* Cicer. *de republ. l.* 3. lavdante Nonio. & Avgust. *de civit. Dei l.* 4. *c.* 4. qi & subjicit. *Sanè remotâ juſtitiâ, qid ſunt regna, niſi magna latrocinia?* unde Pythia, Adrastum Sicyoniorum βασιλέα, Cisthenem verò λῃστὴν dixit. Herodot. *l.* 5. & Dio Prus. *orat.* 2. Sed & Lucan. *l.* 10. Alexandrum *felicem terrarum prædonem* appellat. Déqe eodem Senec. *de benefic. l.* 1. *c.* 13. *A pueritia latro, gentiúmqe vaſtator. & qæſt. nat. l.* 3. *præfat.* Qantò potius *deorum opera celebrare, qàm Philippi avt Alexandri latrocinia?*

Ἐὰν τὰ δόγματα ἐξετάζῃς] malè divulsit ista à superioribus Xyl. & Lugd. Editor. *Mentes*, inqit, *ſi militarium iſtorum ſpectes, prædonibus ſuppares facilè deprehendes.* prædæ siqidem duntaxat inhiant utriqe.

§ 11. Κτῆσαι] *acquiras*, non *acquirere*. est enim aoristi imperativi medii non infinitivi activi, ut interpres Angl. opinatus, dictionis seriem duriorem reddidit.

Οὐδὲν γὰρ ὕτω μεγαλοφρονύνει ποιητὴν] vide *ad l.* 3. § 11.

Ἐξεδύσατο τὸ σῶμα] *corpus exuit*, sive *è corpore ſubduxit ſe*; is nimirum, qi consideratione ista animum jugiter exercitatum probéqe subactum habuerit. neqe enim à prioribus ista dissociata oportuit.

tuit. vide Platonis locum insignem, qi huc spectat, ex *Theæteto, ad l.* 11. § 1.

Ἀνῆκεν ὅλον ἑαυτὸν] Vide *ad l.* 4. § 34. & *infrà*, § 14. Evrip. *Phœniss.*

Ἀλλ' εἰς Θεὸν χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαι' ἔχειν.

Rejecta oportet ista ad numen omnia.

Senec. *de otio sap. c.* 32. *Ego secundum naturam vivo, si totum me illi dedo.* Annot. Lugd. ἀνῆκα mavult, imperandi formulâ, sive monendi. frustrà. cùm enunciativè ponantur & antegressa proxima, & seqentia itidem.

Οὐδ' εἰς νῦν βάλλεται] Africanus apud Ciceron. *l.* 6. *de rep.* in *somnio: Neque sermonibus vulgi dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum. Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. qid de te alii loqantur, ipsi videant.* Bion Borysthenita inter cætera profectûs in virtute insignioris indicia, hoc cumprimis statuit, ubi qis eodem loco convicia hominum atqe vota habet: sive ut ille loqebatur, ὅταν ὑπ' λοιδορούντων ὕπος ἀκούῃ τις, ὡς λεγόντων,

Ὦ ξίν', ἐπεὶ ὅτι κακῶ, ὅτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,

Οὐλά τε καὶ μέγα χαῖρε· θεοὶ νύ τοι ὄλκια δοῖεν.

Plut. *de profect.* Talis Cato, de qo Senec. *de ira l.* 2. *c.* 32. *M. Catonem in balneo in ore qidam percussit imprudens: qis enim illi sciens faceret injuriam? postea satisfacienti, Cato, Non memini, inqit, percussum me. majore animo non agnovit, qàm ignovisset.* Idem, *de constant. sap. c.* 14. Phocion pariter cùm qidam uxorem ipsius contumeliosè habuisset, pòst apud ipsum pœnas commeritas metuens sese purgitaret, ignarum se Phocionis conjugem fuisse, Ἀλλ' ἦγ' ἐμὴ γυνὴ τοῦ σε ἥδιον πέπυσται. *at verò mea,* inqit, *uxor nihil à te perpessa est. alia forsan fuerit, qam tu læseris: nec mihi itaqe qòd satisfacias, aut excuseris te, opus est.* Narrat ex Musonio *orat. qâ disceptat philosophum an deceat injuriarum agere,* Stob. *tom.* 2. *tit.* 19. qi idem, qomodo inter concionandum conviciis imperentem nihil qicqam attenderit, apud Plut. legas licet, in *præcept. polit.* & *infrà ad l.* 11. § 14. Archelaus itidem ab obvio qodam aqâ conspersus, cùm ab amicis ad pœnas de homine sumendas instigaretur; Ἀλλ' οὐκ ἐμέ, ἀλλ' ἐκεῖνα κατασκέδασεν, ὃν ἔδοξεν ἐμὲ εἶναι. *Atqi non me,* inqit, *conspersit, sed illum qem esse me est opinatus.* Plut. in *apophth.* Socsates etiam dicere solebat, τοῖς κωμικοῖς δεῖν ὑπηδεῖς ἑαυτὸν δίδοναι, εἰ μὴ χάρ τι φῦλ παρέβοντων λέξειαν, παροδεύσας· εἰ δ' ὑ, ἥδιον πρὸς ἡμᾶς. *Expedire, ut Comicis perstringendos sese homines præbeant: siqid enim veri de nobis dixerint, corrigendi ansam dabunt:* (qomodo Philippus demagogis Athenienfibus gratiam debere se dictitabat, ὅτι λοιδοροῦντες βελτίονα ποιοῦσιν τὸν λόγον καὶ τὸν ἦθος· πειρῶμαι γάρ, inqiebat, αὐτὸς ἅμα καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς ἔργοις ψευδομένους ἐλέγχειν. Plut. apophth.) *sin falsi qid dixerint, nihil ad nos pertinebit illud.* idémqe dicenti, ὦ σοὶ λοιδορεῖται ὁ δεῖνα; *An non tibi iste conviciatur?* respondit. οὐχί· ἐμοὶ γὰρ οὐ πρέπειν ταῦτα. *Neqaqam; mihi enim ista non competunt.* Laërt. *l.* 2. Diogenes dicenti, Πολλοί σε καταγελῶσι· *derident te multi, ô Diogenes.* Ἐγὼ δ' οὐ καταγελῶμαι. *At ego,* inqit, *non derideor.* Alii etiam cuidam idem monenti; Κἀκείνων τυχὸν οἱ ὄνοι. ἀλλ' ὅτ' ἐκεῖνοι μὲν ὄναν ἐπιφέρονται, ὅτε ἐγὼ ἐκείνων. *Et illos forsan deridunt asini; verùm nec asinos advertunt ipsi, nec ego illos.* Laërt. *l.* 6. Hoc est, qod de Hercule Epicus qidam apud Plutarch. *de util. ex inimic.*

Οὐδ' ὅσον μίας συγκρῶν ἐμπαίζετο μύθων.

Nec musicam qanti faciebat dicta maligna.

vel qod David potiùs, *Psal.* 38. *v.* 13. *Ego verò instar surdi fueram, qi nullus audit; instar muti, qi nihil regerere possit.* vide *lib.* 6. § 2.

Τὸ νῷ πεφωνάφθον] vide *lib.* 7. § 54. & *l.* 9. § 6.

Φιλεῖν τὸ νῷ ὑπονεμόμενον] vide *l.* 3. § 16. & *lib.* 6. § 43. & *supr.* § 6. & *infrà* § 21. & *lib.* 12. § 1.

Εὐθεῖαν φαίνειν] vide *l.* 8. § 59.

Εὐθεῖαν παραίνουσι ἅπασι τῷ θεῷ] Plato *de legibus l.* 4. à Plut. etiam lavdatus *adv. Color.* Ὁ μὲν δὴ θεὸς ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῇ δ' αἰεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἐκλειπόντων τὸν θείον νόμον τιμωρός. ᾗς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος, ξυνέπεται, &c. qem Platonis locum cùm Marcus ob oculos habuit, qum hæc scriberet; tum & avtor *libri de mundo,* qi Aristotelis nomen præfert. eodem opus illud sum clavsit; qiqe illum dictione Latinâ μεταφράζει καὶ παραφράζει, Apuleius.

§ 12. Τὶς ὑποψίας χρεία, παρὸν σκοπεῖν τὰ δέοντα προχθιῶσαι] Xylandri versionem etsi minùs perspicuam immeritò induxit Editor Lugd. cùm loco ejus depravatissimam dederit. Interpres Angl. frustrà in duo membra sententiam, continuari postulantem, dissecuit. *Qid,* inqit Marcus, *est suspicione opus? sive, cur tibi res aliqa suspecta sit,* avt scrupulum animo ac trepidationem injecerit, *cùm considerare liceat,* vel *præsto sit intueri, qid facto opus sit?* hoc est enim παρὸν σκοπεῖν, ut ἐξὸν πιεῖν, & similia. Senec. *epist.* 74. *Non potest qisqam beatus esse, qi huic se opinioni credidit,* (*externis.* subesse mali aliqid.) *Non enim beatum est nisi qod intrepidum. inter suspecta malè vivitur.*

Κἂν μὲν σωφρᾶς, ἐυμενῶς ἀμεταφρέπτῳ ταύτῃ χωρεῖν] Forsan legi debeat κἂν μὲν σωφρᾶς ἐυκρινῶς, sublatâ distinctione, & *si clarè perspexeris* εὐκρινῶς, *clarè, distinctè.* Plato: ἵνα εὐκρινέστερον ἰδωμεν, ὃ βουλόμεθα. indè διακρίνειν, σαφηνίζειν, διαγιγνώσκειν· Hesych. de dialectica Laërt. *lib.* 7. in

Zenon.

Zenon. Τότε ἀληθὴς καὶ τὸ ψεῦδος διαγνώσεσθε ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὸ πιθανὸν τότε ἀμριβόλως λεγόμενον διώρινεῖτε. Cicer. *ad Atticum lib. 7. epist. 10. simul hoc διώρινόσεις πρόβλημα.* & *epist. 3. sed id φιλοσοφώτερον διώρισόμεθα.* verùm accedo potiùs D. Bootio nihil mutanti, sed copulativâ tantùm interjectâ, legenti, *κἂν μὲν σωφρᾷς, εὐμενῶς καὶ ἀμεταστρεπτὶ τ. χ.* ità opponitur τὸ εὐμενῶς, τῷ *μετ' ὑποψίας.*

Ἀμεταστρεπτὶ ταύτη χώρειν] vide *lib. 8. § 5.*

Ἐλάμβανον τὰ φαινόμενα δίκαια] Epictet. *l. 1. c. 2.* Ταῦτα εἶδε Πείσων· Ἐλεύθερε, καὶ ἰδὼν ἐπίπισε· σοφαπέμφαπτε καὶ αὖτε· Οὐκαπαπαπαῖ, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, ἀπεκρίνατο, ὅτι σοὶ δοκῶ μὴ ἐάσαι με εἰς συγκλητικόν· μέχρι δ' ἂν ᾖ, δεῖ με εἰσέρχεσθαι. ἄγε, ἀλλ' εἰσελθών, φησὶ, σώπησον· μὴ μ' ἐξέταζε, καὶ σιωπήσω· ἀλλὰ δεῖ με ἐξετάσαι· κἀμὲ εἰπεῖν τὸ φαινόμενον δίκαιον· ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, ἀποκτενῶ σε· πότε ἓν σοὶ εἶπον, ὅτι ἀθάνατός εἰμι; καὶ σὺ τὸ σὸν ποιήσεις, κἀγὼ τὸ ἐμόν· σὸν ἔστιν ἀποκλεῖναι ἐμὸν ἀποθανεῖν μὴ τρέμοντα· ὅσον, φυγαδεῦσαι· ἐμόν, ἐξελθεῖν μὴ λυπούμενον. vide *l. 3. § 6, 7. & l. 4. § 12.*

Ἄειζον δὲ κατατυγχάνειν τούτῳ] *optimum enim est eum attingere scopum.* Xyl. hoc est, ut id facias, quod justum & æquum est, quodcunque tibi indè obvenerit.

Ἦγε ἀπόπλωσις ἀπὸ τούτου ἔσω] Mutila hæc suspicatur Xyland. Editor Lugd. in versione prorsus resecuit. pro ἔσω D. Boot. legit ὄζῃ. *ab hoc,* inqit, justo scil. utique & æquo *aberrare, lapsûs nomen meretur,* non autem ob justè factum odium incurrere, aut molestum aliqid perpeti, aut etiam, quò minùs quod conaris, effectum des, impediri. ego siqis id exhiberet codex, ἀπόπτωσιν quàm ἀπόπλωσιν malim; prout Marcus *l. 4. § 43.* ἀπόπτωμα dixit.

Σχολαῖόν τι καὶ ἄμα εὐκίνητον] hoc est, quod *l. 7. § 69.* Μήτε σφύζει, μήτε παρκᾷ. M. Cas. ista à superioribus divellit, atque erotematicè effert; acsi legeret, *τί σχολαῖόν τε καὶ εὐκίνητόν ὄζει;* viderint alii. Ego nullus assentior.

Εὐκίνητον] non, *mobile*; quod τὸ τῆς γνώμης εὐκίνητον, in plebe, Romanâ cumprimis, Herodiano *lib. 7.* notatum, designet; unde & *mobile vulgus,* Statio *sylv. lib. 2. poem. 2.* sed *agile,* ad id quod est officium suum aggrediendum agendúmque promptum ac proclive; qodqe in eisdem perseqendis modo justo debitóqe moveatur. Stoici siqidem in dictionibus istiusmodi ἐνάργειαν & ἔμφασιν qandam, ultra usum communem qi vulgare, affectabant. vide *infrà ad § 21.*

Φαιδρὸν ἄμα καὶ σωφρονικὸς] non qalis stultorum risus, gem ejusmodi esse ait Solomon *Eccles. c. 7. v. 6.* qalis est *spinarum sub olla crepitus;*

——*Magno veluti cùm flamma sonore*
Virgea suggeritur costis undantis aheni.

ut Maro. *Æn. lib. 7.* sive ut Apul. in *apolog. flammæ* instar *stipulâ accensæ, claro strepitu, largo fulgore, cito incremento; sed enim materiâ levi, caduco incendio; nullis reliqiis.* icon aptissima vitulationis stolidorum, qâ illi, *non gavdent, sed gestiunt,* ut Avg. de *serm. Dom. in mont. l. 1.* itaqe *risum & lætitiam* istiusmodi pro *insania* mera, Solomon habet. *ibid. c. 2. v. 3.* tanqam ἔξεσικὸς, non σωφρονικός π. Senec. *ep. 23. Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Res severa est verum gavdium. ceteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt; leves sunt: nisi fortè tu illum judicas gavdere, qi ridet.* vide *ad l. 4. § 26.* ῥῆφε ἀνειμένῳ.

Ὁ τῷ λόγῳ κατ' ἄνα ἑπόμενος.] *Dei, naturæ, rationis, dictamen ductúmqe seqi,* pro eodem Stoicis habetur. vide *ad l. 3. § 16. & lib. 7. § 31. & supr. § 11. & lib. 4. § 12. & l. 12. § 31.* Plato *epist. 2.* Νῦν ὁ μέγας ἐγώ εἰμι, ἐμαυτὸν παρέχων τῷ ἐμῷ λόγῳ ἑπόμενον.

§ 13. Ἐὰν ἀπὸ ἄλλου γένηται] *in aliorum sint potestate.* Xyl. potiùs, *ab aliis fiant,* cùm ipse neqeas, vel necesse non habeas. Epictet. *lib. 1. c. 27.* ἀπελθὼν, ἢ αὐτὸς ἀναπλεύσω θέλω, ἢ ἄλλῳ παρέχειν ἀφορμὴν τοῦ ἀναπλεῦσαι· εἰ μὴ ἐθέλω μοι καταρραθῆναί τι αὐτὸς, ἢ φθονήσω ἄλλῳ τοῦ ποιῆσαί τι ἡδύ.

Οὐ δοῦναι] qia alienæ vel mentes vel actiones mihi sunt res mediæ. *lib. 6. § 32. & lib. 8. § 55.*

Οἱ ἐν τοῖς τοῦ ἄλλων ἐπαίνοις ἢ ψόγοις φρυαπτόμενοι] id est, ἐπαιρόμενοι. *translatio ab eqis petita, cùm in altum pedibus sublatis anterioribus, & juba concussâ, φρυάπτεται.* Salmas. indè & καταφρυάπτεσθαι. *supr. l. 9. § 41.* frustrà autem interpretes de eis intelligunt, qi alienis sermonibus & lavdibus se jactant; ut alter, qi ψόγοις illud insuper habuit: vel qi aliorum lavdibus ac vituperiis tantum tribuunt; ut alter, qi τὰ φρυάπτεσθαι significatum non attendit. qomodo enim qis eò possit φρυάπτεσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι, qòd ab aliis vituperio afficiatur? non eos loqitur qi lavdantur, vel vituperantur, aliorúmqe vel lavdibus elati animos sibi sumunt, vel vituperiis perculsi abjiciunt: sed eos, qi alios lavdibus, aut vituperiis prosequuntur, idqe faciendo attolluntur, & efferunt se, acsi magni qippiam egissent. hæc enim est istorum ὄνησις illa, de qa Marcus *l. 9. § 32.*

Τοιοῦτοι μὲν ὅτι τῆς κλίνης εἰσὶ] Hinc apud Lucianum in *Cataplo,* Κλίνη, sive *lectus,* ad testimonium adversus Tyrannum dominum suum ferendum apud inferos accersitus, ἐγὼ μὲν τί ταῦτα εἰπεῖν αἰσχύνομαι· τοιαῦτα ἦν ἃ ἐπ' ἐμοῦ διεπράττετο. vide *ad lib. 3. § 4. & lib. 11. § 18.* ὅτι τῆς κλινιδείου.

Οἷα ὁ ποιῶν] vide *ad l. 6. § 59.*

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ τῷ πιωτάτῳ ἑαυτῆ μέρει] non corpore, tantùm, sed animo etiam coguntur, qi aliorum favorem, famámve avcupantur, usque ad conscientiam læsam; eis obseqi, qibus placere ambiunt.

Ὅταν θέλῃ [Epictet. *lib.* 4. *c.* 9. ἤδη ὅτι ἀναγωγότερον ἀνθρώπινης ψυχῆς· θελῆσαι δεῖ, καὶ γένοιτο, διώρθωται· ὡς πάλιν, ἀπουσάξαι, καὶ ἀπολωλεκέναι. Synes. *de insomn.* Καθαρμὸν τὸ μέγιστον μέρος ἡ βάλανος, Sen. *ep.* 34. *Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum.* & *ep.* 80. *Quid tibi opus est, ut sis bonus? velle.* Fabius *instit l.* 12. *c.* 11. *ut boni viri simus, voluntate maximè constat.* Gregor. Naz. *de sacr. bapt.* ὥριον τοῦτο τῷ θελῆσαι μόνον, τὸ ἀγαθόν. qanqam idem *de theolog.* 1. exagitat illos, Οἷς ἀρκεῖ τὸ θελῆσαι μόνον πρὸς τὸ εὖ σοφοῖς. Joan Chrysost. *in Matth. hom.* 49. Ἀρκεῖ θελῆσαι, καὶ τὸ πᾶν ἥνυσαι. Liban. *orat.* 4. Βελήθητι μόνον, καὶ πάντα ἕψεται. vide *ad l.* 8. § 35.

§ 14. Τῇ πάντα διδόσῃ καὶ ἀπολαμβανούσῃ φύσει] qod de *natura*, qi & Stoæ *Deus*, de Deo, Job. *c.* 1. *v.* 21. *Dominus dedit, Dominus abstulit.*

Ἀπολαμβανούσῃ] Epictet. *enchir. c.* 10. Μηδέποτε ὅτι μηδενὸς εἶπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα· τὸ χωρίον ἀπώλεσα; ἔκλεψέ τις; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει διὰ τίνος σὺ ὁ δὸς ἀπήτησε; Idémque *dissert. l.* 3. *c.* 26. Εἶτα σύμπαντα εἰλικρινῶς παρ' ἄλλου (τοῦ Θεοῦ δηλονότι) καὶ αὐτὸν σαυτὸν, ἀγαπᾷς, καὶ μέμνῃ δῆλα, ἂν σοι τὶ ἀφέληται; ὅτι τί εὔληφας ταῦτα; ἐφ' ὅσον χρόνου. μέχρι τίνος; μέχρις ἂν ὁ χρήσας θέλῃ. Et *l.* 4. *c.* 1. Ἀπαίτησον τὸν θεὸν, ἃ ἔδωκεν, ὅσα αὐτός; vitiata scriptura. qod & Voisius videt; cui sic restituere visum est. ἐκὼν ἃ ἀποδώσεις; ἃ αὐθέσῃ. Verùm interpolatione tam laciniosâ, quæ nec sensum admittit commodum, nec vitium tollit, nihil opus. literula immutata sufficiet. leg. ἃ ἤθησε; Stoicus est Laconismus. *non Deo, qi dederat, repetente oblectaris?* q.d. dans placer. repetens qidni placeat? vide eund. *ad l.* 2. § 3. vide & *l.* 12. § 26.

Διὸ ὃ θέλεις] hoc est, qod Rufus apud Epictetum *dissert. l.* 1. *c.* 1. ἀρκεῖ τῷ δόντι. vide *ad l.* 4. § 31. 34. & *l.* 5. § 25. & *l.* 7. § 57.

Ἀπόλαβε ὃ θέλεις] Vide voces Demetrii Cynici magnanimas ex Senec. *de provident. c.* 5. ad *l.* 4. § 34. Epictet. *l.* 4. *c.* 10. Χάριν ἔχω, ὧν ἔδωκα. ἐφόσον ἐχρησάμην τοῖς σοῖς, ἀρκεῖ μοι. πάλιν αὐτὰ ἀπόλαβε, καὶ κατάτοξον εἰς ἣν θέλεις χώραν. τὰ γὰρ ἦν πάντα σὰ μοι αὐτὰ δέδωκας. vide *l.* 12. § 26. Senec. *de tranqill. c.* 11. *Sapiens non mancipia tantùm possessionesque & dignitates, sed corpus quoque suum & oculos & manus & qicqid est chariorem vitam facturum, sæque ipsum inter precaria numerat; vivitque ut commodatis sibi, & reposcentibus sine tristitia redditurus. qandocunque ergò reddere jubebitur, non queretur cum fortuna: sed dicet; Gratias ago, qòd possedi, habuique.* Idem, *epist.* 64. *Fac qod æqitatem tuam decet. define naturæ beneficium malè interpretari. abstulit; sed dedit.* & *ad Polyb. c.* 29. *Gaude, qòd talem habuisti; & usum fructum ejus, qamvis brevior voto tuo fuerit, boni consule.* Item *ad Marc. c.* 12. *Si magnas ex filio percepisti voluptates, oportet te, non de eo, qod detractum est, qeri; sed de eo gratias agere, qod collegisti.* Nostri: Basil. Cæsar. *homil.* 5. Συγχώρησον ὅτι θνητοίς, ἂν ἐπὶ τῷ χωρισμῷ δυσφορεῖς ἔχειν· ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἐξ ἀρχῆς σωτηρίᾳ χάριν ἔχειν τῷ συγκληρώσαντι. Hieron. *in Nepot.* *Nè doleas qòd talem amiseris: sed gaudeas qòd talem habueris.* Idem *in Paul.* *Non mœremus, qòd talem amisimus; sed gratias agimus, qòd habuimus, imò habemus.* Et *ad Julian.* *Tulisti liberos, qos ipse dederas. recepisti ancillam, qam mihi ob breve solatium commodaveras. non contristor, qòd accepisti; sed ago gratias, qòd dedisti.* Bern. *de Humbert. serm.* 110. *Tulisti qoniam tuus erat, nec pro nobis, qibus ille sublatus est, murmurandum: magìs gratias agendum, qòd tam diu concessus est nobis.* Et *in Cant. conc.* 25. *Etsi dolemus ablatum, non obliviscimur tamen, qòd datus fuit; & gratias agimus, qòd habere illum meruimus.* Verissimè Gregor. Rom *in Job. l.* 2. *c.* 42. *Tunc verè ostendimus, qòd accepta rectè tenuimus, cùm æqanimiter ad momentum sublata tolcramus.*

Οὐ καταθρασυνόμενος, ἀλλὰ πειθαρχῶν μᾶλλον καὶ εἴκων] De morte pariter *l.* 9. § 3. Ità Apost. *ad Philip. c.* 2. *v.* 17. Χαίρων καὶ συγχαίρω πᾶσι μοι. & *ad Cor. ep.* 2. *c.* 12. *v.* 15. Ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι. Tertull. *de patient. c.* 2. *Nobis excrcendæ patientiæ autoritatem non affectio humana caninæ æqanimitatis stupore formata, sed viva ac cœlestis disciplinæ divinæ dispositio delegat.* Cyprian. *de eadem:* *Apparet non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris inverecunda jactantia.*

§ 15. Ζῆσον ὡς ἐν ὄρει] vide *infrà* § 22, 23. & *l.* 8. § 45.

Ὡς ἐν πόλει τῷ κόσμῳ] vide *ad l.* 2. § 16. & *l.* 4. § 34.

Ἄνθρωπον ἀληθινὸν] qi enim secus càm oportat, degit, qidvis potiùs càm homo est. Vide *supra ad* § 8. & *l.* 5. § 11. Stilpo, cùm turba adiplum contemplandum conflueret, dicenti cuidam, Θαυμάζομέν σε ὡς θεῖον, *tanqam feram qandam, & Stilpo, admirantur te.* Οὐ μῶν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἀληθινόν· *Neqaqam verò*, inqit, *sed ut hominem verum.* Laërt. *l.* 2. Flacc. *arte.* --Fiet homo.-- Demonacti Proteus cùm diceret, ὁ κύων, regessit ille, ἐγὼ ἄνθρωπος, *non vivis hominem.*

Κρεῖττον γὰρ ἢ ὅπως ζῇν] vide *ad l.* 9. § 2.

§ 16. Μηκέτ' ὅλως διαλέγωμαι] forsan ὀλίγα: Senec. *ep.* 16. *Philosophia non in verbis, sed in re-*

bus

bus est. & ep. 20. *Illud te rogo atque hortor, ut philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectûs capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatum diminutione. verba rebus proba. facere docet Philosophia, non dicere: & hoc exigit ut ad legem suam quisque vivat, ut verbis opera concordent, nè orationi vita dissentiat.* Et ep. 108. *Sic ista tractemus, ut quæ fuerunt verba, fiant opera: ut voces mox in rem transferantur.* & ep. 24. *Hæc in animo voluta, qa sæpe audisti, sæpe dixisti: sed an verè audieris, an verè dixeris, effectu proba. hoc enim turpissimum est, qod nobis objici solet, verba nos philosophiæ, non opera tractare.* hoc est, *philosophos esse ἀνὸ τῦ πρᾶξιν, μέχρι τῦ λέγειν, factis procul, verbis tenus.* ut Epictetus apud Gellium *l.* 17. *c.* 19. *homines* scil. *ignavâ operâ, & philosophâ sententiâ.* qos odisse se profitebatur Pacuvius. cujus verba in eam sententiam Macedo qidam Philosophus præ templorum omnium foribus scribenda censebat. nihil enim fieri posse indignius, neqe intolerantius, qàm qòd *homines ignaviæ ac desides, ornati barbâ & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in lingvæ verborúmqe artes converterent; & vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.* Refert Gellius *l.* 13. *c.* 8. Ità (inter alia qæ indè profluxerunt in vitam mala) *qæ philosophia fuit, facta philologia est.* Senec. *ep.* 108. &, *de vita semper disputatur, nunqam vivitur.* Idem *epist.* Vitium istud in Stoicis suis, ut familiare nimis, notat idem Epictet. *dissert. l.* 3. *c.* 7. Ἀλλα λέγομαι, inqit, ἀλλα ποιῶμι. λέγομαι τὰ καλὰ· ποιῶμαι τὰ αἰσχρά. ἀσυμπαθεῖς πρὸς τὸν λόγον· μακρὰν ἀπὸ τοῦ χεῖρος τούτοις ἃ λέγομαι, ἐφ' οἷς ὡς εἰδότες αὐτὰ ἐπαιρόμεθα. Idem *l.* 2. *c.* 9. & *c.* 10. Τοιαῦτα μέχρι λογαρίου προκόπτομεν· ἔξω δ' αὐτῦ, ὑδὲ τὸ ἐλάχιστον. eundem vide sis ejusmodi homunculos fusissimè simul ac acerrimè exagitantem, *enchir. c.* 51. & *dissert. l.* 3. *c.* 26. imò passim eosdem insectantem. siqidem invectivam istam singulis ferè subjectis fecit intercalarem. Qin & elegantissimâ usus imagine idem *enchir. c.* 44. Μνήσθητι σαυτὸν εἶναι φιλόσοφον· μηδὲ λάθει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις εἶναι ὑπὸ διανοημάτων. μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, ὑπὸ ἐξαμίσαι, ὁ ὑκ ὄπλας. ἐπεὶ ὑ τὰ πράγματα, ὃ χρῆτον φίλοις τοῖς πίμπουσιν ἐπιδεικνύει, πόσον ἔφαγον· ἀλλὰ τὴν γνώμην ἔσω πλάσαι, ἕειον ἔξω φέρῃ ὑ χάλα. ὑ σὺ πίνων, μὴ ταχέως ῥήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυον, ἀλλ' ἀπὸ αὐτῦ πραθέντων τὰ ἔργα. Senec. *epist.* 108. *Omnia qæ dicunt, qæ turbâ audiente jactant, aliena sunt. qomodo probare possint sua esse, monstrabo. faciant qæ dixerint.* qi & *epist.* 117. clavdit vocibus illis profectûs indicium proferentibus clarissimum, *Si fecero omne qod disco,* sive utì Lipsius ex MS^tm vestigiis. *si vixero.* Præclarè Gregor. Naz. *orat.* 15. Οὐ γὰρ ὁ ἐν λόγῳ σοφὸς, ἐκεῖ καὶ σοφὸς· ἀλλ' ὅσπις γλῶσαν ἔυστροφον ἔχει, ψυχὴν δ' ἄσαπν καὶ ἀταλάδοτον· ἀλλ' ὅσπις ὀλίγα μὲν ἀρετῆς φθέγξεται, πολλὰ δ' ὅις ἐνεργεῖ παραδείκνυσι, καὶ τὸ ὀξύτατον τῦ λόγῳ διὰ τῦ βίυ περιλίθωσιν. Verùm qod Aristot. *ethic. l.* 2. *c.* 4. Οἱ πολλοὶ τῦτο μὲν ὐ ποιῦσιν· ἐπὶ δ' τὸν λόγον καταφεύγοντες, ὅιον δ' φιλοσοφεῖν, καὶ ὕτως ἔσεσθε σπουδαῖοι· ὅμοιόν τι ποιῦντες τοῖς κάμνουσι, οἱ μὲν ἰατρῶν ἀκύουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιῦσι δ' ὐδὲν τῶν προσταττομένων. ὥσπερ ὖν ἐκεῖνοι ἓν ἕξουσι τὸ σῶμα, ὕτω προσπαθμοῖοι, ἐκεῖ ἕτερ τὴν ψυχὴν, ὕτω φιλοσοφοῦντες. Itaqe verè Demosthenes: Ὡς ἅπας ὁ λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πρέσμαλα, μάταιόν τι καὶ κανὸν φαίνεται. Præclarè siqidem Basil. Cæsar. *orat.* 24. & ex eodem Simeon Cancellar. *orat.* 1. Ὁ μὲν γὰρ τὴν ἄκρειν ῥημάτων παρὰ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφίαν ἕξιν βεβαίων,

Οἱ δὲ πάντη, πὶ ἢ σκιαὶ ἀίσσυσιν.

ἐπεὶ τό γε λαμπρῶς μὲν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν εἰς τὸ μέσον, καὶ μακρὰς ἐκτείνειν λόγυς· ἰδία δ' τὸ ἡδὺ πρὸ τῆς σωφροσύνης, καὶ τὸ πλέον ἔχειν πρὸ τῆς δικαίας τιμᾶν· ἐοικέναι φαίην ἂν ἔγωγε τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινομένοις τὰ δράματα, οἳ εἰς βασιλεῖς πολλάκις καὶ δυναστῶν εἰσέρχεσθαι, ὅτε βασιλεῖς ὄντες, ὑδὲ μὴν τυχὸν ἐλεύθεροι τὸ παράπαν.

§ 17. Ὡς μὲν πρὸς ὐσίαν, καὶ χερμάς] god de terra *l.* 4. § 3. στυμ. de pelago. *l.* 6. § 36. γαγάν. sunt avtem χεγχερμίδες ficuum granula. pro qo κεχερμίδες apud Svidam vitiosè habetur.

Ὡς ὃ πρὸς χρόνον, περιτάνυ τροχιστή] *tanqam pistilli circumvolutio.* M. Cas. & sanè ὑπέρτερα τροχιὴ, sive τροχιστή i. e. *pistilli circumvolutio,* proverbialiter usurpatur, à Platone philosopho in *Theætet.* Platone comic. in *Adonid.* & Philem. in *Heroib.* ἐπὶ μὲν τὰ αὐτὰ ποιόντων, καὶ μυδὲν περαινόντων. utì Hesych. Svid. Zenodot. Apost. Verùm περιτάνυ τροχιστή. i. e. *terebræ vertigo,* sive *circumversio,* ut Xyl. Marco istîc de spatio temporis brevissimo: qemadmodum, ῥιπὴ ὀφθαλμῦ *oculi jactus,* ut Beza, potiùs qàm *ictus.* ut vulg. Apostolo *ad Cor. ep.* 2. *c.* 15. *v.* 51. qò pertinet illud poetæ nescio cujus apud Svidam,

Τρύπανα δ' ὐδένυτα, καὶ ὠκύτερα τέρετρα.

citiùs enim terebra circumvertitur, qàm animadverti ferè potest.

§ 18. Εἰς ἕκαστον μὴ ἐπιτηδείων] *De singulis rebus indaga.* Xyl. *Objecto cuige animum adverte.* Cas. non improbo. potest tamen, *rerum præsentium unamqamqe considera,* &c. τὰ ἐπιτήδεια, *præsentia.* Vide *l.* 8. § 22.

Ἕκαστον πέφυκεν ὥσπερ θνήσκειν] vide *l.* 4. § 48. & *l.* 9. § 21. *Qæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.* Cassius Hemina *annal. l.* 2. i. e. ἀπογίνεσθαι, *defungi, mori,* non *decrescere,* ut Nonnius explicat. Senec. *ep.* 99. *Cui nasci contigit, restat mori.* Tertull.

tull. *de Carn. Christ. c. 6. Mutuum debitum est inter se nascivitati, cum mortalitate. forma moriendi, causſa nascendi est. non enim mori solet, nisi quod nascitur, id autem moritur, quod & nascitur.* Idem. *de resur. c. 12. Dies moritur in noctem, & tenebris usqeqaqe sepelitur: & tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra, & tota, universo orbi reviviscit; interficiens mortem suam, noctem; rescindens sepulturam suam, tenebras; hæres sibimet existens, donec & nox reviviscat, cum suo & illa suggestu.* Et latiùs progressus Petrus Ravennas *in symbol serm. 59. crede homo, de morte resurgere te posse, cùm tibi totum quod in rebus est, sic quotidie resurgat. Sol occidit & resurgit. Dies sepelitur & redit. Menses, anni, tempora, fructus, semina, cùm transeunt, ipsa moriuntur; cùm redeunt, suâ ipsâ morte revivi scunt.* Ità quod Tertull. *ibid. Totus hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum.*

§ 19. Οἱοί εἰσιν ἐθίοντες, κραθεύοντες, ὀχεύοντες, ἀκοντεῦντες] Hæc enim & summis cum imis qibúsqe communia sunt; & conditionis mortalis ac caducæ cumprimis nos admonent. Notum est, Menecratem medicum, qi Jovis sibi nomen adsciverat, Philippus Macedo qomodo exceperit, eduliorum loco appositis thure cum acerra. Narrat Ælian. *var. hist. l. 12. c. 57.* Qin & Alexander ex duabus præcipuè rebus, τὸ ὑπνον καὶ φθαρτὸν, sive mortalitatem suam, agnoscere se professus est, ἐκ τῆ κοθεύδειν καὶ τῆ συνουσιάζειν, *somno* nimirum *ac coitu.* Plut. in *Alex.* & de *adulat.* & *in sympos. l. 8. c. 1.* Antigonus itidem major, cùm Hermodotus qidam ipsum in carmine per adulationem *Solis* (non *Jovis*, ut Erasm. *apophth. l. 4.*) *filium, Deámque* indigitâsset, ὁ ταῦτά μοι σύνοιδεν ὁ λανθανόμενος, *At verò*, inqit, *latens ista prorsus cum, qi matulam mihi porrigit.* Plut. *in apophth. & de Isid. & Osirid.*

Ἔπτα δοι ἀνδρονομέωνοι, καὶ γαυρέωνοι] *Quanto se cum fastu efferam*, acsi nè homines qidem avt mortali semine creti sint, *ubi gloriantur, indignantur, interminantur &c.* vide ad *l. 6. § 28.* illud ἀνδρονομέωνοι mihi suspectum habetur. ἀνδρονομεῖν certè alibi legisse non memini. Xyl. *aliis imperare*, vertit. ut sit *hominibus leges ac jura præscribere.* Cas. *exultare.* ità qid is legerit, havd satis liqet. nisi forsan ἀδρυνθέωνοι, *turgescentes, grandescentes*; qod de stirpibus usurpatur. forsan ἀνδρονομεῖν idem qod ἀνδρολογεῖν fuerit, qod de *delectu militari* usurpatur vel etiam qod κρεανομεῖν, qod de *visceratione*, sive de *carnibus virûm distributis* adhibetur. in istis avtem non fine fastu gerere se solent, qi eas exhibent. vide *l. 9. § 34.* ὅσον ὄνησις.

Ἐλάδιον πόνοις] *qos illis inservire & obsequi necesse fuit*, idqe ὀλίγα, *haud ità dudum*; qò possent dignitatis honorisqe gradum illum, in qo tanto cum supercilio se gerunt, adseqi. vide *l. 8. § 3.* Epictet. *l. 3. c. 26.* ἐγὼ μὲν οὐδὲ ζῆν ἤθελον, εἰ δὲ φιλιππίανε εἶδει ζῆσαι, τῆς ὀχρύ & αὐτὸ καὶ τῆ δειλικῆ καταφρυάγματ & ἀναχώμενον. διὰ γὰ τί ὅτι δίλ & ἐυτυχῶν ὡς δοκεῖ, καὶ τετυφωμέν &. qo tamen loco ego τετυφωμέν & malim. scil. ut Clavdian. *in Eutrop. l. 1.*

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum.
——nec bellua tetrior ulla est,
Quàm servi rabies in libera colla frementis.

Rufus Vibius apud M. Senecam *controvers. 9.*

Divite novitio nihil est insolentius. &,
Pedisseqa honoris est novi arrogantia. Salvian. *epist. 2.*

Ἅπας γὰ πραχὺς, ὅστις ἂν νέον κρατῆ.
Æschyl. *Prometh.* præ cæteris verò
Ἀφόρητός ἐστιν ἐυτυχῶν μαστίγας.

Comicus, apud Dion. Cocc. *l. 60.* Qod & Isidor. Pelus. ubi adduxerat *l. 2. ep. 297.* qi εὐπρεγῶν habet, pro eo qod ἐυτυχῶν Dio, subjungit; Καὶ τὸ εὐπρεπίζειν παρὰ τιὼ ἀξίαν, ἀφορμὴ τὰ κακῶς φερνεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. Avr. Victor. in *Diocl. Quantum ingenium est, comptum habeo, humillimos quosque maximè, ubi alta accesserint, superbiâ atque ambitione immodicos esse.* Agur sapiens Ebræus *v. 20. Tria sunt, sub qibus commovetur terra: imò qatuor sunt, quæ ea ferre non potest. servus, cùm regnat; stultus, cùm satur est; exosa, cùm maritatur; ancilla, cùm heræ suæ hæres evaserit.* siqidem, ut Solon,

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἕπηται.
E nimiis opibus petulantia nascitur ingens.

Sive ut Theognis; (qod Homero tamen tribuit Schol. *ad* illud *Pindari olym. 13.* ὕβριν κόρα μητίεσα.)

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

Idémqe,

Πόλλους τοι κόρος ἄνδρας ἀπώλεσεν ἀφραίνοντας.
Γηθεῖ γὰ χαλεπὸν μήτεσιν, ὅτ' ἐδλὰ παρῇ.
Nascitur ex nimiis opibus petulantia stultis.
Nec pavcos fatias evertit mentis egenos.
Difficile est, adsunt cùm bona, nôsse modum.

Aristot. apud Stob. *tom. 2. tit. 3.* πίκτει γὰ, ὥσπε φησὶν, ἡ παρεισμία, κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δ' μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν. Philistus apud Clem. *strom. l. 6.* εἰώθασι γὰ μάλισα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως ἐς πράσσοντες εἰς ὕβριν τρέπεσθ. qod illum Clem. à Thucydide mutuatum asserit, qi dixerit; Εἰώθασι δ' οἱ πολλοὶ τὴ ἀνθρώπων, ὅτε ἂν μάλισα καὶ δ' ἐλαχίσε ἀπροσδόκητ & εὐπραγία ἔλθη, εἰς ὕβριν τρέπεσθ. locus est in *Cleonis orat. l. 2.* ubi tamen legitur, εἰώθε δ' τὴ πόλεων, ἅις ἀν, &c. Qò respexit tamen & Isidor. Pel. *l. 2. ep. 296.* εἰώθασιν γὰ ἄνθρωποι, ὅτε ἀδίκηπε μάλισα εὐπρεπείᾳ ἐπαίρωσι, εἰς ὕβριν χωρεῖν. de Largio Macedone-

cedone qid Plin. min. *l.* 3. *ep.* 14. vide *ad l.* 6. § 38. vide & qæ de Gallo Cæsare Ammian. *lib.* 14. initio.

Δι' ὅια] ἀειγνόωθα, scil. ut *l.* 6. § 59. *ob qæ adipiscenda*, sive, *qâ mercede.*

Καὶ μᾶλλον, ἐν τούτοις ἔσονται. Legend. ὁπλοις ἔσονται. vide *Psal.* 82. *v.* 6, 7. Esai. *c.* 14. *v.* 9, 10. & Ezech. *c.* 32. *v.* 18, 30. Verùm qod Maro *Æn. l.* 10.

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Nec servare modum rebus sublata secundis.

Sosiphanes apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 22.

Ἂν δ' εὐτυχεῖτε, μηδὲν ὄντες, εὐθέως
Ἴσ' ἔρανῷ φερεῖτε· τὸν δ' κύκλον
Ἀδην παρεξῶν' ἔχ' ὁρᾶτε πλησίον.
Si favorit fortuna, cùm sitis nihil,
Cælo levatis capita; nec de proximo
Respicitis orcum, regna qi in reges habet. Grot.

Plutarch. *de Isid. & Osir.* Ἔτι δέ τινες ἐξαιρεθέντες ἀπὸ μεγαλαυχίας, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ἅμα νεύσητι καὶ ἀγνοίᾳ φλεγόμενοι τῷ ψυχρῷ, μεθ' ὕβρεως ἐξέξαντο θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ ναῶν ἱδρύσεις, βραχὺν ἡνθεσεν ἢ δόξα χρόνον· εἶτα κενόπτα καὶ ἀλαζονείαν μᾶ ἀτιθάσεις καὶ παρανομίας ἀσεβόφλοντες,

Ὠκύμορσι καπνοῖο δίκλω ἀρθέντες ἀπίπλαν
καὶ νῦν ὥσπερ ἀχάμμοι δραπέται, ἀφ' ἱερῶν καὶ ἀφ' βωμῶν ἀποσπασθέντες, ὑδὲν ἀλλ' ἢ τὰ μηνιάλα καὶ τοῦ τάφου ἔχουσιν. vid. *lib.* 6. § 24. & *infr. ad* § 31.

§ 20. Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἢ φύσ ὅλων φύσις] Præclara gnome. de qa vide ampliùs *ad l.* 2. § 3. & *l.* 3. § 4. & *l.* 4. § 23, 29. & *l.* 7. § 27. Apollon Tyan. *ep.* 66. εἰ τάξις ὄζι φύσ ὄντων, ἔστ δ', καὶ θεὸς ἐπίσατεῖ ταύτης, ὁ δίκαιος ἂ βαλήσεται τὰ ἀγαθὰ· πλεονεκτικὸν γὰ καὶ παρὰ τάξιν· ἡγάσεται δ τὰ μνόμορα συμφέρειν. ubi tamen pro ἀγαθὰ malim ἀγαπητὰ, *qæ ipsi sunt cordi.* Siquidem vir bonus τὰ ἑαυτοῦ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα ἀγαθὰ ἐᾷ πίπειραι, ut Marcus noster *l.* 3. § 4.

Καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκεῖνη φέρει.] vide *ad l.* 4. § 23. τὸ συκφέρον. Aug. *in Psal.* 145. *v.* 15. *Prorsus, tanqam ægrotum reficiens medicus, & qod opus est, hoc dat; & qando opus est, tunc dat.*

§ 21. Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα.] Evripidis versus sunt ab Aristotele lavdati, *ethic. Nicom. l.* 8. *c.* 1. *Eudem. l.* 7. *c.* 1. & *magn. l.* 2. *c.* 11. ab Athen. *dipnosoph. l.* 13. à Stob. *tom.* 2. *l.* 1. *tit.* 12. apud qos duos novissimos integri habentur.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα, ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδ& ἐνδιδοῖς ἔχει.
Ἐρᾶ δ' ὁ σεμνὸς ἔρανὸς πληρούμε&
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν ἀφεδρίτης ὕπο.
Ὅταν δ συμμιχθῆτον εἰς τ' αὐτὸν δύο,
Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα, καὶ τρέφουσ' ἅμα·
Ὅθεν βέντειον ζῆ τε καὶ θάλλει γέν&.

Cerne, amat ut imbrem terra, cùm sterili solum
Squallore lugens poscit humectas opes.
Rursum amat & æther ipse, Venerisque impetu
Fœtos madoris explet in terram sinus.
Quæ fœderata mutuis amplexibus,
Quod ubique rerum est proferunt, ac nutriunt.
Hinc vita visque seculis mortalibus. Grot.

Eis avtem gemina adducit etiam Athenæus ex Æschyli *Danaïdibus* ista:

Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς ἔρανὸς ηξῆσαι χθόνα·
Ἔρως δ γαῖαν λαμβάνει γάμε τυχεῖν·
Ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνοῦσ& ἔρανὸς πιὼν
Ἔκυσε γαῖαν· ἡ δ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βόσκας καὶ βίον Δημήτριον.
Δένδρων δὲ θ' ὥρα ὁκ νοτίζοντ& γάμε
Τέλειός ὄζι· φῆμ δ' ἐγὼ παραίν&.
Penetrare terram purus ille æther cupit:
Cupit vicissim terra conjugio frui.
Ab amante cœlo defluens terram sinus
Fœcundat imber: illa mortali parit
Cereale generi germen, & pastus gregum:
Maturitatem dat suam arboribus qoqe
Mador maritus. caussa at his cunctis ego. Grot.

Proinde cùm apud plures ista reperiantur, Plutarchus in *amatorio*, non poetæ huic vel illi, sed *poetis* tribuit. Ἐρᾶν δι ποιηταὶ λέγουσι καὶ γῆς ἔρανὸν· ἥλιον δ σελήνης, ἐρᾶν δι φυσικοὶ, καὶ συγγενῆς καὶ κυεῖσ· καὶ γλυκὺ δ ἀνθρώπων μητέρα καὶ ζώων καὶ φυτῶ, ὃν ἀναγκαῖον ἀπολεῖς ποτὲ καὶ σβεσθῆναι παντάπασιν, ὅταν ὁ δεινὸς ἔρως ἢ ἴμερος τοῦ θεοῦ τῷ ὕλῃ ἀπολίπῃ, καὶ παύσηται πυθόμα καὶ δελεάσας ἀφ' ἑκείθεν ἀρχὴν καὶ κίνησιν; ità enim per interrogationem si proferantur novissima illa, Xylandri asteriscо nihil opus erit. Indè Maronis illa *georg. l.* 2.

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt:
Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Et Statii *sylv. l.* 1. in *epithalam.*

——*Ipsum in connubia terræ*
Æthera, cùm pluviis rarescunt nubila, solvo.
Sic rerum series mundique revertitur ætas.

Adjicias licet & Lucretii illa *l.* 1.

Postremò pereunt imbres, ubi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitavit.
At nitidæ surgunt fruges, ramique virescunt
Arboribus; crescunt ipsæ, fœtúque gravantur.
Hinc alitur porrò nostrum genus atqe ferarum.

Qin & Scythæ τῷ γλυκῷ νομίζωσι τὸ Διὸς ἐᾷ γυναῖκα. Herodot. *l.* 4. Qod avtem de amore illi, de potu festivè, suo more Anacreon, *ode* 19.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει·
Πίνει δ δένδρα· αὐτὴ·
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας·
Ὁ δ' ἥλι& θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήν.

Fœcunda

Fœcunda terra petat:
Hanc arborésque petant:
Et petat æquor aquas:
Phœbúsque petat æquor:
Ipsúmque Luna Phœbum.

Ὅτι σοι συνεφῶ] Epictet. *l.* 2. *c.* 16. τέλμασον, ἀναλάβαι σοῖς τὸν θεὸν, εἰπεῖν, ὅτι χρῶ μοι λοιπὸν εἰς ὃ ἂν θέλῃς· ὁμογνωμονῶ σοι· ἴδην παρεσκεύασμαι ἅπαντα. & *l.* 4. *c.* 7. προσκείσομαι διάκονος, καὶ ἀκόλουθος ἕτοιμος· συνορμῶ, συνορέγομαι, ἁπλῶς συνθέλω. ità enim lego, quod vulgò ἐρέγομαι tantùm langvidè legitur, ut dictioni vis conſtet ſua. Sen. *ep.* 96. *Non pareo Deo, ſed aſſentior. ex animo illum, non quia neceſſe eſt, ſequor.* vide *ad l.* 4. § 33. & *ſup.* § 1.

Ὅτι φιλεῖ τοῦτο γίνεσθαι] à vulgari ſermonis uſu argumentatur, argutiùs pavlò Marcus, ut alibi, *l.* 5. § 8. in verbis συμβαίνειν & φέρειν, ità iſtic in verbo φιλεῖν· quod ἀντὶ τοῦ πεφυκέναι ἢ τοιεῖσθαι uſurpatur; quomodo & Latinis *amare*, pro *ſolere*; quod à Græcis tractum monuiſſe videtur Fabius *inſtit. l.* 9. *c.* 3. Quanquam diverſum eſt pavlò Saluſtianum illud, quod ibi Fabius adduxit; *Vulgus amat fieri.* ſecus & ejuſdem illud, in *Jugurth. Ea ira fieri amat.* & *ibid.* rurſus; *ea quæ ſecundæ res amant.* In iſtis enim ſenſus eſt, *quæ amant*, i. e. *quæ cupiunt & quibus delectantur*, vel, *quæ lubenter admittunt.* Salvem Syntaxis diverſa eſt. neque enim, *ira fieri ſolet*; vel, *vulgus fieri ſolet*; ſed *per iram*; &, *vulgò*, vel à *vulgo*, dixeris. quod viris magnis non eſt animadverſum. Cæterùm ſic Flaccus *carm. l.* 3. *ode* 16.

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa potentiùs
Ictu fulmineo.——

Ammian. *hiſt. l.* 16. *ut in rebus amat fieri dubiis.* & *l.* 17. *ut rebus fieri amat dubiis & turbatis.* quomodo Herodot. *l.* 8. Ὅσα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ. & Plato *polit. lib.* 5. Ὅσα δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ. & Polyb. *lib.* 6. Ὁ δὲ φιλεῖ γίνεσθαι. Qin & τὸ ἐᾷν pari modo uſurparum invenias. Ità enim Herodian. *lib.* 1. Ἐᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ὅπῃ τῆς τύχοις ἀφορμαῖς ῥᾳδίως κινεῖσθαι. Tacit. *annal. l.* 4. *ut ferè amat poſterior adulatio.* Apul. *florid.* 3. *Quod genus in comœdia fieri amat.*

§ 22. Ἧτοι ἐσταῦθα] Avt in eo vitæ genere manes, cui jam es aſſvetus; avt inſtitutum mutas, quod niſi velis ipſe non cogeris; avt è vita diſcedis, munere defunctus: in his avtem omnibus nihil eſt quòd ægrè te habeas. Geminâ ferè argumentatione utitur ad Lucilium ſuum Seneca *epiſt.* 42. *Hoc periturum eſt. nempe adventitium eſt. tam facilè ſine iſto vives, quàm vixiſti. Si diu illud habuiſti, perdis poſtquam ſatiatus es. Si non diu, perdis antequam aſſveſcas.*

Καὶ ἤδη ἀδύνατος] Notum eſt Pythagoræ monitum illud: ἁπὸ βίου τὸν δεινὸν. ἤδιον δ' αὐτὸν ἢ σωφάσια ποιεῖν. Referunt Galen. *de affect. cur. c.* 6. Stob. *tom.* 2. *tit.* 29. Anton. *Meliſſ. l.* 2. *c.* 80. Plut. in *præcept. ſalubr.* & *de exil.* qi idcirco *lib. de profect.* hoc inſigne facit δίλημμα φεύγοντος, τὸ μενεῖν φερόντως, μᾶλλον ὄφελον ἄχαρι, ἀλλὰ ῥᾳδίαν καὶ λείαν καὶ δι' εὐπετείας εἶδε πῶς τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, οὐ ἐκλειπομένοις τὴν ἀσκησιν. Qod Hieron. an Pavlin. *ad Celant. Aſperam nobis & inſuavem virtutum viam nimia facit vitiorum conſvetudo; quæ ſi in alteram partem transferatur, invenitur ſemita juſtitiæ levis.* Quanqam Plut. idem in tract. *de tranqill.* qaſi Pythagoricum illud corrigens: οὐχ ἧ σωφάσια ποιεῖ τὸν ἐλομένως τὸν δεινὸν βίον ἡδύν, ὡς πῆ εἶπεν· ἀλλὰ τὸ φερόντως ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ δεινὸν καὶ ἥδιστον. Nec diffitendum tamen, multùm conducere aſſverudinem, ad vitæ, qæcunque ea tandem fuerit, moleſtias allevandas. Plut. *de audiend.* Τῶν ἐγγραφομένων εἰς τὰς πολιτείας, οἱ μὲν ἀλλοδαποὶ καὶ ξένοι κομιδῇ πολλὰ μέμφονται καὶ δυσκολαίνουσι πρὸς γινομένους· οἱ δ' ἐκ μετοίκων σωφρονοῦσι καὶ σωφάσεις ὄντες πρὸς νόμων, ὑ χαλεπῶς φερόντων τὰ ὑπεξάλλοντα καὶ στρυγνῶν. & *ibid.* Ἐν γεγράφθαι, καὶ φεῦ λέγειν, καὶ παλαίσαι, καὶ περὶ μαθήσεις ἀρχαὶ πολλὰ ἔχουσι δύρυσον, καὶ πόνον, καὶ ἀσάφειαν· ἔστι περιόντι χρὶ μικρὸν, ἅπασι περὶ ἀνθρώπους, σωφάσια πολλὴ καὶ γνώσις ἐγγινομένη, πάντα φίλα καὶ χειρόδη καὶ ῥᾴδια λέγειν τε καὶ περὶτειν παρέχειν. Ariſtoteles *rhet. l.* 1. *c.* 10. Ἔστι δὲ καὶ τὸ σύνηθες, καὶ τὸ ἐθιστὸν, ὃν τοῖς ἡδέσι· πολλὰ γὰρ καὶ κατὰ φύσιν μὴ ἡδέα, ὅταν ἐθισθῶσι, ἡδέα ποιοῦσι. Jo. Chryſoſt. *in epiſt. 2. ad Tim. orat.* 6. Μεγάλη γὰρ, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐν τοῖς κακοῖς, τῆς συνηθείας ἡ τυραννίς. ὑ δυνησόμεθα πάντα λοιπὸν, αὐτῆς ἐλκύσαι ἡμᾶς. vide & qæ ſequuntur. Naſo. *Artis. l.* 3.

Fac tibi conſveſcat. nihil aſſvetudine major.
Et, *Quod malè fers, aſſveſce; feres bene. multa vetuſtas*
Lenit.——

Arnob. *lib.* 2. *Fiet familiaris, & more in naturam verſa conſvetudo.* Cicer. in *Lælio. Magna vis eſt vetuſtatis & conſvetudinis. nemo eſt, ſi nulla res impediat, qi non eo, qo conſvevit, eqo libentiùs utatur, quàm intractato & novo. nec modò in hoc quod eſt animal, ſed in eis etiam qæ ſunt inanimata conſvetudo valet; cum locis etiam ipſis montoſis delectemur & ſylveſtribus, in qibus diutiùs commorati ſumus. Sic veteres inquilinos indulgentia loci & conſvetudo etiam inter injurias deſinet.* Senec. *epiſt.* 70. Plinius minor *l.* 6. *epiſt.* 2. *Mihi & graviora ſunt bona* (domeſtica,) *qòd perſeverant; & leviora incommoda, qòd aſſvevi.* Indè illud Campanorum apud Livium *l.* 23. *Notiſſimum qodqe malum maximè eſſe tolerabile.* Et Philoctetes Evripideus, referente Dione Pruſ. *orat.* 53.

Καί τοι πολ' ἦν τὸ χρόνῳ λωφᾶσθαί μοι
Νόσου· κατ' ἀρχὰς δ' ἀνιάτως ἔχειν.

De vi doloris jam remisso tempore
Morbus, qi initio fuerat insolubilis.

Plavt. *Trinumm.* 2. 2.

Habeas, ut nactus: nova mulcere, optima est.
Nam ego nunc si ignotum capiam, qid agam nesciã.

De Christi Domini jugo veterum nesãio qis.

Grave dum tollis, suave cùm taleris.

Ἕξω ἀναίρεσιν] Vitæ genus mutas: è privato in publicum prodis: negotiis te immisces. alluditur forsan ad proverbium, qod à Xenodoro refertur. Ἀνδρὶ Λύδῳ σοφίσματα μὴ ἥρμοσε, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπῄδετο.

Ἀπολειτουργήσας] Vitam hanc λειτουργίαν πρὸς θεὸν vult. qomodo Paulus ἀπορσίαν in concione ad Antiochenses apud Lucam *Act.* c. 13. v. 36. Δαυὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη. Cicer. *de senect. dum summa in his inclusi compagibus corporis, munere qodam necessitatis & gravi opere perfungimur.* Indè, *vitæ munera*, &, *defunctos mortuos*, dicimus, utpote qi vitæ officia jam compleverint. Servius *ad Æn. lib.* 6. Pulcrè autem & ad Marci mentem Apostolus apud Lucam. *Act.* c. 20. v. 24. Ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ κυρίου. qasi dicat, *cum non habeam vitam penam, ubi cursum absolverim, ministérique ac ministerium à Christo Domino assignatum executus planè fuerim.* διακονίαν dixit, qod Marcus λειτουργίαν. ἀπολειτουργήσας (qod alibi haud temerè reperias) *munere defunctum esse*: ut ἀποβιῶσαι, *vitam obiisse*: & ab eodem jam liberum & immunem fieri; qod Joannes in *Apocal.* c. 14. v. 13. dixit, ἵνα ἀναπαήσονται.

§ 23. Ὅτι τοῦτο ἐκεῖνο ὁ ἀγρός ἐστι] *hoc esse agrum.* Xyl. *hoc vel illud esse.* Cas. ἢ τοῦτο [οὗ] ἐκεῖνο, *tale qid, qale illud.* nihil à loco alio distare, animi tranqillitatem qod attinet. vide l. 4. § 3.

Πάντας ὅσοι ἐνδιδόασι ταῦτα τοῖς ἐν ἄκρῳ τῷ ὄρει] Vide *supr.* § 15. Sed & *ad l.* 4. § 3. ἀναχωρήσαντες αὐτοῖς ἐκεῖσε. & *l.* 8. § 43. Epictet. *l.* 3. c. 22. Ὅταν γ' ἐν ἀπίδῃ, ἐκεῖνόν ἐστι τὸ κωλύον, ἐκεῖ ἔρημία, ἐνθύμια, διαστροφή, ἢ πρὸς θεὸν ἀμελία.

Τὰ τῆς Πλάτωνος] Ex *Theæteto* laudata etiam à Theodoreto *therapevt. l.* 12. & *l.* 12.

Σπάνιον ἐν ὄρει ἀβασκάνου καὶ ἀκήλητον καὶ ἀπαθῆ τόπον ἀπὸ ἀσχολίας, εἰδὲν ἦλθε σοὶ νοσοῦντι τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον ἡδὺς οἰκεῖν ἐν ὄρει τὸ πεῖσμα πεπαιδαγωγημένον. Plat. de sapiente sermo est, Philosophiæ studiis prorsus dedito, qi non secus in urbe conversatur, qàm si in monte aliqo ab hominum commercio sejunctus ageret, murisque civitatis, perinde ac cavlæ alicujus septo pastor rusticus, inclusus teneretur. Theodoretus cum Marco ἀπαλλαττόμενον legit. Sed Platonis mentem seciùs cepit, cùm opinaretur Platonem hoc voluisse, verum Philosophum ἐν ὄρει σωὸν δεμιάδιόν τινα, in tugurioło aliqo, *sive stabulo in monte sibi exstructo esse habitaturum*: qod Plato nullus hîc dicit.

Καὶ βάλλειν βλήματα] illa qò pertineant, ego planè sum nescius. Xyl. *& balare.* qasi βληχᾶσθαι & βληχήματα legeris. qo fundo, qóve sensu, nullus video. Annot. Lugd. *propriè*, inqit, *est jacere jacula.* Sed jacula istîc qid faciant, nullus idem nos docet. M. Cas. sequentibus adfigit; & μεγάλειον μεγάλημα legisse videtur; *& problemata tibi proponere ista, qidnam est mihi nunc meus mos*, &c. verum D. Salmas. expungenda censet; utpote qæ nec sensum ullum efficiant, nec inmelius reformari possint. Verè autem Mediocrium princeps τοῖς ἀνιήτοις ἐλλείπειν.

§ 24. Τί δεῖ μοι τὸ ὑπερκόπτον μου] Epictet. *lib.* 1. c. 26. Ἀνὴρ ἀρχὴ τῆς φιλοσοφίας, εἰδέναι τὸ ἴδιον ἡγεμονικὸν, πῶς ἔχει. Vide *l.* 12. § 33.

Μήτ' ἀνώλυτον καὶ ἀπαραιτήτου κατανείας] Vide *ad l.* 4. § 29. & *l.* 8. § 34.

Μήτ' ἀναστατικὸς] à metallis translatum, qæ ubi liquefacta jam, affusis fuerint rei alicui, in unam idémque cum ea corpus coalescere videntur. Inde Epict. *l.* 1. c. 3. Τί τούτοις ἀναστάτους; vide *ad l.* 12. § 19.

Ὥστε τότε σωτηρίους.] Plato *Phædon* Ἐπειδὴ ἥδονή καὶ λύπη, ἥλων τινῶν ἔλεον ἔχουσα, ἀναπαλοῖ ἠναγκάσθη τὴν ψυχὴν ἀνὰ τὸ σῶμα, καὶ ἀναγκάζει, καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ, δοξάζουσαν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ· quinam negat passim Marcus corpus de istis qicqam pronunciare. vide *lib.* 7. § 14, 16, 33. & *lib.* 8. § 25, 37.

Καὶ ἀναχωρεμβίου τοῦ σωφρονίζειν] ità *lib.* 7. § 57. ἡ φύσις ἔχει τὸν συνιέναι τοῦ συνέχεσθαι. &c. & *l.* 5. § 26. μὴ συνχωρεῖν.

§ 25. Κύειν ἢ ὁ νόμος] Persianis Plistanesis filius, qærenti qæ legum priscarum nullam abrogare apud suos liceret, respondit: ὅτι τοὺς νόμους οὐδὲ ἀδρῶν, ἢ τοὺς ἄνδρας οὐδὲ νόμων νεωτέρων ἔστι δῆν. Pittacus item Crœso percontanti, τὴν ἀρχὴν μετὰ ἐπιτ respondit, ἢ τὰ πατρῷα ξύλα. leges designans, qæ codicibus inscribebantur. Inde Chilonis monitum: Νόμοις πείθεσθαι. Laërt. *l.* 1. qod Spartanis religiosissimum semper fuerat. Archidamus Zeuxidami filius, scifitanti qinam Spartæ rerum potiretur, ὁ νόμος, inqit, ἢ τὰ ἀρχεῖα καὶ τοὺ νόμου. Agesilaus in epist. ad suos à bello ipsum revocantes, qod cùm bene succedere videretur, agrè quidem, reliqit tamen; Ἄρχω γὰρ ὑπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἀρχῶν, ἀλλὰ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς συμμάχοις ἢ τοῖς ἄρχουσι ἄρχω ἀναθέσθαι καὶ λέγειν, ὅταν ἢ ἄρχοντα ὑπὸ τῶν νόμων καὶ ἐφόρων, ἢ ὅταν ἐς ἄλλα ἐπὶ πόλεμα ἄρχοντες ὦσιν. Demaratus, qærenti, qare pœnis cruciaret, cùm res sibi fuisset, ὅτι χρήσουσι, inqit, αὐτῷ οἱ νόμοι εἰσίν. Plut. in *præcept. polit.* Δεῖ γὰρ ἐν ἄρχει εἶναι βουλῇ φίλον ἄνευ τοῦ μὴ συνυπηρετεῖν, ὡς ποτε Πλειστῖνος ἔπαθε, ἀλλ' ἄρχει πάντα νόμοις δικαίοις.

Amalæ. Verùm legem universi sive naturæ Marcus hic vult, de qua l. 2. § 16. & l. 4 § 10. de qua & Dionysius major dixit, νεὺ μὴν τῆς πάντων νόμου δύναιτ', νεὺ ἢ τῆς φύσεως μὴ δύναιτο βιῶναι. & Aristot. nomine, de mund. c. 6. Νόμος γὰρ ἡμῖν ἐστιν ὁ θεὸς, ὑδηλίας ὑπὸ δεχόμενος διάθεσιν, ἢ μετάθεσιν κρεῖττον ἢ τύραννος, ἢ βαρβαρώτερος δὴ ἐν κύβοις ἀναγεγραμμένων. & Philo de bon. hom. libert. Νόμος ἢ ἀλήθεια, ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ὑπὸ τῶν δεινῶν ἢ τῶν δεινῶν δυνατὸς φθαρῆναι ἐν χαρτηλίοις ἢ σήλαις ἀψύχοις ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἀφθάρτου ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ πεπαθοῖς. Clemens denique strom. lib. 1. ἐν ᾗ τοῦ Πίνδου κηρύγματι ἔνεστι τὸν νόμον ἢ λόγον τὸν κόσμου συναγορεύομεν. vide & l. 11. § 1.

Ὁ παραγομῶν βραδύτης] Ita l. 4. § 29. φυγάς. & l. 11. § 9. λειποτάκτης. vide ista apud Platonem Socratis disceptationem cum *Critone* fugam svadente.

Ἅμα ἢ ὁ λυπούμενος] *At dolorem aliqui concipit*, &c. Xyl. imò *simul*, vel *similiter*, haud minùs is qoqe, qi *dolet, contristatur*, &c.

Ὁ βέλεταί τι] *propter aliqid eorum qod factum est, vel fit, vel fiet secundum voluntatem ejus, qi universum gubernat.* Xyl. ut legisse videatur, ὅτι βέλεταί τι γεγονέναι. Xylandri vestigia premit Casaubonus. Verùm dictionis sic reconcinnatæ series interpretationem istam nulla videtur admittere, nisi trajectionem duram satis constituamus; ut illud ὁ βέλεταί τι, vel ὅτι βέλεται, sensu satem, subjiciatur verbis illis, ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διοικοῦντος. Negativa forsan particula intercidit; ut rescribendum sit ὁ [μὴ] βέλεταί τι γεγονέναι &c. *qi constristatur, trascitur, vel metuit, qòd præter voluntatem suam aliqid factum sit, fiat*, vel *futurum sit* sive, *qòd qicqam, qod ipse nolit, factum sit, fiat*, vel *futurum sit, ex eis qæ ab eo qi universa disponit constituta sunt.* viderint alii.

Ὃς δὲ νόμος νόμων ὅσα ἑκάστῳ ἐπιβάλλει] vide l. 7. § 32. πάντα νομεῖ. Plut. de Homer. ὁ νόμος λέγεται ἀπὸ τοῦ νέμειν τὰ ἴσα πᾶσιν, ἢ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. vide l. 8. § 67.

Ὅσα ἑκάστῳ ἐπιβάλλει] sive, τὸ ἐπιβάλλον, ut l. 7. § 7. *qæ cuiqe conveniunt, & ad unumqemqe pertinent.* Arist. polit. l. 1. c. 13. Δεῖ μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτῆς ἔργον. διὸ τὸν μὲν ἄρχοντα τελέαν ἔχειν δεῖ ἀρετὴν ἠθικήν· ἐπεὶ δ' ἔργον ἐστὶν, ἔστιν ὅπου ἐπιβάλλει αὐτοῖς. *quantum ipsis convenit*, vel *ad ipsos pertinet.* & l. 2. c. 3. Ἡκιστα γὰρ ἐπιμελείας πυρήνει τὸ πλεῖστον κοινόν. ἐπὶ γὰρ ἰδίων μάλιστα ἕκαστός ἐστιν· ἐπὶ ἢ κοινῶν ἧττον, ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. *quantum ad unumqemqe attinet.* & l. 7. c. 1. Ἑκάστῃ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ τὸ πράττειν κατὰ ταύτας· *tantum unicuique felicitatis contingit, quantum virtutis & prudentiæ.* Basil. Cæs. ep. 189. ad Diodor. ὅσῳ ὅλως ἐπιβάλλει ἡμῖν διαλέγεσθαι ἀνθρώποις, ἐπὶ παρεγκλήτοις ἀφορμαῖς. *si rebus ipsis missis personas perstringere nobis convenit.* Auctor l. 2. Maccab. c. 9. v. 24. τὰς ἐπιβαλλούσας θυσίας τοῖς θεοῖς ἐποιήσεν. *convenientes ad sacrificia fuerunt.* Jun. *pertinentes.* Leo. Jud. & Vatabl. Porphyr. de abstinent. l. 4. Καὶ ὑδάτων ποσότητα δὲ τὸ μανθάνειν, ὡς ἑκάστῳ ἐπιβάλλει ἡγεῖσθαι παιδείας εἶναι. *nemo tàm insaniverit, ut non existimet ad unumqemqe pertinere, bonum esse lubenter velle.* Malim itaque cum Xyl. *qod suum est.* qàm cum Cas. *qæ unicuique eveniunt.*

§ 26. Σπέρμα] *Semen* pro *genitura virili* dixit. qam à *femine* tamen distingvit Aristot. de gener. animal. l. 1. c. 18. Τῶν μὲν γὰρ τὸ θῆλυ τὸ θηλάζοντος κεκινῆται κύτος, ὅσα συνδυάζεσθαι πέφυκε, τὸ πρῶτον ἔχον ἀφορμὴν ἡδύτητος· καλεῖται ἢ, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὰς ἀρχὰς ἔχον ἅμα συνδυασθέντων. verùm distinctionem hanc nec usus communis observat, nec sacræ paginæ scriptores. vide Genes. c. 38. v. 9. & Levit. c. 15, v. 16. vide l. 12. § 24.

Εἰς μήτραν ἀφεὶς ἐπικέρνησε] Perinde de semine in terram misso Christus Dominus. Marc. c. 4. v. 26. ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαστᾷ καὶ μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, ἔπειτα στάχυν, ἔπειτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. sive ut Apostolus, ad Cor. ep. 1. c. 15. v. 38. ὁ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον· ὁ ἢ θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. De homine pariter dictum sit. Ego te, inqit, *formavi in utero.* Jerem. c. 1. v. 5. *Manus qasdam autoris tui in utero hominem formantis advenit.* Ambros. in Luc. l. 1. c. 6. *Qi primum hominem fecit ex pulvere, omnes homines fabricatur ex semine.* Avgust. adv. Jul. lib. 3. c. 17. & de nupt. & concupisc. l. 2. c. 13. Idémqe de verbo, Ap. conc. 11. *qi primò creavit hominem sine homine, modò creat hominem ex homine.* Ità David, Psal. 119. v. 73. *Manus tuæ fecerunt & formárunt me.* & Psal. 139. 13--16 *Tu obtegebas me in utero matris meæ: massam meam viderunt oculi tui: & in libro tuo descripta erant membra omnia mea, qæ de die in diem artificiosè confecta fabricabantur, cùm nulla priùs existerent.* Job item, c. 10. v. 8--12. *Manus tuæ figurárunt & fecerunt me, sicut argillam, efformásti me; sicut lac, fudisti me: tanqam caseum coagulásti me: cute & carne induisti me: ossibus & nervis contexuisti me:* Mater illa pia filiis suis. Maccab. hist. l. 2. c. 7. v. 22. *Nescio ipsa, qomodo in utero meo comparueritis: neqe enim ego spiritum vitámqe largita sum vobis, neqe primordium cujusqe informationem ego coaptavi; sed condi-*

ver ille mundi, qi fuerit hominum ortum, omniúmque naturam invenit. Qod Prudent. *Stephan. od.* 10.

Quam arte nobis vivere intus ceperit,
Nihilúmque & illud unde corpus nescio;
Novit animator solus & factor tui.
Impendere ipsi, cujus ortus munere est
Bene in datorem, qod dedit, refuderis.

Hermes Pæmand.

Ὅταν ἡ γένεσις ἀνθρωπικὸς γένῃ,
Συμβαίνει πως εἰκότως ἐν τῷ σώματι
Ὅλα μελῶν ὕσταν πολὰ, καὶ δεῖσαι ἐκφύσεως,
Ὡς τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ γενομένῳ.

Dei igitur opus istud, qo corporis fabrica conficitur: sed ad qod perficiendum ille animæ ministerio utitur; qam hîc Marcus designavit, vide Jul. Scal. *ad l.* 11. § 1. Minùs enim placet, qod Tertullian. *de anima c.* 26. *omnem hominis in utero serendi, struendi, fingendi paraturam aliqa utique potestas divina voluntatis ministra modulatur; qamcunque illam rationem agitare sortita.* Angelorum scilicet ministerio peragi vult ista: subjungit enim; *Nos officia divina Angelos credimus:* qos & exterorum, *Alimona, Partulæ, Lucinæ* substituit. At Philo *naturæ* hoc tribuit, *de mundi immortal.* ἐξ ἀνθρώπων βλαστάνουσιν ἄνθρωποι, κατίεσιν & μὴ εἰς μήτραν ἀνδρὸς, ὥσπερ ἄρρενας, γυναικὸς ἢ ἀκοδεχομένης τὸ σπέρμα σωτηρίαν, τῆς ἢ φύσεως ἀοράτως ἔκαστα καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ τῆς ψυχῆς διαπλαττούσης μαθὼν. *naturam* vult vel animam vegetatricem, vel vim ac facultatem semini à primordio divinitus inditam.

Ἄλλα αἰτία παραλαζοῦσα] vide Galenum *de natural. potent. sive facultat. l.* 1. *c.* 3. Philo *de creat.* τὸ σπέρμα σφῶν ζώων γενέσεως ἀρχὴν εἶναι συμβέβηκεν. τοῦτο μὲν οὐ πάνυ φαυλότατον, ἐοικὸς ἄρρητῳ θεωρήματι. ἀλλ' ὅταν εἰς τὴν μήτραν κριθῇ καταχυθὲν ἐκτὸς εἰσιὸν, κίνησιν εὐθὺς λαζὸν, εἰς φύσιν τρέπεται. (qod Galen. ait *supra, l.* 2. *c.* 3. ὃ δὴ πάντες ἴσμεν σπέρμα, τοῦθ' ὅταν ἀρχὴ φύλλου τε καὶ διαπλάττων τὸ ζῷον, φύσις τις γίνεται) φύσις ἢ βελτίων σπέρματος ἐνεὶ καὶ κίνησις ἐμφυὴς ἐν χυμοῖς. ἢ δ' ὅτι τεχνίτης, ἢ κρείττων εἰκάσειν, ἀντικαλεῖται τέχνη, ζωοπλαστεῖ, τὴν αὐτὴν ὑλὴν ὑφανοῦσα, εἰς τὰ τῶν σωμάτων μέλη καὶ μέρη διαίρεσιν, τὴν ἢ ἀνάμιξιν, εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, τὴν τε θρεπτικὴν καὶ τὴν αἰσθητικήν. — ἢ γὰρ τὸ λογισμῷ ταμιῶν ὑφηγητικὸν, διὰ τοῦ φάσκοντας δύζεσθαι αὐτὴν ἐκπεσοῦσαν, θείαν καὶ ἄϊδιον ὄντα. ἐκεῖνο ἤρξατο μὲν ἀπὸ σπέρματος ἐυτελοῦς ἡ φύσις ἕλκειν δ' εἰς τὸ πυκνότατον, τὴν τῶν ζώων καὶ ἀνθρώπου κρᾶσιν. Vide & Clem. Alex. *pædag. l.* 2. *c.* 6. *ad lib.* 4. § 16.

Ἐξ ὅτου οὖ] herì μυζάεσθαι. *l.* 4. § 48. & *l.* 6. § 13. mox μέγα θαῦμα, ut Hermes supposititius Ἀσκληπιὸν θεῖον θαῦμα, ut Plato *de leg. l.* 1. unde Psaltæ. illud *Psal.* 139. *v.* 14. *Mirum in modum.* & Avg. *homil.* 32. *Videt homo insolita & miratur; miratur alia, cùm sit ipse mirator magnum miraculum. Omni enim miraculo qod fit per hominem majus miraculum est ipse homo.* Idem *de civit. Dei l.* 10. *c.* 12. Similis illa Iphicraris vox, qò & Marcus forsan alluserit, fortunas evectionémq; suam admirabundi, cùm obscurissimis natalibus ortus fuisset. Ἐξ ὅτου εἰς ὅτε; Arist. *rhet. l.* 1. *c.* 9. atque ut *ibid. c.* 7. ἐξ οὗ ἐπῆρχε ταῦτα; Sicut autem elegantèr hic Marcus, ἐξ ὅτου οὖ, ità Sophocles *Ajace*, sed de demutatione in seqiorem partem facta; Ὅτου ἐξ ὅτε; Longus *Pastoral. l.* 4. Μαθέτω ὁ μαρὲς, ὅτου δὲ ὅτε ἐρᾷ. Porphyr. *de abstinent. l.* 2. ἀφ' ὅτου εἰς ὅτε. Psallúsque ἀεὶ διαμένων ἐυτυχίας, ἀπὸ ὅτου ὅτε; sic mox denuo, ὅτε ἢ ὅτε; scilicet, *ex minimis seminibus nascuntur ingentia.* Senec. *de provid. c.* 1. Polyb. *hist. l.* 3. φύεται ἐκ μὲν τοιούτων πολλάκις τὰ μέγιστα καὶ περιμαχητότατα. Plut. *de Stoic. contradict. c.* 31. τὴν γῆν φύσιν ὁρῶμεν πᾶσι ζώοις καὶ φυτοῖς [ἡμέροις τε] καὶ ἀγρίοις ἀρχὰς τὰ μικρὰ καὶ ὑλίσχα καὶ μόλις ὁρατὰ τῆς σφῶν μαλίζων γενέσεως λαμβάνουσαν. ἃ γὰρ ἐν πυρὶ φλόγα, καὶ ἄμπελον ἐν γλαίστρᾳ μόνον, ἀλλὰ ἐκ πυρὸς καὶ βαλάνου πρὸς ὄρεσιν διαφυγούσης, ὥσπερ ἐκ μικροῦ σπόρου ἀπυθμένος, ἐξάψασα, καὶ βλαστήσασα τὴν γένεσιν, ἔρνος ἢ βάτος, ἢ δρυὸς, ἢ φοίνικος, ἢ πάνυ πελεμίκιον ἀναδίδωσιν. Plin. *hist. nat. l.* 17. *c.* 10. *Minimis id* (cupressi semen) *granis constat, ut vix perfici qædam possint; non omittendo naturæ miraculo, etiam parvo gigni arbores: his principiis respuentem secures materiem nasci, indomitæ ponderibus immensis prela, arbores velis, turribus muroisque impellendis arietes. hæc est naturæ vis, hæc potentia.* Et Senec. *qæst. natur. lib.* 2. *c.* 6. *Consideremus, qàm ingentem vim per occultum agant parvula admodum semina; & qorum exilitas in commissura lapidum vix locum inveniat, in tantum convalescunt, ut ingentia saxa detrahant, & in momenta dissolvant scopulos rupésque.* De frumento Pavlus *ad Cor. ep.* 1. *c.* 15. *v.* 37. qod *supra* retulimus. unde Tertull. *de resurr. c.* 52. *Seritur solummodo granum, sine folliculi veste, sine fundamento spica, sine munimento aristæ, sine superbia culmi. Exurgit autem copiâ funeratum, compagine ædificatum, ordine structum, cultu munitum, & usqeqaque vestitum.* Avgust. *epist* 3. *Ipsa vis seminum qos numeros habeat, & qàm vivaces, qàm efficaces, qàm latenter potentes, qàm in parvis magna molientes, qis adeat animo, qis promat eloqio?* De sinapi videatur & qod Dominus Christus Matth. *c.* 13. *v.* 32. Et Marc. *c.* 4. *v.* 31, 32. At de homine qantò majora dici possunt, & miranda magis?

Ἐν τοιαύτῃ ἐσκαλύφει γυβώματι] *in abditâ fabrâ.* David, *Psal.* 139. *v.* 15. Et Solomon. *Eccles. c.* 11, *v.* 5. *nescis ossa in gravidæ utero qomodo fingantur.* Optimè Lactant. *de opific. c.* 19. legem rationémque

rationémque nascendi tenet Deus solus; siquidem solus efficit.

Τῷ βείδωσιν] τὸ βεῖδον. *l.* 12. § 30. (cui τῷ ἀνωφερῆ opponit) hoc est, *vim deprimentem*, sive *devergentem*; formam sive principium internum, cujus vi deorsum quædam feruntur, sicut sursum alia: sicqa tamen corpora vi suâ sursum ferantur, quod negat Lucret, cujus hæc sunt, *l.* 2

——*nullam rem posse suâ vi*
Corpoream sursum ferri, sursúmve meare.

Nam quod *externum* nescio quam *depressionis & elevationis causam efficientem*, interpres Angl. opinatus est hic intelligi, quæ oculis corporeis objecta sit, quomodo illa altera efformationis & nutritionis mentis conspectui, & ab avthoris mente, & à rei ipsius veritate alienum est. Ità usurpavit Philo *de mundo*: τὸ μὲν ὑ πῦρ συναείλκον γῆν, ὑπὸ τῆς ἀεὶ αὐτῷ ῥύσεως, βείδεσθαι ἀναλίσκεται. & Aristot. *problem. l.* 16. *q.* 11. Ὅταν ὑ βέλος ἐπὶ διάτειναν μέσης.

Οὐχὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' ὑχ ἧττον ἐναργῶς] Ambros. *de sacram. l.* 1. *c.* 2. *Melius videntur, quæ non videntur, quàm quæ videntur.* Siquidem ut Joan. Chrysost. *Genes. orat.* 10. Οὐχ ὅτως οἱ σωματικοὶ ὅτοι ὀφθαλμοὶ τὰ ὁρώμενα βλέπειν δύνανται, ὡς οἱ τῇ διανοίᾳ & ὀφθαλμοὶ τὰ μὴ ὁρώμενα, μηδὲ ὑφεστῶτα. Qin & Plut. *de commun. notic. c.* 19. [Ἀγαθὰ ϗ καλὰ, αἱρετά τε ϗ φίλητα, οἰκεῖά τε ϗ ἀλλότρια,] ταῦτα μᾶλλον ἴδει διαμίστε ϗ μιγνῦντι ϗ λευκῶν, μελάνων, σαφεστέραν ἔχειν τὴν ἐνάργειαν. ἐκείνων μὲν γὰρ ἔξωθέν εἰσιν αἱ φαντασίαι τοῖς αἰσθήσιν ἐπεισόδιον· ταῦτα δ' ἐκ τῆς ἀγαθῶν τῆς ἐν ἡμῖν σύμφυτον ἔχει τὴν γένεσιν. vide *l.* 3. § 15. & *l.* 11. § 12.

§ 27. Πάντα τοιαῦτα] vide *l.* 4. § 32. & *l.* 7. § 1, 49. & *l.* 9. § 28.

Ὅλαι δράματα ϗ σκηναὶ ὅμοιδεῖς] Vide *l.* 6. § 44, 46. & *l.* 11. § 6. Pro fabulæ sive dramatis, qæ in scena agitur, vitæ hujusce actus habet. Sic & Apul. *metamorph. l.* 8. de Tlepolemi cæde, Thrasillâ avtore, per visum nocturnum patefactâ; *omnémque scenam sceleris illuminat.* De rebus Cæsaris ac Pompeii, Cælius *Ciceroni l.* 8. *ep.* 11. *Scena rei totius hæc.* ubi qi *summa* legi postulant, dicti elegantiæ detrahunt. Vult enim Cælius nihil inter ambitiosos illos seriò, sed simulatè, ac velut in scena peragi. Cicero ipse *Bruto epist* 9. *Tibi nunc populo, & scenæ* (*ut dicitur*) *serviendum.* De Domitiano Dio Cassius à Joan. Xiphilino in compendium redactus, histor. Roman. *l.* 67. Καίτοι ϗ σκηνοποιία τι ἐοικὸς ἐγένετο· αὐτός τε γὰρ ϗ φιλεῖν τὸν ἀδελφὸν ϗ πιθεῖν προσεπεπόητο, ϗ τοὺ ἐπαίνους τοὺ ἐπ' αὐτῷ μὴ διὰ κρίνων ἔλεξε, πάντα τὰ ἐναντιώτατα, ὧν ἠθέλετο, σκηπλόμενος. vide eundem de Tiberio, *ad l.* 1. § 11, 14. Elegantissimè avtem lingvâ nostrate expressit istud Tho. Morus noster sub finem *historiolæ Edvardi V.* qo loco, ubi personatam Ducis Buckingamii & Richardi Proregis actionem descripserat; illius qasi procerum plebísque nomine, qi nihil minùs volebant, huic tanqam negotii totius ignaro, diadema regium deferentis, hujus tanqam qi id nollet, obstinatè respuentis, nec nisi prece improbâ & importunâ, ut admitteret, adacti: *Multus*, inqit, *erat inter homines his de rebus utrò citróque sermo habitus; mirari plerósque, ità utrinque actitatum, acsi neutra pars sua alteri communicasset consilia, cùm nemo interim tam hebeti esset ingenio, qi ex compósito rem geri non liquidò satis perviderct. verùm ex adverso respondere alios; Negotia istiusmodi à viris politicis, spectante populo, qasi fabulam in scena, peragi. in dramate verò, etiamsi nôrint satis spectatores, fuisse qi tyranni partes agit, tamen si qis adeò boni moris expers fuerit, ut in majestatis sede jam sitam, pro sodalitate priscæ familiariter compellare velit hominem, futurum forsan, ut satellitii manu caput comminutum meritò referat, qia scenæ faciem conturbatum ierit.* Videatur & Petronius, & Joannes Sarisber. *policrat. l.* 3. *c.* 8. *ad l.* 11. § 6. ἐπὶ τῆς μείζονος & σκηνῆς, repræsentandus uterqe.

Ἀνλεῖ ὅλῳ Ἀδεσπότῳ] vide *l.* 8 § 23, 31.

Μόνον δ' ἕτέραν] *Eadem planè*, inqit, *& ista & illa omnia, nisi qòd alios actores habuerunt.* q.d. fabula eadem utrobiqe fuit: histriones tantùm subindè mutabantur. deesse videtur vocula aliqa πρωτόμορφα vel tale qid. Christ. Colerus *epist. de stud. politic.* *Eadem fabula nunc luditur, qæ olim; tantùm personæ mutatæ sunt.* Rectè avtem M. Cas. ista prioribus attexuit; qæ Xyl. nullo sensu cum seqentibus commiserat.

§ 28. Ὅμοιον τῷ δυσθύμῳ χαιρεδήμῳ λακπίζοντι ϗ κακηγόρῳ] Elegans imago. talis Tyrannus ille Lucianeus in *cataplo*, qi fato trahente, Παρ' ὅλῳ τῷ ὁδῷ ἀντέτεινε, ϗ ἀντίαινε, ϗ τοὺ πόδας ἀντερείδων τοῖς τόδαφος, ὑ παντελῶς εὐάγωγος ἦν. Talis Flaccus de qo Philo: Περὶς βίαν ἕλκον ἀφιλιάζοντα ϗ κακηγόρα, ϗ διαπαλαίοντα· ὧν ϗ σύμπαν κατεπρώδη τὸ σῶμα, ὡς ἱερεῖα πρόπαν κεκραγμῶσαι.

Τῷ ἐνδεσιν ἡμῶν] *Miserias mortalis vitæ hujus.* Cas. *alligationem nostram.* Xyl. malim, *illigationem* (nisi si vocabulum vitiatum sit, qod qis forsan suspicetur) ut indicetur necessitas illa, qæ fato nos illigatos & obstrictos habeat, Siqidem *fatum* Stoici definiunt *necessitatem rerum omnium actionúmque, qam nulla vis rumpat.* Senec. *qæst nat. l.* 2. *c.* 36. Idémque *epist.* 77. *Series invicta & nullâ mutabilis ope illigat & trahit cuncta.* Habes disertè ἔνδεσιν nostri. Eódem respexisse videtur Homerus *Iliad. β. v.* 111. & *ι. v* 18.

Ζεὺς με μέγα Κρονίδης ἐτη ἐνέδησε βαρεῖη.

Sed & apud Dionem Prus. *orat.* 30. ille nescio qis, μιᾷ πάντας ἀλύσει δεδέσθαι, contendit. qem visc

sis id argumenti latiùs ibi prosecutum. Posset forsan & animæ in corpore, cui *illigata* quodammodo hæret, ut testæ pisciculus incola, *innexio*; quam, dum in malis agit, moræ longioris impatiens, lugeat quis, designari. ἔνδεσις enim ista quoque dici potest, & solet. De Pythagoreis Clemens *Strom. l. 3.* ἐσωματοῦσθαι, καὶ μολυνθῆναι, καὶ μολασθῆναι τὰς ψυχὰς ἀξιοῦσιν, qi & *l. 7.* τὴν μετένδεσιν dixit. Et in eandem mentem Plato *Timæo*: τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδησεν εἰς σῶμα ῥέον καὶ ἀπορρυτὸν. quod Cicero *lib. de universo* sic reddidit: *In eo* (corpore scil.) *influente atque effluente animo divino ambitus illigabant.* ut vel aliam scripturam secutus fuerit Tullius, vel (quod magis avtumo) apud hunc vitiata sint verba, legendúmque *animi divini ambitus*. nam *divinum* dixit quod ἀθάνατον Plato. Et mox: Ἀεὶ γὰρ, εἰς πλάσμα ἐνδεδεῖσθαι πολλῷ, μᾶλλον ἐκφάτνῃ, μᾶλλον ἐκρατῆλο, &c. quod Cicero ab imagine Platonica illa discedens; *Itaque illi in flumen immersi, neque tenebant neque tenebantur. immersos* dixit, quod *illigatos* Plato, ad imaginem præsentem aptiùs atq; accommodatiùs; sicut & in antegressis ubi corporis ex elementis primis structura depingitur, quod Plato, Εἰς ταυτὸ ξυνεκόλλων, ἃ τοῖς ἀλύτοις ὅτι αὐτοῖ ξυνέχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις γόμφοις ξυπτήκοντες. Cicero: *Eas inter se copulabant, haud iisdem vinculis qibus ipsi erant colligati, sed talibus qæ cerni non possent propter parvitatem, crebris qasi cuncolis injectis*, &c. ξυπτήκοντες illud insuper habuisse videtur, qod ad aliam imaginem spectaret, nec cum *vinculis* & *clavis* sive *cuncolis colliqefactio* aptè satis convenire videretur. Cæterùm ista accuratiùs pensitanti dictionis mutilatæ subit animum suspicio. Siqidem illud τῷ ἔνδεσιν ἡμῖν, non ad superiora pertinere videtur, sed sententiam novam inchoare; ad qam pleniùs concipiendam verbum aliqod desideretur, pura ὑπνώσιν, vel ejusdem significatûs aliud qidpiam. ὑπνώσιν γὰρ τῷ ἔνδεσιν ἡμῖν, καὶ ὅτι μόνῳ τῷ λογικῷ ζῴῳ δέδοται τὸ ἑκούσιος ἕπεσθαι, &c. *Considera autem qomodo necessitate fatali illigati sumus, dum*

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt:

& qòd sponte seqi creaturæ ratione præditæ soli conceditur. Certè nisi sic concipiatur, dictionis series hiabit; & copulativa planè superflua & otiosa est futura. Illustrabit avtem locum hunc imprimis Persæ dictum ab Herodoto *l. 9* literis consignatum; Ξεῖνε, ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐν τῷ Θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. Ταῦτα γὰρ Πρόξεινι συχνοὶ ὁπασάμενοι, ἐτίνεσθαι ἀναξαίνι ἐνδεδεμένοι. *Mardonium*, inqit, *seqimur, fatali qâdam necessitate illigati.* Subjungit idem, tanqam ἔνδεσιν istam deplorans; ἐχθίστη γὰρ ὁμωίη θεῶν ἐν ἀνθρώποις ἔστι, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν· *hoc avtim in rebus humanis acerbissimum est, qòd nulla prudentia potestatem det cuiqam extricandi se necessitate istâ, qâ constrictus tenetur.*

Ἑκουσίως ἕπεσθαι] vide *l. 4. § 34.* sponte seqi, ideo solius hominis proprium est, qia solus habet τὸ αὐτεξούσιον, & *liberam electionem* solus obtinuit: ad bona & honesta, hominis solius probè instituti; qia huic soli & ad bene agendum propendet animus & volupe est rectà incedere. Galen. *de affect. curand. c. 6.* Οὕτω γοῦν καὶ αὐτὸν δεῖ ἄνθρωπον ὁρᾶσθαι ὑπομένοντα τῆς βελτίστου τοῦ κόσμου, ἢ μὴ ἄκοντας βιαζομένους, ὥσπερ τὰ παιδία καὶ τοὺς οἰκέτας, ἢ πειθόμενα ἑκόντας, ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς φύσει.

Ἕπεσθαι ἀνάγκῃ πᾶσιν ἀναξαίνου] vide *ad l. 3. § 4.* & *ad l. 6. § 42.* Cleanthes (qem vide *ad l. 3. § 4*)

Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧσσον ἕψομαι.
Seqar impiger: fac nolle; factus improbus,
Cogente restitantem vi, seqar tamen.

scil. qod Senec. 107. post Cleanthis illa;

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Et *epist. 77. Puta te nolle seqi, duceris.* (eo scil. sensu, qo ad supplicium rapti *duci* dicuntur) *fac tui juris, qod alieni est.* Alluxit eódem & *qæst. natur. l. 2. c. 59. In omnes constitutum est capitale supplicium; & qidem constitutione justissimâ. nam, qod maximum solet esse solatium extrema passuris, omnium causa eadem est. seqeremur traditi à judice aut magistratu, & carnifici nostro præstaremus obsequium. qid interest utrùm ad mortem jussi eamus, an ultronei? Siqis autem qeritur, & plorat, & gemit, imperata facere vi cogitur, & invitus rapitur ad jussa nihilominus. qæ avtem dementia est potiùs trahi qàm seqi?* Epictet. *l. 2. c. 16.* Ταῦτα (λύπαι, φόβοι, φθόνοι, ἐπιθυμίαι, μαλακίαι, ἀκρασίαι) οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκβαλεῖν, εἰ μὴ θεοὺς μόνον τὸν θεὸν ἐπικαλέσηται, ἐκείνῳ μόνῳ θεσπεσιῳδοῦτο, τοῖς ἐκείνου θεσπίσμασι καθωσιωμένον· ἂν δ' ἄλλο τι θέλῃς, ὁμοίως καὶ σίνων ἀκολουθήσεις τῷ ἰσχυροτέρῳ, ἔξω ζητῶν ἀεὶ τὴν οὐσίαν, καὶ μηδέποτε εὑρεῖν δυνάμενος· ἐπεὶ γὰρ ζητεῖς, ἃ μὴ ἔστιν, ἀρεῖς ἐκεῖ ζητεῖν ὅπου ὄζι. Pia sanè, & cœlitùs illapsa sententia. In eandem mentem Greenhamus noster. *oper. tom. 2. c. 31, § 15. O si Deum homines sponte seqerentur. omnino siqidem seqendum est; avo sicut ovis pastorem ad caulam ducentem, aut sicut porcus lanium ad macellum trahentem: qodsi ad macellum malimus qàm ad caulam, bestiæ sumus, aut bestiis ipsis etiam pejores.*

§ 29. Διὰ τὸ τέτυ τέρεδς] vide *l. 12. § 31.*

§ 30. Τί παρόμοιον ἁμαρτάνεις] Ità Dion Syracusanus, qi cùm à Dionysio tyranno patriâ pulsus Megaram petiisset & ad Theodorum urbis illius principem, qem convenire cupiebat, non sine difficultate admitteretur, indignantibus, qi aderant illi, familiaribus, τί τοῦτο, inqit, μεμφόμενοι; καὶ γὰρ αὐτοὶ

αὐτοὶ πάντες ἐν Συρακούσαις ὅμοια τούτοις ἐποιοῦμεν. *Patienter hoc ferendum est: forsitan enim & nos, cùm Syracusis ageremus, in gradu dignitatis alicujus constituti, aliquid tale fecimus.* Narrant Plut. in Dion. & Val. Max. *lib.* 4. *c.* 1. nisi qòd ille Πτοιόδωρον vocat, qem iste Theodorum. Plut. *de utilit. ex inimic.* Ὁ Πλάτων ὁπόταις ἀγωμοσύνοις ἀνθρώποις παρεγένοιτο, πρὸς αὑτὸν ἀπιὼν εἰώθει λέγειν, Μή που ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος; & *de audiend.* Τὸ τοῦ Πλάτωνος οὐκ ὀκνητέον ἀεὶ πρὸς αὑτὸν ὅτι ἆρ' ἁμαρτανόντων ὑπορθύτερος, ἢ που ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος; Meminit & ejusdem idem, in *monit. salubr.* &, *de irac. cohibend.* qod Flaccus sic, *satyr.* 4.

——*Hoc qidam non bellè: numqid ego illi*
Imprudens olim faciam simile? hæc ego mecum
Compressis agito labris.——

Idémqe *sat.* 3. ——*qid tu?*
Nullane habes vitia? imò alia, havd fortasse minora.

Et mox;

——*denique teipsum*
Concute, numqa tibi vitiorum inseverit olim
Natura, aut etiam consvetudo mala.

Epictet. *lib.* 4. *c.* 4. Περιέχω τοῖς ἀνθρώποις τίνα φασὶ, τίνα κινοῦντα, ἃ κακοήθως, ἵνα ἔχω λέγειν ἢ καταγελᾶν· ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ὀπισθόφω, εἰ τἀυτὰ κἀγὼ ἁμαρτάνω. πῶς οὖν παύσομαι; τότε κἀγὼ ἡμάρτανον· νυνὶ δ' οὐκέτι, χάρις τῷ θεῷ. Vix Christianum magis dici poterat. Gemina certè sunt noviſſima ista Apoſtoli illis, de Romanis, *ad ipsos epist. c.* 6. *v.* 17. forsan avtem legendum, ἁμαρτάνω, ὅπως οὖν παύσομαι. *qo modo*, sive *ut, id ulteriùs facere desistam.* vide & *ad lib.* 7. § 26. & *lib.* 11. § 18.

Ὅτι βιάζεται] & *lib.* 8. § 14. ἁναγκάζεται. Ità Clemens *strom. l.* 1. Στέργουσι τὴν ἀλήθειαν, ἢ κλαπέντες, ἢ γοητευθέντες, ἢ βιασθέντες. Et mox: βιάζεται πολλάκις ὀδυνῶν τε καὶ ἀλγηδόνων, φιλονεικία τε αὖ καὶ θυμός. & rursus: Αἱ λέξεις αὐταὶ ἆρ' σοφισταὶ, ἃ μόνον γοητεύσαι, κλέψαι τοὺς πολλοὺς, βιάζεσθαι δ' οὐδ' ὅτι. Apud Galenum, *de affect. dignosc. & corrigend. c.* 4. ὑπὸ τῆς καταρράτου συμῆς βιασθεὶς ἔπραξε. vide *l.* 7. § 62. & 63.

§ 31. Σατύρωνα ἰδὼν Σώφρονα, φαντάζῃ ἢ Εὐτυχίῳ, ἢ Τυδέα] Confusè nimis ista. Xyl. reddidit. distinctiùs Cas. falsus tamen, opinor, uterqe, qòd *Socraticum* pro nomine proprio habeat, cùm sit sectæ denominativum, & ad *Satyronem* an *Satyrionem* potiùs, qod magis suspicor, referatur.

Καὶ Εὐφράτῃ ἰδών] *Euphrates* philosophus Ægyptius, qem lavdat Plinius min. *lib.* 1. *ep.* 10. Commemorat, nec sine lavde, & Epictet. *enchir. c.* 35. &. *dissert. lib.* 2. *c.* 15. & *l.* 4. *c.* 8. & Evnap. in *vitar. proœm.* vide *ad lib.* 7. § 57. perstringere tamen videtur Philostrat. in *vit. Apollon. lib.* 5. *c.* 11. & 14. & *lib.* 6. *c.* 7. De morte hujus ità Dio. *lib.* 69. Ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ καὶ Εὐφράτης ὁ φιλόσοφος ἀπέθανεν ἐθελοντής, ὀπτηθέλαντος αὐτῷ καὶ τοῦ Ἁδριανοῦ κώνειον, καὶ διὰ τὸ χῆρας, καὶ διὰ τὸν νόσον, πιεῖν. ubi fruſtrà Leunclav. poscit legi Εὐφρήσιος· cùm *Euphratis* nomen agnoſcant præter ſuprà memoratos, etiam Evſeb. in *Chron.* qi Stoicum fuiſſe tradit; & Sidon. *lib.* 4. *epist.* 3. qi Aſtronomiæ etiam peritiam tribuit.

Εὐτυχίωνα] *Eutychio Proculo Siccensi, Grammatico* usum Marcum, monet Capitolinus. Verùm Evtychio iſte, qem hìc Marcus, an is exiſtat, ambigo; cùm inflexione levi diſcrepent nomina, *Eutychius* & *Eutychio*; eò magis, qia Grammaticum cum Philoſopho componi, havd ſatis congruum videatur.

Σιλουανὸν] *Sylvanum.* is fortè fuerit qem & Σιλβανὸν Svidas. Σιλβανὸς, φιλόσοφος, ὃς ἐπεικὴς μὲν ἦν τἀ ἄλλα καὶ ἱερὸς, ἁπλούστερος δ' τὰ ἤθη καὶ ἐμπόλαιος.

Καὶ Ἀλκιφρονα] deeſt ἰδὼν (qod Xyl. in fravdem induxit) vel librarii culpâ deperditum; vel ἐκ τῆς κοινῆς ſupplendum. *Alciphronis philosophi Magnesii* meminit Svidas. ſub ejus nomine epiſtolæ qædam, qæ ſophiſtam magis qàm philoſophum ſapiunt, ab Aldo aliiſqe ſunt editæ.

Τροφαιοφόρον] *Trophæophorus* iſte qis extiterit, ariolari non poſſum. ſed nec nomen ipſum alibi legiſſe memini.

Καὶ Ξενοφῶντα ἰδὼν] apparet hinc τὸ ἰδὼν, *considerandi*, non *conſpiciendi*, ſignificatum iſtìc obtinere; cùm *Xenophon*, qi ſeculis aliqot Marcum anteceſſerat, inter cæteros contemplandus proponatur.

Κείτωνα] *Crito* Socratis familiaris amicus; ut patet ex Platonis *dialogo*. Sed & Xenophontis; qod liqet ex *epiſtola ad eundem* Xenophontis; unde excerpta qædam habemus apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 83.

Σεβῆρον] fortè Σεβήρου potiùs, ut *lib.* 1. § 14: *Severus* Philoſophus Marco cumprimis charus. de qo ad locum illum diximus.

Πῇ ἂν ἐκεῖνοι; ἁδαμῇ, ἢ ὁπωδὴ] *nuſqam aut ubicunqe.* Xyl. *nuſqam aut ubilibet.* Caſ. verùm leg. diſtinctim, ὅπου δή; *nuſqam, aut ubi tandem?* ſic *lib.* 7. § 57. Νῦν ἂν ἐκεῖνοι πού; ἁδαμοῦ.

Κατὰ τὸν] Ità *l.* 12. § 27, 33. qod *lib.* 2. § 17. τύφῳ. Empedocles apud Plut. *de Iſid. & Oſir.* & Sext. Empir. *adv. logic. lib.* 1. *c.* 2.

Παῦρον δ' ζωῆσι βίου μέρος ἀθρήσαντες,
Ὠκύμοροι, καπνοῖο δίκην ἀφθέντες, ἀπέπταν.

verſus prior havd ſatis integer videtur. H. Stephanus, Παῦρον δ' ζώης ἀβίου, legendum avtumat. Hervet. Π. δ' ζωῖσι. ego Π. δ' ἐν ζωῖσι, utrique præjulerim. Hoc idem in ſacra pagina, *Pſal.* 37. *v.* 20. Οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου, ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτὸν καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον.

λιπον. Interpres Græcus sic extulit. qo tamen in loco veritas Hebraica sic potiùs habet: *Improbi peribunt; & inimici Dei, tanqam agnorum, sive arietum, adeps, consumentur, & in fumum abibunt.* allusione factâ ad victimarum immolatarum rationem. de qibus *Il. α'. v.* 317.

Κνίσῃ δ' ἠρᾶτ' ἴκαν' ἀλιασυδίην τε καπνοῦ. *Ibid. Pſ.* 102. *v.* 3. ἐξέλιπον, ὡσεὶ καπνὸς, αἱ ἡμέραι μου. Jacob. *epiſt. c.* 4. *v.* 14. Ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν, ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ καὶ ἀφανιζομένη.

——ψυχὴ δέ τε, ἠΰτε καπνὸς,
Ὤχετο τετριγυῖα—— *Iliad. ψ. v.* 100.

Senec. Troad. *chor.* 2.

Hæc omnes petimus fata: nec amplius
Furatos ſuperis qi tetigit lacus,
Uſqam eſt. ut calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpatium per breve ſordidus;
Ut nubes, gravidas qas modò vidimus,
Arctoi boreæ diſjicit impetus:
Sic hic qo regimur, ſpiritus effluet.
Poſt mortem nihil eſt: ipſáqe mors nihil.

Καὶ τὸ μηδὲν] Evripides (*Meleagro*, opinor) apud Stob. *ſerm.* 2. *tit.* 122.

Τὸς ζῶντας ἦν δρᾶν· καθανὼν ὑδὲς ἀνήρ
Γῆ καὶ σκιὰ τὸ μηδὲν εἰς ὑδὲν ῥέπει.

Viventibus te impende: nam qi eſt mortuus,
Humus eſt & umbra: nil qod erat in nil abit. Grot.

unde reſingenda ſuſpicor qæ apud eundem ex eodem, ſed vitiata, puto, *tit.* 98. ſic exhibentur:

Τὸς ζῶντας ἦν δρᾶ· καθανὼν ὑδὲς ἀνήρ.
Γῆ καὶ σκιὰ, τὸ μηδὲν εἰς ὑδὲν βλέπει.

Evi nôrim ab interpretibus hæc aliò trahi. Sophocl. *Ajac.*

Ὁρᾶ γὰρ ἡμᾶς ὑδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἰδωλ', ὅσοισερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Nam video nil nos eſſe mortales, niſi
Imaginoſa ſomnia, aut umbram levem. Grot.

Evripid. *Medeâ.*

Τὰ θνητὰ δ' ὄντα πάντα μᾶλλον ἡγοῦμαι σκιάν.
Humana nil niſi umbram ego nôram priùs.

E noſtris qidam:

Bulla eſt omnis homo, flos, vapor, umbra, nihil.

hoc eſt qod Ebræi. הֶבֶל & אָוֶן *vanitas & falſitas*, ſive *mendacium. Pſal.* 39. *v.* 6. & *Pſ.* 62. *v.* 9.

Σὺ δ' ἔν γε τίνι] *tu autem in qo tempore es?* Xyl. ut χρόνῳ ſubintelligatur. *qàm brevis es ævi?* vide *ad l.* 4. § 33.

Ὅταν δλλῳ καὶ ὑποδύσῃ σεαυτὸν;] Plut. *de tranqill.* Ἀλλ' ὥσπερ ἐν μυσικῇ βαρεῖς φθόγγοι καὶ ὀξεῖς, ἐκ δὲ τούτων γραμματικὴ φωνήεντα καὶ ἄφωνα γράμματα· μυσικὸς δὲ καὶ γραμματικὸς, οὐχ ὁ διάτειαν δυσχεραίνων καὶ ὑποφεύγων, ἀλλ' ὁ πᾶσι χρῶνται καὶ μιγνύναι πρὸς τὸ ἁρμόττον ἐπιστάμενος· οὕτω καὶ σὺ πρὸς πραγμάτων ἀπηρεμοτέρας ἐχόντων, ἃ δεῖ τοῖς ἐτέροις ἐξαδυμεῖν, μὴ παραῤῥαθυμεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἁρμονικὸς, ἀμελλύνοντας ἀεὶ τοῖς κρείττοσι τὰ χείρονα, καὶ τὰ φαῦλα τοῖς χρηστοῖς ἐμπεπλεγμένους, ἐμμελὲς τὸ τοῦ βίου μίγμα ποιεῖν καὶ ὁμαλὲς καὶ οἰκεῖον αὐτοῖς. Hoc eſt qod Marcus hic ὕλην καὶ ὑπόθεσιν, *materiam ſubjectam* hæc facere, in qa ſe exerceat, & artis ſuæ ſpecimen edat exercátqe.

Γυμνάσματα] vide *ad lib.* 6. § 20. & *infrà* § 33. Crevſa apud Evripidem *Ione*;

Πρὸς τίν' ἀγῶνα πάλαισμ' ἀρετῆς;
Οὐ πόσις ἡμῖν φροῦδος γέγονε;
Στέρομαι δ' οἴκων, στέρομαι παίδων·
Φρουδὰ δ' ἐλπίδες, ἃς ἐδάμασσ'
Χρήζουσα καλῶς, οὐκ ἐδυνάσθην.
Virtutis ſtadium qale patet mihi?
Vir nonne ipſe mihi proditor exiitit?
Expulſa ædibus (heu) orbáqe liberis:
Vanæ ſpes etiam, qas bene ponere
Cùm valdè cupiam, non datur exeqi.

Joan. Chryſoſt. *in Act. orat.* 15. Ἔχω σου πάλαισμα καὶ γυμνάσιον ἡ γυνή. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, γυμνάσια μὲν ἀναλήψομαι ὑδὲν χρῆσθαι ἐχούσης, εἰ δὲ δαλέσομαι τὸ σῶμα, γυμνάσια δὴ μὴ ποιεῖν οἰκεῖα καὶ περὶ ἧς ἀγώνων σοι, φησὶ, ἡμῖν παρέσχηται; Epiſtet. *l.* 3. *c.* 24. Ἐπὶ τούτοις ὁ θεὸς μὲν γυμνάζει ἄγει, γυμνῶ ἐκεῖ πάντα, πένητα δείκνυσι τοῖς ἀνθρώποις, ἀρχῆς, ὑγιείας, ἐξορίαν πέμπει, εἰς δεσμωτήριον εἰσάγει. ἂ μισοῦν μὴ γοητὸς τὶς ἂν μισεῖ τὸν ἄγοντα ἐπ' ὑπηρεσίαν ἑαυτοῦ; ἀλλ' ἀμελῶν ὅς γε ὑδὲ περὶ μικροτάτων τινὸς ἀμελεῖ· ἀλλὰ γυμνάζων, καὶ μάρτυρα ποιῶν τὸν ἄλλον κωμῳδούμενον. vide *ad lib.* 6. § 42.

Μέχρι ἐξοικειώσῃς σαυτῷ] Senec. *de ira. lib.* 2. *c.* 13. *Nihil eſt tam difficile, & arduum, qod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat.*

Ὡς ἐρρωμένῳ σώματος πάντα ἐξοικειοῖ] Eadem imago, *infrà* § 35. τὸ σωμάτιον ῥαθυμηθὲν τοῦτο, in animantibus qibusdam ad miraculum uſque ſtupendum obſervârunt avtores celeberrimi. utpote in ſturnis, coturnicibus, cervis, capreis. Ariſtotel. *de plantis lib.* 1. *c.* 5. Ὁ ὑσπάναμος, καὶ ὁ ἑλλέβορος ἀνθρώποις μὲν δηλητήριον, τροφὴ δὲ τοῖς ὄρτυξι. Sext. Empir. *Pyrrhon. hypotyp. lib.* 1. *c.* 14. § 1. Τὸ γοῦν κώνειον πολλοὶ ὀρτυγας καὶ ὁ ὑοσκύαμος τὰς ὖς. αἱ δὲ χίμαιραι καὶ σκολαμανδρες ἐδώδιμοι· ὡσαύτως ἔλαφος τὰ ἰοβόλα ζῶα, καὶ αἱ χελιδόνες καὶ δαεῖδες. Alex. Aphrodiſ. *problem. præfat.* ὄρτυγες τε σιτοῦνται τὸν ἑλλέβορον, τοῖς ἀνθρώποις δηλητήριον ὄντα· ἔλαφοι δὲ τὸ κώνειον. Baſil. *in hexam. orat.* 5. Τὸ μὲ κώνειον οἱ ἔλαφοι βόσκονται, δὲ τοῦ κατακόλπου τὸ σῶμα τοῦ ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβους ὑποδιδράσκοντες. ἐλλέβορος δὲ ὀρτύγων δεῖ τροφὴ, ἰδιότητι κράσεως τινὸς βλάβους ὑποφευγόντων. quæ eadem apud Evſtathium Antioch. *in Hexam.* leguntur. uter ab uno acceperit,

rit, alii viderint. Ambros. *hexam. l. 3. c. 9.* sic reddidit. *Sturni vescuntur conio: nec fraudi est eis goniam qualitate sui corporis venenum succi letalis evadunt. Helleborum autem plerique loquuntur escam esse & alimoniam coturnicum, eò qòd naturali quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis evitant.* denique, *cervis cibus venenum est.* Plin. *hist. nat. lib. 10. c. 23. coturnicibus veratri semen gratissimus cibus. & c. 72. Capreæ & coturnices venenis pinguescunt, placidissima animalia.* Lucret. *de rer. nat. lib. 4.*

Tantòque in his rebus distantia differitàsque est,
Ut quod alis cibus est, aliis fiat acre venenum;
Sic etenim nobis veratrum est acre venenum;
At capreis adipes & coturnicibus auget.

Et *l. 5. Quippe videre licet, pinguescere sæpe cicutâ*
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

Tum struthio ferrum, ossa, saxa, qidlibet ferè, comedit, concoqit, conficit. Plin. *lib. 10. c. 1. concoquendi sine delectu devorata mira natura.* Alex. Aphrod. *probl. præfat.* Σηπεδονόμυλος ἰδιότητί τινι σίδηρον πέπεπται. Ælian. *de animal. l. 14. c. 7.* Λίθους καταπίνουσι καὶ γραῦες, ἐν τῷ ἰχθὺν φυλάττειν, καὶ πέπεπται τῷ χρόνῳ. Qin & de hominibus ac gentibus etiam nonnullis, prioribus illis gemina prodidere. Sext. Empir. *Pyrrhon. hyp. l. 1. c. 14. § 2.* Ἀλλὰ καὶ Ἀνθρώπων οἱ ἀντιπέρας τῆς Μαιώτιδος παρὰ τὸν Γέλωνον ποταμὸν οἰκοῦντες, σκορπίους καὶ ὄφεις, καὶ τὰ παραπλήσια ἀνυπόνως ἐσθίουσιν. Refert & Idem *ibidem* de Rufino qodam Chalcidense, ὅτι ἀλλόκοτόν τι ἦν σωμάτων προσφέρετο καὶ ἐπόνει. de anu qâdam Attica qæ κογχύλια ὀλίγα ἀνυπόδητος. de Lyside, qi μικρολιθους πώρους ἀλύπως ἐλάμβανε.

Ὡς τὸ λαμπρὸν πῦρ] Vide *ad l. 4. § 1.*

§ 32. Μενδνὶ ἐξέζω εἰπεῖν ἀληθέστατα σοί σου] Festivè Aristippus oratori, qi in judicio cavissam ipsius egerat, postqam jam obtinuerat, interroganti qid Socrates illi profuisset, respondit, τοῦτο, ὃτι λόγους, ὧν ἅπας ὑπῆρ ἐμοῦ, ἀληθεῖς ἦν. Laërt. *l. 2.* sed & Pindarus cuidam, qi qòd gratiam sibi ab eo deberi innueret, se aiebat ubique locorum apud cunctos illum collavdare, regêssit, eidem sese prædicationis gratiam referre; faciendo nempe ut vera loqatur. Κἀγώ σοι χάριν ὁμολογήσω. ποιῶ γάρ σε ἀληθῆ λέγειν. Plut. *de laud. propria.*

Ἀλλὰ φιλήδω] D. Christus suis, Matth. *c. 5. v. 11.* Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, &c. neqe enim, si ἀληθεύοντες. Cato orat. *de Coss. suo*, apud Charif. *lib. 2. Ei rei do operam, ut mihi falsò male dicatur.* vide Philipp. Maced. qid de se, *supr. ad § 11.*

Ὅστις τούτων τι φεύσεται] Ergò & in mente, non in lingva tantùm, mendacium est.

Πάντ' ἦν τοῦτο ὑπὸ σοί] Plaut. *Trinum. l. 2.* M. *Omnes bonos bonâsqe accuratè addecet,*
Suspicionem & culpam, ut ab se segregent.
C. *Non potest utrumqe fieri.* M. *Quapropter?* C. *Rogas?*
Nè admittam culpam, ego meo sum promus pectoris
Suspicio est in pectore alieno fixa.

Lipsi. *Cens. 1. ep. 77. Qalis sim, in me situm est. qalis audiam, in vano est vulgo.* Erasm. *epist. Innocentiam præstare possum: qid homines de me loqantur, non possum.* vide *l. 11. § 14.*

Τίς ὁ κωλύων] Vid *l. 2. § 9. & l. 3. § 12. & l. 8. § 32.*

Κρῖνον μηκέτι ζῆν] Vide *supr. ad § 8.* Τί οὖν ἔτι ζῆν θέλεις, τοιοῦτος ὤν; Epictet. *l. 3. c. 26.*

Οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος] *Neqe enim patitur ratio nisi talem.* Xyl. *nege enim rationi consentaneum est, ut vivat, qi talis non sit.* Casaubon. ad verbum, *nege enim poscit, postulat, exigit ratio,* (ut vivas, scil.) *nè hujusmodi sis.* Sic Plato *Phileb.* Διὰ τί δὲ τὸ σῶμα ἡμῖν ἢ φεύγειν, ἢ τι τοιοῦτον πάσχειν, ὑφαιρεῖ ὁ λόγος αἱρεῖ. *Ratio non poscit,* vel *non patitur* etiam. Epictet. *lib. 1. c. 29.* Μέχρι τίνος; μέχρις ἂν ὁ λόγος αἱρῇ σωθῆναί με τὸ σωμάτιον· ὅταν δὲ μὴ αἱρῇ, λάβετε αὐτό. *Quousqe ista perpetiemur? qamdiu me corpusculo huic conversari ratio exegerit. Ubi autem hoc ratio non exegerit amplius, tollite illud sultis à me.* vide *ad l. 4. § 24.*

§ 33. Τί ὄζει τὸ ὑπὸ ταύτης τῆς ὕλης] vide *ad l. 9. § 27. & supr. § 11, 12, 31. & l. 12. § 1.*

Οὐ φεύξεσθαι παῖσαι γένος] Ità *l. 9. § 26.* Δηλεῖα γενόντων.

Ἀπόλαυσιν γὰρ δεῖ λαμβάνειν] Ità *lib. 8. § 26.* εὐφροσύνη. & *l. 12. § 16.* χαρᾶν. & *l. 3. § 6.* ἀπόλαυσιν. *Psal. 112. v. 1. Beatus vir qi deum timet, delectatur in præceptis ejus.* exeqendis, scil. D. Christus; *Mihi cibus & potus est, voluntatem paternam exeqi.* Joan. *c. 4. v. 34. & Job c. 23. v. 12. Non recessi à mandatis ejus: verba oris illius demenso meo prætuli.* Scitum, tritúmqe est Laconis illud, qi interrogatus, τί παρέχει παιδαγωγῶν, qidnam institutione puerorum sua præstaret; respondit, τὰ καλὰ τοῖς παισὶν ἡδέα ποιῶ. *Facio ut honesta illis jucunda fiant.* Plut. *virt. doceri.* sive, ut idem, *de virt. mor.* ὅτι ποιήσει τὸν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς· *facturum se, ut honestis delectetur, turpia verò exosa habeat.* Τί μεῖζον ὕλην, ἢ τί κάλλιον, qo nihil majus melíusve, sive *præstantius:* inqit ille. Liban. *orat. 12. de Antiochenis suis,* ἡδονὴν, ἣ μάχην, τὸ τῆς οἰκείας φειδόμενον πόσεται· πῶς ἂν ἀπολαύσαι πόνων ἢ κινδύνων, τὸ δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἀθλον ἀγαπήσαντες;

Παντὰχοῦ ἡ ἔξοδος] Vide *ad lib. 5. § 16. & lib. 12. § 1.* Senec. *epist. 28. Qid tam turbidum fieri potest qàm forum? ibi qoge licet qietè vivere, si necesse sit.*

Τῷ μὲν ἐν μυλίδρᾳ] Vide *l. 8. § 57, 60.*

Ὅσοι

Ὅσα ὑπὸ φύσεως ἢ ψυχῆς ἀλόγου διοικεῖται] vide *supra* § 2. & *l.* 6. § 14.

Νῦς ἢ λόγος] vide *l.* 8. § 32, 41.

Τῷ σωματικῷ τῷ νεκρῷ] vide *l.* 4. § 45.

Οὐδὲ πιεῖν χρεών] vide *l.* 4. § 7. & *l.* 9. § 41.

Κρείττων γίνεται ὁ ἄνθρωπος] Malis externis melior fit homo. qia sunt ἀρεταῖς καὶ λόγῳ συμπάσματα. *supr.* § 30. Gregor. Naz. *adv. Julian. orat.* 1. φιλεῖ γὰρ τὰ γενναῖα φρονήματα πρὸς τὸ βίᾳ κρατῶν αὐθαδίζεσθαι· καθάπερ φλὸξ ὑπὸ ἀνέμου ῥιπιζομένη, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνάπτεται, ὅσῳ ἂν σφοδρότερον καταπνέωσι. Qod Naso *amor. l.* 1. *eleg.* 1.

Vidi ego jactatas motâ face, crescere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori.

Et mox: ὁι δογμοὶ τιμιώτερον τὸν χρισιανισμὸν πεποιήκασι θᾶττον ἢ ἀδυνήτερον, ῥώσαντες τὰς ψυχὰς εἰς εὐσέβειαν, καὶ ὥσπερ σίδηρον θερμὸν ὕδατι, τοῖς κινδύνοις σομώσαντες. Idémque *orat.* 28. ὅσι τι μύθῳ φυτὸν, ὁ θάλλει τεμνόμενον, καὶ πρὸς τὸν σίδηρον ἀγανίζεται, καὶ εἰ δεῖ παραδέξως εἰπεῖν περὶ παραδόξου πράγματος, θανάτῳ, καὶ τομῇ φύεται, καὶ αὔξεται θρεπτικώτερον. τοιοῦτόν τι ἡ φιλοσοφία. Qod Flaccus *carm. l.* 4. *ode* 4.

Duris ut ilex tunsa bipennibus,
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animúmque ferro.

Et Epictet. *enchir. c.* 24. ὅτι γὰρ ἂν τούτων ὑποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί δέον ἀφεληθῆναι ὑπὸ αὐτοῦ. & *l.* 3. *c.* 20. Καὶ ὑπὸ νόσου δεῖν ὠφεληθῆναι· (ità Antigonus, qi à morbo revalescens, ὑδὴν χαῖρον· inqit: ὑπόμνησιν γὰρ ἡμᾶς ἡ νόσος ἐ μέγα φρονεῖν, οἷς ὄντας θνητούς. Plut. *Apoph.*) ἔστιν ὑπὸ πηρώσεως· ἔστιν ὑπὸ θανάτου. Hinc professiones illæ de se Davidicæ, *Psal.* 119. *v.* 67, 71. Hinc *catino*, in qo avrum argentúmqe expurgari solet, piorum persessiones atqe ærumnæ conferuntur. *Psal.* 66. *v.* 10. Esaiæ *cap.* 1. *v.* 25, &c. 48. *v.* 10. Job. *c.* 23. *v.* 10. Dan. *c.* 11. *v.* 35. Malac. *c.* 3. *v.* 23. *ad Rom. c.* 5. *v.* 2, 3, 4. Jacob. *c.* 1. *v.* 2, 3. Petr. *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Avtor *Sap. Solom. c.* 3. *v.* 6. Jasoni Siracid. *c.* 2. *v.* 4. Sed & avtor *ad Ebr. cap.* 12. *v.* 11. καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. vide *l.* 7. § 58.

Ἐπανιστάμενος] vide *l.* 5. § 15.

Τὸν φύσει πολίτην ἁδὴν βλάπτει] vide *ad l.* 5. § 22. & *supr.* § 6.

Τῶν καλαμιδίων ἀκληρημάτων] ἀκληρήματα, συμφοραί, δυσχίαι. Svidas: apud qem ἀκληρώμασι perperam legitur pro ἀκληρήμασι, cùm in vocabulo ipso, qod literarum series docet; tum & in scriptoris nescio cujus verbis his *ibidem* adductis, διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι μάλιστα πρέπειν τοῖς ἀκληρήμασι, διὰ τὸ πάντων βέλεσι τετρῶσθαι καὶ μεμῖσθαι εἰς πάροδον. à verbo ἀκληρεῖν. unde mox apud eundem, συμπάσχοντες τῇ πρὸς ἀκληρήμασι ὑποδυσίᾳ. & Diodor. *l.* 16. De Philippo bello superatis insultante; ὑβρίζων διὰ λόγων τοὺς πρὸς ἀκληρήμασι δυσχερείας. & de Thebis à Macedonibus direptis; ὡς ἦν, ὅσης ἰδεῖν, ἐκ ἂν, ἠλέησε τὰς τύχας τῶν ἀκληρήμασι. & mox: τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐν τοῖς τῶν ἀτυχημάτων ἀκληρήμασιν ἐναπεδείκνυτο.

§ 34. Τῷ διδεγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογμάτων] Ità Basil. at Lugd. διδηγμένῳ. Xyl. *qi morsus est à veris dogmatibus. tangam qi à cane rabioso,* &c. inqit M. Cas. Verùm ego ista concoqere non possum. Lego igitur, τῷ διδεδιμένῳ, ei qi veris dogmatibus imbutus est. Sicut βεβαμμένον dixerat, *l.* 3. § 4. atqe eodem sensu Plato dixit, *de leg. lib.* 4. ἵνα διδυσποιὸς αὐτῷ ἡ δόξα γίγνοιτο πρὸς δεινῶν τε καὶ πρὸς ἄλλων.

Ἀρκεῖ καὶ τὸ βραχύταλον] Hoc est qod vulgò dicitur; *verbum*, sive, ut Terent. extulit, *Phorm.* 3. 3. *Dictum sapienti sat est.* Maxim. Tyr. *dissert.* 27. Ὥσπερ γὰρ ὅτι μαχρῶν καὶ λεπτῶν δρεόντων, ὁ τὸν σύριγγα κινήσας, παρέπεμψε πᾶν κίνημα χρὴ πάντως τὸ δρεπτὸν μέχρι τῆς ἀκμῆς· καὶ ὥσπερ τῶν μακρῶν καὶ διατεταμένων κάλων, ὁ διασείσας τὴν ἀρχὴν, παρέδωκε πᾶν κίνημα τῷ ὅλῳ, βαδίζων ὅτι τὸ πρᾶς· ὕτω καὶ τῷ νῷ βραχείας ἀρχῆς δεῖ πρὸς ἔννοιαν τῶν πραγμάτων ὅλων· ὁ μὲν δὴ εὖ πεφυκὼς ἀνὴρ, καὶ πρὸς ἀρετὴν εὐδρομώτατον, αὐτός τε παρ' αὐτῆς τὴν ἀρχὴν λαβὼν, παρείεται, καὶ ἐφορᾷ, καὶ ξυλλαμβάνει, καὶ ἀναπιμπάζεται τῇ μνήμῃ τὰ τῆ διδαχῆ. Joan. Lencicus in *præfat. ad observat. polit.* *Ut semen, quamvis sit exiguum, cùm occupavit idoneum locum, vires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur: sic tametsi pauca sunt & angusta qæ dicuntur, tamen si illa animus bene cultus exceperit, radices agunt, exurgúntqe altiùs, & undeqaqe se expandunt.*

Φύλλα τὰ μὲν] Ista non integra, sed concisa; nec tam versus ipsos, qàm versuum ἀπαπασμάτια duo, repræsentat hîc editio Lugdunensis; & in versione sua reddidit Xylander; cùm in Marci contexu tamen integros exhibuisset: nempe,

Φύλλα τὰ μὲν τ' ἀνεμὸς χαμάδις χέει. ---

Et, Ὡς ἀνδρῶν γενεή. ——

Nec est ab vero simile, Marcum ista duntaxat, posuisse, qia τὸ βραχύτατον priùs dixerat; alium aliqem, Xylandrum forsan ipsum, reliqa suppleviſſe. Sunt autem Homeri ex *Il.* ζ. *v.* 147. unde & primum imaginis istius, pulcherrimæ sanè, libet adjicere versiculum,

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Lavdatum à Zenone apud Laërt. *l* 7. à Pyrrhone *ibid. l.* 9. à Strabone *l.* 14. à Schol. Apollon. *ad l.* 1. à Plutarcho *ad Apollon.* & *de tard. num. vindict.* qi & subjungit, φύλλοις εἰκάζει τὸν βίον, ἀπομαραινομένοις παντάπασιν, καὶ φθίνουσιν ἐν ὀλίγῳ. à Luciano in *speculantib.* à Simonide (referente Stobæo

bzo *tom.* 2. *tit.* 98) qi & ἐν τόλ κάλλιστον dixiſſe Chium Poetam aſſerit, ſed qod pauci admodum ſeriò cogitant. à Clemente *ſtrom. l.* 6. qi Homerum contendit & iſta, & illa, *Il. φ. v.* 464.

——Βροτῶν ἕνεκα πολεμίζω
Δηλῶν, οἱ φύλλοισιν ἐοίκοτες, ἄλλοτε μέν τε
Ζαφλεγέες τελέθουσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι.——

à Muſæo accepiſſe; qi eadem prior ſic extulerat.

Ὡς δ' αὖτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα·
Ἄλλα μὲν ἐν μαίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δ' φύει.
Ὡς δ' καὶ ἀνθρώπων γενεὴ καὶ φῦλον ἐλίσσει.

ubi obſervanda *παρονομασία* in φύλλον & φῦλον. eiſdem gemina ferè habet & Mimnermus apud Stob. itidem.

Ἡμεῖς δ' διάτε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
Ἔαρος, ὅτ' αἶψ' αὐγὴ αὔξεται ἠελίου·
Τοῖς ἴκελοι, πήχυιον ὅπ' ἀκτῖνι θάλλοντες
Τερπόμεθα, θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν
Οὔτ' ἀγαθόν· κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι,
Ἡ μὲν ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου,
Ἡ δ' ἑτέρη θανάτοιο. &c.

ubi verſu 2. pro αἶψ' Andr. Schott. *obſerv. l.* 2. *c.* 52: αὖλ legi vult, ut de Solis recurſu qi ab hyeme vere fit, intelligatur. ego qarto pro θεὸς θεῶν, qod nec locum hîc habet, & metrum corrumpit, θεόθεν legerim, ut infantiæ pueritiæqe tempora reſpiciantur, qibus boni maliqe diſcrimen vix innoteſcit. unde his hominem, ὡς ἔοικέ πη, καὶ φερσὶν ait Æſchylus *Inferiis*; *ſenſu carere*, Plin. *l.* 7. *c.* 52. *teneros, rudes, inutiles annos*, appellat Senec. *epiſt.* 99. & Ariſtophanes apud Clem. *ſtrom. l.* 5.

Ἀνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεῇ θεοῖσόμοιοι.

Plut. adv. Epicur. Τὸ δὴ ἐφήμερα καλεῖν καὶ ἀζέβαια καὶ ἀσταθμήτα, φύλλοις τε γινομένοις ἴσως ὥρᾳ καὶ φθίνουσιν εἰκάζειν τὸν βίον, τί παρέχοιμεν ἄλλο τοῖς ποιηταῖς, ἢ τὸ τῆς σαρκὸς ἐπίκηρον καὶ πλυσλασθὲς καὶ ῥοπῶδες; Qin & Jaſon Siracid. *ſap. c.* 14. *v.* 19. Ὡς φύλλον θάλλον ἐπὶ δένδρου δασέος, τὸ μὲν κατακάλλει, ἄλλα δὲ φύει· ὕτως γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἡ μὲν τελευτᾷ, ἑτέρα δὲ γεννᾶται. Nec eſt huic abſimile, qod Doctores Talmudici in עירובין ſive *Mixtorum tractatu.* בני האדם דומים לעשבי השדה הללן נוצצין והללו נובלין *Filii hominum ſimiles ſunt herbis agri; earum aliæ florent, aliæ marceſcunt.* Auguſt. in *Pſalm.* 101. *conc.* 2. ubi adducerat Solomonis illud ex *Eccleſ. c.* 1. *v.* 4. *Generatio vadit una, venit altera. Videtis generationes hominum ſic eſſe in terra, tanqam in arbore folia; ſed in arbore olivæ, vel lauri; vel cujuscunqe alterius, qæ toto tempore fronde veſtita eſt. Sic tanqam folia, genus humanum terra portat. plena eſt hominibus, ſed cùm aliis morientibus, alii naſcendo ſuccedunt. Semper enim arbor illâ veſte viridi ornata eſt. Sed ſubter attende qàm multa cadant arida folia.* Vide Flaccum *ad lib.* 4. § 33. Ab hominibus ad montes etiam tranſtulit Philo *de mundo.* ὅτι δένδρων ἐδὴν αἱ φύσεις ἢ ὀρῶν διαφέρουσιν· ἀλλὰ καθάπερ ἐκεῖνα, καιρῷ μὲν πᾶσι φυλλορροεῖ, καιρῷ δὲ πάλιν ἀνηθᾷ. διὸ καὶ τὸ παντικὸν ἔν εἴρηται, φύλλα, τὰ μὲν τ' &c. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ ὀρῶν, τὰ μὲν ἀποθραύεται, τὰ δὲ μεταφύεται. Cæterùm dicto Homerico illo Stratonicus pro more ſuo jocularitèr eſt abuſus. cùm enim Cavnum (Cariæ id opidum eſt) appulſus, incolas à loci inſalubritate vultu pallido admodum lividóve incedere pleroſqe conſpiceret, poeticum illud protuliſſe fertur,

Οἵη περ φύλλων γενεή, τίπτε δὲ καὶ ἀνδρῶν.

reprehenſus verò, qaſi locum inſalubritatis notâſſet, ſcommate etiam acerbiore adjecto perſtringens, Μή ποτ', inqit, διαῤῥῆσαι μ' ἐᾶν λέγειν τοιαῦτα, ὅτι καὶ οἱ νεκροὶ ἀθυμήσουσι; *An ego ſuſtinebam*, inqit, *civitatem morbidam, aut inſalubrem dicere, in qa mortui qoqe ambulent?* Refert Strabo. *l.* 14.

Φυλλάεια δὴ καὶ τὰ τεχνία σου] Hinc Epictetus, δύσφημον exiſtimanti de puerulo dicere, Ἄνευον ἀποθανεῖν, *cras forſitan morietur*; Λέγε δύσφημον εἶναι καὶ τὸ φυλλορροεῖν. vide *ad l.* 11. § 33, 34. & apud nos in patria lingua, *infantes floſculos* eſſe, vulgari diverbio dicitur. Cæterùm qo modo φυλλάεια Marcus iſtîc, ità χολλάεια ἢ χοχλίδια uxorem liberóſqe dixit Epictetus *enchirid. c.* 12. vel 7. potiús. Lucian. in ſpeculant. Ἐκεῖνο μὲν ὁ χαίρων, ὅτι ἄῤῥενα παῖδα ἔτεκεν αὐτῷ ἡ γυνὴ, καὶ φίλος διὰ τοῦτο ἔσται, καὶ τὸνομα τῷ παιδὸς πιθήσεται, ἅρα ἂν σοι δοκῇ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γενομένῳ; ἀλλὰ τὸ ἄπιστον, ὅτι τὸν μὲν ξυντυχόντα ὁπόταν παιδὶ ἐκείνῳ ὁρᾷς, τὸν τοῦ ἀθλητοῦ πατέρα, τοῦ Ὀλύμπια νενικηκότος· τὸν γείτονα δὲ, τὸν ἐπικομιζόμενα τὸ παιδίον οὐχ ὁρᾷς, οὐδὲ ὅτι δὲ, ἀφ' ὅτου αὐτῷ κέρκης ἐπέφυκε. Senec. *ad Marci c.* 9. *Tot præter domum noſtram ducuntur exeqiæ; de morte non cogitamus: tot acerba funera; nos togam noſtrorum infantium, nos militiam, & paternæ hæreditatis ſucceſſionem animo agitamus. tot divitum ſubita pavpertas in oculos incidit: & nobis nunqam in mentem venit, noſtras qoqe opes aqè in lubrico poſitas. Acerba* cùm dixit, *poma* alludebat, qibus poeta ignobilis in fictitio *Hadriani & Epicteti* colloqio, prout *foliis* Homerus & ex Homero Marcus iſtîc, nos contulit *diſticho illo*;

Poma ut in arboribus pendent; ſic corpora noſtra,
Aut matura cadunt, aut citò acerba ruunt.

Καὶ ταῦτα τὰ ἐπιδοῶνλα] ἀνθρώπια ſcil. ut *l.* 9. § 29. ἀνθρώπια μυξῶν μεσά.

Σὺ πάντα ὡς αἰωνίαις ἐσόμεθα] Senec. *epiſt.* 120. *At nos corpus tam putre ſortiti, nihilominus æterna proponimus, & qantum poteſt ætas humana protendi, tantum ſpe occupamus, nullâ contenti pecuniâ, nullâ potentiâ. nihil ſatis eſt morituris, imò*

mori-

morientibus. quotidie enim propiùs ab ultimo ſtamus, & illò unde nobis cadendum eſt omnis hora impellit.

Μικρὸν γὰ καταμύσεις] Paulò pòſt morieris. καταμύειν, connivere, oculos claudere, pro, mori. qia moribundis viſus deficit, mortuis oculi clavduntur. indè formulæ illæ *Il. ε. v.* 82. & alibi freqenter;

——τὸν ἢ κατ' ὄσσε

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος. —— & *ibid. v.* 47.

——,υγερὸς δ' ἄρα μιν σὺν ἕλε.—

Item *Il. π. v.* 350.

——δαπέτῳ ἢ μέλαν νὺξ ἀμφεκάλυψεν.

Sed & apud Maron. *Æn. l.* 10.

——letho cancuntia lumina ſolvit.

&, *Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus; in æternam clauduntur lumina noctem.* Contrà, βλέπειν, ſive, *videre*, pro *vivere*; & βλέποντες *videntes*, pro, *viventibus*. Evripid. *Troad.*

Οὐ ταυτὸν, ὦ παῖ, τὸ βλέπειν τὸ κατθανεῖν.

Τῷ μὲν γὰ ὕδωρ, πᾶ δ' ἔτεκνον ἀλώπεξ.

quod Theocrit. *idyll.* 4.

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν· ἀπήλπιστοι ἢ θανόντες.

Idem *Iphigen. Tauric.*

Θανεῖν μᾶλλον ἢ βλέποντ' ἄξια φίλοις.

Quod idem alibi:

Οὐκ ἂν θελοίμι καὶ σὲ ζῶντα φίλων.

&, Ἅλιον ὁρᾶν, φῶς ὁρᾶν, pro eodem. Evripid. *Troad.*

——ἆρά μοι ἄμεινον λέγουσι;

Et Ione: Ἥδιον ἂν θανοίμην, ἢ τ' ὁρᾶν φάος. Syntaxis inſolens, ſed qualis illa (ut obiter adnotem) *Herc. fur.*

Παραινέσαιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάσχειν κακῶς.

Idem. *Iph. Taur.*

Οὐ ῥᾴδιον ἦπαρ ἢ μὰ φῶς ὁρᾶν θέλα.

&, Αἰσχρὸν θανόντι σε βλέπειν ἡμᾶς φάος. Itémque, *Alceſt.*

Χαίρειν ὁρᾶν φῶς πατέρα δ' ὃ χαίρειν δοκεῖς

Cui ſubjungit Epictet. *l.* 2. *c.* 22.

Θέλεις βλέπειν φῶς πατέρα δ' ὃ θέλειν δοκεῖς

Ità Naſo, *triſt. l.* 5. *eleg.* 4.

Sive diem videat, ſive tegatur humo.

§ 35. Τὰ χλοερὰ θάλλα] viridia enim oculis grata ſunt, viſúmque reficiunt. Plut. *de tranqill.* τὰς ὄψεις ὑπὸ τῆς ἀγαν λαμπρῶν πτοουμένους, ταῖς ἀνθηραῖς καὶ ποώδεσι χρείαις παρηγορῶμεν. Et Baſil. Cæſ. *ep.* 5. Τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὑπεισιόντι ποτε συντόνως τὰ λαμπρὰ καταβλάψαι, φέρει πολὺ ῥᾷον θεᾶσθαι τὰ χλοερὰ καὶ χλοάζοντα τῶν χρωμάτων ἐπανειλῆσθαι. Plut. idem *de amor. frat.* Ὀφθαλμιῶντες διόμεθα δεῖν ἀποφέρειν, ὅτι τὰ μὴ ποικίλα πολυχρὼ μηδὲ ἀντιτυπίαν, πλὴν ὄψιν.

Καὶ πλὴν ὑγιαίνουσαν ἀκολουθεῖ] Ad *eurem* retulit, ſed animi, non corporis, ἠθικῶς & φυσικῶς conſideratam, qod hìc Marcus, de *ſtomacho*, Joannes ὁ Χρυσορρήμων *in Act. Apoſtol. orat.* 55. qo loco laudans Apoſtoli illa *ad Cor. ep.* 1. *c.* 3. *v.* 2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰ ἠδύνασθε. & *ad Heb. c.* 5. *v.* 11, 12. Γάλακτος δὲ χρείᾳ κατέστητε, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς· ἐστὶ γὰ νήπιος γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. Sed & audtorum Chriſti illud, Joan. *c.* 6. 60. Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; qibus adjici poterant, cùm Chriſti ipſius ad ſuos illa. Joan. *c.* 16. *v.* 12. Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν· ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. tum & Apoſtol. *ad Tim. ep.* 2. *c.* 4. *v.* 3. iſta, τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, κνηθόμενοι τὰς ἀκοάς. qantam in illis avris infirmior, in iſtis infirmior notari videtur. Εἰ γὰ, inqit, ἔστιν ἀδύνατα καὶ ἀκοῆς καθαρᾶς γὰ τύραννος, οὐκ ἂν δέξαιτο ὑγιεινὰ σιτία καὶ δυσκατέργαστα, ἀδυνὴς ὢν, ὅτι καὶ ψυχὴ ὀγκωθεῖσα, καὶ φλεγμαίνουσα, ἄτονος γενομένη καὶ ἀκμῆς, οὐκ ἂν δύναιτο δέξασθαι τὸν πνευματικὸν λόγον· ἐν ᾧ ἰσχνὸς καὶ ὑγιεινὸς, πάντα ῥᾷστα, πάντα εὐχολα. Eodem retulit & Lactant. *inſtit. l.* 5. *c.* 4. *Sicut infans ſolidi ac fortis cibi capere vim non poteſt, ob ſtomachi tenerìtudinem, ſed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus veſci fortioribus poſſit: ità & huic, oportebat, qia nondum poterat capere divina, priùs humana teſtimonia offerri.*

Τὸν ὑγιαίνοντα σώφρονα πρὸς πάντα πρόθυμα ἐμοίως ἔχειν] vide *ſuprà* § 31. Epictet. *diſſert. l.* 4. *c.* 4. Μὴ γίνου δυσάρεστος, μηδὲ κακοσώφρονος πρὸς τὰ μυθώδια. Plut. *de trangill.* ex Evrip. *Oreſt.*

Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἰατρείας ὕπο·
καὶ γὰ ἡ γυνὴ λυπεῖ, καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτῶν τα
καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κλινίδιον,
Φίλων δ' ὅτ' ἐλθὼν * λυπερός, * λυπρὸς.
ὅτ' ἀπιὼν βαρύς,

Ὡς ὁ Ἴων φησὶν· εἶτα τῆς νόσου πραυθείσης, καὶ πρόσωπον ἑτέρας γενομένης, ἥδιον ἡ ὑγιεία φίλα πάντα ποιοῦσα καὶ σεμνιῶν· ὁ γὰ χθὲς ἀπὸ καὶ ἀμύλια καὶ * σπάνιον [οἰνηρὸν H. Steph.] ἄρτον ἡδέως ἐσθίων, πίνειν αὐτόπυρον ἐπ' ἐλαίας ἢ καρδαμίδι σιτεῖται σεσηριλὼς καὶ σεσυδωμένος. Nec multò pòſt: Ἐν τῷ πυρέττειν πικρὰ πάντα καὶ ἀηδῆ φαίνεται γινομένοις· ἀλλ' ὅταν ἰδιώτης ἑτέρᾳ τὰ αὐτὰ σεσηρεσιμένῃ καὶ μὴ δυσχεραίνοντας, ὑπὲρ τὸ στῆθος, ὅτι τὸ ποτὸν, ἀλλ' ὑπὸ αἰτιώμεθα καὶ πρὸ νόσου· ὅπου καὶ τοῖς πράγμασι ταυτόμεθα μεμφόμενοι καὶ δυσχεραίνοντες [ἐν ἑτέρᾳ τὰ αὐτὰ σεσηρεσιμένοις ἀλύπως καὶ ἱλαρῶς ὁρῶμεν. Idem *de utilit. ex inimic.* Ὥσπερ γὰ τὰ ῥαμνὰ τοῖς στομάχοις καὶ ὑγιεινότατα ἦν ζώοις ὄρεσι ἐδώδιμα καθαπτεῖ καὶ σκιρπᾶς ἐστὶ καὶ λίθοις καὶ ὀρέγμοις φύεται, μελαδάλωσι δὲ ἐπιτήδεια καὶ θερμότητα ἀνδμαλῆ· οἱ δὲ στικτοὶ καὶ νοσώδεις ἄρτῳ καὶ οἴνῳ σεσηρεσιμένοι ναυπηγοῦσιν ὕπνοι οἱ μὲν ἀνύκτοι καὶ τὰς φιλίας διαφθείρουσιν, οἱ δὲ φενάκαι καὶ πᾶσι ἐχθραὶ ἐμμελῶς χρῆσθαι δύνανται. Accedit huc

huc, qod de Tantalo Pindarus, *Olymp. od.* 1. Ἀλλὰ γὰρ καλαπέλσαι μέγαν ὄλεθον ὑπ᾽ εὐωπᾶν· κόρᾳ δ᾽ ἔλεν ἄπαν ἀκήρατον.

Ὀφθαλμὸς ὅτι] *oculus est.* i. e. instar oculi, vel sicut oculus. Sic Flaccus *l.* 1. *epist.* 2.

——*qi rectè vivendi prorogat horam,*
Rusticus exspectans, dum defluat amnis. --

i. e. instar rustici expectantis. & in arte:

Nec verbum verbo curabit reddere, fidus
Interpres.—— i. e. instar fidi interpretis.

§ 36. Ἀναπνεύσω μήπως ἀπὸ τούτου τοῦ παιδαγωγοῦ] forsan ἀναπνεύσωμέν ποτε. *respirabimus aliquando.* vel, ut scripturæ receptæ nec literulam mutemus, ἀναπνεύσωμεν, *respiremus.* qia seqitur ἵνωμεν. nè τὸ μήν illud sit superfluum. Festivè Annibal, referente Plutarcho, τὸν μὲν Φάβιον, ὡς παιδαγωγὸν, φοβεῖσθαι τὸν δὲ Μάρκελλον, ὡς κατανυστικὸν, ὑφ᾽ ἧ μὲν γὰρ κωλύεσθαι κακόν τι ποιεῖν· ὑφ᾽ ἧ δὲ καὶ πάσχειν. Vide nostrum *supra l.* 5. § 9. De Henrico 5. Imp. Lambertus Schafnaburg. *Is* (Herimannus Archiep. Colon.) *ubi se in sua recepit; Rex tanqam severissimo pædagogo liberatus, statim in omnia flagitiorum genera præcipitem se dedit.* De Avreliano Vopiscus: *Senatus mortem ejus graviter tulit: gravius tamen Populus Romanus, qi vulgò dicebat, Avrelianum pædagogum esse Senatorum.*

Ἡσυχῇ καλαγινώσκει ἡμῶν] Avtor *sap. Solom.* c. 2. v. 14, 15. Ἐλέγχιον ἡμῖν εἰς ἔλεγχον ἐνθυμίων καὶ ἐλαπόθεσιν τοῖς ἔργοις ἡμῶν· βαρὺς ἐστιν ἡμῖν καὶ ἐλαπόθετος, ὅτι ἀνόμοιος τοῖς ἄλλοις ὁ βίος αὐτῦ. Isidor. Pel. *l.* 2. *ep.* 50. Ἔλεγχον τῇ ἰδίᾳ βίᾳ τὴν ἐκείνων πολιτείαν ἡγοῦνται. & *l.* 4. *ep.* 210. ἔλεγχον ἡγοῦνται ἑαυτῶν τοὺς ἀρίστους τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἀρετάς. Itaqe qod idem *l.* 3. *ep.* 211. Παντὶ τρόπῳ οἱ δεῖνες παρὰ τὴν φαῦλον μισοῦνται. Dion Prus. *orat.* 72. Οὐ διώκονται ἡδέως ὁρᾶν τοὺ φιλοσόφου ἦθος ἔλεγχος, ὅτι πεθανόσων καὶ ἐξελέγχειν παρεσκευασμένος λοιδόρου, ἀλλὰ σφεκρίνων καὶ διαμέλγοντα. ὥσαν ἂν οἱ παῖδες ἡδέως ὁρᾶν διώκονται, ἐς ἂν * ἴσωσι [* ἴδωσι f.] παιδαγωγῦ ἦθος ἔλεγχος, καὶ παρεσκευασμένος ὅπως ὡς ὀπλίζοντας αὐτοὺ, καὶ ἂν ὀπτρέλοντας ἁμαρτάνειν, ἐκ ῥᾳδιμέν. Cyprian. *epist. ad Donat.* *Malos qisqis non imitatur, offendit.* &, *castigare* videtur, *qi cuncte dissentit.* Lactant. *instit. l.* 5. *c.* 9. Petron. *satyr.* *Non dubiè ità est. Si qi vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ insistere cæpit, primùm propter morum differentiam odium habet. qi enim potest probare diversa? deinde qi solas extruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, qàm qod ipsi tenent.*

Ἐκ τούτου βίου ἀπάγομαι] vide *ad l.* 9. § 3.

Μὴ ἀπαιώμενος] *Non avulsum vitæ.* Senec. *epist.* 30.

Ὡς ὅτι τῶ ἐυδαιμόνως] De Avgvsto Sveton. *l.* 2. *c.* 99. *Sortitus est exitum facilem, & qalem semper optaverat. nam ferè qoties audisset citò ac nullo cruciatu defunctum qempiam, sibi & suis εὐθανασίαν* similem (*boc enim & verbo uti solebat*) *precabatur. Sortitus exitum facilem.* hoc est, εὐθανασίαν. cui contrarium est τὸ δυσθανατεῖν, qod est apud Hippocratem, ut declarat Galenus, τὸ βραδέως καὶ σὺν ὀδύνῃ θνήσκειν· & τὸ ψυχομαχεῖν apud avtorem *qæstionum* sub nomine Athanasii *ad Antiochum.* Casavb. *ad Svet.*

Εὐκόλως τὸ ψυχάριον ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξειλεῖται] Ità *l.* 9 § 3. τὸ ψυχάριον τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπηδᾷ τα.

Σωφρονῶ καὶ σωφρονῶ] Ità Epicharmus *ad l.* 7. § 50. Σωφρονεῖν. Tertull. *de resurrect. c.* 14. *totum porrò hominem ex utriusqe substantiæ concretione pavere.* vide *l.* 7. § 67.

Ἀλλὰ νῦν διδῶμι] vide *l.* 8. § 18 Carneades moribundus; Ἡ συνήθεια φύσιν καὶ διαλύσει. Laert. *l.* 5.

Οὐ μὴ ἀνθελκύσω] qod priùs ἀπαιώμενος. vide *l.* 3. § 5.

§ 37. Οὗτος τοῦτο ὑπὸ τίνα φέρει] vide *ad l.* 2. § 16. & *l.* 11. § 21. Casavb. *ad Pers. sat.* 3. *Scopus est qi petitur; sagittæ & tela sunt actiones vitæ.* Philo Jud. *de confus. lingu.* Πλεῖστον ἦ δεῖται ἕκαστος αὐτῷ σκοπὸν προθεῖναι, ὑπὸ τοῦτον ὥσπερ βέλη, τὰς τοῦ βίου πράξεις ἀπάσας ἀφῆκεν.

Σεαυτὸν πρῶτον ἐξέταζε] de Socrate Epictet. *l.* 2. *c.* 1. ἑαυτὸν ἤλεγχε καὶ ἐξέταζε. Ità Sophon. *c.* 2. *v.* 1. *Excutite vos, excutite vos, inqam.* sive ut R. Camius explicat, *Inqirite in vosmetipsos, tum in alios.* Jerem. *Thren. c.* 3. *v.* 40. *Scrutemur & excutiamus vias nostras.* Paulus *ad Cor. ep.* 2. *c.* 13. *v.* 5. Ἑαυτοὺς πειράζετε· ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. & *ep.* 1. *c.* 11. *v.* 28. Δοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἑαυτόν. & *ad Gal. c.* 6. *v* 4. Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος. Gregor. Naz. in *Iamb.*

Σαυτὸν δ᾽ ἐρεῖνα πλεῖον, ἢ τὰ σὰ πόλας·

Τὸ μὲ γὰρ αὐτὸς κερδανεῖς, τὸ δ᾽ οἱ πόλας.

Gregor. Rom. *in Job. l.* 14. *c.* 15. *Ordo erectionis in bono, ut primùm contra nos, tum contra alios erigamur.* Sen. *ep.* 66. *Me priùs scrutor; deinde hunc mundum.* Spectat huc Heraclidi illud, qi interrogatus, qid ageret, respondit, ἐξιζητάμην ἐμαυτόν· *meipsum exqirebam* i. e. excutiebam. Refert Plutarch. *adv. Colot.* & Julian *de cynism. orat* 1. Laërt. etiam *l.* 9. sed qem Philosophi mentem non assecutum, docet Casavb. *in not* Cæterùm hoc ille cum pavcis. Persius *sat.* 4.

Sit nemo in sese tentat descendere, nemo?
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

§ 38. Τὸ νεφρασταῦν ὅτιν ἐκεῖνο] de vocabulo isto vide sis *ad l.* 2. § 2. & *l.* 7. § 3. Is. Casavb. *ad* illud *Pers. sat.* 5. *v.* 129.

——*sed si intus & in jecore ægro*
Nascuntur domini—— &c.

Si exteriorem dominum non habes, interiorem verò circumfers, non unum ſed plures, qà fronte liberum te dices? hi ſunt domini, qi domi naſcuntur, & nervos intus agitant. ait Marcus ſanè qàm ἐμφατικώτατα, illud occultum quod intus nos movet, id eſſe ἡγεμονίαν, ζωλὸν, ἄνθρωπον, hoc eſt, quod faciat nos hoc aut illud ſtudiosè proſequi; exempli cauſsâ, eloquentiam, id eſſe per quod vivimus; qia ità vivimus, ut illud eſt, quod nos impellit: libidinosè, ſi libido urget; meticulosè, ſi metus; iracundè ſi ira. denique hic velut alius quidam homo eſt, dominus illius intra quem habitat. hæc mens optimi imperatoris; qi ſic alium hominem intra hominem collocat, ut Perſius ait hîc, intus naſci dominos. idem eſt enim. Hæc ille. Ego tamen Mer. filio potiùs accedo, qi τὸ νοεροσυνθ istîc interpretatur *opiniones*, ſive *dogmata in pectore ſive mente deliteſcentia*, unde non actiones tantùm, ſed & affectiones illæ ortum ſuum habent. hoc enim paſſim inculcat Marcus. τὸ ἡγεμονικὸν ſive mentem illud ipſum eſſe, qod quocunqe velit hominem impellit, qodqe omnem prorſus cuiq; moleſtiam faceſſit. vide *ad l. 7. § 15.* Qanqam conciliari poſſunt iſta, ſi illud adverterimus, Stoicis affectus nihil aliud videri qàm δόξας ψυδεῖς καὶ κενὰς πονηρὰς, ſive *opiniones falſas ac depravatas*, utì ex Chryſippo docet Galenus paſſim. in *libr. de dogmat. Hippocr. ac Plat.* Plut. *de virt. moral.* & Cicer. *Tuſcul. l. 4.* Verùm Marci mentem expreſſitoptimè, eâdem planè abuſus imagine, Tertullianus *de anima c. 6.* his verbis: *Anima movet corpus; & conatus ejus extrinſecùs foris parent. ab illa eſt enim impingi, & pedes in inceſſum, & manus in contactum, & oculos in conſpectum, & linguam in effatum, velut ſigillario motu, ſuperficiem intus agitante.* vide *l. 2. § 3.* Nec abſceſſit longè Varro, qi in *ſatyra*, cui titulus, *Mutuum muli, animam grallatori, corporis artus grallis contulit.* dictionem peſſimè habitam, poſt aliorum conatus havd infelices prorſus, nos ſic reconcinnare tentavimus. *Grallatores qeis gradiuntur, pertica ligneæ, ab hominis vi, qi inſtat, agitantur. ſic illi animi noſtri ſunt grallæ, crura ac pedes noſtri; ex ſe ἀκίνητοι, ſed ab animo movențur.*

Ἐκεῖνο ἄνθρωπος] vide *lib. 12. § 30. 33.* R. Judas in *Cozrao l. 1. c. 49. Anima revera ipſa eſt homo. illud enim ex Moſe qod nobiſcum loqitur, & intelligit, & dirigit, non eſt lingua, vel cor, vel cerebrum ejus. Verùm iſta ſunt Moſis organa tantùm; anima autem ipſe Moſes eſt.* Philo *de agricult.* Ἄνθρωπος ἡ ὁ ἐκ θεοῦ ἡμῶν τὶς ἂν εἴη πάλιν ὁ νοῦς ὃς τῶν ὑπὸ τῆ ἀσωμάτων καὶ φυλλοβόλων ἀφελείας εἴληφε χαρακτῆρας. Et *de hæred. divin.* Ὡσὲ ὁ μὲν κατ' ἔμφασιν ἡμῶν τὶς χρεῖος καὶ περὶ ἀλήθειαν ἄνθρωπος ὄζι. & Plato *in Alcib. 1.* ὅτι τὸ σῶμα, ὅτι σωματοφόρητόν ὄζιν ἄνθρωπος. & mox; λείπεται μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον εἶναι ἢ ἢ ψυχή. qod ibi fuſiùs differitur. τὸ νοῦν ἕκαστος εἶναι ἕκαστος. Ariſtot. *ethic. l. 9. c. 4.* Cicer. *ſomn. Scip. mens cujuſque, is eſt qiſque, non ea figura, qæ digito demonſtrari poteſt.* Idem. *Academ. l. 4. Ariſtippus, qaſi animum nullum habeamus, corpus ſolùm tuetur: Zeno, qaſi corporis ſimus expertes, animum ſolùm complectitur.* Macrob. *l. 1. c. 13.* Ergò, *qi videtur, non ipſe verus homo eſt; ſed verus ille eſt, à qo regitur qod videtur.* atqi Tertullianus *de reſurr. c. 33. tam corpus homo, qàm & anima.* Et fidentiùs paviò ex Moſis verbis *Geneſ. c. 2. v. 7. adv. Marcion. l. 2. c. 24. qid eſt homo aliud qàm caro? Siqidem nomen hominis, materiæ corporalis, non animalis à creatore ſortita eſt. Et fecit hominem Deus, inqit, limum de terrâ; non animam; anima enim ab afflatu.*

Μηδέποτε] Annecti poſſunt ſuperioribus iſta: qanqam à Marco, tanqam ſeorſim habita, ponuntur.

Συμφεγγαντάζου] compoſitum Stoici commaticis vocabulum ſatis inſolens. *Nè ſolicitus fis de his.* Caſ. *Nè animo tibi proponas.* Xyl. *nè junctim cum principali illo contemplare & intuere iſta.* φαντάζεσθαι contemplari. Gregor. Naz. *orat. de bapt. de Deo; φῶς, ὅσον ἂν καθαιρώμεθα, φαιδρύζομεν ἡ ὅσον ἂν φαιδρυζώμεθα, ἀγαπώμενον.*

Τὸ ἡγεμονικὸν ἀγγεῖδες] Corpus nimirum, qod & ἀγγεῖον dixit, *l. 3. c. 3.* & τὸ ἡγεμονικὸν, *ſuprà § 1. & l. 12. § 2, 3.*

Τὰ ὀργάνια ταῦτα] *inſtrumenta mentis* corporis membra: ea enim eſt, qæ eis omnibus utitur. qâ ratione & ὄπλα eadem dicuntur Apoſtolo *ad Rom. c. 6. v. 13.* vide *ad l. 5. § 21. & l. 7. § 35.* Ità Alex. Aphrodiſſ. *de beatit.* τὸ σῶμα ἡμῖν ὄργανον ὂν ὑπὸ τῆς φύσεως λέγεται πρὸς τὰς κατὰ φύσιν πράξεις. Nemeſ. *de natur. hom. c. 6.* ἡ δύναμις ψυχῆς, τὸ δὲ ὄργανον σώματος. & Gregor. Nyſſ. *de homin. opific. c. 12.* Καθάπερ ἡ μουσικὴ ὄργανον ἄπαν τὸ σῶμα ἁρμόσατο. Plutarchi nomine auctor *Platonic. qæſt. q. 7.* vult Platoni dicta in *Timæo* ψυχῆς ὄργανα, τὰ περὶ ζῶον σώματα: atqe indè animam σώματος φυσικῆ ὀργανικὴ ἐντελέχειαν finitam Ariſtoteli, *de anim. lib. 2. c. 1.* Plut. ipſe in *ſympoſ.* Ψυχῆς γὰρ ὄργανον τὸ σῶμα, θεῖ δὲ ἡ ψυχή. & *de Pyth. oracc.* Σῶμα μὲν ὀργάνοις χρῆται πολλοῖς, αὐτῷ δὲ σώματι ψυχὴ καὶ μέρεσι τοῦ σώματος· ψυχῆ δὲ ὄργανον θεῖ χρῆται. Plin. *Hiſt. nat. lib. 11. c. 37. Animo videmus, animo cernimus; oculi, cev vaſa quædam, viſibilem ejus partem accipiunt, atqe tranſmittunt.* Add. *Perſ. ſat. 3.* Caſaubon. *Stoicorum eſt illud ſcitum, τὸν ἄνθρωπον ὑποδὺς καὶ πλὴν λογικῆ ζῴῳ, σώματι ἡ χρῆσθαι ὡς ὀργάνῳ. qod multis locis illuſtrat Simplicius in enchiridium ſapientiſſimi ſenis.*

Μόνα δὲ διαλέγεται, καθὸν φέρεται] Hoc tantùm, inqit, intereſt inter membra corporis & inſtrumenta externa; qòd *ut gnava* ſuæ *ille, iſta non item.*

item. contrà, quàm de servis Aristot. *polit. l. 1. c. 4.* ὁ γὰρ δοῦλος ὄργανον ἔμψυχον, καὶ μέρος τι τῆς διανοίας, ὡς ἔμψυχόν τι τὸ σώματος, κεχωρισμένον δὲ μέρος. Atqui Simplicius in *præfat. comment. in Epict. enchir.* τὸν ἀληθῶς ἄνδρωπον, asserit, τῷ σώματι, οὐχ ὡς μορίῳ συμοῦσι, ἀλλ' ὡς ὀργάνῳ χρῆσθαι. ad quem locum vide fis quæ in *annot.* Hieron. Volfius adversus Simplicium disserit. Hoc autem argumento etiam, Tertulliano referente, *de resurr. carn. c. 16.* corpus excusatum qidam ibant, né aut rearûs in crimine, aut in judicio supplicii cum anima particeps censeri deberet. *carnem nihil sapientem, nihil sentientem per semetipsam, non velle, non nolle de suo habentem, vice potiùs vasculi apparere animæ, ut instrumentum, non ut ministerium. itaque animæ solius judicium præsidere, qualiter usa sit vasculo carnis: vasculum verò ipsum non esse sententiæ obnoxium.* verùm ista ille subtilissimè in seqentibus refutat; quæ transcribere integra molestum nimis foret. inter alia, qod sufficerit, hoc præscribitur: *Ab exemplo vacare diversitatem rerum. Omne enim vas, inqit, vel instrumentum alioundè in usus venit, extranea omnino materia à substantia hominis: caro autem ab exordio uteri consata, conformata, congenita animæ, etiam in omni operatione miscetur illi. nam etsi vas apud Apostolum vocatur (ad Thess. ep. 1. c. 4. v. 4.) eadem tamen ab eodem homo exterior appellatur: ille scil. limus, qi prior titulo hominis incisus est. (Gen. c. 2. v. 7.) non calicis, aut gladii, aut vasculi ultius. Vas enim capacitatis nomine dicta est, qà animam capit & continet. homo verò de communione naturæ, quæ eam non instrumentum in operationibus præstat, sed ministerium. ità & ministerium tenebitur judicio, etsi de suo nihil sapiat; qia portio est ejus quæ sapit, non supellex.* Quanquam idem, *de anim. cap. 40. Res est caro alterius planè substantiæ, & alterius conditionis: addicta tamen animæ, ut supellex, ut instrumentum, in officia vitæ. Nec enim de proprio sapit qid, aut sentit, ad suadendam vel imperandam peccatelam. qidni, qæ ministerium est? & ministerium, non qale servus, vel minor amicus, animalia nomina; sed qale calix, vel qid aliud ejusmodi corpus, non anima.*

Ad Librum XI.

§ 1. Αὐτὴν ὁρᾷ] Theodoric. de S. Victor. *ad fratr. Mont. Dei. Egregium instrumentum corporis est oculus, si sicut cætera, sic videre posset semetipsum. qod cùm interiori oculo concessum sit: si ad exterioris exemplum seipsum negligens, vocat circa aliena, etiam cùm vult, ad seipsum redire non valet.* August. *de Trinit. l. 9. c. 3. Mens ipsa se novit. nec enim ut oculus corporis videt alios oculos & se non videt; ità mens novit alias mentes, & ignorat semetipsam. per oculos enim corporis corpora videmus, qia radios qi per eos emicant, & qicqid cernimus tangunt, refringere & retorqere in ipsos non possumus, nisi cùm specula intuemur. mens verò ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit; sic incorporearum rerum per semetipsam; ergò & semetipsam per semetipsam novit.* Nec advertatur, qod Basil. Cæsar. *orat. 3. τὸ ὄντι καταπληκτικὸν ὄντως ἑαυτὴν ἐπιγνῶναι· ἡ γὰρ μόνον ὁ ὀφθαλμὸς τὰ ἔξω βλέπων, ἐφ' ἑαυτὸν δὲ κλεῖται τὴν ὄψιν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ νοῦς ὄξεως τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα βλέπων, βραδὺς ἐστὶ πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπίγνωσιν.* Sed nec qod ex Cicer. *Tusc. l. 1.* Joan. Saresber. *Metalog. l. 4. c. 20. Non valet tantum animus ut plenè seipsum videat; sed ut oculus, sic animus se non videns, alia cernit.* Ille enim de tarditate mentis humanæ ad errata sua advertenda, iste de plena ac perfecta, quæ revera istîc non datur, sui cognicione loqitur.

Ἑαυτὴν διαθεῖ] *sese aptat*, inqit, & fingit mens. qod de fortuna Plautus *Capt. 2. 2. Fortuna humana fingit artâque ut lubet.* Non ità se corpus. istud format & articulatim effingit anima, non ipsum se. Siqidem ut ex Themistio *de anim. l. 1.* Jul. Scaliger. *de subtil. exerc. 6. § 9. Anima sui est domicilii architecta.* vide *l. 10. § 26.* Verùm de parte animæ principante Marcus istîc.

Ἑαυτὴν ὑπείκειν δὲ βούλεται ποιεῖ] vide *l. 6. § 8. & l. 8. § 55. & l. 10. § 13.*

Τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρπεῦται] vide *l. 9. § 9.* Ità Joan. *c. 4. v. 36.* συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. & ad Rom. *c. 6. v. 22.* ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. Epictet. *l. 1. c. 29.* τοῦτον νόμον ὁ θεὸς τέθεικε, εἰ τι ἀγαθὸν θέλεις, παρ' σεαυτοῦ λάβε. & *c. 29.* τὸ ζῷον αὐτὸ ἵνα καὶ πάντα ποιεῖ· ἢ τὸ λυπηρὸν, αὐτὸς ὁ Ζεύς. vide *infr. § 4.*

Τὸ ἀνάλογον ἐπὶ μὲν ζώων] qasi καρπὸς de animalibus dici insolens sit. Verùm Hebræis nihil usitatius, quàm פְּרִי i. e. καρπὸν *fœtum* animantium atque adeò hominis etiam nominare. ità Moses

Moſes *l.* 5. *c.* 28. *v.* 4. *fructus uteri tui, & fructus jumentorum tuorum.* & Pſalt. *Pſal.* 132. *v.* 11. *ex fructu ventris tui.* Lucæ item *evang. c.* 1. *v.* 42. Eliſabetha Mariæ Θεοφόρῳ, εὐλογητὸς ἡ ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

Οὐχ ἅπαντες ὅτι ὀρχήσεται] Vide *ad l.* 3. § 8. & *l.* 8. § 32. & *l.* 12. § 36.

Ἕτι ἐγκόψῃ] *Siqid offendatur*, Xyl. *ſiqid interruperit*, Caſ. meliùs. malim tamen. *inciderit.* ut Flaccus *lib.* 1. *ep.* 14. dixit, *incidere ludum.* & Senec. *ep.* 101. *quam premimus horam, caſus incidit.*

Ἀλλ' ὅτι πάντες μῖρας ἀῤῥῆτε] Senec. *ep.* 61. *Id ago, ut inſtar totius vitæ ſit dies.*

Ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά] Vide *lib.* 4. § 29, 49. & *l.* 9. § 42. *in fine.* & *lib.* 10. § 1. hinc Bianris ſapientis illud, cujus Cicero meminit, in *paradox.* 1. *omnia mea mecum porto.* Emendilponis itidem apud Senecam *epiſt.* 9. & *de conſtant. ſap. c.* 5. (licèt aliter pavlò referam alii. vide *infr ad* § 36.) *omnia mea mecum ſunt.* qò alluſit Senarii illius autor,

* Σοφὸς ὃς * Ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ πᾶν τὸ παρ' αὑτ. ἐστὶν ἴδιον.

Grot. *Sapiens opes ſecum ipſe circumfert ſuas.*

Et quod de Jobo Avg. *de diverſ.* 12. *omnia perdiderat, & plenus erat.* vide Epictet. ex *lib.* 3. *c.* 24. *ad l.* 10. § 1.

Περιέρχεται τὸν ὅλον κόσμον] Vide *lib.* 7. § 47, 48. vide & Platon. *ibid.* § 35. ex *polit. lib.* 6. Idem in *Theætet.* de philoſopho genuino: Τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ· ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα φύσεται, καὶ ἅτε οὐδὲν γεωμετρήσασα, ἐρρύη τε ὕψος ἀστρονομήσασα, καὶ πάσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη ἔνδον ὅλην, εἴς τε τὸ ἔγγυς οὐδὲν αὐτῇ συνεπιδήσασα. qem Platonis locum laudat & Porphyr. *de abſtinent. anim. lib.* 1. ſed & Clem. Alex. *ſtrom. lib.* 5. & ex Clem. Euſeb. *præpar. lib.* 13. *c.* 13. & Theodoret. *therap. lib.* 12. niſi qò Clem. & Euſeb. pro ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα φύσεται, legunt αὐτὸς ἢ πέπαται. ac Theod. Ἡ δὲ διάνοια πανταχῇ πέπαται. Alluſit eodem, ſed in alio argumento Marcus noſter *lib.* 2. § 13. in eodem planè & Galen. *hortator. c.* 1. Philo Jud. *de monarch.* Τούτων γὰρ (philoſophus loquitur) ὁ λογισμὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἄνω μετέπεσε ἀφθόνως αἰθερωθεὶς, καὶ συμφεπόλει ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τῇ σύμπαντι ἐρανῷ, ταχεῖ πάντα γλιχόμενος ἴδειν. Idémque *de malor. inſid.* Πῶς δὲ ὄντα φύσει μόνον ἄλυπα καὶ ἀπολυπῆ ἡδύνατο; ἢ καὶ τὸ ἐνταῦθα καὶ τὰ ἑπόμενα καθορᾶν; ἢ διάλαμπαν μὲν ἀφεῖλεν, ἄπασαν γλῆν ἢ ἔχει περέπτων ἐπιφορᾶς; ἢ ἵνα σῴζηται καὶ τὰ μετάρσια καταλαμβάνοιεν, αἴρας, καὶ πτερὰ αὐτῇ, καὶ κεφαλὴν ἐδίδυπτας, καὶ ὅσα τοῖς ἐπιόσιοι ὄρεσι, κουφογνώμονά τε καὶ ἐλαφρὸν ἔδος, ἀντιλεῖται; ἢ πάλιν δ' ἄφρος εἰς ἐρεχθὲν ἀπὸ γῆς ἀνίπταται, καὶ τοὺς ἐν ἀέρι φύσεις ἐξετάζειν, ὡς ἔχουσιν, ὡς κινοῦνται, τίνες ὄφεις τῆς κινήσεως ἀρχῆς καὶ τέλας αὐτοῖς, πῶς ἀλλήλαις τε καὶ τῷ παντὶ κατά τι συγγενείας ἴσχυον ἁρμόζον; μόνον γὰρ αὐτὸς παρ' ἡμῖν ὁ νοῦς, ὅτι πάντων ἀκυδρομώτατος καὶ τὸν χρόνον ἐν ᾧ γίγνεται δοκεῖ, φθάνει καὶ παραμείβεται, καὶ τοῖς ἀοράτοις δυνάμεις, ἀχρόνως τοῖς πᾶσι καὶ μεροῦν, καὶ σῴζεται πίστιν αἰτίων ἐπιφαίνων ἤδη ἢ ἃ μόνον ἄχει τῆς γῆς καὶ δηλαδήπω, ἀλλὰ καὶ ἀέρος καὶ ἐρεχθέος πεφάνων ἐλθών, ἐπ' ἐνταῦθα ὄση, ῥεαχωὶ ὅσον τὸ σωματοῦς καὶ ἀπαύστου δείμενομένους τὸν κόσμον ἔτι· ἀφεστώτερον ἢ ἐχώρησε, γλιχόμενος καὶ τῶν ἀκροτάλητον θεῖ φύσιν, ὅτι μὴ ἀφὲς τὸ εἶ μόνον καταλαβεῖν, ἀν δυνηται. Sicut autem hoc argumento animi immortalitatem præſtruit Philo; ità gemino ejuſdem ortum cœleſtem & divinitatem etiam quandam adſtruit Manilius *aſtronom. l.* 2.

Qúi dubitet poſthac hominem conjungere cœlo,
Cui eximiam natura dedit linguámque, capáxque
Ingenium, velucrémque animum? qem denique in unum
Deſcendit Deus atque habitat, ipſúmque requirit?
*Qui cœlum poſſit, niſi * cœli munere, nóſſe;* * ità lego, quod vulgò, *cœli munera nóſſet,*
Et reperire Deum, niſi qi pars ipſa Deorum eſt?
Atque hanc convexi molem ſine fine perennis,
Signorúmque choros, ac mundi flammea tecta,
Æ terrum & ſtellis adverſus ſidera bellum,
Atque fretum & terras cœlo, ſubjectáque utriſque,
Cernere, & anguſto ſub pectore claudere poſſit;
Nî tantos animis oculos natura dediſſet,
*Cognatámque ſibi mentem vertiſſet ad * ipſam.* * *ipſum*, Jun.
Et tantum diſtáſſet opus; cœlóque veniret,
Qod vocat in cœlum, ſacra ad commercia rerum,
*Et * primas qas dant leges naſcentibus aſtra?* * *prius.* Scal.

Cicero *de nat. Deor. lib.* 2. § 153. *Qid verò homo non in cœlum uſque penetrevit? ſoli enim ex animantibus nos aſtrorum ortus, obitus curſúsque cognovimus. ab hominum genere finitus eſt dies, menſis, annus: defectiones Solis & Lunæ cognitæ, prædictæque in omne poſterum tempus, qæ, quæ futuræ ſint. qa cognens animus accipit ab his cognitionem Deorum.*

rum. Senec. *epist.* 102. *Magna & generosa res est humanus animus: in immensum se extendit: nec ullos sibi poni nisi communes & cum Deo terminos patitur.* Hermes etiam Trismeg. ab animi vi ista ad divinam trancendens *Pœmandr. c.* 11. § 18. Νόησον τὸν ἀρχάγγελον τὰ πάντα· καὶ νόησον, ὅτι τῷ ἀσωμάτῳ οὐδὲν ὄζει ἀφιοειδικὸν, οὐδὲ ταχύτερον, οὐδὲ δυναπώτερον, αὐτὸ ἢ πάντων ἀφιοείδεσον, καὶ ταχύτατον, καὶ δυνατώτατον. Καὶ ὅτω νόησον ἀπὸ σαυτῦ· κάλλιόν σε τῇ ψυχῇ εἰς * ἦν [* χῶν ἦν δεῖ, vel χωῦ ἐχάτω *n. f.*] δὲ ἢ περιθῆναι· καὶ ταχύτερόν σε ἢ ἡλιάδιον ἐπεῖ ἔσῃ· μετιλθεῖν ἢ αὐτὴ κάλλιον ἐπὶ τὸν ὠκεανόν· ὅτως ἐπεῖ πάλιν ταχέως ἔσῃ. ἔχ ὡς μεταβᾶσα ἀπὸ τόπυ εἰς τόπον ἀλλ' ὡς ἐπεῖ ἔσα. κάλλιον ἢ αὐτῇ καὶ εἰς ἅ χεσὸν ἀναπῆναι· καὶ οὐδὲ πλερῶν δυνήσῃ· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴ οὐδὲν ἐμπόδον, ἐ τὸ τῦ ἡλίυ πῦρ, ἔχ ὁ αἰθὴρ, ἔχ ἡ δίνη, ἔχὶ τὸ ἅφ' ἄλλων ἀστέρων σύμπλα· πάντα ἢ διατεμῶσα ἀναβήσεται μέχρι τῦ ἑβδόυ σώματος. εἰ ἢ βιλήθειας καὶ αὐτὸ ὅλον διαῤῥήξαι, καὶ τὸ ἐντὸς, εἶτε π ἐντὸς τῦ κόσμυ διάσασις, ἐξεσί σοι. Ἰδὲ ὅσων δύναμιν, ὅσον τάχος ἔχεις· εἶτα σὺ μὴ δύνασαι ταῦτα, ὁ θεὸς δὲ ἔ;

Καὶ τὸ ἀεὶ αὐτὸν κενὸν] Et *vanitatem ejus.* Casaub. meliùs Xyl. *eique inane circumdatum.* hoc est quod Hermes, καὶ τὰ ἐντὸς, εἶτε π ἐντός. Ex Chrysipp. Plut. *de Stoic. contradict. c.* 42. ὅτι τῷ κόσμῳ κενὸν ἐντὸς ἄπειρόν ἐζι. contrà qàm Aristot. qi *de cælo. lib.* 1. *c.* 9. Δῆλον ὅτι οὐδὲ τόπος, οὐδὲ κενὸν, οὐδὲ χρόνος ἔζιν ἔξω τῦ οὐρανῦ. Dionysius Longinus *de Oratione sublimi, an grandi, c.* 31. Τῇ θεωρίᾳ καὶ διανοίᾳ τῆς ἀνθρωπίνης ὑπερόλης, οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος ἀρκεῖ· ἀλλὰ καὶ πολὺ τῦ περιέχοντος πολλάκις ὄρως ἐκβαίνουσιν αἱ ἐπίνοιαι. καὶ εἴ τις ἀθρόλεψαιτο ἐν κύκλῳ τὸν βίον, ὡς πλόον ἔχει τὸ ἀφοβὸν ἐν πᾶσι καὶ μέγα, ταχέως ἔσεται ἐπὶ πολλὰ ἅ χεχόμεθα.

Καὶ τὸ χῶμα αὐτῦ] Et *speciem meram externam subsantiâ soliditatéque inanem* Cas. ut sit χῶμα idem hìc Marco, qod Apostolo ferè *ad Cor. epist.* 1. *c.* 7. *v.* 31. Verùm rectiùs Xyl. *figuram illius.* qomodo Plut. *de placit. philos. l.* 2. *c.* 2. περὶ χήματος.

Εἰς τὸν ἀπειρίαν τῦ αἰῶνος ἐκλείνετω.] Seneca *epist.* 102. *Artam sibi ætatem dari non finit. omnes, inqit, anni mei sunt. nullum seculum magnis ingeniis clusum est: nullum non cogitationi proprium tempus.*

Τὸν περιοδικὸν παλιγγενεσίαν] Vide *lib.* 5. § 13, 32. & *lib.* 10. § 7. Aristocles *de philosoph. l.* 7. apud Eusebium. *præpar. lib.* 15. *c.* 11. ex Stoicorum sententia; κατὰ τινας εἱμαρμένας καὶ ἀείσυμβόλους χρόνυς ἐκπυρῶδες τὸν σύμπαντα κόσμον. *per certa præstituta definitaque temporis intervalla mundum universum conflagrare.* Et *ibid. c.* 16. Numen. *de bono lib.* 1. ex eorundem mente, post ἀνάλυσιν sive *eversionem rerum* omnium ejusmodi, ἀποκατάσασιν πάλιν γινέδς, *fieri denuo restitutionem,* sive *restaurationem;* qam & περὶ ὅλων παλιγγενεσίαν, *universi regenerationem* Eusebius *ibidem* nuncupar. eodem vocabulo de re eadem, ut Stoicis familiari, usus est & Philo Jud. *de mund. immort.* Δωίᾳ ἢ, inqit, καὶ Στωικὸς, ὁ μὲν πς κόσμος ἄϊδιος, ὁ δὲ πς φθαρτὸς λέγων· φθαρτὸς μέν, ὁ καὶ διακόσμησιν· ἀΐδιος ἢ, ὁ μετὰ τὴν ἐκπυρώσεως παλιγγενεσίας καὶ περιόδους ἀθανατιζόμενος· οὐδέποτε λησόμενος. & rursus, Καὶ μὴν ὅ τε τὰς ἐκπυρώσεις καὶ τὰς παλιγγενεσίας εἰσηγούμενοι τῷ κόσμῳ, νομίζυσι καὶ ὁμολογῦσι πρὸ ἀρχῆς θεὸς εἶναι, ὃς τῷ λόγῳ διαθεῖναι τὴν ἁρμονίαν. & ex eorundem sententia, πλὴν ἐν πίσι ἔσι πυρὸς δύναμιν, χρόνων μακρᾶς περιόδους ἀναλύειν τὰ πάντα εἰς ἑαυτόν· ἐξ ἧς πάλιν αὖ ἀναγίνηται κόσμος ἴσαδς προμηθείᾳ τῦ τεχνίτυ. Basilius Cæsar. *in Hexam. orat.* 3. de eisdem: ὁι τὸ πᾶν ἐκπυρῶδς λέγοντες, καὶ ἀναδιώσδς πάλιν ἐκ τῶν σπερματικῶν λόγων τῶν ἐναποκειμένων πίσι ἐκπυρωθείσιν· ὅθεν καὶ ἀνοίκιος φθορὰς κόσμος καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγυσιν. Nec abhorrent ab utraque voce etiam nostri. Siquidem *renovationem mundi* illam, qam post resurrectionis universalis & judicii novissimi diem expectamus, Petrus apud Luc. *Act.* 3. *v.* 21. Τὸν ἅ πάντων ἀποκατάσαιαν. & Dom. Christus apud Matth. *c.* 19. *v.* 28. Τῷ παλιγγενεσίαν, adstipulantibus veteribus plerisque, eandem appellat. Avg. certè *ad Pelag. epist.* 1. 3. *c.* 3. *Regenerationem hoc loco, ambigente nullo, novissimam resurrectionem vocat.* Nec desunt qamen qi ambigunt. Verùm hæc alterius sunt loci. Interim ità Basilius ipse usurpavit *de creat. orat.* 1. ubi alludens, opinor, ad illud qod narrat Lucas *Act. c.* 17. *v.* 18. de Pavli prædicatione Athenis sannis exceptâ; ὁι δὲ πλατὺ γέλωτα κατεχέαν ἡμῖν περὶ σωτηρίας τῆς κόσμυ τύτυ καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἀπαγγελλόντων. Dionysius item personatus, ille *de Hierarch. Eccles. c.* 7. Αἱ μὲν γὰ ἱεραὶ ψυχαὶ θεὸς ἅ ἐπὶ τὸ χέρω καὶ τὸν τῆδε βίον διωδάθαι καταπίπλειν προπλῶ, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ πλὴν ἐπὶ τὸ ἄπεσπλον ἕξιν θεοειδεσάτην μετάτυξιν. Epiphan. *l.* 1. *tom.* 3. *hær.* 37. Ἵνα αὖθις ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἀναπαύσῃ τὸ ἄγγος ἐν τῇ ἀναστάσει ἐκ πλὺ ἀρχαίαν φαυλότητα.

Οὐδὲν νεώτερόν ἐζιν] Vide *ad l.* 6. § 37. & *l.* 7. § 1.

Ὁ πανομοιοτρόπος] Vide *ad l.* 2. § 14. & *l.* 7. § 50. & *l.* 12. § 35.

Τὸ μηδὲν ἑαυτῆς φρονεῖν] Ità Epictet. *l.* 1. *c.* 14. αὐτὸν ἀπάντων φρονεῖν. nihil in rebus creatis animâ carius habere, Christiana etiam disciplina docet. Τί γὰ τῆς ψυχῆς ἀντάλλαγμα; Matth. *c.* 16. *v.* 26. & Mar. *c.* 8. *v.* 36.

Ψυχῆς γὰρ ὄζιν ὀλίγη τιμώτερον.

Eurip. *Alcest.* & Greg. Naz. *in Julian. orat.* 1.

τῆς ψυχῆς ἀξίαν ἀξιοῦ πρώτερον. vide *l.* 3. § 9. & *l.* 5. § 21.

"Οσον ἴδιον καὶ νόμιμον] siquidem lex exigit, ut ad ipsius normam exigantur omnia. Vide *ad l.* 10. § 15.

§ 2. Ἐπὶ τὰ καθ' μέρος τρέχειν] Monet, omnia quæ nos abducunt, tanquam res momenti alicujus, membratim quasi divulsa considerare; & de singulis partibus quærere, qid sit quod in eis æstimatione dignum offendatur. Siquidem quod Tiberius dicere solebat, *Omnia eadem habere, quæ totum.* Svet. *l.* 3. *c.* 34. nec qicqam in toto esse, quod in partibus, qibus totum illud constat, non existit. Vide *l.* 3. § 11. & *l.* 9. § 36. & *l.* 10. § 18. pari autem ratione Alcibiadem in concionem prodire trepidantem ad multitudinis contemptum animavit Socrates, seorsim singulorum consideratione propositâ. *An tu,* inqit, *futorem illum, Micyllum puta, vereris? an scrutarium istum? an pellionem illum? an coriarium istum?* neganti, ἄκεν, inqit, ὁ Σώκρατης ὁ Ἀθηναίων ἐν τάττειν ἠξιώσεις; εἰ δὲ τοῦτον καθ' ἕνα καταφρονεῖς, καταφρονητέον ἐστὶ καὶ τοῦ ὄχλου παντός. *An non istis constat populus Atheniensis? singulos autem si parvi pendis, cur non & confertos nihili facies?* Narrat Ælian. *l.* 2. *c.* 1. Eódem spectat & illud ejusdem, in eos qi vulgi scita & sententias admitterent, probarentqe; Ὅμοιον εἶναι εἴ τις τραπέζαις δεχαίοις ἐν ἀποδοκιμάζων, τὸν ἐκ τοῦ πάντων σπανίου, ὡς δόκιμον, ἀποδέχοιτο. perinde eos facere, ac si qis cùm nummum unum tanqam adulterinum rejecerit, eorundem planè accervum integrum tanqam probum ac legitimum admitteret. Laert. *l.* 2.

§ 3. Ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος] malim, ἢ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη δέῃ, ἀπ. vel, ἢ ἕτοιμος, ἐὰν δέῃ, ἤδη ἀπ. ut ἕτοιμος ad ἀπολυθῆναι saltem, vel etiam ad ἤδη ἀπολυθῆναι, referatur. *qæ promta, sive parata est, si oporteat, jam statim discedere, & è corpore emigrare.* ἀπολυθῆναι *discedere* Polyb. *l.* 6. καὶ λαβὼν τὸ ἀπολειφθὲν, αὖθις ἀπῆλυτο. *discessit rursus.* Lucas *Act. c.* 28. *v.* 25. ἀσύμφωνοι ὄντες πρὸς ἀλλήλους ἀπέλυοντο. *discesserunt.* indè ἀπόλυσις, *discessus.* unde ποιεῖσθαι τὴν ἀπόλυσιν, *discessionem facere,* Polyb. eidem non semel, *l.* 4. qod & de *morte* usurpatur, perinde ac ἀπολυθῆναι hic Marco. apud Laert. *l.* 1 Lyco in testamento, μὴ τὸν ἐμὸν ἀπόλυσιν. *post decessum meum.* Heraclit. *ad Amphid. epist.* 1. Τάχα καὶ ψυχὴ μανθάνει ἀπόλυσιν ἑαυτῆς ἥδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου· καὶ σπουδὴν τοῦ σώματος ἐμοὶ ποιοῦσα, ἀναμιμνήσκεται τὰ πάτρια χωρία, ἔνθεν κατελθοῦσα πρὸς ἀλλότριον ῥέον σῶμα πέπνευκε τοῦτο. facit huc & Simeonis senis verendi illud, Lucæ *evang. c.* 2. *v.* 29. Κύριε, νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου. *Domine, dimitte nunc servum tuum,* sive *discedendi da copiam servo tuo.* Præclarè Clemens, *Strom. l.* 4. Τί γὰρ καὶ ἀσπαζόμεθα ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, δυνάμενοι ἀπολυθῆναι πρὸς τὸν κύριον; εἰδὼς ἕν φρονοῦμεν, χάριν εἰσόμεθα τοῖς τὴν ἀφορμὴν τῆς ταχείας ἀποδημίας παρεχομένοις. ἀποδημίαν dicit. i. e. *profectionem,* sive *migrationem;* qod ἀπόλυσιν priùs dixerat. nec alio sensu τὸ ἀναλῦσαι, & ἀναλυθῆναι, ἡ ἀνάλυσις etiam, de obitu usurpantur. Epictet. *l.* 1. *c.* 9. Ὅταν ὁ θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς χρησίας ταύτης, τότε ἀναλύεθι πρὸς αὐτόν. *tunc ad illum migrate.* Pavl. *ad Philipp. c.* 1. *v.* 23. Τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. qod *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 8. dixerat, εὐδοκοῦμεν μᾶλλον, ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον. Idem *ad Tim. ep.* 2. *c.* 4. *v.* 6. Ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκα. *Instat tempus migrationis meæ.* Photius de Pamphilo *in biblioth. cod.* 118. ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει θεόν. & de Meletio Greg. Nyss. Ἡ πρὸς Χριστὸν ἀνάλυσις· *migratio ad Christum.* vide *ad l.* 2. § 11. & *l.* 3. § 5. & *l.* 5. § 29. & *l.* 7. § 56, 69. & *l.* 8. § 47.

Ἥτις σεσθλώσει] vide *ad l.* 7. § 33.

Κατὰ φιλὴν παράταξιν] Ità *l.* 8. § 48. κἂν ἀλόγως παρατάξηται. παράταξις, πόλεμος ἐμπαρόσκευος. Svid. Estqe itte vocabuli usus frequentissimus. Verùm istic pro *obstinatione,* prout & Xyl. optimè vertit, singulariter à Marco usurpatur.

Ὡς οἱ Χριστιανοὶ] *obstinationem* meam judicio inanem in perpessionibus suis, *Christianis* Marcus affingit; qemadmodum eisdem, sed *Galilæorum* nomine designatis, *amentiam* (qod & Plinius mox dandus) *animique obfirmationem usu solo acquisitam,* Epictetus *l.* 4. *c.* 7. videndus *ad l.* 8. § 45. cùm tamen nulli hominum validioribus rationum momentis ducti, aut firmioribus dogmatum fundamentis nisi, ad mortem strenuè ac intrepidè excipiendam se accingant. Verùm Marci in fidei nostræ rationibus ac fundamentis inscitiæ ista fuerint condonanda. qi nec solus etiam hunc errorem erravit, sed cum suis pleriqse communem, ac solennem habuit. Plinius Min. *l.* 10. *ad Trajan. ep.* 97. etiamsi Christianos crimine omni (qantum qæstione etiam per tormenta habitâ indagare poterat) immunes prorsus pronunciet; tamen, *non dubitandum,* inqit, *qalecunque esset qod fatcrentur, pervicaciam certè & inflexibilem obstinationem debere puniri. fuerunt alii similis amentiæ,* &c. Qod laudans Tertullianus *apolog. c.* 2. *Plinius,* inqit, *Secundus, cùm provinciam regeret, de Christianis qid ageret Trajanum Imperatorem consuluit, allegans, præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud de sacramentis illorum comperisse,* &c. Ità cùm nihil aliud, Christianis qod objicere poterant, haberent, *obstinationem & amentiam* objiciebant. Hinc illa apud Tertull. *de spectac. c.* 1. *Sunt qi existiment Christianum, expeditum morti genus, ad hanc obstinationem abdicatione*

voluptа-

voluptatum eruditi. Idémqe *apologet. c.* 27. *Scd qidam dementiam existimant, qòd cùm possimus & sacrificare in præsenti & illæsi abire, manente apud animum propositio, obstinationem saluti præferamus.* Et mox: *Cùm erumpunt adversus nos, ingratis restistimus, ut æquales; & repugnamus, perseverantes in eo qod oppugnant, & illos nunqam magis detriumphamus, qàm cùm pro fidei obstinatione damnamur.* & ibidem *c. ult. Illa ipsa obstinatio, qam exprobratis, magistra est.* item *ad nation. l. 1. c. 17. De obstinationibus verò & præsumptionibus, siqa proponitis,* &c. &, *c.* 18. *Reliqum obstinationis in illo capitulo collocatis. qòd neqe gladios, neqe cruces, neqe bestias vestras, non ignem, non tormenta, ob duritatem & contemptum mortis animo recusemus.* & *c.* 19. *Hucusqe, opinor, horrenda obstinationum Christianarum. qanqam de persuasionibus omnis obstinatio nostra præsternitur.* Non est itaqe, qod Marcus hîc, ψιλὴ παρατήρησις. Videndus idem, *de patient. c. 2. ad l. 10.* § 14. De Judæis paria pronunciat Tacitus *histor. l. 5. Apud ipsos fides obstinata.* qi obstinationem tamen in meliorem partem usurpâsse videtur, in oratione Thraseana, *annal. l. 15. Qæ imò virtutes odio sunt, severitas obstinata, invictus apud gratiam animus.* Verbo autem παρατήρησις, unde παρατηρεῖσθαι vocabulum Marco istîc usurpatum, sed compositio, de sancto Confessore & Martyre abusi sunt Viennenses & Lugdunenses in *ep. ad Asiatic.* apud Evseb. *hist. eccles. l. 5. c. 1.* Τοιαῦτα ἐπιτάσεσι ἀνυπερβλήτοις αὐτοὺς, ὥστε μήτε τὸ ἴδιον καλέσαι ὄνομα. Non est autem vero absimile, qod M. Casavb. autumat, respexisse Marcum ad fervorem sui temporis Christianorum, qi tantâ animi aviditate sese ad qæstiones & supplicia offerebant, vel ingerebant potiùs, ut Arrius Antoninus turbam, an turmam, eorum intuitus, qi manu factâ ante tribunalia coierant: exclamaverit, Ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, χρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. *O miseri, siqidem mortem vultis, præcipitiorum, ac laqeorum abundè habetis,* Refert Tertull. *ad Scapul.* Verùm Clemens *strom. l. 4.* negat id fuisse è disciplina Christiana, & hæreticis imputat; qorum alii pro nomine Christiano mortem obire omnino detrectent; alii cædibus ultrò se dedant. Τινὲς, inqit, τὴν αἵρεσιν, ἀσεβῶς ἅμα καὶ δειλῶς φιλοῦσιν· μαρτυρίαν λέγοντες ἀληθῆ εἶναι τὴν τοῦ ὄντως ὄντος γνῶσιν θεοῦ· φονέα δὲ εἶναι αὐτὴν ἑαυτῆς καὶ αὐθέντην τὸν διὰ θανάτου ὁμολογήσαντα. λέγομαι δ' [leg. φέρομαι δ'] καὶ ἡμεῖς τοῦ ὑπομεῖναι τῷ θανάτῳ· εἰσὶ γάρ τινες, οὐχ ἡμέτεροι, μόνα τὰ ἐνόμαθα κοινωνοῖ, οἱ δὲ ἑαυτοὺς παραδόντες. --τίνες ἐξάγειν αὐτοὺς ἀμαρτύρως λέγομαι, κἂν δημοσίᾳ κολάζονται. θανάτῳ δ' ἑαυτοὺς ὑπεδίδοσαν κενῷ, καθάπερ καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων γυμνοσοφισταὶ ματαίῳ πυρί. Vide *ad l. 3. § 1.* & *l. 9. § 3.*

Λελογισμένως, σεμνῶς] Apud Senecam *epist. 97.* Stoicus qidam. *Non est res magna vivere. Omnes servi vivunt, omnia animalia. Magna est res honestè mori, prudenter, fortiter.* Vide *l. 9. § 3.*

Ὥστε καὶ ἄλλον πεῖσαι ἀπαραιτήτως] In eandem sententiam, & ab eadem mente, Epictet. *l. 4. c. 11.* Δεῖ γὰρ μηδὲ κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ σώματος ἔμφασιν ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας ὑποσοβεῖν τοὺς πολλούς· ἀλλ' ὥσπερ τὰ ἄλλα, εὐθυμον καὶ ἀπαρέγχυτον ὑπομενεῖν αὐτὴν, ὅταν καὶ ὑπὸ τοῦ σώματος· ἴδητε, ὦ ἄνθρωποι, ὅτι ὕδατος δέομαι· ἴδητε, πῶς ἄοικος ὢν, ἄπολις καὶ φυγὰς, ἂν ὅτου τύχῃ, καὶ ἀνέστιος, πάντων ἧν συμπαρισθῶν καὶ παιδίων ἀπαρρακτότερον διάγω καὶ εὐρύστερον· ἀλλὰ καὶ τὸ ἱμάτιον ὁράτε, ὅτι ὑπὸ κρυμοῦ· ὑπὸ τῆς αὐγῆς διάπτης· ἂν δέ μοι τοῦτα λέγῃ τις ἀνθρώπων ἀμάθεια καθαίρειν ἔχων καὶ ἀφέσωπον, τίς μὲ πείσει θεῶν προσελθεῖν φιλοσοφίᾳ, * ὥστε [ἧπερ f.] τυπτῆς πτιεῖ;

§ 4. Οὐκοῦν ὠφέλημαι] vide *l. 7. § 13, 74.* Solomon, *Prov. c. 11. v. 17. Benefacit sibiipsi vir beneficus.* Vide *supra* § 1. Epictet. *dissert. l. 1. c. 19.* Ὁ Ζεὺς καθόλου τοιαύτην φύσιν τῶν λογικῶν ζώων κατεσκεύασεν, ἵνα μηδενὸς ἧν ἴδιον ἀγαθῶν δώηται τυχεῖν, εἰ μή τι εἰς τὸ κοινὸν ὠφέλιμον προσφέρηται· ὅπως ἔχῃ ἀκολουθίαν γίνεται, τὸ μέρος αὐτοῦ ἕνεκα πρεῖν. Senec. *ep.* 48. *Non potest beatè degere, qi se tantùm intuetur, qi omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.*

Τοῦτο ἵνα ἀεὶ προχείρου ἀπαλῆ] τοῦτο [ὅρα] ἵνα, &c. aliqid enim tale supplendum videtur.

§ 5. Τίς σοῦ ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶναι.] Seneca *ep. 9. Ars est, bonum fieri. ad hoc, sed non cum hoc nascimur.* Augustin. *de civit. Dei. l. 4. c. 21. Virtus ars est bene vivendi. Neqe enim dat natura virtutem, neqe contingit ea animo nisi instituto, & edocto, & ad summum assiduâ exercitatione perducto.* Sen. *ibid.* & Clem. *strom. l. 1.* Οὐ γὰρ φύσει, μαθήσει δέ, οἱ καλοὶ κἀγαθοὶ γίνονται, καθάπερ ἰατροὶ καὶ κυβερνῆται.

Ἐκ θεωρημάτων] Plut. *sympos. l. 1. c. 1.* Βίος τέχνη, φιλοσοφία. sive ut Epictet. *l. 3. c. 26.* ἐπιστήμη τοῦ βίου. i.e. *ars vitæ.* Cicer. *Tusc. l. 2. ars bene vivendi.* Senec. *epist* 90. vel, *vitæ rectè agendæ.* idem, *ep.* 94. Τί ἂν ἐλπίσαις; ὅτι τῶν μεγίστων τέχνῃ ὑπὸ ὀλίγων ὀλίγα ἀναλαβεῖν; Epictet. *l. 1. c. 20.*

§ 6. Πρῶτον αἱ τραγῳδίαι] Tragœdiam ex dramaticis primam dicit extitisse. Nec secus Avtor *libell. de Tragæd.* & *Comæd.* qi Donato tribuitur. Indè itaqe orditur & Horat. *art. poet.*

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ.
Dicitur, & plaustris vexisse poemata, Thespis,
Qæ canerent agerentqe peruncti fœcibus ora.

Et mox:

Carmine qi Tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit.---

qo loco ad duplicem τῆς τραγῳδίας notionem respectum habuit, vel ἀπὸ τῆς τρυγὸς, vel ἀπὸ τοῦ τράγου. de qo videri possunt, Athen. *dipnosoph. l.* 2. Eustath. *ad odyss. ξ'.* Serv. *ad Virgil. eclog.* 3. Avtor *lib. de comœd. & trag.* &c. Qanqam de *tragœdiæ* primatu ac principatu ambigere licet: si *tragœdiæ* vocabulum strictiùs sumatur, qatenus ea *comœdiæ* opponitur. Etenim ab origine commune utriusqe nomen id fuerat. Isa. Casavbon. *de satyr. poes. l.* 1. *c.* 1. *Constat sanè primis temporibus ignoratum fuisse discrimen inter tragœdiam & comœdiam; cùm qidem communi nomine omnes ejus generis δραματικαὶ μιμήσεις vocarentur τρυγῳδίαι sive τραγῳδίαι. Athen. l.* 2. Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τοῦ κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῇ Ἀττικῆς εὑρέθη, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρυγὸς καιρὸν ἀφ' ἧς δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη καὶ κωμῳδία· lego, ἐκλήθη καὶ ἡ τραγῳδία, καὶ ἡ κωμῳδία. Idem: τραγῳδία τὸ παλαιὸν ἦν ὄνομα κοινὸν καὶ πρὸς τὴν κωμῳδίαν· ὕστερον δὲ τὸ μὲν κοινὸν ὄνομα ἔσχεν ἡ τραγῳδία, ἡ δὲ κωμῳδία ἴδιον. Hæc ille. Sanè à salibus illis agrestibus & Fescenninis inconditis, à qibus dramaticæ actiones illæ initium sumpserunt, ad levitatem comicam, qàm ad tragicam gravitatem proclivior multò deflexio fuit. vide Aristot. *poetic. lib.* 1. *c.* 4. Ideo & apud Plut. ille *sympos. l.* 7. *c.* 8. à mensis epulisqe tragœdiam amandat, ὡς ἡ πάνυ τι συμποτικὴν, ἀλλὰ σεμνότερον βοῶσαν. Neqè verò Straboni magìs crediderim *geogr. l.* 1. asserenti, τὴν κωμῳδίαν λαβεῖν τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς τραγῳδίας, τὰ καθ' αὐτὴν ὕβρεως καλαβιβαδείσας εἰς τὸ λοιδορεῖσθαι νυνὶ καλέμενον· qàm eidem, orationem metro vinctam solutâ antiqiorem statuenti; atqe indè λόγον πεζὸν, sive hunc sermonem pedestrem dictum, ὡς τὸν ἀπὸ ὕβρεως πνὸς καλαβάσια καὶ ὀχήματος εἰς τὸ ἄδειν. Siqidem, ut rectè Aristides *orat. in Sarap.* Κατὰ φύσιν γε μᾶλλον δεῖ ἀνθρώπῳ πεζῷ λόγῳ χρῆσθαι· ἄδοντές γε καὶ βαλλίζειν, δῖμαι, μᾶλλον, ἢ ὀχήμασιν φέρεσθαι. qem & ulteriùs vide sis, delirium istud ibidem refutantem. Jul. Scalig. *poetic. l.* 1. *c.* 5. *Tragœdiam esse rem antiqam, constat ex historia. non tamen, qod tradunt, tragœdiam comœdiâ vetustiorem. nam & res Lætæ in cantionibus qæsitæ priùs; & priùs nuptiæ qàm interitus; & potationes, qàm sobrietates; & communis sermo, qàm ampullatus; & pastoralis vita qàm regia.*

Τὴν μιμητικὴν τῆς συμβαινόντων] Insigniter locum hunc illustrant Timoclis illa ex *Bacchanalia* agentibus, ab Athenæo *dipnosoph. l.* 6. adducta, à Stobæo *collect. tom.* 2. *tit.* 125. repetita:

Εἶ τὰν ἄκουσον, ἦν τι σοι δοκῶ λέγειν·
Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον ὀπίπονον φύσει,
Καὶ πολλὰ λυπῆς· ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.
Παρεμφυὲς γὰρ φορτίδιον ἀνέφκεται
Τοῦτον δ' ἐγὼ τῆς τῆς ἰδίαν λήθην λαβὼν,
Πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,
Μεθ' ἡδονῆς ἀπλῆς, πεπλασθεὶς ἅμα.
Τὰς δὲ τραγῳδὰς πρὸς τὸν εἰ βάλει σκόπει,
Ὡς ἀφελῶσι πάντας· ὧν ἐμοὶ γὰ ῥήτης
Πονηρότερος αὐτὸς καλαμαβὼν τὸν Τήλεφον
Γεγράμμενον, ὅτου τιὼ πονίαν ῥᾷον φέρει.
Ὁ νοσῶν τε μανικῶς Ἀλκμαίων ἐκείνατο.
Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεΐδαι τυφλοί.
Τέθνηκε παῖς; ἡ Νιόβη κεκύφηκε.
Χωλός τίς ἐστι; τὸν Φιλοκτήτου ὁρᾷ.
Γέρων τις ἀτυχεῖ; τετράμετρον τὸν Οἰτέα.
Ἁπλᾶ γὰ τὰ μείζον' ἢ πεπονθότα τις
Ἀτυχήματ' ἄλλος γεγονὼς ἐννοούμενος,
Τὰς αὐτὰς αὐτῷ συμφορὰς ἧττον φέρει.
Adverte sodes, num qid ex usu loqar:
Miserum sapte naturâ animal est homo,
Et vita qanta qanta est scatet incommodis:
Lenimenta ideo curis & solatia
Sibi ipsa reperit. namqe mens proprii mali
Oblita, alienis dum se mulcet miseriis,
Doctrinam pariter cum voluptate imbibit.
Primùm Tragœdos, si placet, considera,
Qàm pulcra dent documenta. nam qi pauper est,
Ubi pauperiorem se cognovit Telephum,
Ibi paupertatem fert suam patientiùs.
Lymfatur aliqis? Alcmæonem conspicit.
Oculis laborans cæcos Phinidas videt.
Natum effert aliqis? Niobe lugentem levat.
Dolet hic se claudum? sed Philoctetem videt.
Miser in senecta est? intuetur Oeneum.
Ità qisqe, dum evenisse majores suos
Olim aliis calamitates secum cogitat,
Animo aqiore fert fortunæ injurias. Grot.

Liban. itidem *orat.* 19. ὁ ἄνθρωπος μάλιστα παίδων θαλάττει. τοῦτο πῶς ἂν ἂν ἐνίκησε, πεντήκοντα παῖδας ὁρᾷσθαι (leg. ὁρῶν δὲ) ὁρθημμοῖς πατέρων κειμένους, καὶ θυγατέρα σφαττομένην αὐθ' ἱερεῖ πρὸς τάφοις· καὶ πάλιν ἑτέρους ἀπὸ τῶν χειρῶν τῆς μητρὸς, πᾶσι μὲν μανίαις, πᾶσι δ' ἐπιζημίοις; qo loco, & τὸ τῆς τραγῳδοποιοῦ ὕβρεως, κοινὰς τῶν δήμων διδασκάλους, nuncupat. Eodem nomine historiam commendari solitam, monet Polybius in operis ingressu: ἐναργεστάτην καὶ μάλιστα διδασκαλον φιλοσοφεῖν δυναμένην τὰς τῶν τυχῶν μεταβολὰς ἱστορίαν ὑπαρχειν, τὴν τῆς ἀλλοτρίας ἀτυχίας ἐπανόρθωσιν. Hinc Choricius rhetor Gazensis in *orat. epitaph. Procop. Gaz.* à Casavb. *ad Polyb.* lavdatus. Ἰδιώτην μὲν φάρμακον ὄψει λύπης ὁ χρόνος· ὁ δὲ δὴ μύστης ἐλθὼν, καὶ δεινὸν γλαύκωμα ἀκεσάμενος, καὶ μᾶλλον τοιαύτην ἐπιφανείαν ἀναμενέτω· δεῖ γὰρ τῆς ἐπιστήμης τῷ χρόνῳ τὰ τῆς λογισμῷ φάρμακα προσηνωκέναι· ἢ τί πλέον ἡμῖν οἱ λόγοι διωρύττουσι τοῖς χρόνῳ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἐπιμυθουμένους πόνους· ἐγὼ δὲ ἵνα τὸν χρόνον ἀργὸν ἐᾷ, διωκόμενος, ἀλλ' ὅπως δῖμαι τάχιστα ἄλλων ἐπεῖθεν ἀφίλητον ἀφεψόμενα, καὶ τούτου συμβάντος

συμβάντος καιρῷ, πρὸς ἄνδρας ἴσα πεπονθότας ἡμῖν, ἢ παράτρεπε πάθη, νῦν ἀναφέρονλες, ὅτως ῥᾴον. Siquidem, ut Cicer. *ad familiar. l. 5. ep. 16. Est consolatio pervulgata illa quidem maximè, quam semper in ore atque in animo habere debemus; homines nos ut esse meminerimus, eâ lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra; neque esse recusandum, quò minùs eâ, quâ nati sumus, conditione vivamus: néve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus: eventisque aliorum memoriâ repetendis, nihil accidisse nobis novi cogitemus. Levat enim dolorem communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio.* Ibid. *l. 6. ep. 6.* In quam mentem Liban. *orat. 19.* βούλει μαθεῖν, ὅπως ἰσχὺν λύπη βεβαπλισμένην ἀνενεγκεῖν καὶ ῥᾳθύμως ἔχειν; λαβὲ ἄνθρωπον ἐστερημένον φιλτάτων, ἢ χρημάτων, ἢ πολιτείσματος, ἢ πεπληγμένον, ἄγε σοὶ τὸ διάτορον δείξον αὐτῷ δ' ὀρχηστοῦ πτελαὶς βασιλείας καθηρημένας, καὶ κωφοῖς. Hoc argumento Hippoclem suum in liberorum obitu solatur Crantor, & ex Crantore Apollonium suum Plutarchus: ὅτι κοινὸν ἀτυχεῖν ἐδὲν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ πάντες ταὐτὸ πεπόνθαμεν. Hoc Nicophontem ille apud Philemonem in *Corinthia*.

Εἰ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοισιν εἰδὼς κακὰ
Ἀσμενος ἔχοις ἄν, Νικοφῶν, ἃ νῦν ἔχεις.

Si mala novisses, quæ alios implicitos tenent,
Libens haberes, Nicophon, quæ nunc habes. Grot.

Egeriam Virbius apud Naſonem *metam. l. 15.*

—— *Similes aliorum respice casus,*
Mitiùs ista feres. —— vide *ad l. 7. § 5. 58.*

Ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς] A Neoptolemo Tragico ſumptum, qi interrogantibus, qid ab Æſchylo, Sophocle, Evripide prolatum admiraretur, reſpondit iſtorum nihil, ſed qod ipſe ἐπὶ μείζονος σκηνῆς *in ſcena majori* vidiſſet; Philippum, cùm pridie, dum Cleopatræ filiæ ſuæ nuptias magnificè celebrat, Deus tertius decimus dictus eſſet, in theatro poſtridie jugulatum ac projectum. Refert Stob. *tom. 2. tit. 95.* Hoc autem eò magis in mente atque admiratione habere Tragicus is poterat, qòd Philippi fatum hoc, tanqam vaticinandi ſpiritu correptus, dum Perſas, adverſus qos Rex expeditionem tunc moliebatur, perſtringit, futuri tamen ignarus ipſe, carmine iſto, qod iſtîc inſeratur ſanè digniſſimo, qodammodo prædicere viſus eſt. φεύγετε νῦν αἰθέρος ὑψιλότητον, καὶ μεγάλων πεδίων ἀέρεες· φεύγετε ἔγχεα λάμποντα δίων δίκας· ἀφροσύνη θεοῦ βιοτὰν τεκμαιρόμενοι· ὁ δ' ἀμφελάων ταχέων κάλλιστον ἔργον σκοπιάν, ἄφατον δ' ἄφαρτος ἀσκέλα, μακρὸς ἀπαυρίζων ἐλπίδας ἀνάτῳ, πολύμοχθος ἐλθών. ubi Ἀνάτῳ malè pro Ἀνάτου legitur. Uterqe, & Neoptolemus, & Marcus noſter, mundum hunc *ſcenam majorem* dixit, *mimo* ſeu *fabulæ* vitam hanc aſſimilavit. Ità Græcis παροιμιάζεται, Μίμος ὁ βίος dicitur. Plato *Phileb.* Μηνύει ἡμῖν ὁ λόγος ἡμῶν ἐν ῥήτορσί τε καὶ ἐν τραγῳδίαις, καὶ τοῖς δράμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου ξυμπάσῃ τραγῳδίᾳ καὶ κωμῳδίᾳ, λύπας ἡδοναῖς ἅμα παρέμπτυξ. Palladas in *antholog. l. 1. c. 13.*

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον· ἢ μάθε παίζειν,
Τὼ σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Scena est hæc vita & mimus: vel ludere discas,
Postabitis curis, vel cruciére miser.

Senec. *de tranqill. c. 15.* emendante Pinciano. *Nihil magnum, nihil severum, nè ſerium qidem ex tanto apparatu. Singula, propter qæ læti ac triſtes ſumus, ſibi qiſqe proponas, & ſciat verum eſſe qod Bion dixit, omnia hominum negotia ſimilia mimicis eſſe.* Petron. in *ſatyr.*

Grex agit in ſcena mimum. pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.
Mox ubi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Qæ ex Petronio ubi lavdaverat Joan. Sarisberienſis, *policratic. lib. 3. c. 7.* ſubjungit ipſe *c. 8. & qidem eleganti utitur ſimilitudine; qia ferè qicqid in turba profanæ multitudinis agitur, comœdiæ qàm rei geſtæ ſimilis eſt. Militia, inqit, eſt vita hominis ſuper terram.* (Job. *c. 7. v. 1.*) *at ſi noſtra tempora prophetico ſpiritu concepiſſet, dicetur egregiè, qia comœdia eſt vita hominis ſuper terram. ubi qiſqe ſui oblitus, perſonam exprimit alienam.* Et mox: *Ferè totus mundus ex Arbitri noſtri ſententia mimum videtur implere, ad comœdiam ſuam qodammodo reſpiciens; & qod deterius eſt, eò uſqe comœdiæ ſuæ inſiſtunt, ut in ſe, cùm opus fuerit, redire non poſſint. In eo tamen vita hominum tragœdiæ qàm comœdiæ videtur eſſe ſimilior, qòd omnium ferè triſtis eſt exitus, dum extrema gaudii luctus occupat. aut ſi nomen comœdiæ gratioſius eſt, non duco contentionis funem, dùm conſtet inter nos, qòd ferè totus mundus, juxta Petronium, exercet hiſtrioniam. Hujus itaqe tam immenſæ, tam mirabilis & inenarrabilis tragœdiæ vel comœdiæ theatrum, qo peragi poſſit, ei mirabiliter coëqatur. tanta eſt area ejus, qanus & orbis. difficillimum eſt, ut qiſqam vel admittatur excluſus, vel emittatur incluſus, dum carnis gerit luteum indumentum.* Ubi tamen, qod obiter adnotem, fruſtrà ſunt, qi qaſi teſſellas Petronianas inter Arbitri fragmenta extrudunt, & obtrudunt nobis iſta, *Totus ferè mundus numerum* (ità illi legunt) *implet*: &, *Ferè totus mundus exercet hiſtrionem.* neqe enim Petronii iſta ſunt, ſed Sarisberienſis ex Petronii carmine ſenſus iſtos elicientis. Lipſius item ipſe, *de conſtant. lib. 1. c. 8. Mundus univerſus exercet hiſtrioniam, ait Arbiter. certè hîc.* Cavtiùs Bavdius, *de induc. Belg. lib. 2. Totum orbis terrarum exercet hiſtrioniam, ait facetus qidam ſcriptor. certè nuſqam magis ſcenæ &*

populo servitur quàm in actionibus Magnatum, ubi qò plùs pompæ & ostentationis apparet, eò minùs solidæ veritatis subest. Potuit *faceti scriptoris* nomine Joannem nostrum intelligere, qi *policraticon* suum, *de nugis curialium*, inscripsit. Rem ipsam Polybius planè suggerit *histor. lib.* 3. Πρὸς μὲν γὰρ τὰ παρὰ μέν που ἀμελζόμενοι καὶ σωματικρινόμενοι, τοιαῦτα καὶ λέγουσι καὶ πράττουσι πάντες· ὅτε δυσθεώρητον ἔστι τὴν ἑκάστου προαίρεσιν, καὶ λίαν ἐν πολλοῖς ὑπεκτετῆδε τὴν ἀλήθειαν. *Ferè enim mortales rebus præsentibus sese accommodantes, animúmque unà cum aliis agentes, ea dicunt fasciúnque, ut ex factis dictísve singulorum mentem animúmque cognoscere aprimè sit difficile, veriúsque plerúmque tenebris obsecta deliteſcat*, personâ nimirum, quam gerit unusquisque, obvelata. qò & illud P. Syri,

Hæredis fletus sub persona risus est.

Lucian. in *Necyomant.* Δοκεῖ μοι ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος θεατρικῇ τινι μακρᾷ παραπλήσιος· χορηγεῖν γὰρ καὶ δαπανᾶν ἔοικε καὶ πόλις, ἰδιῶται καὶ πανήγυρις ὅλη τοῖς παιδικοῖς χάσμασι παρεσκευασμένη. τὸν μὲν γὰρ λεπτὸν βασιλέα δαπανᾶν, πάντα τε ὑποδεῖσθαι καὶ ἀμφιέννυσθαι παραπλήσια τοῖς ὑποκρινομένοις τὰ βασιλικά· τὸν δὲ πένητα κλῶντα ἐσθίειν, τὸν δὲ ἄμφω τε καὶ γελοῖον παρεσκευάσθαι. πανταχοῦ γὰρ, ὅπερ ἐκεῖ, δεῖν γηλοῦ τὴν δίκην. πολλάκις γὰρ ἐγὼ μέσης τῆς τραγῳδίας τὸν ὑποκριτὴν σύλλαβα, οὐκ ἐῶσα ἐν τῷ διαλογείῳ, ἀλλὰ μέλεμφέσουσι, τὸν μὲν Κροῖσον ὑπάγουσαν τοῦ θρόνου καὶ τῶν ὑποδημάτων, τὸν δὲ Μαύσωλον, τὸν ἐν τοῖς ὑπάτοις πομπεύοντα, τοῦ Πολυνείκους παραγυμνάζουσι· καὶ μάχης μὲν τοῦ θεάτρου χαλᾶς τὸ χάσμα· ὑποκριτὴς δ' ὁ τραγῳδὸς ἐκεῖ παρελθὼν, πανταχοῦ ἔοικε ὑποδῆναι τοῦ σκάμματος, καὶ ἀποδυσάμενος τὸ χάσμα μὴ τῷ σώματι, ἅπερ ἦν ἐκεῖνα χάσκοντα, ἐλθεῖν τὸ πλοῖον διαφέρων. ἔνιοι δ' ὧν ἀγωνοθετοῦσι, ὑποδῆναι ἀναγκάζουσι τὸν κόθορνον ὁπόταν ἡ πόλις, δέχονται γε καὶ ἀναγκάζουσι, ἅπερ ἐκεῖνοι τοῦτο τραγικώτερον, καὶ οὐκ ἐᾷ τοὺς ὀλίγον ἐκβόσκοντας ὑποδεῖσθαι. vide *l.* 6. § 22. Senec. *epist.* 80. *Horum qò felices vocantur, hilarítas ficta est, cui gravis & suppurata miseria & quidem gravior, qia interdum non licet palàm esse miseros, sed inter arumnas cor ipsum excedentes, necesse est agere felicem. sæpiùs hoc exemplo mihi utendum est. Nec enim ullo efficaciùs exprimitur hæc humana vitæ mimus, qi nobis partes has, quas malè agimus, assignat.* Apud Vopiscum Probus de munere Imperatorio, *Agenda est persona, quam mihi miles imposuit.* qod idem & Augustus unà cùm vita jam depositurus, amicos admissus percontatus est, *Ecqid iis videretur mimum vitæ commodè transegisse*; adjecítque clavulam,

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς πάλιν πάλιν. Sveton. *lib.* 2. *c.* 99. qod Dio hist. *l.* 56. Κρότον δή τινα παρ' αὐτοῦ ὁμοίως τοῖς γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ μίμοις τισὶ τελευτῆς, αἰτήσας, καὶ πάσαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων βίον διεκωμῳδ. vide ampliùs *ad l.* 12. § 2, 3. sed & *l.* 10. § 27. & *l.* 7. § 3.

Φέρωσιν αὐτὰ καὶ παιγνίδιά τε, Ἴσα Κλαυδίου] Epictet. *lib.* 1. *c.* 24. Μέμνησο, ὅτι ὁ τοὺς πλουσίους καὶ βασιλεύοντας καὶ τυραννοῦντας ποιῶν ἰσχυρὸς ὑπὸ τίνος πραγματείας ἐστὶν ἀκολουθεῖ, οἷς μὴ ἐκ χαρᾶς. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀρχέτω μὲ ἀπ' ἀγαθῶν, σύλλατε δίμοιρα· ἔστω αὐτὸ ἐγὼ τὸ τέταρτον μέρος, Ἴσα Κλαυδίου, τί μ' ὠφελεῖ; Oedipodis verba sunt ex Sophoclis *Oedipo Rege.* Hoc vult ergò Marcus, vel ittiusmodi perpeti reges & tyrannos, non plebeios duntaxat; imò illos ipsos multò magis, in quam mentem Libanii verba videre licet ex *orat.* 19. superiùs paulò adducta. Vel (qod potiùs opinor) eos qoque, qi cum indignatione animi ejulationéque ea ferunt, perferre tamen nihilominùs, neceſſitate cogente, ad qæ tantopere indignantur. vide *lib.* 7. § 57. *Cithæron* Bœotiæ mons Oedipo expoſito, Pentheo discerpto, aliísque id genus facinoribus illustris, an infamis. Solin. *polyhist. c.* 13. *Apud Thebas Helicon lucus erat, Cithæron saltus, amnis Ismenus, fontes Aganippe & Hippocrene.* Et Mela *de sit. orb. l.* 2. *c.* 3. *Cithæron fabulis carminibúsque celeberrimus.* Sed & Clemens Alex. in *hortat.* de monte Sinæ, an Sione, an ecclesiâ potiùs isto designatâ *ad Hebr. c.* 12. *v.* 23. Ὅρος δὲ ἐστὶ τὸ θεῖον περιωπτικόν, ἢ προαγωγὸς, ὡς Κλαυδίου, ἀναπεφιλον, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας ἀναπεφιλον λέγεται.

Λέγεται δή που καὶ ὑπὸ τῶν δραμάτων πάντων χρησμὸς] Dio Prus. *orat.* 18. Πολὺ δ' ἂν ἦρχον οὗ τὸ λέγειν, ὅπου καὶ τόπον χρήσιμα. De Epicharmo Theocritus *epigr.* 17.

Πολλὰ γὰρ πολλῶν ἐφάνη τοῖς πᾶσιν ἔπη χρήσιμα·
Μεγάλα χρῆσε ταῦτα——

Flaccus *lib.* 2. *ep.* 1.

Os tenerum pueri balbúmque poeta figurat:
Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitates, & invidiæ corrector, & iræ.
Recta docet: facta refert: orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur, & ægrum.

Idem in Arte:

Sic etiam fidibus voces crevere severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps:
Utilibúmque sagax rerum, & divina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Et rursus:

Omne tulit punctum qi miscuit utile dulci,
Lectorem delectando pariterque monendo.

Denique:

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ.

vide

vide Plutarch. *de leg. Poet.* & Hug. Grotii *prolegom. ad dicta Poet. Stobæana.*

Ἐι δ' ἠμαλήθλω] Vide *ad l.* 7. § 41.

Τοῖς τραγικ.] *Ibid.* § 38.

Βίῳ διείδεν] *Ibid.* § 40.

Μετὰ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη] Flaccus *art. poet.*

Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude.——

Παιδαγωγικὴ παῤῥησίαν ἔχουσα] Fabius, *lib.* 10 *c.* 1. *Antiqua illa comœdia, fœcundissimæ libertatis, insectandis vitiis præcipua.* & *l.* 12. *c.* 2. *Libertinum genus hominum Comici veteres.*

——Sed in vitium libertas excidit & vim
Dignam lege regi.—— Flaccus *arte.*

qem & vide *epist.* 1. *l.* 2. Vis illius ideam? habeas à Jul. Scaligr *poetic. l.* 3. *c.* 97. *veteris comœdiæ argumenta omnia falsa, festiva, mordacia, maledicæ ut quocunque verbo pronunciato, illico capiatur occasio ad aliquid subsannandum.*

Δι' αὐτῆς τῆς εὐδυβρήμοσωίνης] dum non obliqué, sed directâ, exertâ oratione usa, homines palàm perstringebat.

Μετὰ ταύτα τὴν ἡ μέση κωμῳδία, ἣ λοιπὸν ἡ νέα] De *media comœdia*, qæ choro duntaxat amoto, qi libertati, an licentiæ potiùs, mordaci ac maledicæ præcipuè attributus fuerat, à veteri, quam proximè est secuta. distabat maximè: unde Flaccus,

——lex est accepta, chorisque
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

déque nova, qæ huic successit eâdémque multò castigatior extitit, videri potuit Jul. Scaliger *poetic. l.* 1, *c.* 7.

Ἡ κατ' ὀλίγον ὑπὸ τῶν ὑπ μιμήσεως φιλοσοφίαν ἀναῤῥύη] Vitiosa scriptura non animadversa, interpretationum portenta qædam hoc loco procudit. præcedentia illa, τὴν ἡ μέσην, (quam lectionem editio utraqe agnoscit, sed interpres never expressit) & ἀφῆς τί ποτε, satìs monere poterant, continuandam esse sententiæ seriem ac tenorem ad illud usqe ἐπίσημον, qo ea clavditur. Verùm obrurbabat ἡ istud, qod spiritu tantùm mutato, vel adscito, si ἡ exuleris, tam proclivia deinceps futura sunt omnia, quàm est imber ipse cùm pluit. *Post ista*, inqit, *quoniam media fuerit comœdia, & nova qo fine introducta sit; qæ paulatim ad mimicum artificium deflexit, consideres. nam & istîc utilia etiam deprehendi posse nemo nescit.* Julius Scaliger *poet. lib.* 1. *c.* 10. *Sublato choro, introducti qi modos facerent, qòd omnia gesticulatione imitarentur, Mimi nominati. tantùm potuit aptior atqe expressior actio, ut generis nomen, qod erat poesews universæ, ipsi soli sibi vendicarent. hoc in lusu cùm postea qædam impensiùs populo placuissent, avsi sunt seorsim suis artificiis qam commoverant expectationem sustinere, atqe in eo laudem qærere, & artificis propterea nomen vendicare.* Hos *Latini Mimos vocant ex Publio & Laberio, qi in eo genere excelluere: & planipedes ob eam causam, qòd cothurno tragici, socco autem comœdi pedes induebant; ipsi autem nudis pedibus agebant. Hujus definitio proportionem habet cum comœdia, qæ ipsius parens exstitit, cui inter actus apponi cùm esset solita, ex ea extractâ atqe asserta servitute, justum sibi poema fecere. Est igitur Mimus, poema qodvis genus actionis imitans, ità ut ridiculum faciat. Cicero tamen Ethologos cùm vocat à moribus qos exprimerent, ridiculi rationem non admisceat. Sunto igitur duo genera, qæ etiam vicatim & oppidatim per universam Galliam mirificis artificibus circumferuntur, Morale & Ridiculum. Horatius negat esse pulcra poemata, nam & veri Mimi proprium est, qædam sordida ut affectet.* hæc ille. Salmas. *ad Solin.* ubi *Mimos* peculiariter sic dictos à *fabulis comœdiâ* scil. *& tragœdiâ* disterminat (qo modo & *Mimos* à *comicis fabulis & tragicis historiis* distingvit Lactant. *l.* 6. *c.* 20.) ad hunc locum respiciens; *Mimos*, inqit, *in locum comœdiæ successisse scribit Marcus. & sanè qas hodie aguns, & vocant Itali comœdias, Mimi sunt & Planipedes veriùs qàm comœdiæ. personas tantùm habent ex comœdia.* Apul. *florid.* 1. *Cumprimis hoc spectandum, qid in theatro deprehendas. nam si Mimus est, riseris; si funirepus, timueris; si comœdia, favcris; si Philosophus, didiceris. Mimi* ergò *ridiculi.* habent assatim qod rideas. sed & qod discas, exhibent: qod Marcus mox monuit. Neqe verò ego cum illustrissimo viro *ethologum & ridiculum Mimi genera duo* constituerim, sed pro affectionibus *Mimi* duabus habuerim: cùm *ridiculum* in *Mimis* perpetuum fuerit. qod & Horatius ipso illo, qem is arrigit, loco subindicat, *serm. lib.* 1. *sat.* 10. qi ubi dixerat, *——nam sic*

Et Laberi mimos, ut pulcra poemata mirer.

Subjunxit.

Ergò non satìs est risu diducere rictum
Auditoris.——

qod est *Mimorum* scilicet. unde & Arbiter *partes ridendas Mimis* tribuit. Qin nec id Cicero ipse silvit: cujus hæc sunt, *de oratore. l.* 2. verba; *Atqe ità est totum hoc ipso genere ridiculum, ut acutissimè tractandum sit. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas.* Hinc est qod Naso, *trist. l.* 2. dixit,

——imitantes turpia Mimos.

Et, *Mimos obscœna jocantes.*

Cæterùm aliud est ab eo qod Marcus hîc, illud Maximi Tyrii orat. 21. Ἡ μὲν παλαιὰ μοῦσα, περὶ παίδων ἔτι καὶ ἀνδρῶν, γῆς ἐργάτας καὶ δύμως σωιζομένους, ἄρτι ἀμπέλῳ καὶ ἀρότῳ κεκονιμένους, ᾄσματα ᾄδουτας αὐτοφώλια· μεταπεσοῦσα δὲ ἡ λυκὴ ὑπὸ τέχνῃ ἀκρόασιν χάριτος ἐν σκηνῇ καὶ θεά-

τρους, ἀρχὴ τῆς περὶ πολιτείαν αὐτοῖς πλημμελείας ἐγένετο. Malo tamen ascribitur, qod uterqe dixit. Illud tantùm adjicere liceat posse apud nostrum conjunctim legi, πιὼ ἐμμιμήσεως φιλοτεχνίας nam & ἐμμιμέομαι dici solet, qod actione mimicâ repræsentatur.

Λέγεται γὰρ ὑπὸ τίνων πρὸς χρήσιμα] Ità Senec. epist. 8. *Quàm multa poetæ dicunt, qæ à Philosophis aut dicta sunt, aut dicenda? non astringam tragicos, aut togatas nostras; habent enim hæ qoqe aliqid severitatis, & sunt inter comœdias & tragœdias mediæ: qantum disertissimorum versuum inter Mimos jacet? qàm multa Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? & de tranqill. c. 11. Publius tragicis comicisqe vehementior ingeniis, qoties mimicas ineptias, & verba ad summam caveam spectantia reliqit, multa habet cothurno, non tantùm sapariis, fortiora.*

Πρὸς τίνα ποτέ] *qemnam finem respicit?* Xyl. *Ad qem alium scopum, qàm qem diximus?* Casaub. ut πρὸς τίνα [ἄλλον] legisse videatur. mihi non erotematicè, sed enunciativè efferri videtur, & sententia prior continuari; considera qem finem totum hoc scenicum institutum aspiciat.

§. 7. Τὸ μὴ εἰς ἄλλο βίον ὑπόδυσιν] De qonam vitæ genere loqatur hoc loco Marcus, havd satis liqet. forsan & nullum certum vitæ institutum designatum volebat, sed hoc monitum duntaxat, statum præsentem, qicunqe tandem is existat, esse cuiqs ad Philosophiæ vel studium vel exercitium eidem maximè idoneum.

§ 8. Οὐ δύναται μὴ τῷ ὅλῳ φυτῷ ἀποκλέφθαι] Ramus à ramo cui adnascitur avulsus, à toto plantæ corpore divellitur. ità qi à Christi corpore divellitur, *nec caput ipsum tenet*, ut Apost. loqitur *ad Col. c. 2. v. 19. Non potest concordiam habere cum Christo, qi discordare voluerit cum Christiano.* Avg. *de verb. Dom. conc. 57.*

Ἀνθρωπος ἢ ἑαυτὸν χωρίζει] Ità *l. 4. § 29.* Ὁ πρὸς ἴδιαν ψυχὴν ἀποχωρῶν. & *l. 8. § 34.* Ὁ ἀποχωρίζων ἑαυτόν. & Judas Apost. *ep. v. 19.* Οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. de qibus Autor *ad Hebr. c. 10. v. 39.* Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν. alioqi τίς χωρίσει; Apost. *ad Rom. c. 8. v. 35.* ἕτερα τις κτίσις, *ibid. v. 39.*

Ἔξεστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφῦσαι] Vide *ad l. 8. § 34.*

Καὶ πάλιν τῷ ὅλῳ συμπληρωτικοῖς μέλεσι] D. Jun. συμπληρώματος mavult. utrumvis constare poterit. Epicur. *epist. ad Menec.* Τὸ σωτηρίζειν ἐν ταῖς ἀπολαύσεσι καὶ ἡ πολυτέλεια ἀφαιρεῖται, ὑγιεία δὲ σωματικὴ συμπληρωτικόν. Marcus ipse *l. 9. § 23.* Ὥσπερ αὐτὸς σὺ πλίνθῳ συζύματος συμπληρωτικὸς εἶ· ὕστερ καὶ πᾶσα πρᾶξις σου συμπληρωτικὴ ἔστω ζωῆς πολιτικῆς.

Δυνήσεται καὶ δυνατὸν ἔσται] vocabulum hoc posterius more Stoico coagmentatum, parùm frequens & durioris analogiæ. Illustrat avtem locum hunc Plutarchi illud *de frat. dilect.* Μεγάλαι μὲν αἰτίαι μεγάλων διαλύουσιν ὠφελιῶν καὶ φιλίας· ὅταν δὲ ῥᾳδίως ἀφῇς ἐαυτὸν διαλύσασθαι, ἔστερ γὰρ τὰ συμπαγέντα, κἂν χαλάσῃ τὸ ἐπάλληλον, ἐνδέχεται πάλιν ἁθροῦναι καὶ συνελθεῖν· συμφυῆς δὲ σώματος ῥαγεὶς οὐδὲν ὄφελος, ἔργον ὄντα πόλλοσιν εὑρεῖν καὶ σύμφυσιν· ὅπως αἱ μὲν ὑπὸ χρείας συμπεμφθεῖσαι φιλίαι, κἂν διαφθαρῶσιν ὑπὸ χαλεπῆς αὖθις ἀναλαμβάνωσιν. ἀδελφοὶ δὲ τῇ φύσει ἐκπεσόντες ἢ τοι ῥᾳδίως συμβήσονται· κἂν συμβῶσι, δύσκολον καὶ ὕποπτον ἀλλὰ διαλύσεως ἐφέλκον· quod Medius Sycophanta dicere solebat, κἂν διορθωθῇ τὸ ἕλκος, ἡ ὑλὴ μένει. *etiamsi vulnus coierit, manet tamen cicatrix*, qasi vestigium qoddam vulneris etiam jam coaliti. οὐχ ὅμοιόν ἐστι πλάθῃ, inqit Marcus istîc. Qod avtem de fratribus ac cognatis Plut. idem de omnibus in universum hominibus Marcus; qia συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. *l. 3. § 4. & infr. § 9.*

Ὁμοδαιμονεῖν μὲ μὴ ὁμοδογματεῖν δύναται] Non possum Xylandro istîc assentiri, qi verbis illis, ὅτι λέγουσιν οἱ φυτοφλοί, omissis, reddidit; *Oportet igitur in eadem arbore esse, etsi non idem cum omnibus sentias.* sed nec Casavbono, qi contrà qàm editor etiam Lugd. clavsulam hanc ab antegressis divulsam, perioshæ insequenti præfixit. Rusticorum dictum vulgare, sed depravatum, opinor. qid enim ὁμοδογματεῖν fuerit ad plantas transflatum? nam de hominibus, prout Marcus ipse *l. 9. § 3*, usurpatum, qid velit, qis nescit? D. Boot. suspicatur posse ὁμοκαυξεῖν, vel ὁμοιοπαθεῖν legi, ut fit; *simul frutescari, sed non simul crescere*; vel *similiter affici.* D. Salmas. ὁμοσωμαλεῖν mavult. *Ramus*, inqit, *qi corpore suæ arboris avulsus aut recisus, ut inseratur in aliam, nunqam unum corpus facit cum illa arbore cui inseritur, qamvis partem faciat frutici, & simul cum eo frutices.* In re ferè desperata tentemus & nos aliqid, etiamsi Hippocrates in arte vetet, περὶ ἧς ἀνιηρὸν ἐπιχειρῆσαι. Ego nihil scripturam vulgatam propius commiscri possum, qàm ὁμοσωματεῖν· ut sit, *pariter frutescari, sed non configurari*; non figuram speciémqe eandem cum ramis reliqis obtinere. siqidem insitorum cum stirpe reliqa coalitio non sine cicatrice fieri solet. τὸ ὁμοσωμαλεῖν eâdem analogiâ, qâ τὸ ὁμοδογματεῖν dictum; eâdem sententiâ, qâ ὁμοιοσχημονεῖν, Aristoteli *problem. l. 2. q. 5.* Si qis probabilius aliqid afferre poterit, ei egolubens concesserim.

§ 9. Εὐσταθὲς χρίσεως καὶ πρόξεως] vide *ad l. 5. § 18. & l. 6. § 10.*

Πραότητος] vide *ad l. 9. § 11. 42.*

Καὶ γὰρ τοῦτο ἐδύνατο τὸ χαλεπαίνειν] ità *infra § 18.* οὐκ τὸ δυνάσθαι ἀνδρεῖον.

Λιποτάκτῃ] & *δεσπότῃ. l. 10. § 25.*

§ 10. Ὅσα

§ 10. Οὐκ ἔστι χείρων ἄδικος φύσις τέχνης] Arte siquidem nullâ natura vincitur. Aristot. *ethic. lib. 2. c. 11.* Οὐδὲν γὰρ φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται ὃ ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος, οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἄν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις, ἄνω ῥίπτων. οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω· οὐδ' ἄλλο οὐδὲν φύσει ἄλλως πεφυκότων, ἄλλως ἂν ἐθισθείη. Senec. *epist. 11. Rerum naturam sapientia sub imperio non habet. quæcunque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multùm diúque se enimm composuerit, hærebunt.* scil.

—culturâ natura potentior omni.

Quæ licèt expellas furcâ tamen usque recurret. uti Flaccus *l. 1. ep. 10.* utpote quæ sit *fixa, & mutari nescia.* Juvenal. *sat. 13.* Proinde, *Repugnante naturâ, qælibet cedit industria.* Cassiodor. *l. 4. ep. 38.* Nec fortior ergò ars naturâ; nec præstantior etiam; cùm illa sit Creatoris opus, ista creaturæ.

Αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται] Theophr. *de caus. plant. l. 2. c. 25.* ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν. & Aphrodiss. *problem. l. 1, q. 90.* Sen. *ep. 65. Omnis ars imitatio est naturæ.* sed & ἰατρὸν medicum, τῆς φύσεως ὑπηρέτην καὶ μιμητὴν, *naturæ ministrum ac imitatorem* dixit Hippocrates, teste Galeno *de dogm. Hip. & Plat. l. 9. c. 8.*

Τῶν χρεπτόνων ἔτεχον τὸ χείρω] vide *l. 5. § 16. & l. 7. § 55.*

Ἔνδειν μὲν γένοιτο δικαιοσύνης] Hoc enim jus fasque exigêre videtur, ut præstantioribus deteriora inserviant. Καὶ δίκαιον, καὶ δεῖ τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δ' ἄρχειν, ἣν πεφύκασιν ἀρχικῶν Aristot. *polit. l. 1. c. 4.* quem vide prolixiùs istud ibidem disceptantem. sed & *ad l. 7. § 55.*

Ἀπὸ δὲ τῆς ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὑφίστανται] Polus Pythagoricus *de justit.* apud Stob. *tom. 2. tit. 9.* Δοκεῖ μοι τὴν δικαιοσύνην μαθόντα τε καὶ πιθανὸν εἶναι ἄλλων ἀρετῶν θεωρητικῶν· ἄτερ γὰρ ταύτας ὅτι σώφρονα, ὅτι ἀνδρεῖον, ὅτι φρόνιμον δύναται εἶναι. Julian. *Imp. orat in Constant. 2.* etiam *pietatis matrem* vult esse *justitiam.* Ἔστι δὲ ὁσιότης τὴς δικαιοσύνης ἔκγονον. Jamblych. *ep. ad Anatol.* Τὴν δικαιοσύνην, αὐτὸ τὸ ὅλων ἀρετῶν τέλος, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν συμπασῶν, ἐν ᾗ δὴ πᾶσαι ἔνεισι συλλήβδην καὶ τὸν παλαιὸν λόγον. παλαιὸν λόγον illum exhibet nobis Aristot. de justitia *ethic. Nicom. l. 5. c. 1.* Ἡ δικαιοσύνη ἀρετή μόριόν ἐστι τελεία, ἀλλ' οὐκ ἀπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον· καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις δοκεῖ κρατίστη εἶναι ἀρετῶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ οὔτε ἕσπερος, οὔτε ἑῷος οὕτω θαυμαστός· καὶ παροιμιαζόμενοι φαμέν.

Ἐν δὴ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι. καὶ τελεία μάλιστα ἀρετὴ, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τὴν ἀρετὴν χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν. Qod ipsum & aliâ ratione adfirmat, *ethic. magn. l. 1. c. 34.* & *Eudem. l. 4. c. 1.* Δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη τελεία τις ἀρετὴ εἶναι· εἰ γὰρ δίκαια μόνον ἔστιν ἃ ὁ νόμος κελεύει ποιεῖν· ὁ δὲ νόμος τὰ κατὰ πάσας ἀρετὰς πρόσταττει· ὁ δὲ τοῖς κατὰ νόμον δικαίοις ἐμμένων, τελείων ἀνδρῶν ἔσται· ὥστε ὁ δίκαιος καὶ ἡ δικαιοσύνη, τελεία τις ἀρετή ἐστιν. qi locus in mendo non uno cubare videtur. Legendumque opinor. Ὁ δὲ νόμος τὰ κατὰ π. ἀ. κελεύει. vel πρόσταττειν κελεύει. neque enim lex ipsa facit, sed facere jubet. tum novissima illa sic restituenda videntur. Ὥστε τελείων ἀνδρῶν ὁ δίκαιος καὶ ἡ δικαιοσύνη τελεία τις ἀρετή ἐστιν. Vide *infrà ad § 20.*

Ἐὰν ἤτοι διαφερόμεθα πρὸς τὰ μέσα] *Si vel rebus iis nimiùm tribuamus.* Xyl. *Si vel mentes & affectus in istis figamus.* Cas. nevter vocabuli vim satis expressit. Verto, *Si ad ista temerè anxiéque feramur.* vide *ad l. 9. § 27.*

Ἐυξαπάτητοι καὶ πρακτικοὶ καὶ μαλακτικοί] vide *l. 3. § 9. & l. 5. § 10.*

§ 11. Οὐκ ἄρχεται ἐπί σε τὰ πράγματα] vide *ad l. 4. § 3, 39. & l. 9. § 15.*

Κἀκεῖνα ἀπρεμῆ μένει] ista post ἄρχει interserenda avtumo: qò dictionis seriés feliciùs ac faciliùs fluat. Vide *infrà § 16.*

Οὔτε διώκων, ὅτι φεύγων ὀφθήσῃ] *nec prosequens, nec fugiens videberis.* i. e. nec proseqeris amplius, nec fugies.

§ 12. Σφᾶς ἐκ ψυχῆς αὐτοὺς] vide *ad l. 8. § 48. & ad l. 12. § 3.*

Μήτε ἐλλείποντα ἐπί τι, μήτε ἴσα συνεχόμενα] Membrum alterum omisit Xyl. *neque ad aliqid se extendit, neque se contrahit.* Cas. verùm τὸ συνεχόμενον nusquam, opinor, in eo significatu reperitur, & hîc aliud planè sonat. *nec ad exteriora prominet, nec cum eis intus concurrit, sive consentit.* qomodo Philo dixit, *de vita Mos. l. 2.* Συνεχόντα τὰς πράγμασιν ὁμοίας ἐκβάσεις· *nomina rebus concurrentia & consentanea.* & Plut. in *Fabio,* Συνδραμεῖν ὅσα φύσει λογίων πρὸς τὰς τύχας καὶ τὰς πράξεις· *oracula cum rebus concurrisse.* Et Cicer. *Tusc. l. 1.* concurrant *omnes plebeii philosophi.* ut sit istic τὸ συνεχόμενον, idem qod τὸ συνελθεῖν. *l. 5. § 26.* cum exterioribus sive sensibus. sive rerum specie & pompa concurrere & consentire. vide *l. 2. § 12. & l. 6. § 13. & l. 7. § 56. extremâ.*

Μήτε συνιζάνων] *neque subsidit.* Cas. qod est ὑφιζάνειν potiùs. qahqam & συνιζάνειν eo sensu qandoqe sumitur. Ità enim Lucian. *ver. histor. l 2.* μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος καὶ συνιζάνοντος, *languente ac subsidente vento.* qemadmodum Propert. dixit *eleg. 8. subsidere remos.* malim tamen cum Xyl. *contrahit se,* vel, si hoc mavis, *considit ac comprimitur.* qomodo συνίζειν καὶ συνδεῖσθαι conjunxit Philo *de mund. immort. ad l. 4. § 46.* adductus. & Galenus, Budæo referente, τὸ συνιζηκὸς ὑπὸ πόρων ἀναπιμπλάναι. i. e. *poros compressos aperire,* dixit. & Aphrodiss. *probl. l. 2. q. 22.*

Ἡ λύπη συσίζουσαν ποιεῖ τὴν ψυχὴν καὶ συμπίπτουσαν, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς εἰσω ῥοπὴν. *dolor corporis contractionem sive compressionem producit, dum anima ad interiora se subtrahit.* quod l. 1. q. 31. dixerat. ἡ λύπη πάντων ἀρχαίως τοῦ σώματος. Clem. *padag. lib.* 3. c. 2. συσίζουσιν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ σῶμα *compresso in pectus capite.* Plut. *Publicol.* de figulino opere: ὡς ἐνιαυτὸν, ἀ σφίγματα πάχους πολὺ ἐν πυρὶ, πυκνοῦσι καὶ συσίζουσιν· *non est spissatum & constrictum.* nec obstat, quòd τὸ αὔξειν, τὸ συσίζειν opponitur ab Aristot. *de respir. c.* 4. ubi de insectis agens, ἐν αὐτοῖς, inquit, τὸ ἀναζώπυρον, τὸ ἐμφύτου πνεύματος αὔξεσθαι καὶ συσίζειν, συμβαίνει ἐκ τοῦ ὑγροῦ γίνεσθαι πρίνας. siquidem *compressionem* quandam & ibi designari, manifestum est. Zeno autem referente Galeno, *de dogm. Hip. & Plat. l.* 5. *c.* 2. τὸ πάθος dixit esse ὀπτηγνυμένης τῆς κρίσεως συστολὴν καὶ λύσεις, ἐπιῤῥοὰς τε, καὶ πλήσεις τῆς ψυχῆς. quod nostri mentem clarissimè explicat.

Φωτὶ λάμπειν] lumine illo, de qo Joan. *Evang.* c. 1. v. 9. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, sed alios magis, alios minùs. illuminabat illud & Marcum, etiamsi sui nescium; sicut & Cyrum, etiamsi sui ignarum robore idem accingebat. Esaiæ *c.* 44. *v.* 5.

Ὦ, τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ] vide *l.* 3. § 14. & *l.* 10. § 26.

§ 13. Ὄψεται] *viderit ipse.* quasi dicat, qid ad me? nihil ad me. illius, non meâ id interest. ità Senec. *de benefic. l.* 2. *c.* 14. *Scio hoc illi non profuturum. sed qid faciam? rogat. resistere precibus ejus non possum. viderit. de se, non de me, queretur.* vide *l.* 5. § 25. & *l.* 9. § 27. Sen. idem. *ep.* 71. *Si vis beatus esse, si fide bonâ vir bonus, sine contemnere aliqis. &* ep. 76. *Ad beneficia videnti contemnendum est contemptus iste.*

Ἐγὼ δ' ὄψομαι, ἵνα μή τι καταφρονήσας ἄξιον] Ità capiendum, qod Apostolus *Tito c.* 2. *v.* 15. μηδείς σε περιφρονείτω· & Timotheo *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. μηδείς σε τῆς νεότητος καταφρονείτω· qo loco sic accipiendum sequentia docent; quibus monet ut conditionis suæ locique avtoritatem, vitæ ac conversationis puritate gravitatéqe tueatur. vide *l.* 10. § 32.

Μισόπονος ὄψεται.] Epictet. *l.* 3. *c.* 18. Λέγει σε ὁ δεῖνα· ὄψεται, πῶς ποιεῖ ἰδίαν ἔργον. & *c.* 10. ὠφείλετο μοι φθονερὸν γενέσθαι τὸν ἀδελφόν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκείνου ὄψεται· ἐγὼ δ' οἷς ἂν φθονερὸν γένωμαι αὐτὸς, οἷς δεῖ χρήσομαι τοῖς πρὸς ἐκείνον· τοῦτο γὰρ ἐμόν ἐστιν· ἐκείνο δ' ἀλλότριον· τοῦτο οὐδεὶς κωλύσαι δύναται· ἐκείνο κωλύει.

Οὐκ ἀνεκδικῶς] vide *infr.* § 18. Ambros. *de offic. l.* 3. *c.* 16. *Neqe monitio aspera sit, neqe objurgatio consumeliosa.* Epictet. *l.* 2. *c.* 12. ὁ ὀδυρόμενος ὅταν λάβῃ τινὰ παραύδιον, ἤγαγεν ἐπὶ ὀδὸν τὴν Νύσιον· ἐγὲ κολαγελάσας, ἢ λοιδορησάμενος ἀνῆλθε. καὶ σὺ δεῦξον αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὄψει ὅτι ἀχολωθεὶς μίζει δ' ἂν ὁ δειλὸς, μὴ ὀνείδη κολαγέλα, ἀλλὰ μᾶλλον αἰδέσει τῆς ἀδυναμίας τῆς σαυτοῦ.

Οὐδὲ ὡς ἐπιδεικνύμενος ὅτι ἀνέχομαι] nè leviſſimum qidem præ me ferens offenſionis ſenſum avt ſignificationem. vel etiam, qaſi patientiam oſtentans meam. vide *infr. ad* § 18. ὡς ἐν χάλῳ.

Ὁ θεὸς ὁ Φοιβος] De *Phœbe* tria potiſſimùm, qæ hùc faciunt, memorabilia reperiuntur. qòd rabulam qendam, qi pro concione dicentem interpellaverat, oratione prolixâ in ſe debacchantem placidiſſimè ſuſtinuit, ad dictionis ſeriem qam priùs inchoaverat ità reverſus, acſi nihil qicqam vel ab illo dictum; vel à ſe avditum, animadverſúmve fuiſſet. refert Plut. *in præcept. polit.* qòd cùm ad mentem docereṫr, obviúsqe qidam, poſt convitia multa fruſtrà effuſa, cùm ipſe nullus attenderet, etiam in faciem ei tandem expuiſſet, ad magiſtratus converſus, illud tantummodo dixerit, ὁ πώλων τις τὸν ἀχμονῆτα; *Non compeſcet iſtum aliqis indecorè ſe gerentem?* Plut. *in apophth.* & in *Phoc.* qòd filio morti jam proximus, illud unicum in mandatis dedit, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακῆσαι. *nè qid eorum meminiſſet, qæ adverſus ipſum Athenienſes iniqè egerant.* Plut. *ibid.* id qod Ælianus haud paulò ὑμφαπκότες exuliſſe perhibet. *l.* 12. § 49. per amicos, qi morienti aderant, filio mandâſſe, μηδὲν Ἀθηναίους μνησικακῆσαι ὑπὲρ τῆς πρὸς αὐτὸν φιλοτιμίας, ἣν πρὸς πίνα· qaſi poculum illud cicutâ temperatum, non alio locò haberet, qàm poculum qod in amicitiæ ſocietatiſqe mutuæ argumentum propinari atqe exhiberi ſoleṫ. Unde Theodoreto lucem fœnerari haud piguerit: qi *therapeut. lib.* 3. Platonem ait in rebus religionem ſpectantibus ad ritus receptos ſe attemperâſſe, πρὸς Ἀθηναίων φιλοτιμίαν ἐῤῥωνημένος, καὶ τὸ τοῦ Σωκράτους φάρμακον ἐχθὲς ἐροφήσαντος κάνειον. in qo loco verendo Acciaolus interpres dictionis venuſtatem corrupit planè, dum ſic reddit, *timens nè Athenienſium gratiâ benevolentiâqe excideret;* dum φιλοτιμίας ſignificatum non animadvertit. id avtem optimè explicabit nobis Gregor. Naz. qi *ad Eudox. ep.* 57. Socratem ait temperaturæ ejuſdem poculum hilariter admodum excepiſſe, ὥσπερ ἂν ὁπὸ συνήθη λυχόμενον, ἀλλὰ φιλοτιμίας φαρμάκου. Qin & Socratem eâ ipſâ voce uſum, morti jam propinqum, refert Ælianus. *l.* 1. *c.* 16. cùm enim ab Apollodoro miſſus, in qibus honorificentiùs efferetur, veſtes pretioſas recuſâſſet: Falli multum aiebat Apollodorum, ἐγὼ αὐτὸς πείσω αὐτὸν, ὅτι μὴ πρὸς ἐξ Ἀθηναίων φιλοτιμίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σὺν ἁρμόττοντι πίνειν, ἔτι ὄντως ὄψεται Σωκράτης. Adjici poteſt his illud, non Socratis apud Platonem, ut memoriâ lapſus Cœlius Secund. in *thesauro* prodidit, ſed Theramenis apud Ciceronem *Tuſcul. l.* 1. qi cùm con-

jectus

jectus in carcerem triginta jussu tyrannorum, venenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo ejecit, ut id resonaret; quo sonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ; qi in eum fuit tetterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditurí sint. (habes, Ciceronè clarissimè exponente, qid sit ἡ φιλοτησία.) *Iste vir egregius extremo spiritu, verèque ei, qi venenum præbuerat, mortem est exoratus, quæ brevi consecuta est.* Secius pavlò Xenophon retulit *Hellenic. l. 2.* τὸ λειπόμενον (τῆς κανεὼς) ἐπιπολάζουσα εἰσιοῦσιν Κεντίπα τοῦτ' ἐστὶ τῷ καλῷ. falsus interim Erasmus *apophth. l. 6. var. hist. decl. 238.* qi Ælliani relationem *hist. var. l. 9. c. 21.* dum negligentiùs percurrit, Theramenem è triginta tyrannis fuisse ratus est. Sed ut ad Phocionem redeamus, novissimum hujus illud, opinor, respexit Marcus; eò magis qia subjicit, εἰ γε μὴ σφαλήσεται. sicut & *infr.* § 18. ἐὰν γένηται ἢ μὴ σύνοιδε. ambigua est enim illa Phocionis dictio: poterítque etiam σαρκασμὸν satis aculeatum & mordacem continere, Athenienſem populum ejusmodi poculis amicos suos excipientem, & indiciis ejusmodi suam erga illos benevolentiam obsignantem notantis. quomodo Theopompus *hist. l. 38.* de Clearcho Heracleotarum tyranno, ὃς τοῖς πλείστοις ἐδίδου καθ' ἡμέραν πίνειν, qi singulis propinata quamplurimos sustulerat, Ἐπειδὴ δὲ πάντες ἔγνωσαν τὴν τοῦ φαρμάκου δύναμιν, ὃν ἐφαίνετο μηδὲν ὄντων, πρὸν φαγεῖν πίνοντας. Athen. *deipnosoph. l. 3.* Lusit pariter Libanius emaculandus obiter, *declamat. 11.* ubi parasitus, fratre ad vitam philosophicam desciscente, vitæ pertæsus, Δότε μοι, inqit, σφαγείσῃ φιλοτησίαν ἡ τύχη. leg. Δότε μοι, σφαγείσῃ φιλοτησίαν τῇ τύχῃ· concedite mihi, ut licet fortunæ benevolentiæ poculum propinare. hoc est, ut cicutam bibere licitum sit, qo me vitâ eximam. vide *ad l. 10. § 11.* De Phocione verò præclarum ac dictum habetur Val. Maximi elogium, qo suspicionem istam, quam Marci verba suscitare possint, ab eodem amolitur. *l. 3. c. 8. Placidi & misericordes, & liberales, omnisque suavitate vernantes mores Phocionis, qos optimè profectò consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit. unaq; constantia, qæ naturâ rigidior videbatur, lenis è mansueto pectore fluxit.*

Ἔσω γὰρ δεῖ τοιαῦτα εἶναι] qod Psaltes *Psal. 51. v. 6. in præcordiis.* Apost. *ad Rom. 6. 2. v. 28. ἐν τῷ φανερῷ, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ.* contrà qàm hypocritis solenne est, qi μόρφωσιν pietatis & patientiæ externam gerunt, cùm δύναμιν utriusque internam nullam habeant. Idem *ad Timoth. ep. 2. 6. 3. v. 5.*

Καὶ ἐπὶ θεῶν βλέπειν] Intus oportet istiusmodi esse, ubi Deus ipso, qalis sit, videt; qi non speciem externam, sed cordis habitum intuetur. *Hist. Reg. l. 1. c. 16. v. 7.* ὁ θεὸς ὄψεται ἐπὶ καρδίαν· ἡ τὸ ἐπὶ τοῖς ὄμμασιν ὁρᾷ θεός: ἢ φύσιν, ἅτε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθανόμενος πρυτάνεως. Plut. *de tard. num. vindict.* Hoc est, qod in pagina sacra toties occurrit, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Ad qod Lucæ *evang. c. 1. v. 6.* de Zacharia sacerdote ac conjuge illius usurpatum, Ambros. *Multi hominibus justi videntur; sæpe Deo. aliter enim hominibus, & aliter Deo: hominibus secundum faciem & speciem externam; Deo secundum veritatem & virtutem internam.* Epictet. *l. 2. c. 13.* Θέλησον ἀρέσαι αὐτῇς ποτε σεαυτῷ· θέλησον καλὸς φανῆναι τῷ θεῷ· ἐπιθύμησον καθαρὸς μὲν καθαρᾷ σαυτῷ γενέσθαι, καὶ μετὰ τοῦ θεοῦ.

Τί γάρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς ὑπὸ σοῦ ποιεῖ τὸ ὅσιον τῇ φύσει σου ὀικεῖον] τὸ ὅσιον illud forsan inducendum fuerit. assentior avtem M. Casavbono *πῶς* legenti. *qid tibi indè mali accedit, si qod naturæ tuæ est consentaneum ipse facit?*

Τῇ τῶν ὅλων φύσει ὑνιαίνειν] videt *l. 4. § 23.*

Τεταγμένῳ πρὸς τὸ γένεσθαι δ' ὅτι δὴ τὸ καιρῷ συμφέρον] duriuscula syntaxis, qam interpretes vix assecuti videntur. *eo destinatus, ut communi utilitati inserviat.* Xyl. *designatus esse qod & quomodo postulabit commune bonum.* Cas. ut orationem defectam opinatus videatur. Verùm non hoc est qod Marcus voluit. *homo*, inqit, *ad hoc compositus & aptus, ut id fiat, qocunqe tandem modo, qod in commune expedit.* ità τὸ τακτέον & τεταχθαι usurpant creberrimè & Marcus & Epictetus. aliter tamen pavlò Cas. ὁ μακρεῖτης *ad Pers. sat. 3. v. 72.* qi τεταγμένῳ hîc vult esse qod Persio *locatus.* idem γενέσθαι legit pro γένεσθαι. Verùm id sensum nihil mutat.

§ 14. Ἀλλήλων καταφρονοῦντες] notat diversa & inconstantia hominum ingenia, qi se invicem modò despiciunt, modò suspiciunt, modò sibi invicem arrogantissimè imperant, modò rursùs abjectissimè inserviunt. vide *ad lib. 4. § 32.*

Ἀρεσκεύοντες] ἀρεσκεύειν qid sit vide *ad l. 5. § 5.*

Ὑποκαλαλίνονται] hoc est Svidâ interprete, ὑπείκουσι καθίστανται *inferiùs considunt, accumbunt.* metaphora ab eis qi ad mensam aliis priorem ac superiorem locum concedunt. Subjungit Svidas ex avtore incerto: Κληθεὶς εἰς ἑστίασιν ὑποκαταλίνεται πάντων καταφρονήσεις, ὡς παῖς ἐπὶ τῷ ἡλικίᾳ. ut Plato *polit. l. 1.* ὑποκαταλίνεσθαι ἀλλήλοις, uti Marcus istîc, significatu laxiore dixit, ἀντὶ τοῦ ὑπείκειν ἀλλήλοις, pro *sibi invicem concedere*, utì ipse *ibidem* se explicat, vel *submittere* se potiùs, ſi Marci mentem attendamus.

§ 15. Αὐτῇ φανήσεται] res *ipsa indicabit.* Xyl. ad verbum, *ibi apparebit.* ubi scil. ad rem ipsam ventum fuerit. qod Architecton Athenienſis, ὃν ἔτος εἵρηκεν, ἐγὼ ποιήσω. & Eurípid.

Φεῦ φεῦ τὸ μὴ τὰ πεφύκοτ' ἀνθρώποις ἔχειν Φωνήν· ——

Heu, quòd res ipsæ voces nequiquam obtinent.

Plut. in *præcept. polit.* vel qid *ἐν αὐτῷ ἰδίᾳ* pro *αὐτόθι*, hoc est, *illico, confestim* sumatur? affectus illiusmodi statim se prodet. Verùm subit animum suspicio, fuisse, *αὐτὸ φανήσεται· illud ipsum apparebit*; citra sermonem ullum se prodet. qod & seqentia confirmare videntur. Alludsum videtur ad proverbium, qod *σωτόμως καὶ ἀλληγορικῶς* (in adagiis nimirum usu communi tritis solenne hoc) efferri solet, 'Αυτὸ δείξει. atqe ità Plato in *Theæteto* deprehenditur extulisse: Et ex Platone Aristænetus (si avtoris nomen id, qod M. Mercerus ambigit) *lib.* 1. *epist.* 4. cæterùm Aristophanes in Lysistrata integrum exhibuit,

Τὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει.

Atqe hoc est qod Svidas voluit, ubi dixit, 'Αυτὸ δείξει. *παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον. deest*, supplenda scil. *vox ἔργον*. nam qod Mavssicus in *dissert. critic.* ἔργον censet apud Svidam eò loci idem esse, qod est Hesychio in *præfat.* ὑπόθεσις· qo loco Diogenianum ait *τὰς πλείους φησὶ παροιμίων ὕλας καὶ ἀνὰ φησὶ ὑποθέσεων τετεκέναι*· à Svidæ mente dubio procul qàm longissimè aberravit. Idem forsan & cum Svida voluit Hesychius, ubi *αὐτὸ δείξει* dixit esse *παροιμίαν ἔξω τοῦ ἐπιλόγου εἰρημένην*, *parœmiam qæ sine epilogo*, sive *extrema parte sui enunciatur*. qanqam nescius non sum, posse *epilogi* nomine subjunctam sive adjectam orationem aliqam intelligi, qæ parœmiæ rationem explicationémqe contineat. Verùm τὸ ἔργον apud Svidam pro *hypothesi* sumi, nemo qisqam, opinor, *καὶ ἐφ' ὁλοχεροῦς μόνον ἐφιενόμενος*, (ut cum Marco nostro loqar) Mavssaco concesserit.

Ἐπὶ τῷ μετώπῳ γεγράφθαι] *ὡς ἐνδὺς σωμασιν καὶ τῆς ψυχῆς διάθεσιν δι' αὐτῶν*. ut Galen. loqitur *hortator. c.* 2. *Frons hominis tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index*. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Cicero *Antonio* inter eas *ad Atticum lib.* 14. *epist.* 15. *Qid mecum per literas agis? unam ob caussam mallem coram egisses. non enim solùm ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses*. Achilles an Neoptolemus Ennianus à Gellio *lib.* 19. *cap.* 8. lavdarus, *Eo ingenio natus sum; amicitiam atqe inimicitiam in fronte* (sive, *in frontem*, ut Nonius) *promptam gero*. vide *l.* 1. § 14. & *l.* 7. § 60.

Τοιοῦτον ἔχει ἐνδὺς τὸ τοῖς ὄμμασιν ἐξέχον] Ità continuatim exhibet Lugd. nam Bas. post ἔχει comma interserit. interpretes qi legerint, avt qid secuti fuerint, havd est facilè conjectu, forsan ὁποῖον ἔχει, ἐνδὺς τὸ τ. ὄ. ἐ. *qomodo se habeat, statim in oculis exstat*. vel, τοιοῦτον ἔχει; ἐνδὺς, &c. *ità se habet? in oculis exstat statim*. forsan avtem, τοιοῦτον ἔχειν, sive ἦ, ἐνδὺς &c. *talem esse*, sive, *sic affectum esse, in oculis se statim prodit*.

—in vultu pignora mentis habet.

ut Naso *art. l.* 2. & apud Æschylum Clytemnestræ Agamemnon, sed specie falsâ deceptus,

Εὐ γὰρ φρονοῦσης ὄμμα σου κατηγορεῖ,

Nam prodit oculus esse te affectum probè.

oculi enim *sunt animi indices*. Cicer. *de orat. perfect. ut imago est animi vultus, sic indices oculi*. Idémqe *de leg. lib.* 1. *Natura speciem ità formavit oris, ut in ea penitus conditos morŏs effingeret. nam & oculi nimis arguti, gemadmodum animis affecti simus, loquntur. & is, qi appellatur vultus, qi nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores*. Ambros. *hexam. lib.* 6. *c.* 9. *Imago qædam animi loqitur in vultu*. Evnap. in *Maximo*. Τὰς γὰρ ὁρμὰς τῆς ψυχῆς δηλοῦσι τὰ ὄμματα· unde & qidam *oculos animi portas* qasdam dixere. Adamantius *physiognom. lib.* 1. *c.* 1. ἄωτος δὲ πυλῶν τούτων ἡ ψυχὴ διαφαίνεται. Alii *fenestras* per qas mens non prospicit tantùm, sed se prodit qoqe; & per qas motus atqe affectus animi transluceat qodammodo. Lactant. *de opifc. Dei c.* 8. *Mens est qæ per oculos ea, qæ sunt opposita inspicit, qasi per fenestras lucente vitro aut speculari lapide obductas. Et idcirco mens & voluntas ex oculis sæpe dignoscitur. & c* 9. *Mens oculis tanqam fenestris utitur*. & Salvian. *de providen. l.* 3. *c.* 7. *Sciens fenestras qodammodo esse nostrarum mentium lumen oculorum*. Senec. *de benefic. lib.* 2. *c.* 2. *Qi non peratè fecit, non est dubium qin libenter faciat. itaqe lætus facit, & induit sibi animi sui vultum*. atqe hoc est *φαιδρύνειν ἑαυτὸν ἀληθῶς*· ut Marcus *l.* 7. § 31.

Ὡς ὄφλ' ἑαυτῶν ἐν τῷ βλέμματι] Tibull. *l.* 1. *eleg.* 9.

Non ego celari possim, qid nutus amantis,
Qidve ferant miti lenia verba sono.

Qò spectant & illa Æschylí in *Toxotid.* apud Plutarch. *de profect. indic.* & in *amator.* & apud Antigon. *mirab. narrat.* 127. restituente Salmasio *in Solin.*

Πάλαι μὲν ἀγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀνέκπλη βλεμμάτων ῥέπει βολή·
Νέας γυναικὸς δ' ἄν με μὴ λάθῃ φλέγον
Ὀφθαλμὸς, ὅστις ἀνδρὸς ἢ γαμβρεύσεται
Ἔχω γὰρ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

Ritu puellis nuptiali expertibus
Immotus oculus in terram defigitur.
Nec me puellæ lumina exardentia
Fallent, experta siqa jam fuerit virum.
Animus mihi ista discernendi gnarus est.

Nec fefellerunt, qi *amorem* dixere non magìs qàm vinum avt ignem posse celari. Antiphanes apud Athenæum *l.* 2.

κρύπ-

--κρύψαι, Φειδία,
Ἄπιστα πάλλά πης διδαιτ' ἂν πάλιν δυοῖν,
Οἴνου τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών·
Ἀμφότερα μιλυᾶς γὰρ ὑπὸ φρὶ βλεμμάτων,
Καὶ τῆσ λόγων τ' αὖ ἅττα τοῦ ἀρτιφθίνου
Μάλιστα ταῦτα κηλαφαρεῖς πολλοῖς ποιεῖν.

[ubi nihil opus cum Casavbono in senario penultimo pro τ' αὖ, ταῦθ' rescribere.]

--celare, Phidia,
Præter duo aliqui reliqua possit omnia,
Amore captus si sit, aut si sit ebrius.
Oculis ab ipsis etenim utrunque proditur,
Itémque verbis; ut negare qi volunt,
Illa evidenter arguunt mendacii. H. Steph.

Cui affine est, quod Petr. Victorius *var. lect. l.* 18. *c.* 23. pervulgatam esse apud suos vocem, *Amorem tussimque celari non posse.* de igne idem Naso *epist.* 12. ubi Medea Jasoni amorem suum exprobans;

Perfide, sensisti. qis enim bene celet amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.

Et Helenæ Paris *epist.* 15.

Sed malè dissimulo. qis enim celaverit ignem,
Lumine qi semper proditur ipse suo?

Et ibid.

Quà licet & possum luctor celare furorem:
Sed tamen apparet dissimulatus amor,

Statius *Achill. lib.* 1.

Nec latet haustus amor; sed fax vibrata medullis,
In vultus atque ora redit, lucémque genarum
Tingit.--

Γεφύρα] Vide *ad lib.* 5. § 28.

Ἐπιτήδευσις ἢ ἁπλότητος] *Affectatio simplicitatis*, quâ qis simplex aliis videri studet, sive pro simplici se venditat. Dionys. Halic. in *arte.* Ὁ γὰρ ἔγνως καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἄπιστον, ἀνηδοποίητον. Gregor. Naz. *epist.* 16. ad Evseb. Οὐ φίλον μοι τὸ τεχνικὸν, ὃ γὰρ φιλεῖ συγγένεσ φαντασία τε καὶ ἀλήθεια. Synes. *de regno.* Itaqe Tatianus *adv. Græc. c.* 46. ait scriptis propheticis fidem habuisse, διά τε τὴν λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τὴν ἐναντίων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τὴ πατὸς πειθοῦς τὸ συναπάλαιστον. &c.

Σκαλμὸ ὄζει] obturbat istud *σκαλμό*. Σκαλμὸ Polluci *lib.* 10. *c.* 38. ex Sophocle, *cuspis* nomen barbarum; *Thracum* scil. *peculiaris*; qod ex Hesychio discimus. Verùm id istîc qid velit, nullus assequor. Xyl. σκάλλω, qomodo Plut. ὀδὸν σκαλλοῦσαν vocat. vertitqe, *insidiæ tectæ.* Sed & alicubi Epiphanius, μηδὲν ὀρθὸν, ἀλλὰ πάντα σκολιὰ *rectum nihil, sed obliqa cuncta.* D. Boot. vult σκαιὰ, *scæva, sinistra.* M. Casavb. *nullo modo laudabilis.* ità qid legerit, incertum est. Verùm clarissimus Salmas. *Omnino*, inqit, *rescribendum* σκαμβὴ ὄζει. Proverbium est Græcum, σκαμβὸν ξύλον οὐ πλανᾷ ὀρθόν. (Habes apud Svidam, & Apostolium proverb. 1801.) Latini hoc nomen etiam suum usu fecerunt, unde apud Svetonium *Otho. c.* 12. *Scambus, & malè pedatus.* Rem nimirùm ipsam acu tetigit. nec qæsitu ulteriùs opus. Σκαμβὸν, διεστραμμένον. Svid. qid si locum hunc Marci ob oculos habuit?

Οὐδὲν ὄζει εἰκὸς λυκοφιλίας] λυκοφιλία qid sit, nescium se fatetur Xyl. Explicabit ex Ælio Dionysio Evstathius *ad Il. κ'.* ex Menandro Dionysius. Λυκοφιλίαν, ἀντὶ τῆ ἁπλότητος, ἀπάτης· *suspecte: subdolé.* Menander,

Λυκοφίλιοι μὲν εἰσιν αἱ διδαχαί.

Suspecta pax hæc, tanqam amicitia est lupi. Grot. Explicabit Plato, in *epist.* 2. *ad Dionysium* datâ: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, inqit, ταύτη ἡμῖν ἐμοὶ καὶ σοὶ λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνησίαν δὲ τὸ ἀπεργάσατο. *Hæc autem sic gesta, tuam mecum amicitiam lupinam diremit, nósque tuâ culpâ dissociabiles reddidit.* Et Platonem imitatus, Cornelius Episc. Romanus, *epist. ad Fabium Antioch.* apud Evsebium *lib.* 6. *c.* 43. de Novato. ὅτοι οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφρόσαντες τοῦ αὐτοῦ πανουργίας τε καὶ παλιμβολίας, τάς τε ὑποκρίσεις καὶ ψευδολογίας, καὶ τοῦ ἀκοινωνησίαν αὐτῆ καὶ λυκοφιλίαν. *Viri isti illum observantes, & deprehensâ hominis astutiâ & versutiâ, perjuriisque & mendaciis, affectu dissociabili, & lupinâ, sive vesaatoriâ, amicitiâ.* Λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνησίαν conjunxit; qemadmodum & Plato, cujus codices hinc corrigendi: & pro ἀκοινωνίαν, qod est κόμματος φαύλου, legendum ἀκοινωνησίαν qa voce usus est & Aristoteles *polit. lib.* 2. *c.* 3. Alluditur hoc vocabuli ad apologum de induciis sive fœderibus, qæ cum ovibus lupi aliqando inire volebant, canibus gregis custodibus ob fidum loco sibi traditis, qorum loco scil. catulos suos ipsi darent, qò liberiùs deinceps grassarentur in greges. Eum Samiis narrâsse primò Æsopum, cùm is à Crœso posceretur, avtor est Max. Planudes in *vit. Æsop.* recitâsse denuo Athenien sibus Demosthenem, cùm ab Alexandro (non ut Svidas, ab Antipatro) ipse cum oratoribus aliis deposceretur, refert Plutarchus in *Demosth.* eundem παροιμιακῶς extulit exhibuitqe Libanius in *progymnasm. fab.* 1. pro eo avtem qod λυκοφιλίαν Marcus, ἀλωπεκῆν φιλίαν dixit Leo Imperator sapientissimus dictus in *oraculis* suis.

Ἀλωπεκῆν ὑποκριθεὶς πρὸ φιλίαν,
Καὶ μακροθύμως χθιζισάσας πρὸ φρένα,
Ὡς τριόδους ἄγαν καὶ πολιὸς τις ἐγρήγορεν·
Vulpinâ amicum mente simulans subdolè,
Patienter ingenium cohibens, ut fræno insitum,
Sicut senex valde & canus sapientiâ:

vide Joan. Rutgers. *var. lect. l.* 5. *c.* 8.

§ 16. Κάλλιστα ἡ ζῆν] ἡ διαζῆν. est enim novi argumenti exordium.

Ἐὰν ἔχωσιν αὐτῆ διαφορᾶς διηνεκέσας] vide *supra* § 2. & *l.* 3. § 11.

Οὐδὲν αὐτῆ ὑποκλίνει εἰσὶ αὐτῶ ἡμῖν ἐμπαθεῖ].

πιεῖ] Vide *supra* § 11. & *lib.* 9. § 15.

Εὐδὺς ἐξαλείφεται] Vide *l.* 8. § 47.

Ὀλίγα χρόνῳ ἔσται] Vide *l.* 10. § 11, 15.

Χώρε αὐτοῖς καὶ ῥᾴδια ἔστω σοι] ἔσαι forsan. Ità Joan. *ep.* 1. *c.* 5. *v.* 3. Αἱ ἐντολαὶ τῦ ἀγαπῶντι βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. Vide *l.* 8. § 26. & *l.* 10. § 33.

Ἐπὶ τῦτο ἀπεδόλε, κἂν ἄδοξον ᾖ] Hoc est quod Pythagoras, κἂν πιθῶν μέλλῃς ἀδοξεῖν. Vide *ad l.* 9. § 18. Basil. Cæsar. *orat.* 24. & ex eodem Simeon Magist. *orat.* 1. Οὐκ ἔστιν ὃ μᾶλλον φωνλέον εἶη τῷ σωφρονεῖν, τῷ πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τῆς πολλῆς δοκοῦντα πρεπόντως, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίυ, ὥστε καὶ πάσαν ἀνθρώπις ἀνθλέγειν, κἂν ἀδοξεῖν, καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τῶ καλῶ δεῖν, μηδὲν αἰρεῖσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παρακινεῖν. Epictet. item *enchir. c.* 34. Ὅταν τι διαγνῶς ὃν ποιητέον ὄζι, ποιῶ, μηδέποτε φύγης ὀφθῆναι πρᾴοσιν αὐτὸ, κἂν ἀλλοίαν τι ὑπολαμβάνειν εἰ μὴ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ ἔργον φεύγε· εἰ δ' ὀρθῶ, τί σοβῇ τὸν ἐπιπλήσονλα; οὐκ ὀρθῶς Ità Apostolus ad cœlestia contendit, διὰ δόξης καὶ ἀπιμίας. *ad Cor. ep.* 2. *c.* 6. *v.* 8. Plut. *de audiend.* Οὐ γὰρ μόνον, ὡς φησιν Φωκυλίδης,

Πολλ' ἀπατηθῆναι δίζήμενον ἔμμεναι ἔσθλον.
ἀλλὰ καὶ γελασθῆναι δεῖ πολλὰ καὶ ἀδοξῆσαι. Ubi obiter adnotâsse havd pigebit, versum illum, quem Plutarchus Phocylidæ vindicat, pavlò aliter à Clemente *strom. l.* 5 *prope finem* concipi,

——πολλὰ πλανηθῆναι—&c.

eâ nempe notione qâ Ulysses πολυπλανὴς, & πολύπλαγκ@ dicitur, *odyss. p. v.* 511. Epictet. *enchir. c.* 12. Εἰ σοφὸν θέλεις, ὑπόμεινον, ἕνεκα τῦ ἐπὶ τῆς ἄνες δόξαι καὶ ἠλίθι@. qod Anaxagoræ objgisse refert Laërt. *l.* 2. Οἷον γὰρ ὄζι τὸ ἀνόητον ὄντως ὑπολειφθῆναι, διὰ τὸ μὴ νομισθῆναι τοῖς ἀνοήτοις ἀνόητως; *Quæ enim ratio est in amentia persistere, nè amentibus amens videare?* Simplic. *comment. in* Epictet. *ibid.* Socrates apud Senecam *ep.* 71. *Ut sis beatus, & te alicui stultum videri sinc.* Lactant. *instit. l.* 5. *c.* 14. *Non potest quisquam justus esse, qod est cum vera sapientia conjunctum, nisi idem stultus esse videatur.* Dionys. *de divin. nomin. c.* 7. Ἓν δίδεν ὁ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐνωθεὶς, ὅπ ἓν ἔχει, κἂν ὁι πολλοὶ νηθετῶσιν αὐτὸν ὡς ἐξεστηκότα. Ità de Domino Christo ipsi propinqi ejus dicebant, ὅπ ἐξέστ. Marc. *c.* 3. *v.* 21. Æschyl. *Prometh.*

Κέρδιστον ἓν φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

——*Utilissimum est,*
Minimè videri sapere, cùm sapias tamen.

Siqidem ut Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 2. *v.* 14. Τὰ τῦ πνεύμα@ τῦ Θεοῦ, μωρία τῷ ψυχικῷ ὄζι. & *c.* 1. *v.* 18. Ὁ τῦ σαυρῦ λόγος τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία· τοῖς δὲ σωζομένοις δυνάμεως θεῦ, & qod Plato *epist.* 2. Σχεδὸν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πρὸς τὸν πολλὸν καταγελαστότερα ἀνθρώπια· ὃς μὲν πρὸς τὸν εὐφυᾶ (εὐσεβῆ, potiùs) θαυμαστότερά τε καὶ εὐδαιμονικώτερα. Vide Epictet. *enchir. c.* 23. *ad l.* 4. § 12. Vide & *l.* 5. § 3. & *l.* 6. § 2.

Παυλὶ γὰρ συγγνώμη τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ζητῆσαι] Vide *ad l.* 6. § 27. Caro Uticensis, referente Plutarcho; Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ ὅ τις νομίζει περὶ ἀγαθῶν μέγιστον, ἑτέρῳ μὴ παρέσηι;

§ 17 Πόθεν ἐλήλυθεν] vide *l.* 8. § 3. & *l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 36.

Οἷον ἔσαι μαλακάλλων] vide *l.* 8. § 21.

Οὐδὲν κακὸν πείσεται] Vide *l.* 4. § 42. & *l.* 7. § 23.

§ 18. Καὶ πρῶτον μέν] Καὶ illud *παράλογον* videtur. qomodo Hebræis in scriptorum exordiis creberrimè. Proponit varias considerationes, qibus animi impetus ad offensationem & iracundiam *in* injuriis illatis proclivis, reprimatur, & *in affectione* placida & tranqilla contineatur. eas alibi sæpe priùs inculcatas, prout ex locorum collatione videre est, hoc loco simul uno qasi fasciculo comprehensas, veluti per synopsin qandam, ob oculos constituere visum est.

Τίς ἡ πρὸς αὐτὸς μοι χρεία] Vide *l.* 8. § 27. & *l.* 9. § 22.

Ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν] Vide *l.* 2. § 1. & *l.* 8. § 56, 59.

Περισκόπ@ αὐτῦ γέγονα] Hoccine Marcus, ut imperator, an ut philosophiæ studiosus? utrovis enim modo accipere licet. Plato *Dionysio ep.* 4. Νῦν ἓν δῆλον μόν ὅζιν ὁ λέγω, ἀναμμυησικειν ὑμῶν δεῖ ἡμᾶς αὐτὸς, ὅπ πρεσήκει, πλέον ἢ παίδων, καὶ ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν, sed illâ potiùs ratione, opinor; ὡς ἄρχων *l.* 3. § 5. qanqam potest & utroqe.

Ὡς χρὸς πόιμνης] Ὁ μὲν καὶ αὐτὸς ἡγεμὼν, τροφὸς· ὁ δ' οἷον, χρὸς καὶ κίλι@· καὶ ὃ βοῶν, ταῦρος. Pollux. *l.* 2. *c.* 12 § 29. de Ulysse Priamus *iliad.* γ'. *v.* 196.

Αὐτὸς δ', κίλι@ ὡς ἀπὸ πολεῖ στιχας ἀνδρῶν,
Ὅστ' οἶον μέγα πῶν διέρχεται ἀρῆνα.

qod in Cleanthem detorsit Timon. uti Laërt *l.* 7. & de Ænea poeta *il. v. v.* 492.

Λαοὶ ἔπονθ', ὡσεί τε μῆ κίλιον ἔστετο μῆλα.

Ἡ ταῦρος ἀγέλης] Achill. Tatius *Leucip. l.* 5. Βαδίζει ταῦρος ὑλαυχενῶν, καὶ ὥσπερ ὁπλοκυμῶος, ὅπ πρὸ ἄλλων βοῶν ὄζι βασιλεύς. De Agamemnone *il. β. v.* 480.

Ἠΰτε βῦς ἀγέληφι μεγ' ἔξοχος ἵστατο πάντων
Ταῦρος· ὁ γάρ τε βόεσσι μάλα κρέπει ἀγερωχήσι.

Et Flaccus *sat.* 3. *Viribus editior,* ——*ut in grege taurus.* Polyb. *hist. l* 6. Καθάπερ ἐπὶ πρὸ ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τύτων (πλήθος ἀνθρώπων) συναθροίζομέν ων, ὅπερ εἰκὸς κ' τῦτο τὸ ὁμόφυλον συναγελά-

γελάζειν, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀδύνατον· ἀνάγκη τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ψυχικῇ τόλμῃ διαφέροντα, τούτων ἡγεῖσθαι καὶ κρατεῖν· καθάπερ καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων τῶν ἀδοξοποιήτων ζώων διαφέρωμεν· τοῦτο χρὴ φύσεως ἔργον ἀληθινώτατον νομίζειν· παρ' οἷς ὁμολογουμένως τοὺς ἰσχυροτάτους ὁρῶμεν ἡγουμένους. λέγω δὲ ταύρους, κάπρους, ἀλεκτρυόνας, τὰ τοιαῦτα παραπλήσια. Videtur autem Marcus hic ob mentem habuisse Epicteti illa, *dissert. l. 3. c. 1.* Σὺ δὲ τίς εἶ ἐνταῦθα; μία ὄψις εἰπεῖν, ὅτι ὅστις εἰμὶ, ὦ δεῖ μέλειν ἀνθρώπων· ὅδε δὲ λέγει τὸ τυχὸν βοῖδιον τολμᾷ ἀνίστησιν αὐτῷ. ἂν δ' ὁ ταῦρος περιελθὼν ἀνθίστηται; λέξε αὐτῷ, ἄν σοι δόξῃ, σὺ δὲ τίς εἶ; ἄνθρωπε, ἐν παντὶ γένει φύσεώς τι ἐξαίρετον, ἐν βοσὶν, ἐν κυσὶν, ἐν μελίσσαις, ἐν ἵπποις. μὴ δὴ λέγε τοῦ ἐξαιρέτου, Σὺ δὲ τίς εἶ; εἰ δὲ μὴ, ἐρεῖ σοι φανλῶ λαβών, ἐγὼ εἰμι τοιοῦτον, οἷς ἐν ἀπάτῃ περφύρα μή μ' ἀξίω ὅμοιον εἶναι τοῖς ἄλλοις· ἢ τῇ φύσει μεμάμφομαι, ὅτι με διαφέροντα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν. Idem *l. 1. c. 2.* Σὺ ἑαυτὸν ἡγῇ μίαν τινὰ εἶναι χρήσιμον τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ μέρει; τί ἂν σὲ δέοι φρονίζειν, πῶς ἂν ὅμοιος ἦς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις; οὐκοῦν ὁδὲ ἡ κόκκη πρὸς τὰς ἄλλας κόκκας θέλει τι ἔχειν ἐξαίρετον· ἐγὼ δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι, τὸ ὀλίγον ἐκεῖνο, καὶ στίλβοντον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄριστον τῷ ἐνυφαντῇ φαίνεσθαι καὶ καλά. τί ἂν μοι λέγεις, ὅτι ἐξομοιώθητι τοῖς πολλοῖς; καὶ πῶς ἔτι πορφύρα ἔσομαι· qem locum eò lubentior adduxi, qò ab interpunctione laborantem, quod interpreti imposuit, restituerem. Et paulò pòst ibid. Ὁ ταῦρος, λέοντος ἐπελθόντος, μόνος αἰδάνεται τῆς αὑτοῦ παρασκευῆς, καὶ περιέλκυσεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς ἀγέλης.

Εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἢ τὰ ὅλα διοικοῦσα] vide *l. 9. § 39. & l. 10. § 6.*

Τὰ χείρονα τῶν κρειττόνων ἕνεκεν] vide *suprà § 10. & l. 5. § 30.*

Ὁποῖοί τινες εἰσιν] vide *l. 3. § 4. & l. 10. § 13.*

Οἷας ἀνάγκας δογμάτων] vide *l. 8. § 14.*

Μετ' ὀλίγα τύχῃ] qod *l. 9. § 34.* ὅσα ὄνησις. qanqam hìc malim *prudentiæ opinionem*, qàm *fastum* vertere: qanqam & ista fastu sufflat. Vide *ad lib. 2. § 15.*

Ἄκοντες] vide *l. 7. § 62.* Πάντας ἄκοντας ἁμαρτάνειν, dogma Stoicum. Epictet. *l. 1. c. 18.* nec horum duntaxat, sed sapientum omnium si Platoni credimus; sic enim is in *Protagor.* Ἐγὼ δὲ ἥδομαι τοῦτο, ὅτι ὀλίγοι τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται, ὀλίγα ἀνθρώπων ἑκόντα ἐξαμαρτάνειν, ὅσα αἰσχρὰ τε καὶ κακὰ ἑκόντα κατεργάζεσθαι. ἀλλ' ἓν ἴσασιν, ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ κακὰ ποιοῦντες, ἄκοντες ποιοῦσι. qi & idem in *Hipp. maj.* Κακὰ δή γε πολὺ πλείω ποιοῦσιν ἢ ἀγαθὰ πάντες ἄνθρωποι, ἀρξάμενοι ἐκ παίδων· καὶ ἐξαμαρτάνοντες ἄκοντες.

Ἄκοντες καὶ ἀγνοοῦντες] Itaque hoc utroq; nomine (si verum istud) veniâ ac misericordiâ digniores; vt *l. 2. § 13.* Οἷς πολλὴ δοκεῖ συγγνώμη εἶναι, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικήσῃ, ἢ φάσκειν, ἢ ἄλλό τι κακὸν ποιήσῃ· καὶ οἱ νόμοι δὴ πολὺ χαλεπώτεροί εἰσι τοῖς ἐκόντι κακὰ ἐργαζομένοις, καὶ ἀδικοῦσιν, ἢ τοῖς ἄκουσιν. Plato *Hipp.* & Demosth. *adv. Midiam.* Οἱ μὲν τῆς βλάβης νόμοι πάντες, ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλῆν· ἂν δ' ἄκων, ἁπλῆν τὸ βλάβος καλοῦσιν ἐκτίνειν· ὁ μὲν γὰρ παθὼν, πανταχοῦ βοηθείας δίκαιός ὅτι τυγχάνειν· τῷ δράσαντι δ' οὐκ ἴσον τῷ ὀργιῷ, ἂν δ' ἑκὼν, ἄντ' ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος· οἱ δὲ φονικοὶ, τοῦ μὲν ἐν προνοίας ὑποληπτοὶ, θανάτῳ καὶ ἀειζυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων, ζημιοῦσι· τοῦ δ' ἀκουσίου, ἀνοσίως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν.

Ἄκουσα χέρεται τῶ ἀληθῶς] Ex Platone. Vide *l. 7. § 63.*

Αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις] Hoc est qod primo loco cogitandum proposuit Antonius Epicureus in scripto suo περὶ τῆς τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐπιεικείας, cujus meminit Galenus *de affectib. dignoscend. & curand. c. 1.* ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλὰ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἁμαρτάνομεν. Senec *de ira l. 1. c. 14. Cogitet, qàm multa contra bonum morem faciat; qàm multa ex his qæ egit, veniam desiderent. jam irascetur etiam sibi. nunqam enim æqus judex aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert. nemo inveniatur, qi se possit absolvere: & innocentem qisqe se dicit respiciens testem, non conscientiam.* Æschylus apud Stob. *tom. 2. tit. 3.*

Ἁμαρτάνει τι καὶ σοφῶ σοφώτερος.

Peccat aliqando, sapiente & qi plus sapit.

Et ad Marcum propiùs accedens Jacob. *ep. c. 3. v. 1.* Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. *In multis offendimus omnes.* Ad qem locum Beda noster; *Non dixit offenditis, sed offendimus, inqit: & in multis, præmisit; omnes, subjunxit.* Et Avg. *epist. 29. Non in uno, sed in multis; nec qosdam, sed omnes dicit.* Vide *ad l. 7. § 26.*

Καὶ ἄλλῳ τοιοῦτος εἶ] qod *l. 7. § 79.* εἷς ἂν τῶν φαύλων· *alius* ejusmodi. qomodo in paroemia dicitur, ἄλλος ἐστὶν Ἡρακλῆς. *alius*, sive, *alter, iste Hercules est.* i. e. alter ejusmodi qalis Hercules. de Titorno usurpatum Ælian. *l. 12. c. 22.* qò facit Platonis illud adductum *suprà ad l. 10. § 30* forte an tamen, ἄλλως legendum. *aliàs*, sive *aliis in rebus, ipse paria peccas.* ἄλλο τι ὁμοιοδὲς. *l. 7. § 26.* παρόμοιόν τι. *l. 10. § 30.*

Vitia habes alia, etiam haud fortasse minora.

Flaccus *sat. 3.*

Ἀλλὰ πλείω ἔξεις πτερύγια ἔχεις] Malim, ἔχεις. atqe ità reddidit interpres uterqe. *habes dogmata gemina* ut *l 7. § 26.* vel *affectus pariter vitiosos.* & paria itaqe nì aliud obstaret, puta supplicii

plicii vel opprobrii formido, admitteres, vel admittere aliqando poteris. qod Apoſtolus innuit, *ad Gal. c. 6. v. 1.* verbis illis, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ariſtot. *de rhetor. ad Alex. c. 37.* ὑπόκρισίς τε καὶ δίκαιον καὶ συμφέρον ὅτιν συγγνώμων ἔχειν. τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν κοινὸν πάντων ἀνθρώπων· καὶ ὕβρεις δίκαιον, εἴ τι τοιοῦτον αὐτὸς συνεμπίπτει. Optimè Plin. min. *l. 6. ep. 22. Optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qi cæteris ità ignoſcit, tanqam ipſe qotidie peccet; ità peccatis abſtinet, tanqam nemini ignoſcat.*

Διὰ δειλίαν] ſcil. qod Naſo *amor. l. 1. eleg. 4.*

Siqa metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt:
Qa qia non potuit— (metu nimirum coercita)
—non facit, illa facit. Itaqe Plavtus *ſtich. 1, 2.*
Vbi facillimè ſpectatur mulier qàm ingenio eſt bono?

* Cùm, Acidal. * *Cui maleſaciendi eſt poteſtas, qæ, nè faciat id, temperat.*

Vacat enim abſtinentiæ teſtimonium, cùm licentia eripitur. Tertull. *adverſ. Marc. l. 1. c. 29.* & ut Flaccus *l. 1. ep. 17.*

Oderunt peccare (etiam) mali formidine pœnæ.

ὥσπερ ὑπὸ φλογὸς ἥττον χίων ἢ * χαλκῆ, [* χαλκὸς perper. vulg.] οὕτω ἡδονῶν ἀκρατεσθμοι, καὶ ὡς τὸ δεινὸν ἀποκλείσαντες. Plut. *de virt. moral.*

—tolle periclum,
Jam vtga proſiliet frenis natura remotis.

Flacc. *l. 2. ſat. 7.*

Ἡ δεξιοσύνη] vide *l. 12. c. 4.* apud Stob. *tom. 2. tit. 9.* Philiſcus, an Philemon. tribuit illi Grotii editio: huic Geſneri: huic item Anton. *Meliſſ. l. 1. c. 13.* & Maxim. *c. 5.*

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, ὃς οὐ μὰ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται·
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέχεται,
Ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων,
Ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως·
Οὐδ' ὃς γε ταῦτα πάντα διατηρεῖ μόνον,
Ἀλλ' ὅστις ἄλλον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν
Εἶναι δίκαιος, κ' οὐ δοκεῖν ἐθέλει.

Non juſtus, omnis abſtinens injuriæ eſt,
Sed qi nocere cùm poteſt, tum abſtinet:
Nec qi recuſat parva, ſed qi maximis
Tentatus, animi robur invictum gerit.
Nec qiſqis iſta qolibet præſtat modo;
Sed qi doloſi neſcius fuci, integrâ
Probitate, juſtus eſſe, non credi, ſtudet.

Grot. Alluſit ad Æſchyli illud in *Theb.*

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

vide *l. 8. § 1.*

Πολλὰ γὰρ κατ' οἰκονομίαν γίνεται] *Multa*, inqit, *per diſpenſationem qandam fiunt.* Non *divinam* qidem eam, de qa Xylander intelleXiſſe videtur; cùm vertit, *Qadam enim fato fiunt.* ſiqidem non *qadam*, ſed *omnia* in univerſum, *fato fieri*, ſtatuebant Stoici. ſed *humanam*, prout & Anglus rectè cepit. in qem eundem ſenſum Epictetus pariter *l. 3. c. 14.* ὅλη προαιρέσεων, τὰ μὲν ἀποτυγχάνοντας προέπεσε, τὰ δ' κατ' ἀπείρασιν, τὰ δ' καὶ οἰκονομίαν, τὰ δ' κατ' συμπεφορὰν, τὰ δ' καὶ ἄγνοιαν. qo de loco videri poterit Hieron. Volſius in *Annot.* Membrum illud qod attinet, qod hîc Marcus attingit: κατ' οἰκονομίαν fieri aliqid dicitur, cùm aliud qidpiam ſpecie tenus geritur, qàm qod vel intenditur, vel revera ſubeſt. Indè fit, ut qædam mali ſpeciem præ ſe ferant, qæ tamen, cùm alio fine, aliâqe ratione peragantur, qàm primo aſpectu videri poſſit, culpâ omni proſſus carere cenſentur. *Oeconomia* iſtiuſmodi fuit, qòd copiæ Iſraeliticæ, qaſi formidine perculſæ ad Ajenſium incurſum in fugam ſeſe dabant, qò ab urbe ſua iſtos longiùs electarent. Joſ. *biſt. c. 8. v. 15.* vide Origen. *adv. Celſ. l. 1. ad l. 3. § 4.* qòd Jehu rex Iſraelis, Baalis colendi cupidum ſimulabat ſeſe, cùm ejuſdem cultores comprehendendi & peſſundandi conſilia apud ſe coqeret. *Reg. biſt. l. 4. c. 10. v. 19.* qòd Solomon de infante diſſecando ſententiam tulit. *Reg. l. 3. c. 3. v. 25.* cui non abſimile Clavdii imperatoris illud, qi fœminæ filium ſuum non agnoſcenti, matrimonium juvenis indixit. Sveton. *l. 5. c. 15.* qòd Carolus magnus patrem & filium maleficii reos habitos, cùm ſontem alterum, alterum inſontem eſſe compertum haberet, utroſqe duci juſſit, qò alter ſe prodendo alterum liberaret. And. Iſern. *de feud.* qòd Archimandrita qidam Ægyptius, qi qò monachum juvenem à libidinis flammis, qibus uſtulari ſe conqeſtus eſt, liberaret, ſubornavit qi conviciis hominem inſectaretur, & poſt injuriam illatam, innocentem inſuper apud ſeſe deferret. Hieron. *ad Ruſtic.* qòd Davus Terentianes Myſin cum puerulo in viam provoluturum ſe minatur. *Andr. 4. 5.* Nec deſunt ex antiqis, qi patriarcharum piorúmqe aliorum lapſus in ſacris literis proditos, hoc *œconomiæ* prætexru eant excuſatum. Origenes *ſtromat. l. 6.* qò Jacobi mendacium excuſet Elavum ſeſe profitentis. *Geneſ. c. 27. v. 19.* poſt adducta Platonis illa ex *polit. l. 3.* τοῖς θεοῖς μὴ ἔχειν ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει. *Conſiderandum eſt*, inqit, *qomodo Philoſophus cavtè dixerit, Deo indecens & inutile eſſe mendacium, hominibus non interdum inutile; & qòd nè per diſpenſationem qidem* (hoc eſt, κατ' οἰκονομίαν, & ità prorſus Orig. ſcripſerat) *putandum ſit Deum aliqando mentiri.* qod *homini* tamen *per diſpenſationem* qandam *licere* concedit, allatis exemplis Judithæ *c. 11. v. 2.* Holofernæ mentitæ; Eſteræ *c. 5. v. 8.* Hamanem convivam poſcentis; ubi nulla tamen mendacii veſtigia comparent. Qod autem Plato, ἐν φαρμάκου εἴδει, Clemens Alex. ἐν διατρείας μέρει dixit. ſic enim iſte, *ſtrom. lib. 7.* de Gnoſtico agens, ἀληθῆ τε φησεῖ ἅμα καὶ ἀληθεύειν· καὶ οἱ μὲν πατὴρ

ὦ

ἐν διαλογίαις μέρει, καθάπερ ἰατρὸς πρὸς νοσοῦντας ὅτι σωτηρία τῷ κομιδῇ τινων, φθόσται, ἢ μανῆδι ἐρεῖ καὶ τοῦ σοφιεῖ. *non tam*, inqit, *mentietur, quàm mendacium dicet, uti subtilitatum periti distinguere solent.* Eódem trahit Origenes *operis dicti lib.* 10. ejusdémque *œconomiæ*, sive *dispensationis*, speciem vult esse disceptationem, vel increpationem potiùs, illam, qâ adversùs Petrum Pavlus Antiochiæ usum se profitetur, *ad Galat. c.* 2. *v.* 11. eundémque secutus, cùm Joan. Chrysostom. in *Gal. expos.* ὁ μάχης ἦν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ οἰκονομίας. εἰ γὰρ ὄντως ἐμάχοντο, οὐκ ἂν ὁπὶ τῷ μαθητῇ ἀλλήλοις ἐπετίμησαν. σφόδρα γὰρ ἂν αὐτὸς ἐπαινέλεσαν. νυνὶ δὲ λυπεῖται ὅτι ἢ ἐν τῷ φανερῷ μάχεται & Hieron. *in comment. Novâ bellator*, inqit, *usus est arte pugnandi, ut dispensationem Petri, qâ Judæos salvari cupiebat, novâ ipse conditionis dispensatione corrigeret; & resistere ei in faciem, non arguens propositum, sed qasi in publico contradicens.* qi & *rabulis forensibus* Apostolos comparat, qi pari ratione, *omissis sæpe negotiis in proprias contumelias vertuntur, & joculari se invicem dente mordent, ut populum circumstantem fallant, & apud reos prævaricationis suspicionem effugiant.* Idémque *ad Augst. ep.* 1. *Bene uterque finxit. nec tamen defendimus officiosum mendacium; sed ostendimus honestam dispensationem.* Verùm Apostolum à nota hac uberrimè vindicat Augustinus *epist. ad Hieron.* ea de re scriptâ. & in *lib. de mendac.* qi tamen & ipse ibidem Jacobi dictum, qo Esavum esse se affirmabat, vult mendacium videri, non esse; & dispensationis ratione non absimili excusat. οἰκονομίας revera rationem habuit, eodémque refert, qi & συμφεροντῶν appellat, Clemens dictus, Timothei circumcisionem à Pavlo procuratam, *Act. c.* 16. *v.* 3. cùm tamen πρεπτέλιν χειροπόητον ὧδὲν ἀφελοῦν prædicaret, *Rom. c.* 2. *v.* 28. *Galat. c.* 5. *v.* 6. & *c.* 6. *v.* 15. συμπεριφερόμενος Ἰουδαίοις. sed & qod de se Apostolus idem *ad Cor. ep.* 1. *c.* 9. *v.* 19. 22. Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω· καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους· ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω· τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. Nec illud mjnùs, qod Chrysippus habet in *lib. de rhetoric.* referente Plut. *de contradict. Stoic. c.* 2. ὅτω ῥητορεύσουν καὶ πολιτεύσειν τὸν σοφὸν, ὡς καὶ τὸν πλούτου ὄντα ἀγαθὸν καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ὑγείας cùm tamen ipse secus omnino censeat. Qod Epictet. *enchir. c.* 16. de homine in mœstitia luctúque agenti ob infortunium aliqod, qod eidem obtigerit, μέχρι μόνου λόγου μὴ ὄκνει συμφεροντῶς αὐτῷ, κἂν ὅτου τύχῃ, συνεπιτένδειν· φεύγειν μόνου, μὴ καὶ ἔσωθεν συνεπιτένδειν. qem vide & *ad l.* 8. § 27. Idem & Senec. *epist.* 5. *Intus omnia dissimilia sint: frons nostra populo conveniat.* & *ep.* 103. *Non abhorreat à publicis moribus; nec hoc agat, ut qicqid non facit, damnare videatur.* qi & idem, Lactantio *instit. l.* 3. *c.* 15. referente, unde dispensationis hujusce usum Stoicis frequentem satis familiaréntque fuisse liqet. *Facict*, inqit, *sapiens, & qæ non probabit, ut etiam ad mala transitum inveniat: nec relinqet bonos mores, sed tempori se aptabit: ut qibus alii utuntur in gloriam aut voluptatem, utatur agendæ rei causâ.* &, ut qàm latè pateat, avtoribus illis, dispensatio ista videatur; *Omnia*, inqit, *qæ luxuriosi faciunt, qæqe imperiti, facict & sapiens, sed non eodem modo, eodémque proposito.* Horum itaqe exemplo dogmatéq; Fabius *instit. l.* 12. *c.* 1. cavssarum minùs honestarum defensionem in oratoribus excusat. *Nè hoc qidem*, inqit, *est nudum inveniendum, qalem cavssam vir bonus, sed etiam qare, & qâ mente defendat. ac primùm concedant mihi omnes oportet, qod Stoicorum qoqe asperrimi confitentur, facturum aliqando virum bonum, ut mendacium dicat. & qidem nonnunqam levioribus cavssis; ut in pueris ægrotantibus utilitatis eorum gratiâ multa fingimus; multa non facturi promittimus; nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, ut hoc, qod aliàs in servis qoqe reprehendendum est, sit aliàs in ipso sapiente laudandum.* qi & concludit, *licere qandoqe uti arte dicendi, bonâ qidem, sed qæ malis artibus simillima sit.* Certè qòd *mendacium* qandoqe dicturum virum bonum sapientémqe ex Stoicorum sententia, affirmavit, id disertè Stobæus *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 4. § 8. Λέγουσι δὴ, μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφὸν. —— τοῦ μέντοι ψεύδεσθαι ποτὲ συγχωροῦσιν αὐτὸν καὶ πολλὰς φορὰς, καὶ στρατηγεῖν φασὶν ἀποπέμπων, καὶ κατὰ πολλὰ τῶν συμφερόντων ψεύσεσθαι, καὶ κατ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. Vide *ad l.* 4. § 49. Plura istiusmodi adjici poterant: sed ista sufficerint ad Marci mentem explicandam. vide & *l.* 4. § 19.

Πολλὰ δεῖ φεύγειν μαθεῖν] De alienis factis non est temerè pronunciandum. Gregor. Naz. περὶ εὐταξίας. Πολλὰ δεῖ γραφῆναι καὶ παθεῖν φεῦ ἄλλα καλαγνῶναι δυσέβειαν.

Ἀκριβοῦς ὁ ἀνθρώπινος βίος] *puncto* minùs. Senec. *ep.* 49. vide *l.* 5. § 24.

Μετ' ὀλίγον πάντες ἐξεπλήμμυ] qod *l.* 7. § 21. μετ. ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξεται. vide *l.* 4. § 3. & 48. ἐκτέτακται. In eandem ferè cum Marco sententiam Evripid. *Supplic.*

—— ὦ ταλαίπωροι βροτοί,
Τί κτᾶσθε λύπας, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνους
Τίθεσθε; παῦσασθ'· ἀλλὰ λήξαντες πόνων,
Ἄσκ φυλάσσεθ', ἥσυχοι μεθ' ἡσύχων·
Σμικρὸν τὸ χρῆμα τοῦ βίου τοῦτον ἢ χρὴ

Ὡς ἡμῖν, ἢ μὴ οὐ τίνειν δικαιοῦμεν.
——*Miſera gens mortalium,*
Quid arma, quid vos mutua cædes juvant?
Nam abſtinere. liberæ urbes metu,
Vacuas malorum, placida ſuscurat quies.
Humana vita res brevis. cura optima eſt,
Ut abſque cura mollis ac facilis fluat. Gior.

Οὐκ αἰ πρόξεις.] vide *l.* 7. § 16. & *l.* 8. § 40. & *l.* 9. § 13. & *ſupr.* § 11. 16.

Οὐκ αἰσχρόν] Vide *lib.* 2. § 1. Muſonius in *orat.* qð differit, *an Philoſophum deceat injuriarum agere*; apud Stob. *ſerm.* 2. *tit.* 19. Ὁ μὲν ἀμαρτάνων ἑαυτὸν ἢ τὸ πάσχον δεῖν, ὁ δ' οὐ πάσχων, ἄνευ γὰρ ἁμαρτάνει, οὐδαμοῦ πάσχει, ὅπου καὶ τὸ ἀσχεῖν ὑφίεσι γίνεται.

Βαρύτεραι ὀπωρῶσιν αἱ ἀρχαὶ] Graviora ab affectu ſuo petimur, quàm ab eis ipſis quibus incitamur. Τὸ γὰρ ἀνιᾶσθαι μᾶλλον βαρύνει, οὗ τὸν τῆς ὑπολύπου καὶ πικρᾶς τῶν φρενῶν ἢ κοιλίας τοῦ ἕλκους τρόπον ὁ πάσχων. Plut. *de tranquill.* vide Senecam *de ira. lib.* 2. *cap.* 35, 36. & Joan. Chryſoſt. *infr.* Theognis,

Οὐδὲν, Κύρν', ὀργῆς ἀδικώτερον, ἢ τὸν ὀφέλλει
Πημαίνειν, θυμῷ δοὺς ἑλκος ἀνιηρόν.
Ira, Cyrne, nihil crudelius; ipſum ea habentem
Ladit, ac acerbius ea miſerabiliter.

Τὸ ἐναντίον οὐκ ἔνεστιν] Apoſt *ad Rom. c.* 12. *v.* 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τῆς κακίας. vide *lib.* 6. § 6. 26. & *l.* 7. § 11.

Καὶ μὴ σκηνὴν] *adſciticia.* Xyl. *affectata.* Cal, *perſonata.* quemadmodum ille dixit, *Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.* ab eis vultum qi vultu repident, dum animus tamen interim angitur & exæſtuat: ut. ille qi apud *En. l.* 2.

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

ut illi de quibus Apoſt. *ad Cor. ep.* 2. *c.* 5. *v.* 12. Οἱ ἐν προσώπῳ καυχώμενοι, καὶ οὐ καρδίᾳ. vide *lib.* 2. § 15. & *ſupr.* § 13. Expreſſit vim vocabuli Ammianus, cum de Juliano dixit, *lib.* 21, *amarum ſubridens.*

Τί γάρ σοι πονηρὸν ὁ ὑβρισμένος] Τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, &c. Pet. *ep.* 1. *c.* 3. *v.* 13.

Ἐὰν δικαίως ἐνεγκὼν πάθῃ] Dio Siracuſanus, referente Plutarcho. Ἀνδρός ἐστι κρείττονος, εἰ καὶ χαλεπὸν ὄντι, οὐχ ὕπνου ἄμεινον ἔδοξε πατάξαι καὶ δῆσαι λαβόντα, ἀλλὰ μὴ μετεβάλλετο γνόντι νικηθέντα ὑπὸ τοῦ πολλάκις ἐν πότοις. *Vincit malos pertinax bonitas.* Senec. *de benef. lib.* 7. *c.* 31. Idémque *de ira l.* 2. *c.* 34. *Iraſcitur aliqui? tu contrà beneficiis provoca. Cadit ſtatim ſimultas ab altera parte deſerta, niſi par non pugnat. ſi utrinque certabatur, ille eſt melior, qi prior pedem retulit; victus eſt qi vicit. vinca ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. ad Rom. c.* 12. *v.* 21. *Quàm pulchra ars, vincere in bono malum? Gvigo medit. c.* 15. Et Val. Maxim. *lib.* 4. *c.* 2. *Speciosius aliquanto injuria beneficiis vincuntur, quàm mutui odii pertinaciâ penſantur.* Et, *Bono vinci ſatius eſt, quàm malo more injuriam vincere.* Saluſt. *Jugurth.* Præclarè Joan. Chryſoſt. *in Matth. orat.* 18. Ἐὰν μεγάλα πάσχωμεν, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐνεγκώμεθα, ἵνα καὶ ἑαυτοὺς λαμπροτέρους ποιήσωμεν τοῖς στεφάνοις, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτῶν ἀπαλλάξωμεν ἀῤῥωστίας· ἐπεὶ καὶ ὅταν καρτερῶμεν καὶ ὑπομένωμεν μακροθυμοῦντες, τότε μάλιστα αὐτὴν ἐλαύνει καὶ παροξύνομεν κατὰ τῶν ἐπόντων πόρρωσεν, ἐὰν δὲ τοὺς ὑπ' αὐτῆς ἀδικουμένους ἴδῃ ἀνεξικάκους καὶ ἐπιεικεῖς, ἀπαλλάττεται τοῦ ἐπιβαλλόντος ἄχθους τῷ γνάφῳ, καὶ ὅταν κλέψωσι τοὺς ἀδικοῦντας· ἐκεῖνοι γὰρ εἰσι μᾶλλον οἱ τοῦτο πάσχοντες, καὶ τῷ βίαν ὑπομένοντες. ἀπολλάξει τίνων αὐτοὺς τῆς χαλεπῆς ταύτης ἀσθενείας, καὶ δὸς ἀφάνειαν τῷ ἀρχαίῳ, καὶ δαίμονα ἐναλλάξασον χάριτι, τῇ δυμῇ· καὶ γὰρ δαιμονῶντας ἐκ ἐδιδάξαμεν χάριτι, τῇ δυμῇ· καὶ ἐκ αὐτοῦ ἢ ἀσθένεια διαφυγεῖν· τοῦτο καὶ νῦν ποιήσωμεν· ὅπως σῴζωμεν ὀργιζόμενοι. καὶ γὰρ ἐκείνους ἐκίνησαν οἱ δαιμόνιοι, μᾶλλον ἢ κάκείνων ἐσὺν ἀδελφότητα, μᾶλλον ἢ αἰδέσεως παντάπασι· διὸ καὶ δύσγνωστοι αὐτοῖς ἡ παροῦσία. μὴ τίνων ἐπήλυσιν κακίας, ἀλλὰ καὶ ἐλεεῖ· καὶ γὰρ ἂν ὑπὸ χαλεπῆς τινος ἀνιχλύσεως καὶ σκοτώσεως καὶ ἀμέσου ἐπισκήψαντος τὸν πονηρὸν τύπον χαλεπῶς ἔλυσε, χρίεις ὀφθαλμὸν καὶ βαπτίζωμεν ταπεινοῦσθαι, καὶ τὸ ἰμάτιον μολύνασθαι, ἵν' ἀνασπάσωμεν· ἀλλ' ἐν μέσῳ ζητοῦμεν, ὅπως ἐκείνου ἀπαλλάξωμεν τῆς χαλεπῆς ταύτης στενοχωρίας· ἐν τῷ τίνων ὑπὸ τύπον πεσοῦμεν, καὶ βαπτίζωμεν ἐμῶντας καὶ πονηροτέρους· μὴ δὴ πρότερον ἀφῶμεν, ἕως ἂν ἄπαντα ἀνοδώσωμεν τῷ κυρίῳ. καὶ τότε σοι χαίρειν ἕξομεν μεγίστῳ, ἐπειδὴν παύσωμεν, ὅτε γνώσεται σαφῶς ὅτι αὐτὸν ἀπαλλάξας παραζῇ. καὶ τί λέγω τὸν παρ' ἐκείνου χαίρειν; ὁ δὲ Θεὸς σε εὐδοκῶν στεφανοῖ, καὶ μυρίοις ἀμείψεται κέρδεσι, ὅτι σὺ τὸν ἀδελφὸν νοσήματος ἀπαλλάξωσας χαλεποῦ· κἀκεῖνος ἢ ὑπὸ δαιμονίου πάθους, ἢ φαυλότητος ἀμελήσῃς σε τῶν ὀφειλομένων. ἐχ ὁρᾷς τὰς πατέρας χωλαίνας, πῶς δάκνουσι τὰς παρεδρούσας, καὶ ἐκ ἀλγοῦσιν ἐκείνας; μᾶλλον ἢ ἀλγοῦσι μὲν, φέρουσι ἢ γυναῖκες, καὶ σωφρονοῦσι σαῖς ἀδωνιμίαις καὶ διακοπτομέναις ὑπὸ τῆς ὠδῖνος. ταῦτα καὶ σὺ ζήλωσον, καὶ μὴ γίνου μαλακώτερος γυναικῶν. ἐπειδὰν γὰρ πονῶσιν αἱ γυναῖκες αὗται (γυναικῶν γὰρ εἰσι μικροψυχότεραι) τότε σε τὸν ἄνδρα εὑρήσομεν. Adeò ſanè præclara & eximia verba ſunt iſta, ut nec ipſe deſcribere gravatus ſim, nec lectori pio tædium ſperem legendo, prolixiora licèt, oboriturum.

Πρέσεις παραινῶ] Ità Plato *politic. lib.* 9. Πείθωμεν πάντα αὐτὸν πρᾶον· ἢ δὲ ἐκὼν ἁμαρτάνῃ· ἐρωτῶντες, &c. Pari modo qo Marcus iſtic. Iſidor. Peluſ. *lib.* 3. *epiſt.* 397. χρὴ τῇ παῤῥησίᾳ μιγνύναι τὸν φόβον· & rurſus, πῶς παῤῥησιάσῃ ὁ μὴ ἐκφύγων τῇ παῤῥησίᾳ κρημνόν; ἢ κρεμάσαντες αὐτὸν φόβον. Evripid. *Bellerophon.* apud Svidam:

Οἱ

Οἱ μοι, τὸ μὲν νοσοῦντι συμβὰς κακόν
Hoc, fateor, huic qui ægrotat trasci, malum est.
Senec. *de constant. sap. c. 13.* Quis phrenetico medicus trascitur? quis febricitanti, & frigida prohibiti maledicta *in malam partem accipit? hunc affectum adversus omnes habet sapiens, quem adversus ægros suos medicus: quorum nec obscœna, si remedio egent, contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem sævientium excipere convicia. scit sapiens, omnes hos, qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratósque, malè sanos esse: quos non aliter videt, quàm ægros intemperantes. Itaque nè succenseat quidem, si quid in morbo petulantiùs ausi sunt adversus medentem.* vide *Aug. ad lib. 7. § 22.*

Μᾶλλον δὲ ἄκρως] vide *lib. 5. § 28. & lib. 9. § 11.* Δεῖξον τῷ πλάνῃ καὶ ὄψει, πῶς ἀφίσταται τῆς ἁμαρτημάτων. Epictet. *l. 1. c. 18.*

Εὐρολῶν] *Vacans huic vet.* Xyl. imò, *placidè, imperturbatè te habens.* Epictet. *lib. 3. c. 2.* Εὐρολῶ, ἡσυχίαν ἄγω. & *c. 9.* εὐρολῶ· ἡ θεραπεύεται μου ἡ διάνοια. Marcus ipse *lib. 4. § 19.* εὐχολώτερος καὶ ἀταραχότερος ἔσομαι. vide & *lib. 12. § 2.*

Πρὸς ἄλλο τρέχομεν] πρὸς σωτηρίαν. *lib. 2. § 1.*

Οὐ μὴ βλαβῶ] vide *lib. 2. § 1. & lib. 10. § 33.*

Σὺ δὲ βλάπτῃ] vide *l. 9 § 4.*

Εὐτρεπῶς] *efficaciter* Cas. *apertè.* Xyl. *aptè, scitè, dextrè, affabrè,* malim. Lucian. Ἀποδάλειν τοῖς δακτύλοις εὐαφῶς. *scitè digitos subjicere.* tractum à praxi Chirurgica; in qa multùm refert, qa manu vulnera colligenda, vel ossa restituenda, tractentur. Pindar. *Pyth. 4.* Χρὴ μαλακὸν χεῖρα προσβάλλοντα τρώμασι ἕλκος ἀμφιπολεῖν. Ab eadem arte tractum est, & Apostoli illud *ad Galat. c. 6. v. 1.* ubi de fratre in peccatum prolapso, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραΰτητος. est enim τὸ καταρτίζειν (quod & Beza & Strigelius annotârunt) *membrum luxatum reconcinnare,* sive, *loco suo reponere, & adaptando rursus componere.* & καταρτισμὸς, μεταγωγὴ ἐπὶ ὀστοῦ ἐκ τῆς παρὰ φύσιν τοπικῆς εἰς τὸν κατὰ φύσιν. Galen. respexit eódem & Plutarch. in *Catone minore,* ubi Catoni Satyrium juvenem nimis servidum & præcipitem, Apollinidi Stoico ac Demetrio Peripatetico curandum trademi hæc verba tribuit: Τμητέον ἐρρὸν ὀδόντα τοῦτον μαλακίᾳ, καὶ καταρτίσαι πρὸς τὸ συμφέρον. Siquidem, ut Gregor. in *pastore lib. 2. c. 6. Sæpenumero detectius frangitur, cum fractura incautè colligitur, ità graviùs qis scissuram sentit, si hanc immoderatiùs ligamenta constringent.* & qod Rad. Ardens, *orat. Dom. post Trin. 6. Mansueta correctio peccatores emendat, intemperans etiam emendandos perturbat.* Certè, qod Seneca *de clement. l. 1. c. 17. Nullum animal est morosius, nullum majori arte tractandum, quàm homo.*

Οὐδὲ μάλιστα αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδὲ ὅσα σωφρονιστικὰ] Porphyr. *de abstinent. ab animal. lib. 3.* Τὰ δὲ σωφρονιστικὰ ὅπως παρεῖ τὸ δίκαιον τὸ πρὸς ἄλογα, τίς ἀγνοεῖ; τοῦτο μὲν μυρμήκων ἔκγονον, τοῦτο δὲ καὶ μελιττῶν, καὶ σφῆκι ὁμοίων.

Μήτε ὀνειδιστικῶς] vide *lib. 1. § 10.* De Euphrate Philosopho, Plin. min. *lib. 1. ep. 10. Infectatur vitia, non homines. nec castigat errantes, sed emendat.* Senec. *de element. lib. 1. c. 17. Agat princeps curam, non tantùm salutis, sed & honestæ cicatricis.* Et Augustin. *epist. 159. Sic succense iniquitati, ut consulere memineris humanitati.* vide & *lib. 5. § 22. & supr. § 13.*

Ἀδήκτως τῇ ψυχῇ] *atque ità nè cor mordeatur.* Xyl. *citra sermonis asperitatem.* Cas. δάκνειν τὴν ψυχὴν, τὴν καρδίαν, τὸν θυμὸν, dicunt Græci, qod *mordere & pungere cor alicui,* id est, *angere, divexare, cruciare,* Latini. & δάκτης τὸν θυμὸν, ἢ τὴν καρδίαν, *corde morderi.* i. e. *angi, cruciari.* Synes. *de regno.* Οἱ δ' ἔτως ἄγαν ἀσυμφώνως ἔχουσιν,--ὥστε, ὡς φασιν αὐτοῖς ἀνέχήσειν, εἰ τις ξυγχωρήσει μὴ πάντα ἐκ πάντων ἐπανιέναι τὰ βασιλέως καὶ βασιλεία· ἀλλ' εἶπη παρέκοι, καὶ λυπήσειν ἀναπείσοντα, καὶ ἀπειλεῖσι δήξασθαι τὴν καρδίαν; ὄκ ἐν χερὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέσῳ, εἰ ἄρα ὠφελήσοιλο. Idémque *de calvitie.* μίσητ αὐτὴν δήγμα τὴν καρδίαν. Liban. *orat. de pac.* ἡ δηγμὸς ἀπέρχεται τῆς τῆν καρδίαν, εἰ ὁ χθὲς μαθητὴς, σήμερον ἑτέρᾳ γένηται; Aristoph. *Acharn.*

Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Et in *Nubib.* ——ἔμως γ' τὸν θυμὸν δακών.

Indè Συμοδακὴς, qod *cor mordeat.* Julian. *orat. 2.* Ποταπὸν γὰρ χρῆμα λοιδορία; ὡς θυμοδακὴς ἀληθῶς, καὶ ἀμύτου ψυχὴν μᾶλλον, ἢ σίδηρος χεῖρας; Sed & δάκνειν & δάκτης, & *mordere,* ac *morderi,* iidem simpliciter dicunt. Evrip. *Rhes.*

Μή μοι νεφρὸν προσπτύσῃ μᾶλλον δάκοι.

Plut. *de Stoic. contradict. c. 9.* Καὶ τοι πικρὰς ἐν τῷ γάρει τύτῳ καὶ Πλάτωνα καὶ τὸν ἄλλες τὸς Χρυσίππε δάκτας. Cicer. *ad Attic. lib. 13. ep. 12. Valdè me momorderunt epistolæ tuæ: eædem tamen sanaverunt.* Flacc. *l. 1. ep. 16.*

——*Mordear opprobriis falsis?*

Terent. *eunuch. 3. 1.*

--*Par pari referto, qod eam mordeat.*

Sidon. *lib. 5. ep. 8. vel pupugisse versu gemello, vel mordisse distichon.* qi & *ibidem, piperatam facundiam,* pro *mordaci* dixit. & *lib. 8. ep. 11. epigrammata piperata.* i. e. *mordacia,* ut exponit ipse; qæ *melleis* opponit: Hieronymum imitatus, qi in *epist. ad Evitoch. ut te aliqid & piperis mordeat.* sed & *acetum mordax,* eâdem mente Pers. *sat. 1.* Indè δάκτης λόγος, *mordax oratio.* Plutarch. *de amic. & adul.* λόγῳ δάκτῃ καὶ παρρησίᾳ κεκιμονικῇ καταπλήττων. Item δῆγμα, δηγμὸς, δῆξις. Idem *sympos. lib. 2. c. 1.* Δῆγμά τι πρόσεστι αὐτῷ

τῷ σκώμματι. & mox: τὰ σκώμματα μᾶλλον δάκνει, καθάπερ τὰ περιγεγραμμένα βέλη, πλείονα χρόνον ἐμμένοντα, καὶ λυπεῖ πολὺ σκληθέντας. ita enim rescribendum pro eo quod μέλη sensu nullo codices exhibent. Idem *de amic. & adul.* ἐλέγχω καὶ λόγῳ δηλοῦν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν. & *in Lycurg.* Αἱ δὲ παιδιαὶ καὶ σκώμματα δῆξιν, οὐδὲν ἀμβλύτερα φῦλ μὴ κακοῦς ἐνδεικτικά. Alia, nec pauca, suppeditabit Hadr. Junius *cent. 2. adag. 58.* Indè ἀδηκτος, *morsu immunis*; qi oratione, sive sermone ejusmodi mordaci perstrictus non est. Evnap. *in Liban.* ὀδεῖς φῦλ συλλεγέντων Λιβανίῳ, καὶ συνουσίας ἀξιωθέντων ἀπόλαυσιν ἄδηκτος. *nemo omnium qi Libanii allecti & in familiaritatem accepti fuerunt, abiit à morsu immunis.* ità legunt vertuntque, cùm Hadr. Junius, tum & Fed. Morellius. sed vera lectio, ἄδηλος, non ἄδηκτος. sequentia firmant ἀλλὰ τίτε ἦθος εὐθὺς ὅιός τις ἦν ἔγνωσο &c. *sed statim, qâ esset indole, dignoscebatur.* Verùm indè ἀδήκτως apud Plut. in *Pomp.* ubi Flora narrâsse dicitur, ὡς ἂν ὑπ' ἐκείνῳ συναναπαυομένῳ ἀδήκτως ἀπελθεῖν. *nunqam qivisse se à Pompeji consuetudine sine morsu aliqo discedere.* h. e. ut non aculeum qasi aliqem in animo residuum persentisceret. qomodo Periclis dictio ità audientium animos affecisse perhibetur ὡς τὸ κέντρον ἐγκαταλιπεῖν, ut Eupolis *Tribubus.* Cæterùm hoc loco ego, qid ἀδήκτως τῇ ψυχῇ velit, non satis assequor. malim ἀδήλῳ τῇ ψυχῇ. nec de reprehensi, sed de reprehendentis animo acceperim. nè ità vel redarguat, vel admoneat, ut animi injuriæ illatæ apprehensione artacti & exulcerati indicium præ se ferat. hoc est enim qod postea de *succensente* dicit, τέτρωται, *vulneratus est, vulnus accepit.* Quanqam potest & ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ exponi, *animo non mordaci.* qomodo Dioscoridi *l. 1. c. 28.* ἔλαιον ἄδηκτον dicitur, i. e. *qod non mordeat*, ut Plin. *l. 23. c. 4.* & Plutarch. *de adulat.* πλῶ δ' συνεχῶ ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τῷ πρὸς χάριν, ἄδηκτον ἀεὶ καὶ ἄδηλον ὁμιλίαν ἐπιτηδεῖον. ἄδηκτον ὁμιλίαν dicit, qæ nihil mordax habeat. verùm prius illud arridet magis.

Μηδὲ ὡς ἐν σχολῇ] *neve otio abuti videaris.* Xyl. forsan, qia priùs εὐσχολῶν dixerat. Ego simpliciter malim, tanqam in schola, hoc est, vel ὡς παιδαγωγός τις, *pedagogi cujusdam instar*, qi imperiosè cùm agat, molestus esse solet, & gravis habetur. *l. 5. § 9.* & *l. 10. § 35*, unde παῤῥησία παιδαγωγικὴ *suprà § 6.* vel etiam *tanqam in schola*, ubi ingenii exercendi ostentandiqe causâ fieri assolent oratiunculæ. hoc est enim qod sequitur, μηδ' ἵνα ἄλλοι παρασκευὰς θαυμάσῃ. & *suprà § 13.* ὡς ἐπιδειξόμενος. vide *ad l. 1. § 16.* σχολαστικός. *qasi exercitationis causâ.* Cas. Ambros. *offic. lib. 3. c. 16. objurget, non jactantiæ studio, sed affectu charitatis.* qod Marcus hic φιλοσόφως. Talia autem, qalia Marcus hìc notat, Senecæ scripta Cajus Cæsar esse volebat. cùm *commissiones meras* esse diceret, referente Svetonio, *l. 4. c. 53.* i. e. λόγους ψυχροὺς καὶ ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένους, ut ex Isocrate *in eum locum* clariss. Calavb. vel etiam αὐτολεξεὶ, ἀγωνίσματα. ut idem ex Thucyd. *l. 1.* & Aristot. *Poet. c. 9.* sed & Polybio; cujus avreum dictum digniſſimúmqe qod ubiqe, non ibi tanùm, legatur (ejusdem habes τὸ μαγειρικὸν elogium) illud *l. 3.* è codicibus Polybianis à vitio typothetarum incuriâ contracto sic repurgatum. Ἰσχέας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ πῶς, καὶ πόσον χάσειν ἐπεράχθη, καὶ τὸ μεραχθὲν πόσερα εὔλογον ἦχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς, ἀγόητμα μὲν, μάθημα δ' οὐ γίνεται. Qod Plinius *l. 7. epist. 17. Historia non ostentationi, sed fidei veritatiqe componitur.* Nec multò secius Fabius, *l. 10. c. 1.* in viri clarissimi commentariis fœdè depravatus: *Tenim opus historiæ, non ad intuitum rei pugnámqe præsentem, sed ad memoriam posteritatis & ingenii famam componitur.*

Ἀλλ' ἤτοι πρὸς μόνον] qod Christus Matth. c. 18. v. 15. ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σὺ καὶ αὐτὸς μόνε. Socrates in mensa cùm familiarem gendam vehementiùs pavlò increpuisset, Plato, ὡς ἄμεινον ἦν ἰδίᾳ ταῦτα λελέχθαι; *Annon*, inqit, *hæc privatim dicta, præstiterat?* cui ille vicissim, Σὺ δ' οὐκ ἄμεινον ἂν ἐποίησας, ἰδίᾳ πρὸς ἐμὲ ταῦτα εἰπών; *Annon & à te mihi privatim hoc dictum præstiterat?* deesse avtem videtur disjunctionis membrum alterum, si recepta lectio admittatur, *vel solùm convenias, vel ut solus advertas*, (avt ejusmodi qippiam) etiamsi plures adsiterint. *sed ut cum solo tibi loqi debes.* Xyl. acsi esset, ἀλλ' ὡς πρὸς μόνον, sive, ἀλλ' ἤτοι ὡς πρὸς μόνον. disjunctivæ certè rationem nullam habuit: sed nec Cas. qi vertit, *sed ità semper ut solus consciat.* ἀλλ' ἀεί τοι. qod mihi valde comprobatur. Optimè Plut. *de amic. & adul.* Δεῖ γὰρ, ὡς νοσήματος οὐκ ἐυπρεπεῦς, τῆς ἁμαρτίας πλὴν πιθάνου καὶ ἀνεπιλύπου ἀνεύρητον εἶναι, καὶ μὴ παντὶ κοινὴν, μηδ' ὑπὸ πολλῶν, μηδ' ἀφ' ὑπερόχων καὶ διατὰς σωμάτων· ἃ γὰρ φιλικὸν, ἀλλὰ σοφιστικὸν, ἀλλαχῆσε συνδοκιμεῖν σφάλμασι, καλλωπιζόμενον πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ οἱ χειρουργοῦντες ἐν τοῖς διαφόροις ἑτέροις πρὸς ἐμπειρίαν.

Ὡς παρὰ τῶν Μουσῶν] qia pro numero Musarum, monita *novem*. vide Plut. *symposi. l. 9. c. 14.* de numero Musarum.

Ἄρξαι ποτὲ ἀνθρώπου εἶναι] *humanitatem colamus, dum inter homines sumus.* Senec. *de ira l. 3. c. 43.* vide *l. 7. § 22.* & *l. 10. § 8.*

Τὸ καλαθεῖν] qod *l. 4. § 31.* μήτε πρόσωπος, μήτε ὕλης. De Antonio Niceph. Callist. *l. 8. c. 40.* Πᾶσι δ' ἦν καταστολῇ ἐαυτὸν παρέχων, ἐπιμέλητο μήτ' ἀγλυῒ καὶ κάλλει εἶναι δοκεῖν, μήτε πρὸς τύφον ἐξάγειν τὸ διὰ πάντων τιμᾶν, καὶ

ὅις ἂν καλδοι πείθεσθαι. Isidor. Pel. *l.* 3. *epist.* 121. Ὥσπερ ὀξὺ μὲν ἡ βαρὺ κομιδῇ φθέγξασθαι ῥᾴδιον, τῷ δ' μέσῳ τυχεῖν, μουσικῆς ὄντι ἕξεως· ὕτω καὶ περὶ τὸ παῤῥησιάσασθαι, καὶ μὴ, λογιστέον· οἱ μὲν γὰρ τὸ ὠφελῆσαι, ἀλλὰ τὸ ὑβρίσαι χίνονται μόνον· οἱ δὲ τὸ κολακεύειν, καὶ τὰ μὴ δεοντα ἐγκώμια ὑφαίνειν· οἱ δὲ μέτρῳ ἀείσῳ χρώμενοι, ὅτε ὑβρίζουσιν, ὅτε δωροδοκοῦσιν, ἀλλὰ παρασκευῇ τῇ παῤῥησίᾳ τὸν αὐδὼ καὶ τῇ ἐπιπληξει τὸν δεσπότην, ὅπως ἐπὶ τὸ ἰατρεύειν τοῦ ἑαυτοῦ ἀγνοίας ἔρχονται.

Τὸ ῥᾴδιον καὶ ἥμερον, ὡς ἂν ἀνθρωπικώτερον, ὅτω καὶ ἀρρενικώτερον] Naso, *art.* *l.* 3.

Candida pax homines, trux decet ira feras.

& *triſt.* *l.* 3. *eleg.* 5.

Quò qiſque eſt major, magìs eſt placabilis iræ;
Et faciles motus mens generoſa capit.

Ὥσπερ τε ἡ λύπη ἀδενὴς, ὅτω καὶ ἡ ὀργὴ] *Iram dolorémque* copulat. ἡ γὰρ ὀργὴ μετὰ λύπης· καὶ ὁ ὀργιζόμενος πᾶς λυπεῖται. Aristot. *rhet.* *l.* 2. *c.* 4. Utrumque facit imbecillitatis indicium. Ità & Senec. *de ira* *l.* 1. *c.* 16. *tantùm abeſt à magnitudine animi ira, quantùm à fortitudine audacia, à fiducia inſolentia, ab auſteritate triſtitia, à ſeveritate crudelitas. mihi videtur veternoſi & infelicis animi imbecillitatis ſibi conſcii, ſæpe indoleſcere. ut exulcerata & ægra corpora ad ictus leviſſimos gemunt; ità muliebre maximè & puerile vitium eſt. at incidit & in viros. nam viris quoque puerilia ac muliebria ingenia ſunt.* &, *de vit. beat.* *c.* 3. *omnis ex infirmitate feritas eſt.* Menander apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 20.

Τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρὸν,
Δεῖγμ' ὄζιν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.
Iraſci prompta amarulentáque indoles
Indicium infirmi pectoris cunctis facit.

Muſonius apud Stob. Μικρόψυχον δὲ τὸ ἀγανακτεῖν καὶ ἐπιτείνεσθαι ἐπὶ τοιούτων. Juvenal. *ſat.* 13. —— *minuti*

Semper & infirmi eſt animi exiguáque voluptas,
Ultio. continuò ſic collige, quòd vindictâ
Nemo magìs gaudet quàm fœmina. ——

Ammianus *hiſt.* *l.* 27. *c.* 6. *Iram definiunt eſſe ulcus animi, naſci ex mentis mollitie conſuetum; id aſſerente argumento probabili, quòd iracundiores ſunt incolumibus languidi, & fœminæ maribus, & juvenibus ſenes, & felicibus ærumnoſi.* Ariſtot. *rhetor.* *l.* 2. *c.* 2. Κάμνοντες, πινόμενοι, ἐρῶντες, ἀλῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες, καὶ μὴ κατορθοῦντες, ὀργίλοι εἰσὶ καὶ εὐπαρόρμητοι Plut. *de irac. cohib.* Ὡς γὰρ εἴδωλα μεγάλης ὄζιν ἐν σαρκὶ πληγῆς πάθος, ὅπως ἐν ταῖς μαλακωτάταις ψυχαῖς ἡ ὀργὴ τὸ * λυπῆσαι * [λυπῆσαι] ἐνδοσιν εὑρέσει μείζονα θυμὸν ἀπὸ μείζονος καὶ ἀδυνείας. διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι, καὶ οἰκέται δεσποτῶν, καὶ γέροντες ἀκμαζόντων, καὶ κακῶς πεπραγότες εὐτυχούντων. ὅπως ἐν τῷ λυπεῖσθαι μάλιστα τῆς ψυχῆς καὶ πάσχοντος ἀνίσατται μάλιστα δ' ἀδύνειαν ὁ θυμὸς, καὶ νόσους, ὡς τις εἶπε, τῆς ψυχῆς ἔοικε, ἀλλὰ ἐπιτάσεσι καὶ ἀνέσεσιν ἐν τοῖς ἀμωτικαῖς ὁρμαῖς σφοδρότερον ἐξανισαμένης. qod autem dicit ὡς τις εἶπε, Platonem tangit, qi ſicut Plutarch. idem, *de virt.* *mor.* refert, νεῦρα τῆς ψυχῆς τὸν θυμὸν προσεῖπεν.

Ἀδενὴς] τὸ γὰρ ἀδενὲς εὐπαθέστερον. Theophr. *de cauſſ.* *plant.* *l.* 4. *c.* 6. non ἀπαθέστερον, ut codices vulgati, etiam Hejnſii editio, exhibent. ſic enim ipſe lib. eodem *c.* 13. τὰ γὰρ ἀδενέστερα ἧλον [ὡς] εὐπαθέστερα. & rurſus *c.* 14. τὸ ἀδενὲς παθητικώτερον.

Ἀμφότερα γὰρ τέτρωται καὶ ἐμαδώκασιν] *Utrque vulnus accepit & herbam porrexit.* Xyl. optimè. ſive, *manus dedit, & victus eſt utrque,* & qi iraſcitur, & qi doler. Dio Pruſ. *orat.* 16. Ἀλλὰ διανοίας ἰσχυρᾶς ὄζι χρεία, μάλιστα μὲν ἀπραγμόνως καὶ πρὸς μηδὲν εἰκάσαι· εἰ δὲ, μήγε ῥᾳδίως, μηδὲ ὑπὸ τῶν τυχόντων πτοηθῆναι. ubi in membro poſteriori, defectus ſubeſſe videtur; ſupplendus hoc modo; εἰ δὲ [μὴ,] μήγε ῥ' &c. negativa iterata librarium vel oſcitantem, vel feſtinantem fefellit. Liban. *in vita ſua:* ἐποίουν δ' ἁδὴν αὐτοῦ δεῖος τετρωμένῳ θῆρ σκεμμάτων. ὅπως ἐκ ἐπιχαίρω.

Παρὰ τὸν μουσηγέτην] *à duce ſive præſide Muſarum.* qia *decimum* addiderat. at qis iſte Marco *Muſarum ductor?* M. Caſavb. *Herculem* vult. Herculem certè Evmenius in *oratione de ſcholis inſtaurandis, Muſageten, hoc eſt, comitem ducémque Muſarum eſſe,* accepiſſe ait *Fulvium illum nobiliorem; qi eadem Herculis Muſarum in circo Flaminio ex pecunia Cenſoria fecit, cùm in Græcia eſſet imperator.* Qin & Sveton *l.* 2. *c.* 29. *Ædis Herculis Muſarum à Marcio Philippo* ſub *Auguſto extructæ* meminit. Nam qod *Herculis & Muſarum,* legebatur, Il. Caſavbonus, codicum veterum fidem ſecutus, copulativam ſuſtulit. qanqam Plut. in *qaſt. Rom.* communem fuiſſe aram qandam *Herculis ac Muſarum* apud Romanos, eſt avtor; inſtitutæ cavſſam, ex Jubæ traditione, fuiſſe, qòd Evandrum literas Hercules docuiſſet. Cæterùm Evmenius idem, *Herculem Muſarum tutorem potiùs & defenſorem,* qàm *ductorem & præcentorem* habitum irnuit, cùm ſubjicit, *Camœnarum ſigna novem ſub tutela numinis fortiſſimi ab eodem Fulvio conſecrata, qò mutuis operis præmiſque juvari ornaríque ſignificaret, Muſarum qietem defenſione Herculis, & virtutem Herculis voce Muſarum.* De hoc *Herculis Muſarum,* an *Herculis Muſarúmqe* templo, Naſo *artis* *l.* 3.

Nec rubor eſt cmiſſe palám: venire videmus
Herculis ante oculos virginéumque chorum.

& *Faſtor.* *l.* 6. *extremo.*

Dicite Pierides, qis vos addixerit iſti,
Cui dedit invitas victa noverca manus.
Sic ego, ſic Clio: clari monumenta Philippi
Aſpicis, unde trahit Martia caſta genus. &c.

Sic cecinit Clio. docta assensere sorores,
Annuit Aleides, increpuitque lyrâ.

Verùm apud Græcos Apollinis potiùs, *Musagetæ* titulus iste; hoc munus est, *Musarum chorum ducere eisdémque præcinere.* qod & ex Lucatii *histor. commun. l.* 1. Probus Grammat. asserit. Synes. *Dione*, de philosopho, Περιεῖναι ἡ δεῖ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἴδιον ἀρχὴν ὑπερκείμενον τῶν χορῶν, ὃς καὶ τὸν Ἀπόλλω λόγος ἔχει, νῦν μὲν τοὺς Μούσης συναγδεῖν αὐτὸν ἐξάρχοντα, καὶ ἐναλλάττοντα ἡνίκα μὲν συνήδεσθαι, νῦν ἢ αὐτὸν κτίσαι μέλος ᾄδειν. Cornutus an Phurnutus, *de deis*, c. 32. Ἀπ' αὐτῆς ἡ τῶν ἀρχῆς καὶ μουσικῆς ἐκλήθη, καὶ παίζειν μετ' αὐτῶν ἐποίησαν. Μουσῶν ἐκμιδη.

Ἐκ δὲ Μουσῶν καὶ ἐκ Ἀπόλλωνος.

Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ὑπηχῆται βασιλῆες. φησὶν ὁ Ἡσίοδος. διὰ τοῦτο καὶ ἱερὸς αὐτῷ ὁ κύκνος, τῷ μουσικώτατον καὶ λαλητικώτατον ἅμα ἐν ᾠδῇ ὄρνεων. Pausan. *Eliac. l.* 1. in Junonis templo, qod est Elide, Πεποίηται Μοῦσαι ᾠδὴν ἄδουσαι, καὶ Ἀπόλλων ἐξάρχων τῆς ᾠδῆς. Idémque in *Attic.* disertè, Ἀπόλλωνα μουσηγέτην καλοῦσι. *Musarum ducem sive præsidem vocant Apollinem:* cujus appellationis Apollini tributæ meminit & Plato, *de leg. l.* 2. Plutarch. *sympos. l.* 9. *c.* 14. & *cur Pyth. metro oracula edere desierit.* & Aristides, *orat. Platonic.* 1. sed & Orpheus *hymno in Apollinem.* Julianus item, *orat. in solem.* Apollinem cùm μουσηγέτην, tum & μουσῶν ἡγεμόνα non semel nuncupat: Maximus Tyrius *orat.* 21. Τὴν ἀληθῆ ἁρμονίαν, ἣν μὲν ὁ Μουσῶν χορὸς, ἐξάρχει ἡ αὐτῆς ὁ Ἀπόλλων ὁ μουσηγέτης. Liban. denique *orat.* 2. Μὴ σοὶ τῶ μουσηγέτη τῶ πάνυ ἱεροφῶντι &c. Cæterùm Herculem, in Apollinem voluerit Marcus, parùm refert. Clemens verò noster *strom. l.* 6. etiam Domino Deo nostro appellationem hanc tribuit. Sed & Philostratus Antonino illi, cui *vitas sophistarum* inscripsit; & Galliarum Regi Francisco Magno. Cl. Casaubonus in *notis ad Marci nostri vitam.*

Τὸ μὴ ἀξιῶν ἁμαρτάνειν πρὸ φαύλης, μανικὸν] transponendæ sunt voces primores. Τὸ ἀξιῶν μὴ ἁμαρτ. sensus exigit. idem prorsus habet *lib.* 5. § 17.

Τυραννικόν] ità *l.* 6. § 27. ὠμόν ποτ. Verùm istic tyrannicum potiùs, qia velle se solum lege communi exemptum, *tyrannidem* sapit.

§ 19. Ἀπαλειπτέον] vide *suprà* § 16.

Τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῆς λέγειν ἐν τοῖς ἀποπωτάτοις] Ex Marci mente, non à se loqitur, qi non ab animo, non à mente sua. Ὅταν ὑποκείνηται, καὶ ἐπιπλάσῃ καὶ ἀναλήθως τὸ πεῖθ' ἡ λέγῃ τις. *l.* 2. § 16. qæ huic loco commentarii vicem præbent. nam aliud est ἀφ' ἑαυτῆς λέγειν. *Joan. c.* 18. *v.* 34.

Καὶ δὲ σαυτῷ ὀνειδίζῃς] *tibi ipsi exprobra.* Xyl. *tibi ipsi exprobrabis.* Cas. τῷ καὶ δὲ nevter rationem ullam habuit. ego malim συνειδήσεις, *secundum qod*, vel *in qo, conscius tibi futurus es.*

Τὴν μουσικὴν ἀκολουθίαν τοῦ διαντὸς] Vide *l.* 7. § 55.

§ 20. Παιδιώδη τῇ περὶ ἄλων διατάξει] Plut. *sympos. l.* 2. *c.* 2. Καὶ τὸν Θαλῆν ἐρᾷς, ὃν ἀεσυτέχναν ἡμῖν ὁ Πίνδαρος ἀπεκάλεσεν, ὡς σοφίαν τὸ πῦρ ἄνω τάττοντα, καὶ κάτω τὴν γῆν, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ χρεῖαι τῆς συμπάσης ἀνατάσεως,

Τὸν μὲν ἐν κύκλοις διαλαμπόμενος βαρυπάλοις,
Καὶ μὲν κηρύκων τε λιθορρίστων χαλύσσῃ,
φησὶν Ἐμπεδοκλῆς.

Ἔνθ' ὄλεσ' ἀθανάτων ἔριδος μεμνημένος ἀρτιτόκοιο, ὄφρ' ἦν ἡ φύσις ἅπασι χάρμα; ἀλλ' ἦν ἡ ἀρχὴ τὸ κοινὸν ἔργον πᾶσι συνάγειν. Idémque paulò secius, *de facie Lunæ.* Οὐδὲν ἴσασιν ὅλως μέρος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τάξιν ἢ θέσιν ἢ κίνησιν ἰδίαν ἔχειν, ἣν ἑστὶς ἀπλῶς τῇ φύσει προσαγορεύουσιν· ἀλλ' ὅταν ἅπασαι ἃ χθὲς ἔλεγον, καὶ πρὸς ὃ πέφυκε, καὶ πρὸς ὃ πεποίηται, τότε παρέχῃ χρησίμως καὶ οἰκείως κινούμενον ἑαυτὸ, καὶ πάσχον, ἢ ποιῇ, ἢ διακρίνον, ἃς οἰκείας πρὸς συνέχειν ἢ κόλλησ ἢ δυνάμεις ἐπιδέδωκεν, τότε δοκεῖ τινὶ τῇ φύσει χάριν ἔχειν καὶ κίνησιν καὶ διάθεσιν. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, ὡς οἶμαι τῆς ἄλλων ἕνεκεν, τῇ φύσει γεγονὼς, ἅπερ μὴ ἔχει τὰ ἐμβλεπτὰ καὶ γεώδη μαίνεσθαι δεῖ τὸν περφαλεῖν· ὃ δὴ πῶς μίσυος τὸ θερμὸν καὶ πυρῶδες ἐν τῷ πυρὶ τὸ μὲν ἄνω δεῖ τὰ ὁμοιομερῆ διατηρεῖσθαι τῇ φύσει δεῖ, τὸ δ' ὃ κοιλίᾳ καὶ παρθίᾳ παρὰ φύσιν· ἀλλ' ἕκαστον οἰκείας καὶ χρησίμως τέτακται.

Καὶ μὲν κηρύκων τε λιθορρίστων χαλύσσῃ, καὶ παντὸς ὀχήματος φύσιν, ἃς φησιν, ὁ Ἐμπεδοκλῆς καταμαιδάναν,

Ἔνθ' ὄλεσ' ἀθανάτων ἔριδος μεμνημένος ἀρτιτόκοιο. καὶ ὁ πίζει τὸ λιθῶδες τοῦ ὕδατος (τοῦ ποτίδα, *f. humidum*, Xyl.) ἐπιπήξαν, ὑδέρα πάλιν τὸ θερμὸν ὑπὸ κυρώσῃ εἰς τοῦ ἄνω χάρμα ὑποπλάσιον ὄιχεται· μίμνεται δ' ποτ ἐς ἄλληλα, καὶ σωτάτακλα καὶ τοῦ ἑαυτοῦ φύσιν. ὕπως ἂν εἰκὸς ἔχειν καὶ τὸν κόσμον, ἔτι δὲ ζῶν ὃς πολλαχῇ γῆν ἔχοντα, πολλαχῇ δ' πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα, ὑπ' ἐξ ἀνάγκης καλατεθλιμμένον, ἀλλὰ λόγῳ διακεκοσμημένον. & *ibid.* Ὅρα καὶ σύνεσιν, ὦ δαιμόνιε, μὴ μαθησεῖς καὶ ἀπάτημα ἕκαστον ὅπου πέφυκεν εἶδ), διδάσκειν τινα ἕκαστα ἑαυτῷ. Mox; post ea qæ superiùs posita sunt, de partibus corporis, oculo præsertim & corde: ὧδε δὲ ὀφθαλμὸς ἐστὶ καὶ τοῦ σώματος ὧδε τοῦ κυρότητος ἐκπεσόντος, ὧδε ἡ καρδία τοῦ βάρει ὀλιδῶσα πίπτουσα εἰς τὸ κάτω, ἀλλ' ὅτι βέλτιον ἦν ὕπως ἐκάτερον τετάχθαι· μὴ τύχην νομίζωμεν, μήτε γῆν ἐστοῦδε κεῖσθαι συμπεσοῦσαν διὰ βάρος, μήτε τὸν ἥλιον εἰς τοῦ ἄνω χάρμα, ἀσκῷ δίκην, ὑπὸ κυρότητος ἐκπεθλίφθαι, μήτε πνεῦ ἄλλως ἀέρας, ὧδε ἐν ζυλοσαθμῷ διαφορᾷ ῥέψασθαι, ἐν ὅσοις εἰσὶ γεγενῆσθαι τόποις, ἀλλὰ τῷ κρείττονι λόγῳ κρατεῖσθαι. Vise sis quæ sequntur. Denique de anima ipsa idem *ibidem*: Αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ ὁ παρὰ φύσιν τοῦ σώματι

μεστε σωτῆρατω, βεβαῖῃ τυχόντα, ἢ ἐνεργῷ πνεύματι, καὶ ἀβρᾷ & ἁλατῇ.

Παρεσκευασμένοι ἐνταῦθα ὅτι τῷ συνεσμῷ] ὅλη γὰρ ἴσως ἡ σύμπασα ἁρμὴ ζῷον ἐν τοιούτων συνέστηκεν, ἃ διαφέρει τοῖς ἰδίοις τόποις. ὑφὲν γὰρ τῆς μερῶν ἔχει τὸν αὐτὸν χρόνον. Aristot. *de cœlo l. 2. c. 6.*

Τὸ ἐνδόσιμον τῆς διαλύσεως σημεῖον] Ἐνδόσιμον, vel à re *musica*, vel à re *nautica*, vel à re *militari* etiam forsan translatum videri queat: In re musica usurpatur pro *modulationis exordio*, qo præcentor sive chori præfectus cantandi reliqis avspicium facit. Hesych. Ἐνδόσιμον, τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς κιθάρισμα. & apud Svidam nescio quis; Ὁ ἡγεμὼν, ὅταν ἐνδόσιμον δῷ τῆς ᾠδῆς. Eò alluſit Ariſtot. *polit. l. 8. c. 5.* Περὶ δὲ μουσικῆς ἴσως, — ἵνα ὥσπερ ἐνδόσιμον γένῃ τοῖς λόγοις, ὡς ἂν τις εἴποιεν ὑποφαυόμενος περὶ αὐτῆς. Ejuſdem nomine, *de mundo c. 6.* Μία μὲν ἐκ πάντων ἁρμονία συμφθόγγων καὶ χορδόντων κατὰ τὸν οὐρανὸν, ἐξ ἑνὸς τέλεται καὶ εἰς ἓν ἀπολήγει· καθάπερ ἡ ἐν χορῷ κορυφαῖος καταρξαμένη, συνεπιχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν, ἐὰν ὅτε καὶ γυναικῶν, ἐκ διαφόρων φωνῶν, ὀξυτέρας καὶ βαρυτέρας, μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεκραγυῖαν· ὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ τὸ σύμπαν διοικοῦντος θεοῦ κατὰ γὰρ τὸ ἄστρα ἀεὶ, καὶ ὁ σύμπας οὐρανὸς. &c. hoc eſt, ut Plato *Euthyd.* Ὥσπερ ἂν διδασκάλου χορὸς ὑποσημήναντος. Julian. item Imp. *ad Iamblych. ep. 42.* Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἡμῖν τὴν μίμησιν τὸ ἐνδόσιμον μεταδίδωσι, καὶ οἷς Ἑρμῆς ῥᾳδίως κινεῖς καὶ διεγείρεις καθ' ὁδόν ἐσμεν, φέρε σοι, καθάπερ οἱ τοῦ Διονύσου τὸν δύασον κρούσαντι τοὺς τῶν χορείων ἄγοντι φέρειν, ὕτω καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ σοῦ πληρῶ τὸ εἰκὸς ἀντιλαμβάνομαι, ὥσπερ οἱ τῷ χορευτῇ πρὸς τὸ ἁρμόττον τὸ ῥυθμὸν συνομαρτοῦντες. Et Liban. *orat. 3. in Constantium & Constantem:* Ὅτι νῦν τὰ συμφερόντα τῆς οἰκουμένης γένη, καθάπερ ἐν χορῷ, μίαν ἁρμονίαν ἐκλεινόμενα, σωιδεῖ, δύο κορυφαίων ἐνδιδόντων τὸ μέλος. *In re nautica*, pro *Celeuſmate*, ſive *carmine*, incondito plerumque ſatis illo, qo *celeuſta*, i. e. *hortator*, ſive *portiſculus*, remigibus præit, coſdémque ad opus ſuum exeqendum inſtigat. Philoſtrat. min. *imag. l. 1.* in *Argo.* Ὁ δὲ τὸ ἐνδόσιμον τοῖς ἐρέταις ἄδει. Avtor innominatus à Svida laudatus: Οἱ μὲν κελευσταὶ τοῖς ἐρέταις τὸ ἐνδόσιμον ἐνέδοσαν· οἱ δὲ ἐπὶ τῇ ἐνδόσει ἐῤῥόησαν τῷ ῥοθίῳ ἐπιπλάλαξαν. In re *militari*, etiam ſi nondum occurrat exemplum uſurpationis iſtius, poteſt idem tamen eodem ſenſu uſurpari, qo ἀναλυτικὸν Svidæ exponitur, τὸ εἰς ἔφοδον ſcil. ut Pollux, *l. 1. c. 10. § 19. claſſicum* illud, qo prælii ineundi ſignum datur. (ſiquidem & τὸ ἀνάλημα τῦ ῥυθμῦ Julianus aliud ἀκροάζει) qâ etiam ſtatim poſt ſuperiorem illam uſus eſt imagine, avtor ille *de mundo.* Ὅταν δὲν ὁ πάντων ἡγεμὼν τε καὶ γενέτωρ, καὶ ἀόρατος ὢν ἄλλως πλὴν λογισμῷ, σημήνῃ πάσῃ φύσει μεταξὺ ἀέρος τε καὶ γῆς φερομένῃ, κινεῖται πᾶσα ἐνδελεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πάντων ἴδιοις ἕκαστα ἡμιόδῳ τὸ δρόμιον, τοῖς ἐν πολέμῳ κινουμένοις μάλιστα γυμνικοῖς, ἐπειδὰν ἡ σάλπιγξ σημήνῃ τὸ προτρεπτικὸν· τότε γὰρ τῆς φωνῆς ἕκαστος ἀκούσας, ὁ μὲν ἀσπίδα ἀναιρεῖται, ὁ δὲ ἵππον ἐνδύεται, ὁ δὲ κνημῖδας, ἢ κράνος, ἢ ζωστῆρα φερέσθω· καὶ ὁ μὲν ἵππον χαλινοῖ, ὁ δὲ συνωρίδα ἀναβαίνει· πάντα δὲ ὑφ' ἕνα σημαντῆρα κινεῖται καὶ πρόθεσιν τοῦ τε κράτους ἔχοντος ἡσυχίου. ὕτω χρὴ καὶ θεὸν τὸ σύμπαντος φρονεῖν. ὑπὸ γὰρ μιᾶς ῥοπῆς ὁπτικωτάτων ἁπάντων, γίνεται τὰ ὁπωσοῦν. ad qod vocabuli ſignificatum alluſit forſitan Lucian. in *Lapithis*, cùm ait Cleodemo, qi Stoicos inceſſere avebat, ἐνδόσιμον præbuiſſe Hetæmoclis epiſtolam, qæ pugnis tum bíſque mox conſecutis claſſicum qoddam præcinebat. Poteſt & Marco videri (qia διαλύσεως, i. e. *diſſolutionis* ſignum dicitur) eſſe τὸ ἐνδόσιμον hoc loco, qod τὸ ἀναλυτικὸν (prout & conſtanter id uſurpatur) eidem *l. 3: § 5.* idem enim planè utrobiqe argumentum agitur; atqe ità cùm Xyl. tum & Caſavbonus acceperunt. Marci avtem mentem eximiè illuſtrant, qæ ex avtore illo *de mundo* adduximus: ex qo & iſta, cùm eódem faciant cumprimis, ſubjunxiſſe non pigebit; Καλόλα δὲ, ὅτε ἐν νηὶ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών· τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ. πάλιν καθόσον, τοῖς μὲν καματηρὸν τὸ ἄρχειν, πολυκίνητόν τε καὶ πολυμεριμνον τὸ δὲ ἄλυπον, ἄπονόν τε, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς ἀδρανείας. ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυθὲν, πάντα κινεῖ, καὶ θεάσεται ὅπου βάλεται καὶ ὅπως. — ἡγεμὼν δὲ ἀκινήτου αὐτὸς, καὶ ἐμμελὴς ὁ σύμπας διοικοῦμενος ἁρμονίᾳ ἑνὸς ἐκ πολλῶν.

Οὐ δεινὸν τὸ τοιοῦτον ἐπιτάττειν εἴη] de qerimonia iſta, vide *ad l. 9. § 9.*

Οὐδὲν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάττεται.] Nihil à Deo creaturæ rationali violentum injungitur, nihil qod naturæ ipſius adverſum, nihil qod non eidem conſentaneum planè ſit. annon hoc eſt qod dominus Chriſtus, Matth. *c. 11. v. 30.* Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι;

Ἀλλὰ μόνα, καὶ οὐσιν οὐκ αὐτῷ] leg. vel ἀλλ' ἃ μόνα κ. φ. vel, ἀλλὰ μόνα ἃ. κ. φ. vide Fabium ex *inſtit. l. 12. c. 11 ad l. 12. § 32.*

Οὐ μὴν τοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν φέρῃ] *tamen ea non ſuſtinet, ſed in contrarium fertur.* Xyl. rectè. Et hoc eſt, qod Apoſt. *ad Tim. ep. 2. c. 2. v. 25.* ἀνθιστάμενοι, ſive ἐναντίᾳ. qem vide & *ad Rom. c. 8. v. 7.* nam qòd interpres Angl. τὸ ἀνέχεσθαι hîc *ſurſum ferri* reddidit, cùm ab uſu vocabuli, tum & ab avtoris mente aberravit, & difficultatibus ſe ſupervacaneis implicuit.

Ἀφισαυψὼ τῆς φύσεως] ista enim omnia sunt humanitati, adeoqe humanæ ipsi naturæ repugnantia.

Καὶ λείπει καὶ τότε τὴν ἑαυτῆ χώραν] itaqe λιποτάκτης γίνεται. ut *supr.* § 9. certè enim *stationem suam* deserit, cum spiritibus illis desertoribus, Judæ, *v.* 6. qi non per omnia divinæ sponte se subjicit voluntati. vide *lib.* 10. § 25.

Πρὸς ἱστορίαν γὰρ καὶ θεοσέβειαν κατεσκεύασται] non ad *justitiam* magis, inqit, qàm ad *pietatem* conditus est homo; imò ad istam etiam multò magis. vide Pavlum apud Luc. in *Act. c.* 17. *v.* 26, 27.

Τῆς ἐυκοινωνησίας] ἐυκοινωνοία (ficut *lib.* 1. § 16. κοινονομοσυνὴ) vocabulum, qod havd temerè alibi reperias, affectionem illam designans propriè, qâ qis est ἐυκοινώνητος, ut Aristot. *ethic. lib.* 4. *c.* 1, sive ἐυμετάδοτος καὶ κοινωνικὸς, ut Pavl. *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 58. *Communicare ac largire sua proclivis.* Verùm Marco istic passivitatis significatum magìs obtinet, affectúmqe eum denotat, qo *promptus qis est ad communem fatorum legem subeundam*, eaqe omnia æqo animo perpetienda, qæ ad universi rationes conducere videbuntur. vide *supr.* § 13.

Πρεσβυτέρα τῆς δικαιοπραγμάτων] *antiqior*, inqit, *justitiâ* ipsâ est *pietas* & θεοσέβεια. vide *l.* 6. § 30. qomodo ergò antiquissima omnium justitia, ex qa reliqæ virtutes universæ procedunt? *supr.* § 10. Verùm ibi justitiam latiori sensu accepit, prout eam virtutem designat, qâ suum cuiqe, sive Deo, sive homini, tribuitur; istic strictiore, qâ homini qod est suum elargitur, & pietati, qæ erga Deum est, ἀνταπόδοσιν. utriusqe vocabuli hujus usûs & significatûs creberrima in sacris etiam codicibus occurrunt exempla. Vide *ad lib.* 12. § 1.

§ 21. Ὦ ὠὴ εἷς, καὶ ὁ αὐτὸς ὅλον ἀεὶ τὸν βίον σκοπὸς] Casavb. ad *Pers. sat.* 3. *v.* 60.

Est aliqid qò tendis?

ἔχεις πρὸ προτεθὲν σοι τὸν βίον σκοπόν; *finis ille ultimus est scopus ad quem totâ vitâ collineandum: singulæ verò actiones instar sagittarum sunt, quas eódem jacimus. Philo de sacrific. Cain & Abel.* Σκοπῶ μὲν τὸ κεράλαιον, βέλεσιν δ' ἐοικεν ἡ κατασκευή. *ità intellige sequentia Persii verba;*

--& in qod dirigis arcum.

Aptiùs tamen & singula facta & dicta sagittis assimilaveris qàm arcui. Virgil. *in culice*

- huc mittit, & omnes

Dirigit huc sensus,—

Vide *ad lib.* 2. § 16. & *l.* 10. § 37. *Collineandi* autem verbum, qo est usus ille, rei de qa agitur, eximiè competere videtur. oportet enim omnes vitæ totius actiones in fine illo unico ultimóqe concurrere, qemadmodum lineæ undiqaqe à circuli peripheria profectæ in centro desinunt ac conveniunt universæ. Marcus alter, Eremita, non Imperator, ἐν τῇ συμβολῇ, ἵνα σκοπὸν ὀφείλουμεν ἔχειν ἐν παντὶ χωρῷ καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι. Mirum interim qòd Chrysippum Plutarchus asserit, *plures fines sive scopos statuisse.* qanqam, prout codices exhibent, Plutarchi hoc ipsius, non Chrysippi videatur. locum, qò restituam, altiùs repetam. sic itaqe legitur, *de commun. notion. c.* 20, & 21. Καὶ γὰρ ἄλλων ἕνεκα τὴν ἐαυτῆ τῆς ἀνθρώπου συρεπολογίαν ἄξιον ἱστορῆσαι, πάντων ἁπλῶς πραγμάτων καὶ δόγματων οἰκείων ὁμοῦ καὶ ἀλλοτρίων ἀπόδοσιν παρὰ τὴν ἔννοιαν. ἔστι δὲ τέλη καὶ σκοπὸς προκείσθαι τὸν βίον, καὶ μὴ πάντων ὅσα περίπαθῇ ἐφ' ἕν τι γίνεσθαι τὴν ἀναφορήν· ubi pro ἀπόδοσιν legendum, vel ἀφείδεσιν, *nulli aut rei aut dogmati suo an alieno parcentem*; vel cum Turnebo ἀπόδυσιν, *à rebus omnibus dogmatibúsqe, cùm suis, tum alienis, dissentientem, sive dissidentem.* tum periodi consummatæ notula ibidem figenda, ut illa παρὰ τὴν ἔννοιαν δέ, novam periochen ordiantur. alioqi qod tanqam absurdum & à notione communi alienum notat, & Chrysippo appingit Plutarchus, Plutarchus ipse dixerit.

Ὅυπερ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι' ὅλου τοῦ βίου ἔρρηται] Senec. *epist.* 20. *Vitium est hæc vitæ diversitas, & signum vacillantis animi, ac nondum babenti tenorem suum. Etiamnum dicam unde sit ista inconstantia, & dissimilitudo rerum consiliorúmqe. nemo proponit sibi qid velit; nec si proposuit, perseverat in eo, sed transilit: nec tantùm mutat, sed redit, & in ea qæ deseruit & damnavit, revolvitur.*

Τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινωνικὸν] vide *lib.* 5. § 8, 16. & *l.* 9. § 23.

Ἀεὶ ὁ αὐτὸς] vide *ad lib.* 1. § 8, 16. Τὸ ἀεὶ ὅμοιον. & *infr.* § 27. Elizabethæ nostræ, piæ ac beatæ beandæqe æternùm memoriæ, notum est nobile ac tamâ dignissimum heroinâ elogium, *Semper eadem.*

§ 22. Τὸν μυῶ, τὸν ὀρεινὸν καὶ τὸν καπυκίδον] Fabulam Æsopicam de *mure urbano* ad *agrestem* aliqando excurrente, & illo vicissim in urbem divertente, habes ab Horatio festivissimè descriptam, *serm. l.* 2. *sat.* 6.

Καὶ τῶν πλοίων] Allusit eódem & *lib.* 7. § 3. μυριάσιν ἐπιπλοῦν πλοίων διαδρομαί.

§ 23. Τὰ τῶν πολλῶν δόγματα λαμπάς, παιδίων δείματα] Socrates certè apud Platonem in *Critone* multis ostendit, τὰς τῶν πολλῶν δόξας, esse nihili faciendas. Idémqe in *Phædone*, plerósqe τὸν θάνατον φοβεῖσθαι, ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκεια. & Epictetus eódem, opinor, respiciens, *dissert. lib.* 2. *c.* 1. Οὐ γὰρ θανάτου, ἢ πίνου φοβερὸν, ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον. --δεῖ μὲν ἓν [ὃ] πρὸς μὲν τὸν θάνατον, τὴν φυγὴν πρὸς τὸ τοιοῦτο δόγμα, τὴν ἀνεπιστροφίαν, καὶ τὸ ἀφειδὲς, καὶ ἀδιαφόρητον. Ταῦτα ὁ Σωκράτης καλῶς.

λῶς πολῶν μορμολύκεια ἐκάλει· ὡς γὰ τοῖς παιδίοις τὰ προσωπεῖα φαίνεται δεινὰ, καὶ φοβερὰ δ' ἀπειλεῖν, τοιοῦτόν τι καὶ ἡμεῖς πάχρμβρ πρὸς τὰ πράγματα, δι' ὧν ἄλλο, ἢ αὖπερ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας· τί γὰρ ὄζει παιδίον; ἄγνοια, ἀμαθία. διάνατος τί ὄζει; μορμολύκειον. Socrates itaque non *plebis dogmata lamiis larvisque* conferebat, sed *idiotas* eorúmque *dogmata puerulis*, *externa* ista, qæ illos terrere solent, *larvis*. Epictetus ipse pariter *lib.* 3. *c.* 21. ὅταν ὖν τις δὲ τέτων αὐτὸν ἐκφοβῇ, λέγει ἐαυτῷ, Ὕπαγε, ζήτει τὰ παιδία· ἐκεῖνος τὰ προσωπεῖα φοβερὰ ὄζιν· ἐγὼ δ' ὀλίγα, ὅτι ὀρθάκινά ὄζιν, ἔσωθεν δ' ὐδὲν ἔχει. vide *ad l.* 2. § 12.

§ 24. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θυείαις ὑπὸ τὴν σκιὰ τὰ βάθρα] Scilicet peregrinis advenísque indulgebant ea Spartani, qæ concessa nolebant suis. Ideo, cùm Chii qidam Spartæ aliqando agentes, dum à cœna redeunt ebriati, in Ephorio vomuissent, & in Ephororum sellis etiam ventris onus depoſuissent, comperto non cives suos, sed Chios contumeliæ illius avtores extitisse, præconis ministerio publico denunciabant, τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν. *Chiis sese, ut lasciviant, permittere.* Plut. in *apoph. Lacon.* Cæterùm Ælian. *lib.* 2. *c.* 15. pro *Chiis Clazomenios* habet, & *sellas fuligine tinctas* refert, edictúmque ab Ephoris in hæc verba; ἐξέστω Κλαζομενίοις ἁμαυροῦν. *Clazomeniis licitum esto indecorè se gerere.* Advenis itidem, qi ad ludos solennes spectandi gratiâ Spartam convenerant, in umbra sedes collocabant; qod suis qos ad duritiem omnem sustinendam exercitatos volebant, nevtiqam permittebant. Verùm istud ævi inferioris fuisse videtur. siqidem primis reipublicæ illius temporibus advenas minimè admisisse videntur. Plut in *instit. Lacon.* Ξενηλασίαις δ' εἰσηγήσατο, (de Lycurgo sermo habetur) ὅπως οἱ παρεισρέοντες μὴ διδάσκαλοι κακῦ τινος τῆς πολίτιδος ὦσιν. de Lacedemoniis interim Tertull. *apologet. c.* 6. *primos* eos *penulam ludis exigitasse*, *nè vel hyeme voluptas impudica* (qæ in theatris scil. exercetur) *frigeret.* qod tamen ridendo dixisse Tertullianum contendit Rigaltius.

§ 25. Τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης] De Socrate Laërt. *l.* 2. Παρεγένετο δὲ καὶ Ἀρχελάῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ Σκώπαδι Κρανωνίτῃ, καὶ Εὐρυλόχῳ τῷ Λαρισσαίῳ, μήτε χρήματα προσιέμενος αὐτοῖς, μήτε παρ' αὐτῶν ἀπολῦων. De Perdicca nihil. Imò, qod de Perdicca Marcus, de Archelao Seneca, *de benef. l.* 5. *c.* 6. *Archelaus rex Socratem rogavit, ut ad se veniret: dixisse Socrates traditur, Nolle se ad eum venire, à qo acciperet beneficiia, cùm reddere illi paria non posset.* Verùm subjcit Seneca: *Primùm in ipsius potestate erat non accipere, deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, & id dabat qod utique ille non erat Socrati redditurus. Etiamnum Archelaus daturus erat aurum & argentum; recepturus contemptum auri & argenti. non poterat ergò Archelao referre Socrates gratiam? & qid tandem erat accepturus, qantum dabat?* &c.

§ 26. Ἐν τοῖς Ἐφεσίων γράμμασι] Qænam ista *Ephesia scripta?* avt *literæ* etiam *Ephesiæ?* nam Magicos nescio qos characteres, & vocabula barbara sub hoc titulo etiam proverbio celebrata, discimus ex Diogeniano in *paræmiarum collectaneis*; Hesychio; Svidâ; Evstath. *ad Iliad.* π. Clemente Alex. qi & *strom. l.* 6. recenset & explicat: & *lib.* 1. ad *Dactylos Idæos* avtores & inventores refert. Verùm nihil illis videtur, cum præceptis istiusmodi, qæ ad mores componendos spectant, commune fuisse. forsan Marcus scripserat ἐν τοῖς περὶ Ἐπικτήτου, sive τῶν Ἐπικτήτου γραμμάτων. Indè enim istiusmodi aliqid Seneca, uti mox videbitur, adducit. Et *Epicurum* suprà lavdaverat Marcus ipse *l.* 9. § 41.

Σωσιγένους ὑπομιμήσκοντος ἐμοῦ παλαιόν τινος ἐμοὶ ἀρετῆς χρησμῳδόν] Senec. *epist.* 11. *Aliqis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanqam illo spectante vivamus, & omnia tanqam illo vidente faciamus. Hoc Epicurus præcepit: custodem nobis & pædagogum dedit: nec immeritò magna pars peccatorum tollitur si peccaturis testis assistat. aliqem habeat animus, qem vereatur, cujus avtoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qi non aspectus tantùm, sed etiam cogitatus emendat! O felicem, qi sic aliqem vereri potest, ut ad memoriam qoqe eius se componat atqe ordinet! qi sic aliqem vereri potest, citò erit verendus. Elige igitur Catonem. si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum, Lælium: elige cum, cujus tibi placuit & vita & oratio: & ipsius animum ante te ferens, & veltum illum semper tibi ostende vel custodem, vel exemplum. opus est, inqam, aliqo ad qem mores nostri se ipsi exigant. nisi ad regulam, prava non corriges.* Idem *ep.* 25. *Sic fac, inqit Epicurus, omnia, tanqam spectet Epicurus. Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse, & habere qem respicias, qem interesse cogitationibus tuis judices. hoc qidem longè magnificentius est, sic vivere, tanqam sub alicujus boni viri, ac semper præsentis, oculis. sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias qæcunqe facis tanqam spectet aliqis. omnia nobis mala solitudo persuadet. cùm jam profeceris tantùm, ut sit tibi etiam tui reverentia, licebit dimittas pædagogum. Interim te aliqorum avtoritate custodi. avt Cato ille sit avt Lælius, avt cujus interventu perditi qoqe homines vitia supprimerent, dum te efficis eum coram qo peccare non audeas. cùm hæc effeceris, & aliqa cœperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi te permittere.* Idem. *epist.* 102. *Scias magnorum virorum, non minùs præsentiâ esse utilem memoriam.* Gemina habet his Theodoric. à S. Victore

Victore in *epist.* qæ *Bernardi* nomen præfert, *ad Carthus. fratr. de Mont. Dei. Elige tibi tu ipse hominem consilio meo, cujus vitæ exemplar sic cordi tuo inbæserit, reverentiâ insederit, ut quoties recordatus fueris, ad reverentiam cogitati assurgas, vitam ordines, mores componas. hic præsens tibi sit quandocunque volueris: occurrat sæpe & cùm nolueris. Omnia facta, cogitata tua ab eo videri cogitabis; ac si videat, ac si arguat, emendare cogêris.* Epictet. *dissert. l. 2. c. 18.* Θέλησον ἀρέσαι αὐτὸς ποτὲ σεαυτῷ· θέλησον καθὸ φαίνῃ τῷ Θεῷ· ἐπιθύμησον καθαρεῖς μὴ καθαρᾷ σαυτῷ χρῆσθαι, καὶ μὴ τῷ Θεῷ. εἶτ' ὅταν θεραπεύῃ σοι τὶς φαντασία τοιαύτη, Πλάτων μὲν, ὅτι * ἴδιον ἐπὶ τὰς ἀνοσιουργοὺς εἰσιὼν ἰκάτην· ἀρκεῖ καὶ ἐπὶ τὰς ἧσσ' ἁμαρτανούσας καὶ ἀγαθὰς ἀνδρῶν συνουσίας ἀποχωρήσας πρὸς τοῦτον μὴν ἀντιξεπάτιζε, ἂν τε ἧσσ' ζώντων τινὰ ἔχῃς ἂν τε ἧσσ' τεθνεώτων. Vide & Isidor. Pelus. *l. 3. ep. 91.* Cæterùm, quod Clemens præclarissimè *strom. l. 7.* εἰ ἧ ἡ παρουσία τινὸς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, διὰ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὴν αἴδῶ, πρὸς τὸ κρεῖττον ἀεὶ μιμεῖται τὴν ἐπιτυγχάνουσαν, πῶς οὐ μᾶλλον ὁ συμπαρὼν ἀεὶ ἀδιαλείπτως τῷ Θεῷ, ἐκ βουλόμενος ἂν ἑαυτὸν παρ' ἕκαστα χρεῖττον εἶη εἰς πάντα, καὶ τὰ ἔργα καὶ τοὺς λόγους, καὶ πᾶσι διάθεσιν; τοιοῦτον ἧ ὁ πάντη παρεῖναι τὸν Θεὸν πεπεισμένος· πάντη τοίνυν παρεῖναι τὸν Θεὸν πεπεισμένον, πάντῃ τὸν βίον ἐρπτὸν ἔχοντας, γενηχθέντα αὐτῶν ἐντέχνως διαφερόμεθα. vide *ad l. 6.* § 28.

§ 27. Ἑωθεν εἰς τὸν ἱερῶνα ἀφορᾶν] Monitum istud Pythagoricum cœlum, singulis matutinis suspiciendi, non abhorret à Platonico illo forsan, *l. 7.* § 47.

Ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως] vide *sup.* § 21. & *l. 6.* § 30. τὸ ὁμαλὲς πανταχοῦ. Plinius minor. *l. 3. epist. 1. Me ut certum sidorum cursum; ità vita hominum disposita delectat.* Aristot. nom. *de mundo c. 6.* Τῶν αἰδίων ἧ τὰ πρωτάτα, τὸν αὐτὸν ἐπέχει τόπον, ἄστρα τε, καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, πάντα τε ὑφήνια. διὰ τοῦτο εἰσὶ τῷ αὐτῷ σύζυγα τάξιν διανεκόσμηται, καὶ ἔποτε ἀλλοιοῦσθαι μετανοήσῃ. De motûs autem solaris cœlestisque constantia, nullâ ratione aut creaturæ vi interrumpenda, Deus ipse per Jerem *c. 31. v. 35, 36. & c. 33. v. 20, 23.* cui constantiam in recto justóque haud imparem à Pyrrho tributam Fabritio Romano, autor est apud Svidam autor innominatus; ὃν διαφέρειν ἂν τις ἀποφήναι, τῆς δικαίας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἥλιον. in vero, à Fr. Bonaventura Ingolstad. Pontifici Romano, autor est Petr. Marnixius, *de R. R. c. 8. Papa solis instar in eodem veritatis cursu permanet; neque ab ea magis dimoveri potest, quàm terra à centro suo.* Cæterùm de hoc ipse viderit. ὑμεῖς δὲ τὸν ὡς ταχυπλοῦντα. Talem certè sapientem suum Stoici prædicabant. Ad hoc, quantum humana ferebat conditio, eniti suos Pythagoras volebat. Sed & Senec. *ep. 77. virtutem non flamma, non ruina inferiùs abducet; hæc una majestas deprimi nescit: nec proferri ultrà, nec referri potest. sic hujus, ut cœlestium, stata magnitudo est. ad hanc nos conemur educere.* Optimè Clem. *strom. lib. 4.* Αὐτὴ γὰρ ἡ κατ' εἰκόνα ἐξομοίωσις πρὸς Θεὸν, τὸ φυλάττειν τὸν νοῦν ἐν τῇ κατὰ τὰ αὐτὰ ἕξει. αὕτη ἧ ἡ ἕξις, ὡς νῦν ἡ ἧ ποικίλη διάθεσις, γίνεται τῇ περὶ τὴν ὕλην πρόσπαθείᾳ. Idémque *l. 2.* Ἡ πίστις ἐν τῇ ἡ γνῶσις τῆς ἀληθείας, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν καθασκιάζουσι τὴν ἐλομένην αὐτὰς ψυχήν.

Καὶ τῆς γυμνότητος] vide *l. 10.* § 1. Aliâ ratione, de Deo, Senec. *epist. 31. Deus nihil habet; nudus est.*

Οὐδὲν γὰρ περικάλυμμα ἄστρον] *Astrûm enim nullum est velamentum.* Xyl. *Nullum astrum velamentum aliquod habet.* Cas. havd incommodè uterque. ἄστρον tamen ille legisse videtur.

§ 28. Οἷς ὁ Σωκράτης τὸ κάλλιον ἐπεζωσμένος] Idem parraverat, utî videtur, Xanthippe, qod à mulieribus Atheniensibus factum fingit Aristophanes in Ἐκκλησιαζούσαις, sive *concionem habentibus fœminis*. Historiam musqam legisse memini. At contrà Ælianus *hist. var. l. 7. c. 9, 10.* Phocionis uxorem narrat mariti veste solâ indutam, nullo alio vel amictu, vel ornatu adjecto, in publicum sæpe prodiisse. qod & ille σωφροσύνης μεγάλης indicium facit. Xanthippen verò Socratis, ad pompam spectandam viri veste amictam prodire recusâsse; illúmq; dixisse, Ὁρᾷς, ὡς ὁ θεωρήσουσι, θεωρησομένῳ ἧ μᾶλλον βαδίζειν. *vides te non tam spectaturam, quàm spectandam, proficisci.* Ea interim videtur sors fuisse Socratis, qæ & Epaminondæ fuerat; qem *l. 5. c. 5.* narrat Ælianus, ἕνα τρίβωνα, *unum* tantummodo *pallium* habuisse: qod cùm ad fullonem opus esset mundandum mittere, domi interim coactum sese continere. refert & Joan. Chrysost. *adv. vituperat. vit. monach. l. 2.* Eadem. scil. Imperatoris illius magni sors, qæ subulcorum Ithacensium, *Odyss. ξ.*

Οἷς ὁ πολλαὶ χλαῖναι, ἐπιμισθοίτε χιτῶνες·
—μία δ' ὅση φωτὶ ἐκάστῳ.

qanqam instructior pavlò Epaminondæ pavpertas, qàm sophistarum paris illius, Procretii & Hephæstionis, de qibus Evnapius, ἐν γὰρ αὐτοῖς ἐσθῆτα ἱμάτιον καὶ τρίβωνα, καὶ πλέον οὐδέν. *unicam tantùm utrique penulam communem fuisse:* itaque alter cùm eâ indutus foras prodiret, alterum necessariò stragulis involutum in ædibus delituisse. qod autem in Epaminonda pavpertatis fuit, id parcitati sordidæ in qibusdam adscribit Theophrastus, cùm inter alios τὸν ἀπελεύθερον *characteras* hunc ponat, ἐνδὸν μένειν, ὅταν ἐκδῦναι ἐπιβάλωνται. Penuriæ extremæ,

extremæ, incertum, an parcitati, tribuentem, de Telavge nescio qo retulisse Æschinem, avtor est apud Athen. *l.* 5. Masurius *in dialogo*, cui id nominis indidit, *ἰματίῳ φορήσας καθ' ἡμέραν ἡμιβόλιον κάρφει τελέσαι μιᾶδν, καθάψ ἐξωμβίον.* qomodo de Socrate Marcus istic.

Καὶ ἃ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἐταίροις αἰδεῖσθαι] Socrati nimirum solenne fuit, festivo aliqo commento eludere, qas alii ægrè ferebant, uxoris suæ in se admissas procacitates & protervias. Ejusmodi enim fuerat, qod qærenti qomodo Xanthippæ rixas & convitia sustinere posset, *Καὶ σὺ μὲν γυναῖκα βοώντων ἀνέχῃ· qomodo tu*, inqit, *anserum tuorum strepitus:* illóqe subjicientе, *ac illi mihi ova pullósqe pariunt*, regessit Socrates, *& illa mihi liberos.* Laert. *l.* 2. ubi cur *gallinas* Erasmus pro *anseribus* substituerit, nescio. Nec absimile, qod Evthydemo, qem ad cœnam domum secum duxerat, indignanti, qòd illa per bilis æstum; post contumeliosè dicta non pavca, mensam tandem evertisset, Παρὰ σοὶ ἧ ἐν μείζονι ὄρνις τις εἰσπεπάτηκε ταυτὶ τὸ ἐπαίνου; ἡμεῖς ἧ ἂν ἠγανακτήσαμεν. *Annon*, inqit, *nuper, cùm apud te essemus, gallina qadam involem idem ipsum fecerat? nec nos id molestè ferebamus.* Habet Plut. *de irac. cohib.* qi & geminum ferè qiddam de Pittaco refert, *lib. de tranqill.* ejusdem avtem κόμματος qippiam videtur fuisse, & qod istâ occasione protulerat. Socratem certè à Xanthippe pessimè ac procacissimè habitum, moderatè ac æqanimiter omnia tulisse, docent nos avtores havd pavci. Synes. in *Dione*, ut cæteros taceam, Αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ξανθίππη, φεῦ τῆς ὀλιγωρίας, ὡς ἐχρῆτο Σωκράτει· ἀλλ' ἡδὲν ἐκώλυσε Σωκράτην εὐθυμεῖσθαι καὶ παιδεύεσθαι. qam imaginem ab Aristophaneis in *Equitib.* illis mutuatam censet Muret. *var. lect. l.* 18. *c.* 16. (qæ tanqam Comici incerti in *excerptis* suis ex parte Grotius exhibet)

Ἐρέτην χρῆναι φησὶ γενέσθ', πρὶν παλαίοις ἐπιχειρεῖν·
Κἄτ' ἐντεῦθεν περᾶσαι, κἀπὸ τοῦ ἀνέμου διαθρῆσαι
Κἄπα κυβερνᾶν αὐτὸν αὑτοῦ.

qod de militibus, havd mvltùm abludit ab eo qod Evpolis in *Amicis*;

Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβύτα, πρὶν κατάσαιν
Τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὸν ἱππικόν.

Huc pertinet & Antisthenis illud, qi Athenienses sibus consuluit, πρὸ ὄνων ἵππους ψηφίσασθαι· qod nec Ambrosius Laërtii interpres, nec Erasmus in *apophthegmatum collectaneis* ritè cepit. cùm ille vertit, *asinos ut equos deligerent*; iste reddidit, *asinos aqè ac equos ad agriculturam deligerent:* cùm potiùs dicendum esset, *ut asinos equos fieri decernerent.* i. e. pscphismate, sive decreto sancirent, ut asini fiant eqi. qod cùm illi ἄλογον, absurdum, & rationi contrarium esse dicerent; regessit, Ἀλλὰ μὴν καὶ στρατηγοὶ γίνονται παρ' ἡμῖν, οὐδὲν μαθόντες, μόνον ἧ χειροτονηθέντες. *Atqi imperatores vestro solo sussragio fiunt qi artis imperatoriæ nihil qicqam didicerunt.* q. d. tam decreto vestro possunt ex asinis eqi, qàm ex imperitis hominibus imperatores fieri. verùm non magis illi suff. agiis suis id si scisserent, efficere qibant ut imperatores homines istiusmodi existerent, etiamsi imperatoris nomen eis decernerent, qàm perficere poterant, avt ut *asinus equus*, avt *ut simia leo fieret.* qod Gregor. Rom. 1. *in regest. l.* 1. *ep.* 5. *ecce serenissimus Dominus imperator fieri simiam leonem jussit. & qidem provisione illius vocari potest, fieri avtem leo non potest.* Itaqe scitè Gregor. Naz. *orat. à reditu*, qem & Gregor. ille alter forsan legerat, τὸ δὲ τέταρτον τῆς εὐβουλίας γένος ἥτε ἀξιάσεως λόγῳ τὸ ἐν χρήμασι καὶ θεσπίσμασι, ὅταν καὶ κάλλος ἀποδείκνυται τὸ ἐν χρήμασι, καὶ πίθηκον οἰδεδῶ λέοντα ἢ] κακκαβιζόμενον. Poterat & pro *simia canem* dixisse; cùm, ut Epiphan. etiam *har.* 57. § 6. κακῶ κυνὶ ὅμοια λέων havd infrequenter inditur.

Οὐ πρότερον ἄρξεις πρὶν ἀρχθῆς] Nihil hoc axiomate apud omnes omne genus avtores tritius. Solon apud Laërt. *l.* 1. & Stob. *tem.* 2. *tit.* 46. Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι· ἀρχέσθαι γὰρ μαθὼν, ἄρχειν ἔπεισιν. Et Clitarchus apud Anton.

mcliff.

melisſ. *l.* 2. *c.* 1. Ἄρχεσθαι μὲν μαθὼν, ἄρχειν δὲ ἐπιχείρει. Iſocrat. in *Nicod.* Ἐὰν ἀρχεσθαι μαθῇσι πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνήσονται. De ſe Tullius rex apud Dionyſium Halicarn. *l.* 4. Πεπεῖσθαι πείθομαι φανερὸν ὅτι καὶ ἄρχειν ἐπίσταμαι καλῶς, καὶ ἄρχεσθαι σωφρόνως δύναμαι. Plato *de legib. l.* 6. Δεῖ δὴ πάντ' ἄνδρα διανενεῦσθαι πρὸς ἅπαντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὲν δικαίους καὶ ἀγαθοὺς ἂν ἀριστοίης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου καὶ καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεύσαι μᾶλλον ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι. Ariſtot. *polit. l.* 3. *c.* 4. Διὸ καὶ λέγεται τοῦτο καλῶς, ὡς ἐκ ἔστιν ἓν ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. & ex eodem Joan. Climach. *ad Paſtor.* Οὐκ ἔστιν ἓν ἄρξειν, ἐὰν μὴ ἀρχθέντα. Idem *ibid. l.* 7. *c.* 14. Τὸν τε δὲ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον. Senec. *de ira l.* 2. *c.* 15. *Nemo regere poteſt, qi non & regi.* Itaque de Ageſilao Plut. hoc illi profuiſſe ad rem in imperio bene gerendam, Τὸ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἄρχειν, μὴ ἀπαιδεύτου τὰ ἄρχεσθαι. Joſeph. *antiq.* Πάντες οἱ ἄρχεσθαι καλῶς μεμαθηκότες, καὶ ἄρχειν εἰσονται, παρελθόντες εἰς ἐξουσίαν. Philo Jud. Ὁ μαθὼν ἄρχεσθαι, καὶ ἄρχειν ἐυδὺς μανθάνει· ὁδὶ δὲ εἰ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης τὸ κράτος ἀνάψαιτό τις, ἄρχων ἂν εἴη πρὸς ἀλήθειαν, εἰ μὴ μάθοι καὶ πεφυκὸς δουλεύειν τὸ ἄρχεσθαι. Utrumque exhibet Maxim. *collect. c.* 46. Cicer. *de legib. l.* 3. *Qi bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qi modeſte paret, videtur, qi aliquando imperet, dignus eſſe.* Iſidor. Peluſ. *l.* 5. *ep.* 455. Οὐδὲν ὅτω πιθεῖ νομίμως ἄρχειν, ὡς τὸ νομίμως ἄρχεσθαι· Ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐν ὑπηκόοις, ἀγαθὸς ἔσται καὶ ἐν ἡγεμόσι· οἱ δ' ἐν τῷ ἰδιωτεύειν, καὶ πρωτοστατεῖν πεφύκασι, καὶ πρὸς τὸ ἄρχεσθαι ἀνεπιτήδειοι, ὅτοι καὶ εἰς ἀρχὰς ἀνεπιτηδειότατοι. quam ſententiam claram ſatis ſanè, & concinnè conceptam, interpres fœdiſſimè ut multas alias ejuſdem avtoris, depravavit. Vide eundem & *epiſt.* 225. & 275. Ab alia mente, nec vera tamen certâve minùs, Plut. *ad princip. inerud.* Δεῖ γὰρ, ὥσπερ ὁ χαλκεὺς, αὐτὸς ἀσταθὴς γιγόμενος καὶ ἀδιάστροφος, ὅταν ἀπεργάζηται τὰ λοιπὰ τῇ πρὸς αὐτὸν ἁρμογῇ καὶ παραθέσει σωφρονίζειν, παραπλησίως τὸν ἄρχοντα πρῶτον αὐτὸν ἀρχὴν κτησάμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ κατορθώσαντα τὴν ψυχὴν, καὶ καλασκευάσαντα τὸ ἦθος, ὅτῳ συναρμόσειν τὸ ὑπήκοον· ἔστε γὰρ πιστοῦται ὀρθὸν, ὅτε διδάσκειν ἀγνοοῦντες, ὅτε κοσμεῖν ἀκοσμοῦντα, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντες, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένου. ubi non poſſum probare qod Hen. Stephan. pro ὀρθὸν vult πρέχειν ſubſtitui: qem tamen M. Bernard. ſequitur *var. lect. l.* 3. *c.* 17. hoc avtem fit, ut Plato *polit. l.* 9. Ὅταν ἴωσιν τις ὧν ἀκράτωρ, ἄλλον ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν. *Neqe enim exercitum continere poteſt imperator,* (avt populum princeps) *qi ſe ipſe non continet.* Cicer. *ad Quint. frat. Tunc incipit aliis imperare, cùm ipſe improbiſſimis dominis, dedecori & turpitudini ſervire deſierit.* Idem *parad.* 5. vide *l.* 1. § 15, 16. & *l.* 2. § 2.

Πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ] ſiqidem, *Ars eſt artium regimen vitæ.* Joan Gerſon *de recidiv.* vide *ſuprà ad* § 5.

§ 30. Δοῦλος πέφυκας] Iambus eſt πρίμπους, à Philone adductus in *lib. de libert. viri boni:* Ὅδιν, inqit, καὶ τὰ πρία μέτρα φιλοσόφως ἐκεῖνά φασιν εἰρῆσθαι.

Οὐ γὰρ μέλεταί σοι νόμων δύλοις ἔφη· καὶ πάλιν Δοῦλος πέφυκας, ὦ μέτρεσί σοι λόγε.

tria dixerat, ſed ubinam tertium? nuſqam comparet legas, me avtore, τὰ τείμετρα, non πρία μέτρα. Qòd avtem præfixâ cavſali ſuperioribus annectit iſta M. Caſ. qaſi ab ortûs nativi ratione argumentum duxerit Marcus; ideo ſcil. diſciplinâ cuiqe ad virtutem opus eſſe. qia ſervus qiſqe natus ſit, hoc eſt, ſenſibus brutisqe affectibus addictus, cognitione avtem ſolidâ, rationéqe rectâ deſtitutus; probare non poſſum. Primò ſiqidem Stoicis iſtud havd placet, vitia à natura, ſive ingenita, eſſe; non magis qàm virtutes. Tum non omnes in univerſum mortales, ſed ſervos ſolos ſpectare qod à poeta hic dicitur, ex Philone liqet: & ſervos qidem ἀργυρωνήτους τε καὶ αἰχμαλώτους, æqè ac vernas οἰκογενεῖς. Itaqe τὸ πρυχάν, hoc loco, non *natum eſſe* ſignificare videtur, ſed eodem ſumi ſenſu, qo in eodem ferè argumento, ab Evripide in *Hecuba*, ubi dixit;

Αἰ αἰ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πρυχ' ἀεί;

& à Theognide in illis;

Οὔποτε δουλείη κερδηθῇ ἐυδεῖα πάρυκεν,
Ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ, κ' αὐχένα λοξὸν ἔχει.

δοῦλος πάρυκας, i. e. δοῦλος εἶ, *ſervus es.* Ubi nec ſpernendam planè duxerim Caroli filii conjecturam, qi inter iſta deſcribendum animadvertit ipſe, in priore verſiculo vocabulum idem hoc forſan reponendum, ut legatur,

Οὐ γὰρ μετεῖναι σοὶ νόμων δύλοις ἔφυ.
Οὐκ ἔφυ μετεῖναι, ἀντὶ τοῦ, ὃ μέτεστιν, ἢ μεῖναι ἐκ ἔστιν.

qomodo Evenus apud Ariſtot *ethic. Eudem. l.* 2. *c.* 7. Πᾶν γὰρ ἀναλκὲς πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ.

Ingratum eſt qicqid neceſſarium eſt.

Et apud Herodotum *l.* 7. Theſſali; ἀδαμᾶ γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ. *Nunqam impotentiâ potior eſt neceſſitas.* Evripid. *Oreſt.*

M. Ἄπαιρε δυσηγὲς φάσγανον. O. Ψιλὸς ἔφυς.

M. Ἀλλὰ κλαπεῖς μοὶ δίγατερ; O. Οὐ ψιλὸς ἔτ' εἶς.

Idem valet ἔφυς & εἶς. Denique λόγος iſtic *rationem* non ſignificat, qaſi de *ſervis* dicatur, qod Hom. *Odyſſ.* ρ. *v.* 322. & ex Homero Plato *de leg. l.* 6. & Athen. *dipnoſ. l.* 6.

Ἥμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, ἐυτ' ἂν μιν κὴν δούλιον ἦμαρ ἕλησιν.

ſed *ſermonem*, ſive *orationem* deſignat, uti & Philo ipſe nos docet, qi verbis verſibusque illis ait νόμων μητρυιὰν, quod priora ſpectant, καὶ ἰσηγορίαν, quod poſteriora reſpiciunt, i. e. *lege agendi facultatem*, & *liberam ſuffragii cum reliqui ferendi poteſtatem*, vel etiam, latiùs ſumendo, *ſermonis libertatem*, eſſe ſervis denegatam. quomodo παῤῥησίαν eiſdem interdictam, Julianus *de cynicis. orat.* 2. Τῷ δούλῳ γὰρ ὁ νόμος οὐ μεταδίδωσι παῤῥησίας. quanquam ἰσονομίαν quam cum ἰσηγορίᾳ is confundere videtur, à παῤῥησίᾳ, ſed ſecius ſumptâ, diſpeſcit Iſocrates, in *Areopag.* ubi ait, Ὧν ἡγοῦνται τὴν μὲν ἀκολασίαν, δημοκρατίαν· τὴν δὲ παρανομίαν, ἐλευθερίαν· τὴν δὲ παῤῥησίαν, ἰσονομίαν. Vult nimirum ſonarius ille, verum eſſe de *ſervis*, qod de *egenis* Theognis,

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδαμασμένος, οὐδὲν ἀμείνων
Οὐδ' ἔρδειν δυνάτου· γλῶσσαν δὲ οἱ δέδοται.
Num cui paupertas eſt addita, nil facere audet,
Nil fari. linguam vincula ſæva premunt.

Hinc apud Longinum περὶ ὕψους neſcio qis, δούλειαν ἅπασαν, ψυχῆς γλῶσσόκομον καὶ δεσμωτήριον, δὲ τὸν πεπειραμένον τοῖς σώμασι δεσμὸν, ſervitutem omnem, cùm ori fiſcellam obducas, eſſe animæ capſulam ac carcerem quendam. itaque δοῦλον μηδένα γενέσθαι ῥήτορα, *ſervum neminem unquam rhetorem extitiſſe*; cùm aliæ tamen artes atque inſtituta humaniora etiam in ſervos cadant. Verùm Svidas ubi Sibynnium quendam Theodectæ ſervum, οἰκετικὸν πρῶτον ῥητορεύσαι, *è ſervis primum omnium rhetoricam profeſſum* ait, plures deinceps idem factitâſſe ſubindicat. Meminit & Lucii Otacilii in *rhetoribus claris.* Svetonius, qem *cùm ſerviſſet, etiam oſtiarius in catena, à patrono, cui orationem ſcripſerat, manumiſſum*, Cn. *Pompeium docuiſſe*, teſtatur. Certè philoſophis eſſe ſervis licuit; qod multis exemplis docet Gellius, *l.* 2. *c.* 18. cur non rhetoribus liceret? De parreſia interim iſtis negata occurrunt Tragicorum illa, Sophoclis *Actiſio* apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40.

Δοῦλον γὰρ οὐ δεσμοῖσι δραπέτην ἀνὴρ
Κοῦφον πεδήσεις, πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγειν.
Fugitivus arctis vinculis coercitus
Serviles artus, ſola fatur qæ placent.

Euripidis in *Bufride* apud Stob. itidem.

Δούλῳ γὰρ οὐκ ἔστιν ταληθῆ λέγειν
Εἰ δεσπότοισι μὴ φρονοῖεν τυγχάνει.
Servo profari qælibet verum nefas,
Niſi heriles ferre ſi verum negant.

In *Phœniſſis*, ubi Polynices de exilii malis à matre reſciſcitus, ait;

Ἐν μὲν μάγοισιν, ἓν ἔχει παῤῥησίαν.
Primùm, loqendi nulla libertas adeſt.

Illa; Δούλῃ τοί δ' ὄντας, μὴ λέγειν ἃ πρέσσει.
Servile certè hoc, non loqi qid ſentias.

Idémqe Ione;

Καθαρὸν γὰρ ἀνὴρ εἰς πόλιν πόσιν ξένον,
Κἂν τοῖς λόγοισιν ἀσθενὴς ᾖ, τύχῃ τίμα.
Δοῦλον πέπαυται, κἂν ἔχῃ παῤῥησίαν.
Hanc puram in urbem qiſqis externus venit
Qamvis vocetur civis, os ſervum tamen
Gerit, & loqendi non habet fiduciam.

qæ refutatum tamen eunt, Plutarch. *de exilio*, & Muſon apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 40. ſed & Xenophon in *Athenienſium repub.* Ἰσηγορίαν, inqit, καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ὑποτάξαμεν, καὶ τοῖς μετοίκοις πρὸς τοὺς ἀστούς. Cæterùm in eandem cum illis ſententiam conveniunt & Plavtina illa, *Epidic.* 1. 1.

——*plus ſcire ſatius eſt qàm loqi*
Servum hominem, ea ſapientia eſt.——

Et *militis* 2. 5.

——*plus oportet ſcire ſervum qàm loqi.*

& *ibid. ſc.* 6.

——*namqe hominem ſervum ſuos*
Domitos habere oportet oculos & manus
Orationémqe——

Qin & Apoſtolus ipſe *ad Titum epiſt. c.* 2. *v.* 9. ſervis interdicit, nè ſint τοῖς δεσπόταις ἀντιλέγοντες. Qod Socrates itidem apud Platonem *in Criton.* ὁ δίκαιος πρὸς δεσπότην ἢ πατέρα κακῶς ἀκούσας ἀντιλέγει. negat juſtum eſſe adverſùs herum patrémve, eum qi ab utrovis malè audierit, obloqi. At Ariſtoteles *polit. l.* 1. *c.* 13. illos redarguit, qi hive rationis exercitium, ſive orationis etiam libertatem ſervis abjudicant, & juſſa herilia duntaxat excipere atqe exeqi, citra diſceptationem ullam omnino volunt. Λέγων, inqit, ὅτι κωλύει ὁ λόγος τοὺς δούλους ὑπουργεῖν, καὶ φάσκοντες ἐπιτάττειν χρῆσθαι μόνον. Et videri poſſet trimetron illud, qod hîc Marcus poſuit, reſpexiſſe, niſi aliò potiùs ſpectare ex Philone diſceremus: cujus ex his qæ dicta ſunt mens, opinor, genuina liqidò ſatis comparebit. Marcum autem exiſtimo hæc ſeparatim poſuiſſe, & confuſaneè poetica qædam fragmenta congeſſiſſe, qæ animadverſione aliqâ digna cenſebat; qemadmodum idem *ſuprà* fecerat *l.* 7. § 38, 43. & § 50.

§. 31. ——ἐμὸν δ' ἐγέλασε φίλον κῆρ] Ex *odyſſ.* 1. *v.* 413. Ulyſſis ſunt verba narrantis, ut corditùs riſerit, ſecum animo reputans,

Ὡς ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἐμὸν, καὶ μῆτις ἀμύμων·

qam felici aſtu, nomine conficto, Cyclopem illum immanem fefelliſſet. Iſta autem ſegmenta in uſum ſuum chartis ſuis illeviſſe videtur Marcus, qòd utilius, ac ſublimius aliqid meditandi aut commentandi anſam atqe occaſionem dare poſſe viderentur. qa de re etiam ſuperiùs monitum dederat, *l.* 10. § 33.

§ 32. Μέμφονται δὲ ἀρετὴν] Heſiodi videtur, ex *op. l.* 1. *v.* 184. verùm ibi legitur,

Μέμφονται δ' ἄρα τοὺ —— τινὰς ſcil. de qibus & verſu præcedente,

Αἰνὰ δ' ὑπερφιάλοις ἀπιμήσουσι τοκῆας.

de hominibus ſeculi qinti loqitur impiis & nefariis. Aut exſcriptor itaqe Marci ſcripturam depravavit, cùm

cùm sensum idoneum è verbis elicere nequiret, aut Marcus ipse παρώνυμος, cum inflexione aliqa extulit; quod non existimo. Interim ex Marco Hesiodi novissima illa emaculari posse arbitramur, quæ in codicibus vulgatis sic leguntur, —χαλεπὸς βάζων' ἐπέεσσιν· cùm emendatius meliùsque videatur, quod Marcus hic exhibet, —βάζοντος ἔπεσσιν· istius enim formæ & quæ antecesserunt, & quæ sequuntur, sunt omnia.

§ 33. Σῦκον χειμῶν ζητεῖν] Ex Epicteto decerptum videtur, cujus hæc sunt *dissert. lib. 3. c. 24.* Ὅταν τινὶ σκληρύνῃς, ὡς ἤδη τῆς ἀναφαιρέτων, ἀλλὰ τινῶν ἄλλων, εἶδον δεῖ χάρτα, οὐ γάλα τὸν ποτήριον· ἵν' ὅταν καταγῇ, μεμνημένος μὴ τραχηλίῃς· ἔστω δὲ παιδίον σαυτῷ καταφιλῆς, ἂν ἀδελφὸν, ἐὰν φίλον, μηδέποτε ὅπως τὴν φαντασίαν εἰς ἄπαν, μηδὲ τὴν διάχυσιν ἔξεις σκληρὰν ἐφόσον αὐτὴ θέλει, ἀλλ' ἀντίπασον, κάλυσον, οἷς τοῖς θεραπεύουσι φροντίζοντες ὅπως ἂν ὑπομιμήσκοντες, ὅτι οὐδενοί εἰσι τούτων τι ἂν σὺ ὑπομίμησαι σαυτὸν, ὅτι ζητῶ φιλεῖς, ἤδη ἤδη σαυτὸ φιλεῖν· ὅπ τὸ παίζοντα σοι δίδοται, ἵν' ἀναφαίρετον, ἐὰ εἰσάπαξ, ἀλλ' ὡς σῦκον, ὡς χειμῶνι λῇ, τῇ πλαγμῇ ὥρα τῆς ἔτους· ἂν ἢ χειμῶνι ἐπιθυμῇς, μωρὸς εἶ. ἔτω κἂν τὸν υἱὸν ἢ τὸν φίλον τότε ποθῇς, ὅτε· ὁ δίδοταί σοι, ἰδὶ ὅτι χειμῶνι σῦκον ἐπιθυμεῖς. οὐ γὰρ δεῖ χειμῶνι πρὸς σῦκον, τοιοῦτον δεῖ ἢ ὑπὸ τῆς ὅλων οἰκήσεως πρὸς τὰ κατ' αὐτὴν ἀναφέρεσθαι. qibus gemina monet & enchirid. c. 3. Quod autem de *fici* Epictetus, idem de *rosa* ferè Seneca *epist.* 122. *Non vivunt contra naturam, qi expectant ut puericia splendeat tempore alieno? non vivunt contra naturam, qi hyeme concupiscunt rosam? fomentóque aquarum calentium, & calorum brevi mutatione, brumâ lilium florem verna exprimunt?* Gregor. item Naz. *adv. Eunom. orat. 1. bonum intempestivum* esse ait, ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι, πανηλὲς ἄνθος. Sed & Nicetas Chon. de Alex. Com. *lib. 1. c. 8.* qi miserrimis tempestatibus splendidissimè ornatus procedebat, ait illum, χειμῶνι μέσον χαρίεις ἐαρινὰς ἐρέπων. Boethius *consolat. l. 2. c. 6.*

Nunqam purpureum nemus,
Loquturus violas, pratis,
Cùm gravis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.

Παιδίον ζητῶν, ὅτε ὑκέτι δίδοται] *puericiam quærere præteritam.* Xyl. minùs sanè. παιδίον *puerulus*, non *puericia*. Sed nec minùs lapsus interpres Anglus, qi reddidit, *Pueros desiderare, priusquam dentur* imò, *postquam sublati amplius jam non existunt.* Hoc est autem quod proverbialiter dici solitum observat Schol. *ad Aristophan. Plut.* ab Hercule amissum Hylam desiderante & inclamante tractum:

Ποθεῖν τὸν ὑ παρόντα, ἢ μάτην κλαίειν.

Desideras absentem & hunc frustrà invocas.
Plautus *Pers. act. 4. sc. 4.*

——*qid illum quæras, qi fuit?*

Vetatur idem & proverbio illo altero,

Ῥόδον παρελθόν, μηκέτι ζήτει πάλιν.

Nè quæras iterum præteritam semel rosam.

Meminere Zenobius in *collect. adag.* 702. Svidas *adag.* 58. Apostolius *adag.* 1621. Scaliger *stromat. adag.* 817. Verùm apud Svidam & Apostolium vitiosè legitur, Ῥόδον παρελθών· quod secuti Schottus in versione *stromatei* Scaligeriani,

Nè quære, quando præteriîsti, iterum rosam.

Pantinus apud Apostolium,

Quæ præteriîsti, nè amplius quæras rosam.

Et Portus apud Svidam,

Rosam, quam præteriens, nè amplius quære denuo.

qæ à proverbii mente abeunt procul. In ejusdem expositione Svidæ codices mutilati videntur, ὁπὸ ὧν κωδωνόπους πνὲ, ingit. deest, ἤδη ἀπηλθότα, ἢ ἀπολιπόντα, ἢ ἀποθανόντα. *de eis qi celebrant aliqem, qi utique jam abiit, vel obiit, aut aliud ejusmodi.* Zenobius, Ἐπὶ τῶν μεταμελομένων περί τι, ἢ μὴ δυναθέντων τι ἀνῦσαι. qod Pantinus, apud Apostolium, qi utrumqe & Svidam & Zenobium transcripsit, sic reddidit; *de negligentibus circa aliqid, qiqe nihil efficere possunt.* ἀμελησάντων legisse existimarem, nisi τὸ μεταμέλεσθαι alibi pariter vertisse deprehendissem. verendum potiùs, *de eis qi circa rem aliqam pœnitentiâ frustrà tanguntur, cùm nihil proficiant.* De *rosa* distichon apud eundem in notis.

Τὸ ῥόδον ἀνθεῖ βραχὺ χρόνον· ἦν δ' παρέλθῃ,
Ζητῶ ἰωνίους, ὦ ῥόδον, ἀλλὰ βάτους.
Verna brevi rosa florere nitet: simul ille recessit,
Non rosa quærenti, sed rubus asper erit.

Proinde, qi rerum ejusmodi desiderio intempestivo se torquet, miseriam sibi merum creat.

Ὃς γὰρ ἐπιθυμεῖν βάλλει, τῶν ἀκαίρως τις
Διὰ τὸν χειμῶν, πῶς ἔτις οὐκ ἐς ἅλιος;
Nam qi ea potiri concupiscit, à qibus
Arcetur horis, quomodo non sit miser?

Menander Ἀγρεικῇ, referente Stobæo *tom. 2. tit. 117.*

§ 34. Καταφιλοῦντα τὸ παιδίον] Ex eodem Epicteti loco & ista desumpta sunt. Τί χρὴ δὲ μεταξὺ, καταφιλοῦντα τὸ παιδίον, ἐπιφωνοῦντα λέγειν, Ἄγαθον ἀποδημίας τῷ φίλῳ ἀσαίτῳ, Ἀγαθον ἀποδημήσεις, ἢ σὺ, ἢ ἐγὼ, ἢ ὑκέτι ἐφήμεθα ἀλλήλοις; ἀλλὰ δύσκολα δεῖ ταῦτα, καὶ ὑπὸ τῶν ἀπαιδεύτων ἔργα· ἀλλ' ὅτι ἀφελεῖσιν, ἐκ ὑπερφρονοῦντος ἀφελέτω. σὺ δ' δύσκολα καλεῖς ἄλλα, ἢ τὰ χαλεπὰ πνὲ σημαντικά; δύσκολον δέ μοι λέγεις ὄνομα φυσικῆ πνὲ πράγματος σημαντικόν; λέγε δύσκολον εἶναι, καὶ τὸ ἀπειδῆναι τοῦ φάσκειν ἀπολλεσθαι γὰρ σημαίνει τῶν φάσκειν, ἀλλ' ἐ τῷ χέσαι. Ista autem differtatio enata est forsan ex occasione illius

illius qod ab eodem dictum refertur, *enchirid. c* 3. Ἂν παιδίον σαυτῷ καταφιλῇς ἢ γυναῖκα, μίμνεσο ὀπιλίζειν, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθνήσκοντι γὰρ αὐτῷ ἡ παροχθίσις. qod astanti forsan alicui minùs gratum avditu, malique ominis esse visum est. vide *l.* 9. § 3. & *l.* 10. § 34.

Τὰς ταλάντας διελθεῖν] vide *ad lib.* 7. § 40. ac Angl. interpres, ταμιλας legisse videtur; (contrà quàm ipse Epictetus habet) quas διελθεῖς, i.e. *meti* vix dixeris. fefellit illum forsan qod de *uvis* sequitur.

Δύσφημα ταῦτα] ità Senec. *ad Marc. c.* 9. *qis non tanqam dirum omen refpuit?*

§ 35. Ὁμαξ, ταρυλή] Et ista indidem, sed magis aceisa. Pergit Epictet. Λέγε δὲ ἡδέως ἐπὶ τῷ φυλαχθῆναι, καὶ τὸ ἐναντίον γίνεσθαι αὐτὸ οὐκ, καὶ ἀφορμὰς ἐκ τῆς ταρυλῆς. (qod Theocritus, an qis alius, *Idyl.* 27. Ἁ ταευλὶς ταρὶς ἔξι.) πάντα γὰρ ταῦτα ἔθη περιέρανα εἰσὶν εἰς ἕτερα μεταβολαὶ, οὐκ ἀπώλεια, ἀλλὰ ταραλλαγή τις οἰκονομία καὶ διοίκησις. τετίμηται ἀποδημία, καὶ μεταβολὴ μικρὰ· τοῦτο Διὸς ἔργον, μεταβολὴ μείζων, οὐκ ὂν τῶν νῦν ὄντων εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν. Apollon. Tyan. *ep.* 66. Τὸ γὰρ ὂν οὐκ ἀπόλλυται· διὰ τοῦτο ὄν, ὅτι ἄφθαρτόν· ἢ κἂν τὸ μὴ ὂν γένηται· πῶς δ' ἂν γένοιτο, μὴ ἀπολλυμένων τῶν ὄντων; vide *ad l.* 4. § 4. & *l.* 5. § 13.

§ 36. Λαμὼς περιαιρέσεως ἀ γίνεται] Epictet. αὐτολεξεὶ, *l.* 3. *c.* 22. Λαμὼς π. ἀ. γ. πέρατος ἀ. γ. Idem, *lib.* 1. *c.* 18. Ἀλλ' ὁ πόρατος Δίκαιον; τὸ σκέλος. ἀλλ' ἀφαιρεῖ. τί; τὸν προαίρεσιν. τί ὄν, ἀ Δίκαιον, ἀ δ' ἀφαιρεῖ; πῶς περαίρεσιν. vel, τί ὄν; ἀ Δίκαιον, ἀ δ' ἀφαιρεῖ πῶς περαίρεσιν. Et Clemens *strom. l.* 4. πῶς ἀρετὴν οὐκ ἐν' ἄλλοις ποῖν εἶναι φαμὲν, ἢ πάντων μάλιστα ἐφ' ἡμῖν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἄπρακτα διωλεῖται τις περιπολομένη· τὸ δ' ἐφ' ἡμῖν ἀδιαπόδρατον ἐδ' ἀφαίρετον μάλιστα εὐφυᾶ. Διόδοτον γὰρ τὸ δῶρον, καὶ οὐκ ἀναπόβλητον ἄλλῳ ποί. vide Apostolum *ad Rom. c.* 8. *v.* 35, 39. Stilpo cùm Megarâ captâ à Demetrio rogaretur, numqis rerum ipsius qicqam abstulisset, qò restituto posset fieri, respondisse fertur, ὐδείς· ὐδένα γὰρ ἔδον ἐπιτήμων ἀνορεργόλα. *Nemo qisqam: neqe enim qenqam vidi, qi scientiam asportaret.* Plut. in *Demetr.* vel ut idem *de puer. instit.* numqid amisisset qærenti, ἀ δῆτα· πόλεμος γὰρ ἀ λαευραγωγεῖ ἀρετὴν. *Nihil*, inqit, *qicqam: neqe enim bellum virtutem unqam deprædatur.* Laërt. item *l.* 2. ait jussum à rege catalogum sive indicem eorum qæ amiserat exhibere, dixisse, μηδὲν ἦν οἰκείων ἀπολωλέναι· παιδίον γὰρ μηδένα ἐξηνεγκέναι τὸν τι λίθον ἔχειν καὶ τῶν ὀπτίμων. *Nihil rerum suarum amissse se: neqe enim eruditionem qendam exuliisse rationémqe ac scientiam superesse sibi.* denique ut Plut. *de tranqil.* μηδένα ἰδεῖν τοῦτο εἰρέντα. *neminem*, inqit, *vidi, qi meum aliqid ferret.* qibus Stilponis verbis optimè subjungit idem *ibid.* Καὶ τοίνυν ἐγὼ τὸν τόπον πάντα τὰλλα λεηλατήσας καὶ ἀφειμένος, ἔχομαί τι τοιοῦτον ἐν ἐαυτοῖς, *Iliad.* ε'. *v.* 484.

Ὅσον κ' ὄπτι φέροιεν Ἀχαιοὶ, ὅτ' ἂν ἀγορὴν.

qi & mox, δόξας χρησὰς, καὶ μαθήματα, καὶ λόγους εἰς ἀρετὴν τελευτῶντας, ἀναφαίρετον ὐσίαν καὶ ἀδόξαστον appellat. In casu consimili Stilponiani illius, post rei familiaris direptionem Æneas Gaz. ad suos *epist.* 5. Νῦν βεβαιότερον γνώσεσθε, ὅτι χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ἀφειδεῖς ἐδῶτες τοῖς μὴ πολλοῖς ἀφιμάχητον, ἀδίκαιον δ' τι χρῆμα, καὶ ὐκ ἐσπὸς, ὐδὲ τὸ ἔχοντα ἐς ἀιδὸς, ὅτι τῷ βαλομένῳ διαπάζειν ἔξεστι· τὰ δ' μαθήματα, καὶ ἡ σοφία, τοῖς μὲν ἀνοήτοις καταγέλαστον, βέβαιον δ' τι κτῆμα, καὶ πιστὸς, καὶ ἀνάλωτον, καὶ τὸ ὅλον κρεῖττον λησείας. qi idcirco optimè subinfert; τέτυ μᾶλλον ἀντέχετε καὶ ὐκέτι ἐς φυλακὴν δέησθε, ἐ τοίχων, ὐκ ὅπλων, ἐ φυλάκων φάλαγγος.

§ 37. Τέχνην δ' ἔφη εἶναι τὸ συγκολλητικὸς ἐμοῦ] Epictet. *enchir. c.* 7. Λέγε πρὸ ἐκκλίσεως πάντων περὶ ὧν ἐφ' ἡμῖν, καὶ μεταδίδε ὅτι τοῦ παρὰ φύσιν περὶ ἐφ' ἡμῖν. πρὸ ὄρεξιν δὲ πάντελῶς ὅτι τῶν παρόντων ἄνευ· μόνῳ δ' τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ, κούφως καὶ ἐπὶ, καὶ μὴ ἐπεξαιρέσως, καὶ ἀνειμένως. Habes plerasque hîc à Marco posita; habes & apud Marcum sparsim *artis* hujus regulas in locis ad margines adnotatis, & cumprimis *lib.* 8. § 7. verùm οἷμαι τὸ συγκολλητικὸς peculiariter *artem* qam dicit voluisse videtur qod proposuit idem *differe. lib.* 3. *c.* 8. Ὡς πρὸς τὰ ἐρωτήματα τὰ σοφιστικὰ γυμναζόμεθα· ὕστερον καὶ πρὸς τὰς φαντασίας καθ' ἡμέραν ἤδη γυμάζεσθε· προτείνεται γὰρ ἡμῖν καὶ αὐτὰ ἐρωτήματα. ὁ υἱὸς ἀπέθανε τῷ δεῖνι· ὑπομένει, ἀπρόσκοπτος, ὁ κακόν. ὁ πατὴρ τὸν δεῖνα κληρονόμον κατέλιπε· τί σοι δοκεῖ; ἀπρόσκοπτος, ὁ κακόν. ἐλυπήθη ὅτι τύτῳ προσέπεσεν· κακόν. ἡνιόχου ἐκβάντος προσέπεσε· κακόν. ἀγαθὸν. κἂν ὅπως ἐθέλωμεν, προκόπτομεν· ἐδέποτε γὰρ ἄλλῳ συγκολλησόμεθα, ἢ ὧ καὶ φαντασία καταληπτικὴ γένηται. *nihil enim aliud statuendum est qàm qod phantasia ipsa renuncìat.* itâ enim restituendus est locus ille illustris, qi vitiosè vulgò legitur ἢ ἵν φ. κ. γ. clavsulâ novissimâ etiam à reliqo corpore divulsâ. Hæc est *assensûs cohibendi ars*, de qa Marcus istîc. vide ampliùs *ad l.* 8. § 49.

Ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθε] Epictet. *lib.* 3. *c.* 12. è Marco ittic emendandus. τίς γὰρ ὄξιν ἀσκητὴς; ὁ μελετῶν ὀρέξει μὲν χρῶτο, ἐκκλίσει δ' πρὸς μόνα τὰ προαιρετικὰ χρῶτο. lege meo periculo, ὀρέξει μὲν μὴ χρῶτο· sic enim ipse suprà, παντελῶς ἄφελε. & *enchir. c.* 2. § 2. παντελῶς ἄνελε.

§ 38. Περὶ τῶ μαινεσθαι εἰ μὴ] Vitiosa scriptura, qæ & Xylandro imposuit, rescribendum (qod & Casaub. vidit.) ἢ μή. *de hoc*, inqit, *agitur utrum insaniamus necne.* Hoc est, scil. Stoicorum placitum, Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. Cicero *paradox.* 4. & Laërt. *lib.* 7. *Zenon.* Παῖδας τοὺς

ἄφρονας

ἄφρονας μαίνεσθ. hoc est, ut Cicero *Tuscul. lib.* 4. *Omnes stultos insanire.* Siquidem, ut idem *lib.* 3. *omnes perturbationes animi morbos esse. stultúmque neminem his morbis vacare. unde sic concludunt: qui in morbo sunt, sani non sunt. omnium autem insipientium animi, in morbis sunt. omnes insipientes igitur insaniunt.* Epictetus *lib.* 1. *c.* 28. *τίνες λέγουσι οἱ παρὰ τὸν φαινομένον ἀκολουθοῦντες; μαινόμενοι. ἡμεῖς οὖν τι ἄλλο ποιοῦμεν;* quem locum interpres doctissimus perperam reddidit, dum autoris mentem non attendit. Flaccus (quem & vise sis fusiùs ista prosecutum *serm. l.* 2. *sat.* 3.)

Quem mala stultitia, & quemcunque inscitia veri
Cæcum agit, insanũ hunc Chrysippi porticus & grex
Autumat. — vide & Epictet. *l.* 1. *c.* 22.

§ 39. Ὁ Σωκράτης ἔλεγε] ubi ista Socratis reperiantur ignoro. nec possum certò statuere, an scripserit [εἰς] ὁ Σωκράτης ἔλεγε; & priora illa istud respiciat. Socrates certè in Plat. *Alcib.* 2. Παῦσαι ἂν ὑπὸ φαύλου ἄφρονας μαίνεσθαι, ὀρθῶς ἂν φαίνοιμι.

Τί ὂν ζητεῖτε] leg. τί ὂν ὃ ζητεῖτε; ità & uterque interpres.

Ὅτι ἔχομεν] Nemo scil. id quærere & acquirere fatagit, cujus compotem jam sese credit. In hanc mentem Dio Prus. *orat.* 69. Ὁ μὲν ἀργυρίου δεόμενος, ἢ ἱματίων, ἢ οἰκίας, ἢ ἄλλου τοῦ, καὶ ὁπόσα τοιαῦτά τε καὶ ζητεῖ παρὰ τῶν ἐχόντων λαβεῖν· ὁ δ' οὐκ ἔχων, οὐκ αὐτὸ τοῦτο ὁπόσου, ὅτι οὐκ ἔχει οὐκ οἶδεν. Dionysodorus apud Platon. in *Euthydem.* τοὺς λαμβάνοντα εἰσὶν οἱ μανθάνοντες, ἀλλ' οὐ τοὺς ἔχοντας. In eandem mentem & ex Platonis *Alcibiad.* 1. quædam laudat Theodoret. *therapeut. l.* 1. cujus hæc sunt verba. ὥστε τὸν Ἀλκιβιάδην πείθει ὁ Σωκράτης μαθεῖν, τίνα τῆς γνώσεως ὄφελος ἐζητήσεν; ἀφέτησεν μὲν γὰρ αὐτὸν ἐξέλεγξεν οὐκ εἰδότα. εἶτ' ἐκεῖνο εἰρηκὼς, Ἀλλ' οὐκ ἂν εὑρεῖν με ἔγωγε ἐπήνεγκε, καὶ μάλα γε, εἰ ζητήσειας· ἐκεῖνα δ' αὖ φάσκων, εἶτα ζητοῦμέ με οὐκ ἂν ὅτου; ἀπολαβὼν εἶπεν, ἔγωγε, εἰ ὀνθείης γε μὴ εἰδέναι· ἀρχὴ ἄρα γνώσεως, τῆς ἀγνοίας ἡ γνῶσις. Plato certè in *Sophist.* μαθεῖν ἥδιστ' ἂν ἐθέλοιν τὸν ὑπόμνον σοφὸν εἶναι. Idémque apud Anton. *melliss. lib.* 2. *c.* 74. Δεῖ δὴ νῦν ἐπιθυμεῖν [μᾶλλον] τὸ ὄντως καὶ τὸν τύφον, ἢ δὴ δοκεῖν τὸν εἶναι, πολὺ ἐγγὺς τὸ βλαπτόμενος χρήσιμον. (ità enim legendum, supplendum ex Plutarcho *de audiendo*; non autem τὸ ἢ loco cum Gesnero εἰς substituendum.) εἰ δ' μὴ, γέμοντες ὄγκου καὶ φυσιμάτων, ἐ περιέχοντες. Siquidem ut Socrates *ibid.* τοῦ μὲν δοκεῖν, τὸ πνεῦμα δίδησι· τοῦ δ' ὄντος ἀνθρώπου τὸ ὄντως. nec tam φυσιοῖ ἡ γνῶσις, ut Apost. *ad Cor. ep.* 1. *c.* 8. *v.* 1. quàm ἡ τῆς γνώσεως ὄντως, καὶ ἡ ἀληθινὴ γνῶσις, uti idem loquitur *ad Tim. ep.* 1. *c.* 6. *v.* 20. Facit huc & illud Domini Matt. *c.* 9. *v.* 12. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. opinione sua, non revera, sanos alloquitur. Clem. *paed. l.* 1. *c.* 1. τοῖς νοσοῦσι τὸ σῶμα ἰατροῦ χρήζειν καὶ τοῖς ἀδυνῶσι τινὶ ψυχὴν παιδαγωγοῦ δεῖ· ἴσως γὰρ ὑγίεια καὶ νόσος· ἀλλ' ἡ μὲν μαθόντων, ἡ δ' ἐθισμῷ περιγίνεται. Naso *Ponti l.* 3. *el.* 4.

Firma valent per se, nullúmque Machaona quærunt.
Ad medicum dubium confugit ager opem.

Optatus, *de schism l.* 1. *Sanitas non flagitat medicum. ægroti est remedia quærere.* Cæsarius Arelat. *serm.* 37. *Non requirit medicum, qi se non sentit ægrotum.* itaque Gregor. Rom. *in Psal. pœnitent.* 4. *Nemo est insanibilior illo, qi sibi sanus videtur.* Siquidem, ut Joan. Chrysost. *edit. Savil. tom.* 6. *orat.* 67. ὁ τινὶ νοσῶν ἀγνοῶν, ὅσῳπερ πολύστονος τῆς ἀρρωστίας ὀπιμέλεται. Et Isidor. Pel. *l.* 2. *ep.* 238. τὸ ἐν νόσῳ χαλεπωτάτῳ πυγχάνοντα νομίζειν ὑγιαίνειν, μανία λαμπρὰ καὶ ἀνήκεστος· πῶς γὰρ ὁ πίστ ἰατρὸν ζητοῦσι, μηδ' αὐτὸ τοῦτο ὅτι νοσεῖ ὁμολογῶν; vide Pharisæorum arrogantiam, Luc. *c.* 18. *v.* 9. & Joan. *c.* 9. *v.* 40. sed & typum consimilium illum apud Joannem *Apocal. c.* 3. *v.* 17. scitè Bio, ut Laërt. *l.* 4. τινὶ ὄντως, φρονοῦσι ἐγκοπήν. *Opinionem* dicebat esse *profectûs impedimentum.* & de philosophis Clemens *strom. l.* 1. ἡ φαντασία τῆς ὀρθοῦ ἀναιρεῖσθαι. sed & Greg. Naz. *apolog.* τὸ ὄντως τοῦ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται καὶ μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον. Senec. *epist.* 69. *Illud præcipuè salutem impedit, quòd citò nobis placemus. ideo mutari nolumus, qia nos optimos esse credimus.* & epist. 50. De Harpaste fatua. *Incredibilem tibi narrovem, sed veram. subitò videre desiit, & nescit se esse cæcam. hoc qod in illa ridemus, omnibus nobis accidere licebit tibi. nemo se esse avarum intelligit, nemo cupidum. cæci tamen ducem quærunt: nos sine duce erramus; & idco difficulter ad sanitatem pervenimus, qia nos ægrotare nescimus. nec quærimus qidem medicum; erubescimus discere bonam mentem.* Optimè ergo Epictet. *l.* 2. *c.* 11. Ἀρχὴ φιλοσοφίας, παρὰ τὰ τοῖς δεῖ, καὶ κατὰ τινὰ δύσχρηστον ἀπαιδευσίαν αὐτῶν, συναίσθησις τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας καὶ ἀδυναμίας· δεῖ τὰ ἀναγκαῖα. & mox: τινὶ ὄντως περιειλήφαμεν· δι' ἃ γάρ, φησὶν, οὐκ οἶδα ἐγὼ τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν οὐκ ἔχω ἔννοιαν αὐτοῖς &c. & *ibid. c.* 17. τὸ πρῶτόν ἐστιν ἄρχειν τῆς φιλοσοφίας, ἀπολαλεῖν ὅτι ὄν. αἰσχρὸν γὰρ, ἃ τις εἰδέναι οἴεται, ταῦτα ἀρξάσθαι μανθάνειν. & in *fine dissertationis: ταῦτ' οὖν τινὶ ὄντως τινὶ τὸ δοκεῖν εἰδέναι τι δεῖ πρὸς μὲν ἀπαλλάττοντας ἐρχέσθαι δεῖ πρὸς τὸν λόγον. εἰ δ' μὴ, ὡς ἐγὼ εἰσώμεθα τοῦ περιπλεῖν, κἂν πάσας τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς συντάξεις ἀπολθωμεν. Qod Apostol. *ad Cor. ep. c.* 3. *v.* 18. Εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γινέσθω, ἵνα γένηται σοφός. siquidem, ut Seneca, *de tranqill. c.* 1. *Multi ad sapientiam pervenire pervenire, nisi se putâssent jam pervenisse.* vide *l.* 1. § 7.

Τί ὂν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε] Sunt enim ista animi pârum sani indicia. vide *Jacob. cap.* 4. *v.* 1.

Ad

§ 1. Φ' ἁ διὰ πλειόδω ψυχη ἀληθεῖν] διὰ πλειόδω, *posthac*, Casaub. *per circuitus temporum*, Xyl. Malim, *per ambages* πλειόνων. Flaccus *lib.* 1. *epist.* 11.

Strenua nos exercet inertia: navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere. quod petis, hîc est,
Est Ulubris; animus si te non deficit æquus.

Senec. *ep.* 28. *Non peregrinaris, sed erras, & agerile, ac locum ex loco mutas; cùm illud quod quæris, bene vivere, omni loco positum sit.* Idem *ep.* 31. *Quomodo, inquis, istò pervenitur? non per Pœnum Graiúmve montem, nec per deserta Candaviæ nec Syrtes tibi, nec Scylla, nec Charybdis, adeundæ sunt; quæ tamen omnia transisti procuratiunculæ pretio. totum iter est, jucundum est, ad quod natura te instruxit. Licet ad Philosophiam etiam sine viatico pervenire.* Idem. *ep.* 17 vide Mosem, *Deut. c.* 30. *v.* 11. —— 14. & ex Mose Paulum, *ad Rom. c.* 10. *v.* 6, 8. Non est itaque necesse, quod ille apud Clem. *strom. l.* 5.

Πολλὰ πλανηθῆναι δεῖ ἡμέρων ἔμμηναι ἐδλόν· vel εὐδαίμονα etiam. vide *ad l.* 11. & 16. & *l.* 5. § 16. & *l.* 10. § 33.

Τὸ μέλλον ἐπιτρέψης τῇ φρονήσει] Idem suos monet Dom. Christus, Matth. *c.* 6. *v.* 34. Μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον. vide *l.* 4. § 33, 34. & *l.* 7. § 8. & *l.* 10. § 11.

Τὸ παρὸν μόνον ἀπαδύνης] vide *l.* 3. § 12. & *l.* 6. § 2. & *l.* 8. § 44. Pindar. *Pyth. od.* 3. τὸν δ' ἀμφέπουσ' ἀεὶ φρενὸς δύμον ἀσκήσω, κατ' ἄμαν διέκπεδον μαχανάν. & *ibid.* 8. φεῦ πόδες γὰρ ἄριον αἰεὶ χρῆμα πάν· φρενῶν δ' τὸ παρακείμενον. idem Nem. 3. Μὴ πίνυ πολυπραγμόνει τὸ μέλλον· ἀλλὰ τὰ παρόντα σκόπει τὸ χρήσιμον διανθέσου. τί γὰρ ὄφελος ἐν τῷ σφαλερῷ τὴν γνῶσιν; εἰ μὲν ἀγαθὸν ἔσαι τὸ ἐσόμενον, ἧξες καὶν μὴ σφᾶν γνῶς· εἰ δ' λυπρὸν, τί σοι τὸ κῆδος σκεδαπαγᾶς τᾷ λύπᾳ, Basil. Cæsar. *in Esai.* & apud Simeon. Logoth. *orat.* 21. vide *l.* 7. § 9.

Πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην] Ità Zacharias Luc. *c.* 1. *v.* 35. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. & Paulus *ad Ephes. c.* 4. *v.* 34. ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι. quarum altera Deum spectat, altera hominem. cùm tamen δικαιοσύνη laxiùs sumpta quandoque utramque comprehendat. ut Matth. *c.* 5. *v.* 20. & *c.* 6. *v.* 33. & Luc. *c.* 1. *v.* 6. vide *ad l.* 11. § 10, & 20.

Ἵνα φιλῆς τὸ ὑπνεμόμβιον] vide *l.* 3. § 15, & *l.* 10. § 11, 20.

Σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔρεις] Vide *ad l.* 3. § 4. συνεμφέρεται τε καὶ συνεμφέρει. & *l.* 5. § 8.

Χωρὶς πλοκῆς] Siquidem, ut Æschyl. *armor. judic.* à Stobæo *tom.* 2. *tit.* 11. laudatus;

Ἁπλᾶ γὰρ δεῖ τῆς ἀληθείας ἔπη.
Simplicia verba veritas simplex amat. Grot.

Et Evripid. *Phœniss.*

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' οὐ ποικίλων δεῖτ' ἐν δίκῃ ἑρμηνευμάτων.
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὑτῷ, φαιμάκων δεῖται σοφῶν.
Simplex & infucata veri oratio est;
Nil indigetres æqa sermonum ambitu,
Manifesta per se causa sed juris sui
Vitio laborans, quærit à verbis opem. Grot.

Julian. Imp. *orat.* 7. Λέγεται γὰρ ὅτι Εὐριπίδῃ καλῶς,

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.
σκιαγραφίας γάρ φησι τὸν ψευδῆ καὶ ἄδικον λόγον.

& Theodoret. *therap. l.* 1.

Ἀληθὴς ἔφυ ὁ τραγικὸς λόγος ἐκεῖνος
—— ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Basil. Cæsar. *orat.* 14. & Simeon Cancellar. *orat.* 1. Ὁ μὲν γὰρ ἀληθὴς λόγος, καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν, ἁπλοῦς ἔχει καὶ μονότροπος· ὁ δὲ ποικίλος καὶ ἐπιτεχνος, πολὺ τὸ σφάλερον καὶ ἐγκαλάσκιον ἔχων, μυεία κεκλασματίζεται, καὶ στρέφεται τροφὰς ἀμυθήτους· ὅταν γὰρ ἄλλως μὲν φύσεως ἔχῃ τὰ πράγματα, ἄλλως δ' οἱ λόγοι σκιὰ αὐτῶν ἀναπείθωσι, τροφὴ τὶς ἔστι, μᾶλλον δὲ διαφθορὰ, ἀπὸ τῆς λόγου σκιᾶς τὴν ἀλήθειαν γνωρίζειν· καὶ ὁ ἄλλος μὲν φαινόμενος, ἄλλος δ' ὢν κατ' ἀλήθειαν τροφεῖς κέχρηται λόγων, ἀναπαύει τοὺς συνόντας, ἄνδρα τὸν κύνας λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκας, ἑτέρους διαπύοντες, καὶ ἑτέρων πεπώθοτες.

Πεεττεθραμμένη σου σαρκίδιν] *altiùs massa*, vel *molli carnea*. Cas. ità σὴ vacabit. nisi fortè intentionis vim habere censeatur. *circumdatæ tibi carnis*. Xyl. ut πεπτεθραμμένη legisse videatur. Illa scriptura si retineatur, malim vertere *concretæ & coagmentatæ circum te carni*. siquidem τὸ πήγειν grammatici volunt aliquando significare τὸ πηγνύναι. & indè Hesych. Πεπτήγασι, πεπήγασιν. habetur illud ξ. *v.* 477. ubi de nive, quæ scutis adhærebat, congelatâ,

—— αὖτερ ὕπερθε χιὼν γένετ' ἠΰτε πάχνη,
Ψυχῇ, καὶ σακέεσσι πεπηγότο κρυστάλλῳ.

Sed & *Iliad.* 1. *v.* 903. de lacte in caseum coaguli vi concrescente, (πῆξεν,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπιξήνῳ συνέ-
Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα πεπήγασι χερσὶν ἄνωγεν.

Eam enim scripturam Herodianus restituit, & Eustathius approbat; & tum ad rem ipsam, unde imaginem eam mutuatus est poeta, tum & ad quam transtulit & accommodavit, vulneris scil. celerrimam coalitionem & curationem magis quadrat, quàm

περιτέρετο illud, quod priùs legebatur. accedit, qòd & πτοραλὶς indè deducta ὅτι πυρὸς, de *caseo*, & pro *caseo* usurpatur, quod docent & Herodianus ab Eustathio adductus, & ex Antiphane atque Aristophane aliisque Athenæus *lib.* 10. & *l.* 14. Firmant insuper apud Marcum explicationem istam, cùm qòd Jobus etiam *c.* 10. *v.* 10. de humani corporis in utero compositione agens, à *lacte in caseum coagulatione* similitudinem adhibuit, ad id negotii illustrandum: vide *ad l.* 10. § 26. tum qod Marcus ipse *l.* 7. § 68. qo loco hoc eodem vocabulo utitur; sed εὔεφμα appellat qod istic σαρκίδιον. Cæterùm, siqis, qia περιτέρομαι istud merè poeticum videtur, ad scripturam alteram illam potiùs inclinare voluerit, redditum malim, *qæ circum te mutationibus obnoxia est, carnis.* ut sit τὸ περιφαμμένον, τὸ ἐν ταῖς τροπαῖς συνεχῶς ὄν. qod *corpori* cumprimis competit. vide *l.* 7. § 15.

Ὑφίστατο γὰρ τὸ πάσχον] *videtur id qod patitur.* vide *ad l.* 11. § 13. sic *l.* 7. § 14. μεταβάλλ). & § 16. μεταπάπτω, λεγέτω. & *l.* 8. § 28. ἀποφαινέσθω. & § 40 ἐπιλαβέτω.

Τὸ πάσχον] *id qod patitur.* corpusculum vult, τὸ σαρκίδιον, verùm Cleanthes, referente Gregorio Nyss. *de anima*, etiam animam unà cum corpore pari contendit. Συμπάσχει, inqit, ἡ ψυχὴ τῷ σώματι νοσοῦντι καὶ τεμνομένῳ, καὶ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ. sed ψυχὴς nomine τὸ πνευμάτιον intelligit, qod ἀπὸ τῆς νεφ distinguit Marcus *infr.* § 3.

Τὸ ἐν σοὶ θεῖον πνεῦμα] vide *lib.* 5. § 21. & *infr.* § 18. 26. Cicero *offic. l.* 3. *Mente nihil homini dedit Deus ipse divinius.* Aristot. *de gener. animal. l.* 2. *c.* 3. Λείπεται ὁ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Generaliùs Heraclit. *ad Amphid. ep.* 1. Θεῖόν τι ἡ ψυχή.

Καὶ τὸ μὴ παύεσθαί ποτε ζῶν φοβηθῆς] transpositis voculis leg. καὶ μὴ τὸ π. est autem monitum præclarum. *Nè timeas, nè qando vivere desinas;* sed illud metuas, nè dum de die in diem differs, fiat ut rectè vivere nunqam incipias. hoc est, malè vivere magis, qàm mori formida. Ἀλλ' ἡμεῖς παιδνὸν πνα φοβούμεθα φόβον, θάνατον μὴ διδοικότες, ἀμαρτίαν δὲ μὴ διδοικότες, καὶ γὰρ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, περσωπεῖα μὲν δίδοικε, πῦρ δ' οὐ δίδοικεν· ἀλλ' ἐὰν βασταζόμενα τύχῃ παρὰ λυχνίαν λύχνον ἅψασα, ἀφαιτήσεται πῶς χεῖρα ἐπαφίσα τῇ λυχνίᾳ καὶ τῇ φλογὶ καὶ τὸ μὲν ἐυκόλαφόρητον φείσεται περσωπεῖον· τὸ δ' ἀληθῶς φοβερὸν οὐ δίδοικε, τὸ πῦρ. ὅπω δὲ καὶ ἡμεῖς, θάνατον μὲν διδοικόμεν, ὅπερ ὄζι περσωπεῖον ἐυκόλαφόρητον· ἁμαρτίαν δ' οὐ διδοικόμεν, ὅπερ ὄζιν ἀληθῶς φοβερὸν, καὶ πυρὸς δίκην κατεδίει τὸ συνειδός. Joan. Chrysost. edit. Savil. tom. 6. orat. 43. qibus gemina habet & Isidor. Pelus. *l.* 2. *ep.* 257.

Ἄξιος τῆς γενησαντος κόσμου] *dignus mundo qi te genuit*, i. e. Deo. vid. *l.* 4. § 3.

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Aratus in *Phænom.* à Paulo laudatus *Act. c.* 17. *vers.* 28.

* *Aude, hospes, contemnere opes, & te qoqe dignum*
Finge Deo. —

Nemo alius est Deo dignus qàm qi opes contempsit. Sen. *epist.* 18. qàm qi mortem qoqe. Marcus hìc. Idémqe *epist.* 31. *subfilire ad cœlum ex angulo licet: exurge modò & te qoqe dignum finge Deo.* Huc phrases illæ in sacro codice frequentes: de eis qi Christo qicqam anteponunt, propinqos, parentes, victum, vitam; οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Matth. *c.* 10. *v.* 37, 38. de iis, qi se à seculi sui inqinamentis intaminatos custodiesint, περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς· ὅτι ἄξιοί εἰσιν. Apoc. *c.* 3. *v.* 4. & de vita instituenda monita Apostolica; ἀξίως τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου, καὶ τῆς κλήσεως, περιπατῆσαι. *ad Thess. epist.* 1. *c.* 2. *v.* 12. *Col. c.* 1. *v.* 10. *Eph. c.* 4. *v.* 1. & ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου Χριστοῦ πολιτεύεσθε. *ad Philip. c.* 1. *v.* 27. Agapetus *præcef.* § 3. Ὁ ἑαυτὸν γνοὺς, γνώσεται θεόν· Ὁ δὲ θεὸν γνοὺς, ὁμοιωθήσεται θεῷ· ὁμοιωθήσῃ δὲ θεῷ, ὁ ἄξιος θεοῦ ἄξιος δὲ γένηται θεοῦ, ὁ μηδὲν ἀνάξιον πρᾶξαι θεοῦ, ἀλλὰ φρονῶν μὲν τὰ αὐτοῦ· λαλῶν δὲ ἃ φρονεῖ· ποιῶν δὲ ἃ λαλεῖ. ubi in colo tertio vitium subesse videtur scribendúmqe, qò membra sibi invicem nexu gemino cohæreant; ὁμοιωθεὶς δὲ θεῷ, ἄξιος θεοῦ γενήσεται.

Παύσῃ ξένος ὢν τῆς πολεώς] vide *ad l.* 4. § 29. & *l.* 8. § 14, 15.

Τῆς πολεώς] i. e. *mundi.* vide *ad l.* 4. § 44. πόλις καὶ πολίτης.

Καὶ χρεμάμενος ἐν τοῦδε τοῦ δένδρου] qod Plato in *Epitaph.* dixit καὶ ὧν ἐν ἄλλοις αἰωρεῖται. *nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex aliorum eventis cogitur.* Cicer. *Tusc. l.* 5. Galen. in *hortator. c.* 2. ἐξ ἐλπίδων ὀχεῖσθαι, eodem ferè sensu dixit.

§ 2. Ὁ θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ] indè καρδιογνώστης dictus Petro *Act. c.* 15. *v.* 8. & πάντων καρδιογνώστης *ibid. c.* 1. *v.* 24. ὃς μονόπαλος οἶδε πᾶσι καρδίαν πάντων ἀνθρώπων. ut Solomon rex. *Histor. Reg. l.* 3. *c.* 8. *v.* 39. Idémqe in *Proverb. c.* 15. *v.* 11. Ἅιδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ κυρίῳ· πόσῳ μᾶλλον αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων; *Solus itaqe perfectè novit qid sit in homine, videns in eo & qod in se ipse non videt.* Bern. in *Psal.* 90. *conc.* 15. Sed ἐμφατικώτατα Apostol. *ad Hebr. c.* 4. *v.* 12, 13. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Ad qem locum Schol. Πάντα γυμνὰ περ' αὐτῷ.

αὐτῷ· ἢ ἐξωθεῖ περιαλύμματι ἢ περιστατείῳ τινὶ ἑαυτὸν ἐπικαλύπτει δύνηται τὴν ὀφθαλμῶν ἐκείνων. τετραχηλισμένα ἦ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν θηρίων τῶν ἐν τῇ τραχήλῳ ἠρτημένων καὶ γεγυμνωμένων τὰς δορᾶς. qibus gemina ferè Jo. Chrysost. habet. Tractum, inquiunt *ab ovibus, quarum, pelle detractâ, corpora nudantur.* qò facit lepidissimus ille de lepore insigniter macilento jocus, apud Ælian. *rustic. epist.* 11. ἐπεὶ γὰρ ἐδίψα, καὶ τὸ δέρμα ἀπεδύσατο, φανερὸς τιμιώτατα ἐγένετο· μᾶλλον ἢ (εἰ γὰρ ὀρθῶς λέγω) ἀφανὴς ὅτι νῦν ἔτι πλέον. verùm ampliùs aliqod insinuare videntur verba illa Apostoli. Est enim proculdubio in tota illa dictione allegoria disertissima *à lanionum sive victimariorum ritu* ducta, à qibus *animalia immolanda* τραχηλίζονται, dicuntur, *cùm non solùm à collo suspensa excoriantur, sed per dorsi spinam etiam resupinata finduntur, ut tota foris & intus oculis pateant*; uti optimè Beza. qò pertinet, q Varin. Favorin. habet, τραχηλίζειν, τὸ ἀκριβολογεῖν, ἤγουν τὸ ἀπὸ τῆς ῥάχεως σχίζειν. vide ampliùs *ad l.* 1. § 3. & *l.* 11. § 13.

Καὶ φλοιὸν] *corticem* nomine non externa tantùm, puta vestem, pompam, reliqum vitæ apparatum, sed & corpus ipsum, καὶ τὰ χρώματα, (uti mox loqitur) & hæc præcipuè comprehendit. Varro pariter in *Tithono*; *sic invitata matura anima corpoream corticem facilè relinqit.* Qin & *corticem* Nicander tam de *hominis cute*, qàm & de *anguis exuvio*, usurpavit. sic enim in Alexiphar. *v.* 302. de Marsya,

—— φοίβῳ ἀπὸ φλοὸς λύσατο γυίων.

& in Theriac. *v.* 355.

Ἐξότε γυμνάσειν μὲν ἀπὸ φλοὸν ἐρητὰ βάλλει.

& *v.* 392.

Ἔνθ' ἂν ἀπ' ἠελίοιο πέσοι φλοὸς ἄλφα βάλλῃ.

vide *infr.* § 8.

Τῶν ἐξ ἑαυτῆς εἰς ταῦτα ἐῤῥυηκότων καὶ ἀποχετευθέντων] *Animam* scil. *mentem* saltem, θεῖόν τινα ἀπόῤῥοιαν τινα opinabantur Stoici. Vide *ad lib.* 2. § 1. Cicero *Tusc. lib.* 4. *Humanus animus decerptus ex mente divina.* Et hanc igitur magìs attendit & intuetur potiùs qàm corpus, qod est istius integumentum tantùm & involucrum. Plut. *de tardit. vindict. divin.* Ἀλλ' ὁ θεὸς ὥστε ἀγνοεῖ δήπου τὸ ἐκάστου διάθεσιν, ἅτε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος ἐπιβάνειος πυνθάνεσθαι. &c. & Samueli Deus ipse, *Regum histor. l.* 1. *c.* 16. *v.* 8. *Non spectat, quod spectare solet homo. homo enim spectat quod est ob oculos: sed Deus spectat quod est in animo.* γυμνὸν ὁρῶν τὸν ψυχὴν βλέπων, ut Clemens *strom. l.* 6. sive, αὐτὸ τὴν ψυχὴν, αὐτὸν τὸν ψυχὸν γυμνὸν, γυμνὸς αὐτὸς θεωρῶν· uti Plato in *Gorgia.*

Ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν] vide *l.* 5. § 16. & *l.* 7. § 55. & *l.* 8. § 34. & *l.* 11. § 21.

§ 21.

§ 21. Μετ' ὀ πολὺ] vide *l.* 9. § 28. 32. & *l.* 11. § 18. *confider.* 6.

Ἵνα ἕτερα ἐφεξῆς γίνηται] vide *l.* 7. § 23. 25. & *infrà* § 23. Auguſt. *confeſſ. l.* 4. *c.* 11. *eccæ illa diſcedunt, ut alia ſuccedant, & omnibus ſuis partibus conſtet infima univerſitas.*

§ 22. Παύλα ἡ ναύλωσις] vide *ad l.* 2. § 15. & *l.* 3. § 9.

Καὶ αὐτὴ ἐπὶ σοι] ἐφ' ἡμῖν ναύλωσις. Epictet. *enchir. c.* 1.

Ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν] ἄκραν κάμπτειν, qod Plut. in *collat. terr. & aqat.* ἀκρωτήριον κάμπτειν. *promontorium prætervehi.* nos dicimus, **to double the cape.** ſolent autem prominentia loca iſtiuſmodi plùs aliis eſſe undis infeſta, ventis expoſita, procellis obnoxia, eóque nomine magis periculoſa: indè proverbium de *Malco*, ſive *Maleis* Laconico promontorio,

Μαλέας ἡ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.
Maleas legens, quæ ſunt domi obliviſcere.

Euſtathe *ad odyſſ.* γ'. Ulyſſes *Odyſſ.* ί. *v.* 80.

Ἄλλα με κῦμα ῥόος τε περιγκάμπτοντα Μάλειαν
Καὶ βορέης ἀπέωσε. —

Et Neſtor de eodem *ibid.* γ'. *v.* 288. juxta Maleam navigantes habuiſſe ſe συμφορὴν ὀδύρ.

— λιγέων τ' ἀνέμων αὐτῇφια —

Κύματα τε τεφροῦντα, πολύωτα, ἴσα θρεσσιν. Liban. *orat.* 31. inter cætera navis moleſta, ἡ πέντε περιεζωσμένη, ἐφ' ἣν δεῖ κάμψαντας ὅρμον τυχεῖν. & *orat.* 3. ἡ ταυτὸ συνέβαινε, ὅπερ ἐπὶ τῆς προσβολῆς, ἐπειδὰν ἡ θάλαττα πυκνοῖς ἐλαυνομένη πνεύμασιν εἰς σωτηρίαν ἐγείρηται κυμάτων· ἐκεῖ γὰρ πολὺ καθαρῶς τὸ πρῶτον κῦμα φεῦ τὸν περιβόλους βαῦναι, τὸ δεύτερον ἐγκαταλαμβάνει, ἡ τὸ τρίτον αὖθις ἡ πάμπολυ διατελεῖ μεγαλύνομον, ἕως ἂν λήξῃ τὰ πνεύματα.

Γαλιλύη] Ἰτὰ *l.* 5. § 2. ἐν πόντῳ γαλιλύη. & *l.* 8. § 25. αἰθρίαν ἡ γαλιλύην. qualem animi ſtatum delineat. Plut. *de virt. mor.* verbis illis Homericis ex *Odyſſ.* ί. *v.* 391.

Δὴ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο· ἡ δ' ἄρα γαλὴν
Ἔπλετο νηνεμίη· κοίμησε δὲ κύματα δαίμων.

Rodémque alludens Sextus *adv. ethic. c.* 5. Εὐδαίμονα οὖν ὁ ἀπερίσπαστος διὰ βίου, ἡ, ὡς ἔλεγεν ὁ Τίμων, ἐν ἡσυχίᾳ ἡ γαληνότητι καθεστώς.

— πάντη γὰρ ἔπειτα γαλήνη.

Τὸν δ' ὡς ὖν εἶδον ἐν νηνεμίῃ γαλήνης. vide *ad l.* 2. § 4.

Σταδιεῖ πλοῦς] vide *ad l.* 6. § 10. Lucian. *in Scytha extremo.* ἦν γὰρ τῷθ' ὑπάρξῃ, ὕδατα πολλὰ, ἡ πλοῦς ἄπειρος, ἡ λειμώνων ἡ θαλάσσης, ἡ ὁ λιμὴν πλησίον.

Καὶ κάλπης ἀκύμων] qod Dio Pruſ. *orat.* 74. ἄκλυστον λιμένα. qal is Maronianus ille dixit, *Æn. l.* 1.

— ubi omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.

ex poeta autem aliqo traducta hæc, M. Caſ. nec fruſtrà, opinor, avtumat. etiam βίον ἀκύμονα dixit Plut. in *Galba.* &, ἵλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς διάθεσιν, Syneſ. alicubi, Idémque de *regn.* αἰθρίαν ἀκύμονα διάθεσιν.

§ 23. Μία καὶ ἁπλῆ ἐνέργεια] idem planè argumentum habetur. *l.* 9. § 22.

Τὸν δὲ κρημνὸν καὶ τὸν ὅρον διέλυσεν ἡ φύσις] ſic *l.* 6. § 49. ἀφαίρεσις· hoc eſt, qod Solomon *Eccleſ. c.* 3. *v.* 1. לְכֹל זְמַן וְעֵת לְכָל־חֵפֶץ תַּחַת הַשָּׁמָיִם *tempus determinatum, ſive, præſtitutum,* ex Eſt. *c.* 9. *v.* 26, 31. Ezræ *c.* 10. *v.* 14 & Nehem. *cap.* 10. *v.* 34. reddit Piſcator; & exponit, prout & Junior, *determinatum à Deo.* etſi locus ille à pleriſque aliter, ſed perperam, accipitur. hoc eſt etiam, qod Job *c.* 7. *v.* 1. צָבָא לָאֱנוֹשׁ *tempus præfinitum eſt homini ſuper terram.* ità enim malim cum Pagnino & Mercero, qàm cum vulgatæ avctore, *militiam*, vertere. atqe ità etiam *ibid. c.* 14. *v.* 14. Junius & Tremel. verterunt, ubi de vita humanâ uſurpatur. nec de verſione ambigere patitur Job ipſe. qi *c.* 14. *v.* 5. *Præciſi ſunt dies ejus, terminos ſuos limites illius ſtatuiſti, qos tranſgredi non datur.* Jaſon Sirucid. *cap.* 18. *v.* 8. *præfinitum cuique eſt obdormiendi tempus.* Indè & Æſchyli illud apud Plut. de Homero.

Ἀλλ' ὅτι πολλὰ πεπρωμένα ἐν φρεσὶν ἀνδρῶν,
Θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντέτμηκε βίου.
Οὐτ' ἐν σίτῳ τις ἥλιος παρ' ἑστίᾳ,
Φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον.
Non cela ſiqis poſtis intus acceperit,
Morietur, nisi fata niſi deus terminum:
Nec ſi levem qis ſervet, aſſiduus foco,
Effugiet horam, Parca qam decreverit. Grot.

Et Phalaris *epiſt.* 147. Ἴσθι γὰρ, ὡς μηδεὶς πρεσβεύσηται τὸν φάλαριν ἔξω τῆς ἰδίας μοίρας, ἣν ἕκαστος ἔσχηκεν καθ' ἑαυτόν. forſan καθειμαρμένην. atqe ità interpres, *definitam & conſtitutam.* Solon. item apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 9.

— τὸ δὲ μόρσιμον πάντως
Οὔτε τις ἀνηνὸν φύσεται, οὔθ' ἱερὸν,
Οὐθ' οἱ Παιῶνος πολυφάρμακοι ἐσθλὸν ἔχουσι
Ἰητροὶ, ἡ τοῖς ὕδασι πᾶσι τέλος.
Πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος·
Κοὐκ ἄν τις λύσειε πόνον φάρμακα δύω.
Τὸν δὲ κραναῖς νόσοισι κυκλούμενον ἀρλαλάσσειν,
Ἀλαίνειν χρεών, ἄλλα τίθησ' ὑγιῆ.
Μοῖρα δ' ἐπὶ τοῖσι πάντων φέρει, ἡδὲ ἡ ἀθλίην·
Δῶρα δ' ἀρυκλείων θεῶν γίνεται ἀθανάτων.

— *fato quæcunque manent ſors,*
Nec hanc averſis victima; ſed nec aves;

Nec

Nec qi Paconius agris mortalibus herbas
Sæpe erraturam ferre laborat opem.
Sæpe dolor tenuis morbos produxit acerbos,
Tollere quos nullis sit medicaminibus:
Sæpe diu sævo jactatum corporis æstu,
Contactu sanum reddidit una manus.
Sic fuso sors læta venit, contraria fato:
Nec vitare datur, quæ placuêre Deis. Grot.

Indè Propertio *l.* 3. *eleg.* 3. *mortis dies parca*, hoc est, πεπρωμένη, ut rectè Scaliger. vide ad *l.* 2. § 4. & *al. l.* 4. § 13. & *al. l.* 8. § 20. & *infr.* § 36.

Ποτὲ μὲν χ) ἡ ἰσία] Datur hinc conciliatio dictorum illorum, qæ adversari superioribus videri poterant: *homines violentiæ deditos, non dimidiaturos dies suos*; hoc est, nè dimidium qidem dierum suorum exacturos esse, Psal. 55. *v.* 23. qosdam etiam *defungi* בלא ימצו Job. *c.* 15. *v.* 32. hoc est, ἐν ἰσίᾳ ἡμέρᾳ Sept. *in diè non sua.* Vatabl. & Pagn. & בלא עת Job. *c.* 22. *v.* 16. i. e. ἀώρως, Sept. *ante tempus suum.* Vulg. siqidem si naturæ propriæ rationem habemus,

Quota pars moritur tempore fati?

Sen. *Herc. Oet.* 2. 2. qia, *pauci ad senectutem perveniunt.* Cic. *de sen.* pauci eum vitæ terminum assequuntur, qem constitutionis nativæ virtute poterant, si finistri nihil interveniisset. verùm, si *naturæ communis*, uti Marcus loqitur, hoc est, numinis divini dispositionem ac dispensationem spectamus, *nemo nisi suo die moritur.* Sen. *ep.* 69. etiam qi immaturus maximè obliisse videtur,

tulit suum, --- metásqe dati pervenit ad ævi.

Idem *ad Marc. c.* 20. ex Æn. *l.* 10. Itaqe non fuit necesse, ut Servius qò Virgiliana duo illa conciliaret, Æn. *l.* 10. *-- Stat sua cuiq; dies.* & de Didone *l.* 4.

--- nec fato, meritâ nec morte peribat,
Sed misera ante diem; ---

ad illud confugeret, *poetas secundum Sectas varias loqi; illud ex Stoicorum, hoc ex Epicureorum sententia protulisse.* Videmus enim, Marco avctore, utrumqe etiam Stoicorum placitis esse satis consentaneum. alia Servii conciliatio videri potest *ad l.* 4. qam qia prolixior est, nec ad nostri mentem, omitto.

Νεφὸς ἀεὶ] vide *supr.* § 21. & *l.* 7. § 25.

Καλὸν ἡ δεῖ πᾶν χ) ὠφέλιμον] vide *l.* 4. § 23. & *l.* 10. § 20.

Οὐδὲ αἰσχρὸν] vide *l.* 2. § 11. & *l.* 4. § 3. & *l.* 8. § 1.

Συμφέρον χ) συμφερόμενον] vide *l.* 2 § 11. & *l.* 3. § 4. συμφέρεται χ) συμφέρει. verto avtem istic, *conducens, & congruum.* συμφέρειν *convenire, congruum esse.* Liban. *orat.* 11. Θαῦμα πῶν ἔτερον ὅτι τῆς αὐτῆς βασιλείας παραπλήσιόν τι χ) ὁ παραπλήσιον τῷ ἑτέρῳ· τὸ μὲν γὰρ ἴδιον θεοῖς συμφέρεται· τῷ ἡ τῶν ξένων δεῖν μιᾶσαι δόξης. *aliud sub eodem regno miraculum contigit, priori geminum, nec geminum tamen. in hoc enim convenit, qòd circa Deos fiebat: in hoc discrepat, qòd in Deis peregrinis istuc translatis.* cùm prius nimirum in patriis restitutis exhibeatur. at Fed. Morellius hic, ut alibi sæpenumero, non dormitavit, sed altum dormivit; cùm vertit, *Regi enim circa Deos, ad cultum conferi hospitum: huic autem est, qod peregrinarum migratione distet.*

Θεοφόρητος ὁ φερόμενος χ) τ' αὐτὰ θεῷ] ista cum seqentibus Xyl. vertere neglexit; vitiata suspicatus, an de sensu ambiguus, incertum. Θεοφόρητος, qemadmodum & Διάληπτος in seqiorem partem sumitur havd rarò; pro *arreptitio*, sive *lymphatico.* itaqe apud Plut. Adulator, qò eum cui se accommodat, δεισιδαίμονα ὄντα, *superstitionibus constrictum*, hac etiam in parte superare videatur, Θεοφόρητον, sive *arreptitium* se simulat. ut τὸ Θεοφόρητον, sit etiam τῆς δεισιδαίμονος excessus, avt affectus saltem illo vehementior. Verùm à Marco accipitur in meliorem partem, pro eo, *qi numini ferendum, agendum se totum permiserit.* nec aliter ferè à Philone Judæo, & Dionysio illo, qi Areopagitæ titulum præfert, usurpatur. est avtem tralatio ab eis desumpta, qi instinctu qodam divino agitantur; cujusmodi vates sunt; χ) οἱ ἔνθεοι. ità de Æschine Philostratus: τὸ θεῖον λέγειν, ὅπου μὴ ἐπιχειροῖεν σοφισταὶ κατάδειν· ἀπ' Αἰσχίνου δ' ἤρξαντο, θεοφορήτῳ ὁρμῇ αὐτοσχεδιάζοντος, ὥσπερ οἱ τοὺς χρησμοὺς ἀναπίπτοντες. Indè Θεοφορεῖα. de Scopa Callistratus in *imagin.* 2. Οὐ ποιητὴν ἡ χ) λογοποιῶν μόνον πίστευε τέχνῃ ἐπὶ γλώττῃ ἐκ θεῶν θεασμῷ πεσόντος· ἀλλὰ χ) τὴν δημιουργὸν αἱ χεῖρες θεοπρόπων ἁπτόμενα ἐφάνοις ληφθείσαι, κἄτοχα ἡ μᾶλλον θεοφορηθεῖσαι τοῦ ποιήματος· ὁ γὰρ δὴ Σκόπας ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας χινηθεὶς, εἰς τιμὴν τῆς ἀγάλματος δημιουργίαν τιμὴν Θεοφορεῖαν ἐφέρετο. Θεοφόρητος perinde Marco, qi non lingvam tantùm, sed & manum mentémqe suam ad nutum numinis divini per omnia prorsus ità contradidit regendam dirigendámqe, ut nihil aliud agat, dicat, cupiat, cogitet, qàm qod Deo ipsi visum fuerit. Indè Clementi *Strom. l.* 7. Θεῖος ἄρα ὁ γνωστὸς χ) ἅγιος Θεοφορῶν χ) Θεοφορούμενος.

Ὁ φερόμενος χ' τ' αὐτὰ τῷ θεῷ] *qi viâ eâdem qâ Deus fertur.* i. qi Deo consentit, convenit. Epiphan. *l.* 1. *tom.* 3. *hæres.* 38. τὰ μὲν χ' τὰ αὐτὰ φερομένω, τὰ ἡ διαλαμβάνω. *partim cum illis convenientem, partim ab eis discrepantem.*

Ἐπὶ τ' αὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος] qod Epictet. *l.* 2. *c.* 16. Deum ipsum alloqendo, ὁμογνωμονῶ σοι. vide *l.* 10 § 21.

§ 24. Ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐπέρρωσεν] *neqid aliter qàm justitia æqitásqe exigit.* Casavb: minùs plenè. meliùs Xyl. *neqid sccius qàm justitia ipsa egisset.* formula diserta, & ἐκεῖθεν δίκην τι insinuans.

Ὅτε

Οὐτε ἡ τῆ ὁπλυχία μεμιγθῶν] vide *l.* 8. § 17.

Ὁποῖον ἕκαστον ἀπὸ σερήματος] *Quasi unumquodlibet à privatione fuerit.* Xyl. ut idem sit τὸ σέρημα, quod ἡ σέρησις. cujus exemplum frustrà quæro. Cas. *cujusmodi corpora nostra sint adhuc rudia & imperfecta.* unde qid legerit haud satis liqet. ego ἀνάρμαλον omnino legendum censeo. vel, si cui id minùs arridet, ἀσειρήμαλον. qod propiùs accedit ad scripturam priorem, & apud Nicandrum reperitur (si pro *semine* ibi sumi, qod qidam censent, compertum haberetur) vel ἀσπέρμαλον etiam, sive ἀσπερματώσεως (ut τὴ ψυχώσει respondeat ἡ ἀσπερμάτωσις) qæ ipsum *seminandi* designant. sensus patet; idémque est, qodcunqe ex istis legere libuerit, qod Tertull. *ex seminis sparsione* dixit, *apologet. c.* 9. Nec silentio prætereundum videtur, qod Plut. nos docet *de commun. notit. c.* 31. Stoicis avtoribus, qi in notationibus plùs satis ineptire solebant, τὸ μὲν ἀσπέρμα τὴν ἀπὸ μικρὸν ὅλον ἐκ πολλῆς ἀπεργασίαν ὑγρομάδος· τὴν δὲ φύσιν ἐμβύσησιν ὕσαν, καὶ διάχυσιν τῆς ὑπ' αὐτῆς ἀνοιγομένων καὶ λυομένων λόγων καὶ δεσμῶν. qo loco miror ego, qid Lipsium impulerit, ut pro ἐμφύσησιν ἐκ φύσιν legi voluerit, &, *in spiritibus & inflationibus*, verterit. *Stoic. physiolog. l.* 3. *c.* 6. cùm locus sincerus sit, sensúsque proclivis satis. *Semen ideò dictum, qòd in eo qasi conspiratione & colligatione qadam in exiguam molem vis virtutisque multum compingatur; naturam verò, qid ejus ope pperâqe, qasi insufflatione qadam, vis virtúsqe illius excitetur, diffundatur, & ex potentia in actum producatur & prodeat.* verùm hoc ἐκ παρέργου. *A semine*, inqit Marcus, *sive seminatione, usqe ad animationem.* ἀσπέρμα itaqe sive ἀσπερμάτωσις (id si scripserat) idem est hic Marco, qod ἀσπέρμαλον πολλαχοῦ Apostolo, *ad Hebr. c.* 11. *v.* 11. Vide *ad l.* 4. § 36. & *l.* 10. § 26.

Μίχει ψυχώσεως] qod in ipso partu fieri avtumabant Stoici. qi & fœtum ad partum usqe animal esse negabant, sed utero mulebri, tanqam plantam telluri, adfixum, vel potiùs tanqam arbori fructum, agnatum, veluti partem ejusdem, ab eo cúmqe eo nutriri censebant. Plut. *de placit. philos. l.* 5. *c.* 15. Οἱ Στωικοὶ μέρος εἶ αὐτὸ τῆς γαστὸς, ὑ ζῶον. (contra planè qàm Plato, *ibid.*) ὥσπερ γὰ τοὺ καρπὺς, μέρη ὄντας τῆς φυτῆς, πεπαινομένους ἀποῤῥεῖν, οὕτω καὶ τὸ ἔμβρυον. Idémque *de Stoic. contradict. c.* 38. de Chrysippo locutus; Τὸ βρέφος ἐν τῆ γαστρὶ φύσει πτῶσιν νομίζει, καθάπερ φυτὴν· ὅταν ἡ πνεχθῆ ψυχούμενον ὑπὸ τὸ ἀέρος καὶ στομάχωσιν, τὸ πνεῦμα * μελαδίλλειν [* μελαλαδεῖν Salmas. *ad Epict. & Simpl.*] καὶ γίγνεδς ζῶον. ὅθεν ὑκ ἀπὸ τέχνε τὴν ψυχὴν ἀνομάδς παρὰ τὴν ψύξιν. Et Philo eódem respiciens, *lib. de insomn.* Τεττάρων ὑδὺς, ἢ ἑξῆδεν ἐκείνεται; ἢ ὑπὸ τὸ περιέχοντος ἀέρος ἡ ἐνδιαιμὸν ἐν ἡμῖν φύσις, ὅια σίδηρος, ἐν χαλκίοις πεπυρωμένος ὕδατι ψυχρῷ, ὡς τὸ κρατιότερον σωμᾶται, δίδη καὶ πρὸς τὴν ψύξιν ἀνομάδς δικῆ ψυχή. Vide *ad l.* 6. § 16. Tertull. *de anim. c.* 25. *Sunt qi præsumunt, non in utero concipi animam, nec cum carnis figulatione compingi atqe produci; sed & effuso jam partu, nondum vivo infanti extrinsecùs imprimi. Cæterùm semen ex concubitu, muliebribus locis seqestratum, compingvescere in solum substantiam carnis; eam editam, & de uteri fornace fumantem, & calore solutam, ut ferrum ignitum, & ibidem frigidæ immersum, ità aeris rigore percussam, & vim animalem rapere, & vocalem sonum reddere. hæc Stoici cum Æneside mo.* Addit idem ex medicis idem sensisse *Hicesium, & naturæ & artis suæ prævaricatorem.* Sed & *Platonem alicubi dixisse. Perinde animam extraneam aliàs, & extorrem uteri, primâ adspiratione nascentis infantis adduci, sicut expiratione novissimâ educi. incertum tamen, an ex sententia fixerit,* (ità legit Rigalt) *an ex alterius persona id protulerit.* Absurda sanè sententia qæqe pluribus refutetur, indigna. Itaqe Septimius, dogmatis istius patronos, παραδόξου τι, & à sensu communi dissitum, *in eo affectâsse*, contendit; sed qod à mulierculis qibusvis possit refelli. *Puduit*, inqit, *opinor, illos hoc statuere qod fœminæ agnoscerent. at qanto ruboratior exitus à fœminis revinci, qàm probari?* Lactant. *de opific. c.* 17. *Anima non est* (qod Varro dixerat) *a rore conceptus; qia multò prius gignitur anima, qàm concipi aer possit. non enim post partum insinuatur in corpus, ut qibusdam philosophis* (Stoicis scil.) *videtur, sed post conceptum protinus, cùm fœtum in utero necesse sit as divina formavit.* Verùm varias nostrorum hac de re sententias videas licèt apud Hieron. *adv. Ruffin. apolog.* 2. Ruffin. *in apolog.* Pamphili nom. pro Origen. vide & *l.* 2. § 2.

Ἄνω μετέωρος ἐξαρθεὶς] vide *l.* 7. § 49. & *l.* 9. § 28. nam de *sursum elato animo*, Xyl. frustrà hæc accepit.

Τὴν πλυτερσίαν, ὅση] qod *l.* 7. § 48. τὸ συμμιγές.

Ὅσον τὸ ἀθειοικὸν ἐπαείων καὶ ἐπουδείων] scil. universas mundi totius regiones ætheriam, aeriam, aqatilem, terrestrem, incolis suis refertas censebant, cùm Stoici, tum & Platonici. Alcinous, *de doctrin. Platon.* Εἰσὶ ἢ καὶ ἄλλοι δαίμονες, ὧς καὶ καλοῖν ἄν τις γνησιὼς θεὼς, καθ' ἕκαστον τῆ στοιχείων, οἱ μὲ ὁρατοὶ, οἱ ἢ ἀέρατοι, ἐν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι· ὡς μηδὲν κόσμε μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶ, μηδὲ ζωῆς κρεῖτον ἔνπαν φύσεως. Apul. *de deo Socrat.* Quid igitur tanta vis aeris, qæ ab humillimis Lunæ anfractibus usqe ad summum Olympi verticem interjacet, vacabitne animalibus suis atqe exit ista naturæ pars mortua ac debilis? & nè volucres cogites, qi aerem pervolant. ipsæ enim, inqit, aves, si sedulò advertas, terrestre animal, non aereum, rectiùs perbibeantur. est enim semper illis omnis victus

victus in terra. ibidem pabulum, ibidem cubile. tantùm quod aëra proximum terræ volitando transverberant. Cæterùm cùm illis fessa sunt remigia pennarum, terra cæv portus est. Itaque aëri dæmonas attribuit, tertia quædam, ut loquitur, animalia, neque tam brutæ, quàm terrea, neque tam levia quàm æthereis. Porphyr. item *de abstinent. l.* 3. ζῶα λογικὰ distribuit in quatuor classes, ἐναιθέρια, ἐναέρια, ὑγρόβια, ἐπίγεια.

Καὶ ὅτι ἐνδείκνυται] ἡ istud παρίλκει, & inducendum videtur. nam ὅτι, ad τεῖτον referetur. quam dictionis seriem non advertentes interpretes, alter Marci mentem perverit, alter ad rem minùs pertinentia infercit.

Ταὐτὰ ὄψομαι] *eâque te visurum.* Xyl. *eâdem te visurum.* ταὐτὰ, non ταῦτα.

Ἐπὶ τούτοις ὁ τύφος] Lugd. erotematicè legit. ἐπὶ τούτοις ὁ τύφος; *hisne superbimus?* Cas. enunciativè. rectiùs, opinor. *hæc sunt, de qibus tamoperè superbimus.* forsan tamen deest aliqid. Ὅτου ὁ τύφος. ut ὅσου τὸ ἀξιοπίστου. ut vel de rebus ipsis intelligarur, sitque idem hîc ὁ τύφος quod *l.* 6. § 13. ἡ ἰσχὺς ἐφ' ἣ σεμνύνεται, qam & πόσου *ibidem* nuncupat. ità Xyl. *tum qùs in eis fastus,* vel de hominibus, qi istorum ratione insolescunt. quod *lib.* 11. § 18. μεθ' ὅτου τύφου. & *l.* 9. § 34. ὅσου ὄντος. Sed illud mavelim. Apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 4. Socrates: τῷ ὄντι ἀπαιδεύτου εἶναι καὶ ἀμαθίας ὑπερφρονεῖν, ἀλλὰ πόνου μεστὸν εἶναι τὸ φιλοσοφεῖν. leg. ὑπερδύμαλα, vel etiam μετενδύμαλα. Sic enim Lucian. *necyomant.* τὴν ψυχὴν μετενίδυσον. qo loco tamen in vulgatis μετενέδυσον perperam editur. éstque qod Synes. *de provident.* μεταμφιέσασθαι dixit. vide *ad l.* 4. § 1.

§ 25. Βλὲπε ἔξω τὴν ὑπόληψιν] Vide *supr.* § 22. & *l.* 4. § 7. & *l.* 8. § 40.

§ 26. Ἐπιλάθου] Ità Autor *ad Hebr. c.* 12. *v.* 5. ἐπιλέλησθε τῆς παρακλήσεως. Scilicet, qòd Bern. *de consider. lib.* 2. *Sic se habent corda mortalium. qod scimus cùm necesse non est, in necessitate nescimus.*

Πάντα κατὰ τὴν τοῦ ὅλων φύσιν] Vide *l.* 5. § 8, 10. & *l.* 8. § 4.

Τὸ ἁμαρτανόμενον ἀλλότριον] vide *l.* 9. § 38.

Πᾶν τὸ μενιθμενον ὕπως ἀεὶ ἡδύνετο] vide *lib* 7. § 1. & *l.* 8. § 46.

Ὅσον ἡ συγγένεια] Ἀνθρώπου γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ ἐκὼν καὶ ἄκων πᾶς ἔστι συγγενής. Julian. Imp. in epist. ἀκριβῶς. vide *ad l.* 2. § 1. & *l.* 3. § 4.

Ὁ ἐνδὺς νοῦς θεός] Hermes *Pœmand. c.* 12. ὁ νοῦς ἐν ἀνθρώποις, θεός ἐστιν. Atque indè Synes. in *calvit. encom.* de capite. ἐκεῖ νόμιζε κατοικεῖσθαι τὸν νοῦν ἐκείνῳ τῷ κεφαλῇ ἡμῶν τοῦ τοῦ θεοῦ. *Dei templum caput,* qia mentis sedes. Cicer. *offic. l.* 3. § 44. à Lactantio lavdatus *instit. l.* 7. *c.* 24. *cùm verò jurato dicenda sententia sit, meminerit Deum adhibere testem; id est, ut ego arbitror, mentem suam.* Eurip. apud Theon. Soph. in *progymn.*

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἔστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.
Mortalium cuique sua mens est Deus.

qod Panegyrista Constantinisnus vertit,

Sua cuique prudentia Deus est.

Menand. apud Plut. in *Platon. quæst.* 1.

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ὁ θεός.—
Mens quippe nostra Deus est.

Idémque in *Adelph.* citante Justin. *de Monarch.*

--θεὸς δὲ τοῖς χρηστοῖς δέοι
Ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σωφρονοῦσιν.
—*Numen est verè bonis mens ipsa.*

Hinc Nemes. *de natur. homin. c.* 44. Εὐριπίδης ἡ καὶ Μένανδρος ἐν ἑνὶ τὸν νοῦν τὸν ἐν ἑκάστῳ φασὶ παρεῖναι ἑκάστῳ, θεὸν ἡμῖν ὄντα. Verùm plus forsan Nemesius affingit, & affigit illis qàm volebant ipsi: qi nihil aliud, opinor, innuebant, qàm qod Senarius ille,

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.

Dei instar habere mentem & conscientiam in homine debere, ejusdémque dictamen bonum qemqe tanqam oraculum qoddam seqi. At Epictet. *l.* 2. *c.* 8. Οὐκ οἶδας ὅτι θεὸν τρέφεις; θεὸν γυμνάζεις; θεὸν περιφέρεις, τλᾶς, καὶ ἀγνοεῖς; δοκεῖς με λέγειν ἀργυροῦν τινὰ ἢ χρυσοῦν ἔξωθεν. ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτὸν, καὶ μολύνων οὐκ αἰδῇ, ἀκάθαρτος ὢν διανοήμασι, ῥυπαροῖς καὶ περιφεῖσι. καὶ ἀγάλματος ἂν τῷ θεῷ παρόντι ἐκ ἂν τολμήσας τι τοῦτον ποιεῖν, ἂν ποιεῖς. ὅλως δὲ θεὸν παρόντα ἔσωθεν, καὶ ἑωρῶντα πάντα, καὶ ἀκουόντα, οὐκ αἰσχύνῃ ταῦτα ἐνθυμούμενος καὶ ποιῶν, ἀναίσθητος τῆς σαυτοῦ φύσεως, καὶ θεομάχητε. vide *lib.* 2. § 2. & *l.* 3. § 5. & Apul. *ad l.* 7. § 17.

Ἐκεῖθεν ἐρρύηκα] vide *supr.* § 2. & *lib.* 2. § 4. Cur autem ἐκ τούτου potiùs qàm ἐκεῖθεν legi velit Annot. Lugd. nec ego qicqam video, nec ipse (puto) facilè dixerit. Naso, *art. l.* 3.

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli
Sedibus ætherei spiritus ille venit.

Et Fastor. *l.* 6.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

hoc est qod Synes. *epist.* 101. τὸ θεῖον κέρμα ὁ νοῦς εἰς ἀνθρώπους ἧκεν. Julian. *de Cynism. orat.* 1. ὅτι τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἐν ἡμῖν θεῷ, τοῦτ' ἔστι, τῷ νῷ, ταῦτα ἔδοξεν ὑπέρρητα. mox tamen qasi corrigens qod priùs dixerat; τοῦτο δεμάσωμεν τὸ θηρίον (affectum vult) καὶ πείσωμεν ὑπακούειν τῷ παρ' ἡμῶν θεῷ, μᾶλλον ἢ θηρίῳ. vide *supr.* § 19. Cæterùm de Stoicis Laërt. *lib.* 7. in *Zen.* θεὸς τε ἦν τὸ σοφὸν· ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἰονεὶ θεὸν τὸν ἡμῶν φαῦλον, ἄθεον. qod de Ephesiis in statu naturali constitutis Apostolus, *ad eosdem c.* 2. *v.* 12.

Οὐδὲν ἴδιον ἀνδρὸς] Lucil. *l.* 27. *cùm sciam nihil esse in vita proprium mortali datum.* Prè Tertull.

cull. *de patient. c. 7. & quod nostrum videatur, alienum est. nihil enim nostrum; quia Dei omnia, cujus ipsi quoque nos.* Expressit nimirum pavcis, qod pluribus Rex David, *Paralip. lib. 1. c. 29. v. 11, -16.* vide *l. 5. § 33. & l. 10. § 14.* Præclarè etiam Eurípid. *Phœniss.*

Οὗτοι τὰ χρήματ' ἴδια κἀντίων πάρα·
Τὰ δ' ἐκ θεῶν δ' ἔχοντες ἀπημελήμεθα.
Ὅταν δ' χρήζων αὐτ', ἀναιρεῖται πάλιν.

Non possidemus propria mortales bona
Sed jm Deorum, nostra dispensatio est;
Et commodata, cùm volunt, repetunt Dei. Groc. Pulcrè in eandem sententiam & Senec. *ad Marc. c. 10. Quicquid est hoc quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum clientum turbâ vestibula, clara, nobilis, aut formosa conjux, cæteráque ex incerta mobilique sorte pendentia, alieni commodatíque apparatus sunt. nihil horum dono datur. collatitiis, & ad dominos redituris scena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur: pauca usque ad finem perseverabunt. usufructibus noster est; cujus tempus ille arbiter muneris sui temperat. nos oportet in promptu habere, quæ in incertum diem data sunt, & appellatos, sine querela reddere. possimi est debitoris, creditori facere convitium. omnes ergo nostros, & quos superstites lege nascendi optemus, & quos præcedere justissimum ipsorum votum est, sic amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate, imò nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Sæpe admonendus est animus, amet ut recessura, imò tanquam recedentia, quicquid à fortuna datum est, tanquam extemplò abiturum possideat.* Verùm illa à dispensatoris officio ducta collatio cùm in scripturis sacris tum in exoticis etiam est frequentissima. Siquidem eò spectat parabola illa, περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας, Lucæ *c. 16. v. 1, 9.* Petri monitum illud, *ep. 1. c. 4. v. 10.* Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ. Indè Marcus Eremit. *de leg. spirit.* § 158. Πᾶν ἀγαθὸν περὶ κυρίου οἰκονομικῶς ὑπάρχειν· καὶ ὅτε φρονοῦμεν αὐτὸ, ὡσὶν ἀγαθοῦ δόκησει. Indè Hieroni Pindar. *Pyth. 1.* Πολλῶν ὅσοι τιμίας. Et Alex. Severus Imper. *dispensatorem publicum* se profitebatur. Lamprid.

Ἐκεῖθεν ἁλίλυθεν] Ità *lib. 6. § 36.* πάλιν ἐκεῖθεν ἤρχετο. vide *l. 4. § 23. & l. 10. § 14.* Πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ. *ad Cor. ep. 2. c. 5. v. 18.* Ate *omnia.* David *Paral. l. 1. c. 29. v. 14.*

Πάντ' ἀνάλωμά σε] *supr. § 8. 22.*

Τὸ πρὸν μόνον] Vide *lib. 2. § 14. & supr. § 3.*

§ 27. Πῦ νῦν τὰ πάντα ἐκεῖνα] Vide *l. 3. § 3. & l. 4. § 3. & l. 6. § 47. & 59. & l. 10. § 31.*

Καπνὸς ἢ ἀνυδὸς] Allusum ad ritum corpora defunctorum cremandi, vide *ad l. 4. § 48.*

Μῦθος] *cinis & fermo.* Xyl. *fabula*, malim Pers. *sat. 5. v 132.*

--cinis, & manes, & fabula fies.

qod mutuatum illum vult, Cl. Casavb. ab Horat. *carm. l. 1. ode. 6.*

Jam te premet nox, fabulæque manes.

Verùm ibi, *fabulæ manes*, sunt *manes fabulosi*, sive *manes*, qi *fabulæ* veræ sunt. qomodo Juvenal. *sat. 2. v. 149.* *Esse aliqos manes,--*

Nec pueri credunt.--

Joan. Chrysost. *in Matth. orat. 17.* de mortuis ὑπὲρ ὁρῶ πολὺ ὄντων, καὶ σπιτὸς, καὶ ἀφθονίας. πάντα τὰ ἐκεῖνα γῆ. πάντα ἐκεῖνα μῦθος. πάντα ὄναρ καὶ σκιὰ, καὶ δίηγημα μηλὸν, καὶ χαφή. Itaque Gregor. Naz. *adv. Arian.* Ἐγὼ σκιρτίνω τοῖς πάσοις μεγαλοφρονεῖν, ἢ τοῖς μύθοις. ad eos qi de majoribus suis gloriabantur.

Ἡ ὑπὸ μῦθος] Vide *lib. 4. § 33. & lib. 8. § 25.*

Φάβιος Κατυλλῖνος ἐπ' ἀρχῆ] *Q. Fabius Catullinus* sub Adriano Consul reperitur in *Fastis* ad annum U. C. 883. qanqam in Græcis à Scaligero editis, non Κατυλλῖνος sed Κατυλῖνος. *Catulinus* non *Catullinus* is dicitur.

Λούσιος Λοῦπος] *Lucius Lupus.* Xyl. & Cas. ut sit legendum, Λούκιος. Xyl. *Lucius Lupus in hortis obiit. ἐν κήποις.* at Cas. *Lucius Lupus & Stertinius Baiis.* nec necessarium est istìc illud, *obiit.* Cæterùm lectionem receptam adserit Isa. Cas. *ad Spartiani Hadrian.* (ubi mentio *Lusii* cujusdam Senatûs jussu, vel Hadriani etiam, ut Dio vult, in itinere occisi) sed ità, ut de *Lusio Lupo* isto parùm sibi liqere profitearur.

Στερτίνιος ἐν Βαΐαις] *Stertinii*, qi per Tiberii tempora sub Germanico copias duxit, meminit Tacitus *annal. lib. 2.* verùm utrùm is sit qem Marcus velit, avt qid is Baiis, mihi planè incompertum. *Stertinius* item Philosophus Stoicus Horatii temporibus sub Avgusto floruit. meminit hujus Flaccus *l. 2. ep. 12. --an Stertinii deliret acumen. & ferm. lib. 2. sat. 3. sapientum octavum*, ludibundus appellat. verùm nec istum istìc designatum crediderim.

Τιβέριος ἐν Καπρέαις] Καπρέαις potiùs, *Capreis. Capreæ insula, trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii dijuncta.* Tacit. *Annal. lib. 4. Tiberii principis arce nobilis*; Plin. *hist. nat. lib. 3. c. 6.* qi eò secesserat, qò libidinibus suis indulgeret liberiùs. unde & palàm ac vulgò ab insulæ illius nomine *Capreius* dicebatur. Sveton. *l. 3. c. 42, 43.* ità enim malim, qàm *Caprium*, vel *Caprinum*; qorum alterum saltem pro *Caprineo* repositum vult Casavb.

Οὐήλιος Ῥοῦφος] *Rufi Helvii*, qi miles gregarius cùm esset, coronam civicam sub Tiberio meruit, meminit Tacit. *Annal. lib. 3. Vettii* etiam *Rufi*,

qi sub Marco ad annum U. C. 931. consulatum gessit, *Fasti* meminere. Verùm *Velius Rufus* iste qis existat, mihi nondum occurrit. Sed nec locus satis integer videtur, cùm nec ubi *Stertinius* aut *Rufus* iste egerint, qod in reliqis disertè expressum est, qicqam dicitur.

Ἡ περὶ ὀπῶν διαφορά] διαφορὰ, *eminentia, excellentia, discrepantia* ab aliis *insignior*, sive *studium in re aliqa diligentiùs positum*, qàm ab aliis poni solet. Ità Plato *epist.* de Athenis; εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες περὶ ἀρετήν. Terent. *Andr.* 1. 1.

Horum nihil ille egregiè præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Hoc est ὑδὲν μᾶλλον διαφερῶς.

Μετ' ὀπώσεως] qod *l.* 11. § 18. μετὰ τύφου. vide *suprà* § 24. malè enim, *opinionis caussâ*, Xyl. Apud Theodoretum *therap. l.* 2. Timon in *fillis*;

Ἄνθρωπε κενεῖς ὀπῶ ἔμπλεος ἀσκός.

Παῦν τὸ καταντεινόμενον] vide *lib.* 4. § 2. μὴ καταντείνε.

Τὸ ἐπὶ τῆς ἀθεΐσους ὕλης] vide *l.* 4. § 1. & *l.* 7. § 58, 67.

Θεοῖς ἐπίφθονον] vide *l.* 7. § 31. & *l.* 10. § 28. & *infrà* § 31.

Ὁ ἀπὸ ἀτυφίας τύφῳ τυφλῷ] leg. vel ἀπὸ ἀτυφίας, vel potiùs ὀπὶ ἀτυφία. par mendum sustulimus *l.* 6. § 12. ubi ὑφ' ἧ συμπώσεται scriptum fuerat: cùm συμπώσεσθαι ὑπό τινι Græcum non sit. Est autem gnome ista notatu dignissima, pessimum esse fastûs genus illud omniúmque minimè tolerandum, qando *de fastu spreto fastus* enascitur. & de hoc ipse superbit sesèque effert animus, qòd superbiam conculcâsse videatur. Avgust. *confess. l.* 10. *c.* 38. *Sæpe homo de ipso vanæ gloriæ contemptu vaniùs gloriatur; ideóque non jam de ipso gloriæ contemptu gloriatur, non enim eam contemnit, cùm gloriatur intùs.* Idémque *epist.* 59. *qæst.* 7. *Fit enim miris modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis infletur, qàm si apertiùs superbiret.* Notavit vitium hoc Socrates in Antisthene: qem tamen ἐν τῇ ἀτυφίᾳ *summum bonum* statuisse vult Theodoret. *therap. l.* 11. qíqe Platonem ὡς τετυφωμένον ὄγκωσιν. unde & ægroxum invisens, cùm pelvim conspicaretur, in qem Plato vomuerat, χολὴ μὲν ὁρῶ ἐνταῦθα, τύφον δ' οὐχ ὁρῶ. *Bilem qidem*, inqit, istìc *video*, *fastum verò non video.* qasi bile se liberâsset, fastu non item. Cæterùm ipse cùm laceram pallii partem ad obviorum conspectum obverteret, Ὁρᾷς σου διὰ τελέσους κενοδοξίαν. *Per pallii scissuras*, ajebat Socrates sese *Antisthenis vanitatem intueri.* Laërt *l.* 2. & *l.* 6. sive ut Ælianus refert *lib.* 9. *c.* 35. ὑ σαύρων ἐγκαλλωπιζόμενον ἡμῖν. *Annon desines*, inqit, *ostentare te nobis?* latet argutia, qam latinè vix commodè expresseris, in voce καλλωπίζεσθαι, qæ *erutûs* significationem habet, qamqe in eodem argumento usurpavit Epictet. *enchir. c.* 45. ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένον ᾖς καὶ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ. Notavit & Plato in Diogene, qi cùm Platonis ædes ingressus, stragula pretiosiora conculcaret, adjecto, Παπᾶ τῆς Πλάτωνος κενοσπουδίας. *Calco Platonis vanitatem* sive *studium inane*; regessit Plato, Ὅσον, ὦ Διόγενες, σὺ τύφου διαφαίνῃ, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι. *qantum fastûs, ô Diogenes, ostendis ipse, dum minimè fastuosus ambis videri?* Sive, ut alii referunt; Παπᾶ τὸν Πλάτωνος τύφον. *Calco Platonis fastum*; ille: Ἑτέρῳ μὲ τύφῳ. *Calcas, sed alio fastu*; iste. Laert. *l.* 6. Non erat itaque qòd Julianus orationem *de Cynismo* suam tam atrociter ordiretur. Ἄγαν ποταμῶν, τοῦτο δὴ τῆς παροιμίας. Ἀνὴρ Κυνικὸς Διογένης φησὶ κενόδοξον. Neqe enim *Diogenes vanitatis arcessitus*, novum adeò aut inaudìtum. qi & qærenti πῶς ἄν τις ἀνδρὸς γένοιτο, respondit (ut Lucian. *pro imag.* refert) εἰ δόξης καταφρονήσοι. *per gloriæ contemptum ad gloriam muniendam viam* aliis monstravit, eandémqe ipse ingressus est. Qin & Flaccus Aristippum inducit sic Diogenem alloqentem, *l.* 1. *epist.* 17.

Scurror ego ipse mihi, populo tu. --

havd fruſtrà sanè. scurram enim agebat ille, improbum admodum sæpenumero & impurum, nec ab obscœnitate havd sermonis duntaxat, sed actûs etiam ipsius, alienum. vitium idem hoc in Lacedæmoniis qoqe Cynicus idem notavit; siqidem in Olympia cùm Rhodios qosdam splendidè vestitos videret, τύφου τοῦτό ὄζει. *Hoc fastus est*, dixit. mox, ubi in Laconas tunicis vilibus sordidisqe amictos incidérat, Ἄλλος ἔστι τύφος. *Alius*, inqit, *iste fastus est.* Ælian. *l.* 9. *c.* 34. Suum ipsius utiqe in illis morbum animi deprehendit, atróqe carbone notavit imprudens. Qem itaqe non immeritò taxans Petrus Blesens. in *invectiv. melior*, inqit, *est purpurata humilitas qàm pannosa superbia.* Optimè Plut. *de profectûs indicatura.* Ἄγει δ' ἡ πρὸς ὀπτὸν δεικνύμενον ῥώπον ἢ κηλίδα χιτῶνος, ἢ ῥυπαρὸς ὑποδήματος, καλλωπίζεται πρὸς τοὺς ἐντός, ἀτυφίᾳ κενῇ διασκώπτων αὐτὸς ἑαυτὸν ὡς μικρόν, ἢ ὡς κυρτὸν, ὅτι τοιαυτὶ, τὰ δ' ἐντὸς αἴρων τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ φρὲν τὸν βίον ἐγκρύμματα, καὶ φθόνου, καὶ κακοηθείας, καὶ μικρολογίας, καὶ φιλοδοξίας, ὥσαρ ἕλκη, πεπυλλων καὶ ὑπερύπτιον, ὑδίνα ἔχων, ὑδὲ θεραπεῦσαι ἐᾷ, δηλοὺς τὸν ἔλεγχον, ὀλίγον αὐτῷ θεραπείας μέτεστι, μᾶλλον δ' οὐδέν. qo loco (ut id obiter adnotem) etiamsi Stephanus ἐγκρύμματα legat, qod exponit, cùm in aliqem excreamus; suspicor tamen ἐγκλήματα potiùs fuisse, qod *offensiones* & *incursationes* significat: siqidem κεμφθῆναι, ἐνοχλῆσαι, & ἐγκεκλῆσθαι est ἐμπεπλῆσθαι. Hesych. qod avtem ait Plut. διασκώπτων ἑαυτὸν, ὡς κυρτὸν, ad Cratetem respexit, cujus & vitam conscripsit, teste Juliano. illi etenim istud solenne fuit.

fuit. Laërt. *l.* 6. & Julian. *de Cynism.* cui tamen Tatianus etiam ἐντυφον γλωσσομανίαν non veretur objicere. Adjicere non abs re fuerit, quod de Pyrrhone Sceptico Aristocles *de philosoph. l.* 8. ab Euseb. *præpar. l.* 14. *c.* 17. lavdatus: Αὐτὸς ὁ τοῦτον τὸν τύφον φριξαλόμενος, ἄτυφον ἑαυτὸν ἐκάλει. *fastûs immunem jactitabat se cùm totus fastu amictus esset.* Ἐμοὶ γὰρ inqit, μόνοι τετυφῶσθαι μᾶλλον ὁ μεμισήκαμεν μανίαν ἐρρωμένως δοκοῦσιν, οἱ τοιαῦτα ἀκροώμενοι. Scitè Jo. Climac. *scalæ grad.* 21. de typho isto; ab Antonio adductus. χαλεπὸν διαφυγεῖν τὸ τῆς κενοδοξίας δαίμονα. ὁ γὰρ ποιήσει τις χαριέστατον αὐτῷ, τοῦτο ἀρχὴ κενοδοξίας ἑτέροις γενήσεται. κατὰ δίκην, κενοδοξῶ. κἂν λύω, ἵνα μὴ γνωσθῶ· ὡς φρόνιμος, πάλιν κενοδοξῶ. λαμπρὰ ἀφιεροῦμένος, ἢ πῶμαι ταπεινὸς, ἢ ἐυτελὴς ἐξαλλάσσων, πάλιν κενοδοξῶ· ὡς ἂν ῥίψῃς τὸν τρίβολον τοῦτον, ὀρθὸν τὸ κέντρον ἵσταται. Nec immeritò itaque Plato, referentibus Evagr. *hist. eccles. l.* 1. *c.* 21. & Niceph. Callist. *l.* 14. *c.* 50. τὸν κενοδοξίαν, ὡς τελευταῖον χιτῶνα, ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποδύεσθαι. Unde Athen. *dipnosoph. l.* 11. ἦν ὁ Πλάτων ἡ κενοδοξος ὄφις· ἐφησεν ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδύσεσθαι. Philo etiam ab Antonio iridem lavdatus. φασί τινες, ὅτι ὕστατον ἀποδύεται τὸν τῆς κενοδοξίας χιτῶνα ὁ σοφός. i. e. vertente Tacito, *histor. l.* 4. *etiam sapientibus gloriæ cupido novissima exuitur.* Crates certè in sectæ suæ institutum ludens ipse de *pera Cynica* sic παρῳδεῖ, referente Laërtio *l.* 6.

Πήρη τις πόλις ὅτι μέσῳ ἐνὶ ὄινοπι τύφῳ·

vel ut Demetrii Phalarei nomen qi præfert, exhibet,

Πήρη τὶς γαῖ ὅτι μέσῳ ἐνὶ ὄινοπι τύφῳ·

Atque ità Homerus, qem is imitatus est. *Odyss. τ. v.* 172.

Κρήτη τὶς γαῖ ὅτι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

qanqam is *peram Cynicam*, vel *urbem*, vel *insulam* esse voluit, qæ ipsa ἄτυφος *fastu pompâque omni destituta* existeret; cùm illis tamen tanqam aqis marinis omni ex parte cingeretur.

§ 28. Καὶ ὅλως ὁρατοὶ] Dii nimirum Stoicorum sunt visui etiam corporeo obvii. siqidem *Mundum* ipsúm pro *Deo* habebant. vide *ad l.* 4. § 23. *corpora cælestia* etiam in *Deorum* numero ponebant. *v. l.* 8. § 19. & *ad l.* 9. § 33. qò spectat & Menandri illud apud Clem. Alex. in *hortat.*

Ἥλιε, σὲ γὰρ δὴ προσκυνεῖν πρέπον θεῶν,
Δι' ὃν θεωρεῖν ὅτι τοὐ ἄλλους θεούς.
Sol, namqe Deorum colere te primùm decet,
Cujus beneficio alios spectamus Deos. Grot.

Qin & Apul. *de Deo Socratis*, Deos in ordines duos dispertitur, *visibiles & invisibiles. Deos cœlites partim visu usurpamus; alios intellectu vestigamus. ac visu quidem cernimus clarissima mundi lumina, Solem, Lunam, Stellas, Sydera. Est aliud genus Deorum, qoi naturâ visibus nostris denegavit; nec non tamen intellectu eos rimabundi contemplamur, acie mentis acriùs contemplantes.* & rursus: *Pars eorum obtutu hebeti visuntur, ut sydera. Cæteri solo intellectu, neqe prompto, noscuntur.* Verùm Deus noster, Deus verus, vivus, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, is est, ὃν οὐδεὶς εἶδεν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. Paulus *ad Timoth. ep. c.* 6. *v.* 16. & Joan. *Evang. c.* 1. *v.* 18. & *ep.* 1. *c.* 4. *v.* 12. Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. unde & ἀόρατος Paulo dicitur *ep. eâdem c.* 2. *v.* 17. Rectè itaqe hac ratione Avg. *de diversf. serm.* 12 dicentibus Ethnicis, *Ostendite nobis Deum vestrum*, respondet; *si ostendi posset, Deus non esset.* Tertull. *apolog. c.* 17. *Invisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur; inæstimabilis, etsi per humanis sensibus æstimetur: ideo verus & tantus est. cæterùm qod videri communiter, qod comprehendi, qod æstimari potest, minus est, & oculis qibus usurpatur, & manibus qibus contaminatur, & sensibus qibus invenitur.* Et Minut. Fælix: *Hic nec videri potest, visu clarior est; nec comprehendi, tactu purior est; nec æstimari, sensibus major est; infinitus, immensus, & soli sibi tantus, qantus est notus. nobis verò ad intellectum pectus angustum est, & ideo sic eum dignè æstimamus, dum inæstimabilem dicimus. Magnitudinem Dei qi se putat nôsse, minuit: qi non vult minuere, non novit.* & postea: *At enim qem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus. Imò ex hoc Deum credimus, qòd eum sentire possumus, videre non possumus. in operibus enim ejus, & in mundi omnibus motibus, virtutem ejus semper præsentem adspicimus; cùm tonat, fulgurat, fulminat, cùm serenat.* Theophilus item *ad Autolyc. l.* 1. ἐρεῖς οὖν μοι, Σὺ δὲ βλέπων, δείκνυσί μοι τὸ εἶδός σου τοῦ θεοῦ. ἄκουε, ὦ ἄνθρωπε· τὸ μὲν εἶδος τοῦ θεοῦ ἄρρητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁρασθῆναι· δόξῃ γάρ ἐστιν ἀληθοῦς, μεγέθει ἀκατάληπτος, ὕψει ἀπερινόητος, ἰσχύι ἀσυγκρίτου, σοφίᾳ ἀσυμβλήτου, ἀγαθωσύνῃ ἀμιμήτου, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. Qin & à nostra qoqe religione extranei, *Dei invisibilitatem* agnovere nobiscum. Hinc illud Evripidis, ut Clem. in *hortat.* ex Philemonis, ut Justin *de Monarch.*

Θεὸν γὰρ πίστον, εἴπερ μοι, * νοητέον * νομιστέον Justin.
Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, κἀὐτὸν ὐκ ὀρώμενον.
Dic, qæso, qalem fas putas credi Deum?
Qi cuncta spectat, ipse non spectabilis.

Orpheus item à Justino *ibidem* lavdatus:

—— οὐδέ τις αὐτὸν
Ἐισοφᾷ ὀπτῆρ, αὐτὸς γὰρ πάντας ὁρᾷται.
—— *conspicit ipse*
Cunctos mortales, nec qisqam conspicit ipsum.

Aristotelis nom. Avtor *de mund. c.* 6. ἀόρατος ὢν ἄλλοις, πλὴν λογισμῷ. hoc est, qod Senec. *qæst. nat. l.* 7. *c.* 30. *Effugit oculos: cogitatione visendus est.* Non est ergò prorsus inconspicabilis tamen; siqidem ut Apost. *ad Rom. c.* 1. *v.* 20. τὰ ἀόρατα αὐτοῦ

ἀυτῦ ἀπὸ κλίσεως χρόμενοι τοῖς πεπίμασι νοήμασι, καθορᾶται, ἢτε ἀϊδίου ἀυτοῦ δυνάμεως καὶ θειότητος. unde non inscitè Calvin. *institut. lib. 1. c. 5. § 1. Deum mundum condendo, invisibilis cùm esset, visibili quodam ornatu insignem in conspectum prodiisse.* Et Senec. *de benefic. lib. 4. c. 8. Quocunque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi; nihil ab illo vacat, opus suum ipse implet.* Sed & nobis in Christo suo cumprimis conspiciendum se præbet: ὃς ἔστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. *ad Colosſ. c. 1. v. 15.* qiqe ideo Philippo; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. Joan. *c. 14. v. 9.* Verùm fidei oculo, non corporis; sed nec mentis aut intelligentiæ nativæ mero, salubriter videtur alteruter.

Οὐδὲ τῷ ψυχῷ τῷ ἐμαυτοῦ ἑώρακα] Si anima invisibilis, animæ conditor multò magis. Minut. in Octav. *Deum oculis carnalibus ut videre, cùm ipsam animam tuam, qâ vivificatâ, & loqueris, nec aspicere possis, nec tutri?* vide & Aug. *de Trinit. lib. 5. c. 1.* vide *l. 10. § 26.*

Ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῆς ἐνόησα πειρῶμαι] Theophil. *ad Autolyc. lib. 1.* κρεῖττον δὲ ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ ὑ βλέπεται, ἀόρατος οὖσα ἀνθρώποις, διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ἡ ψυχὴ ἔνοικοῦσα ἔχει ἄν, καὶ τὸν θεὸν μὴ δυνάδος ὁρᾶσθαι ὑπὸ ὀφθαλμοῖς ἀνθρωπίνοις, διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. Avtor *de mundo* c. 6. Ἡ ψυχὴ δι' ὅλης ζώσης τε, καὶ πόλεως καὶ οἴκου ἥκουσα, ἀθρητος οὖσα, τοῖς ἔργοις αὐτῆς ὁρᾶται. πᾶς δὲ ὁ τοῦ βίου διάκοσμος ὑπὸ ταύτης ἔυρηται, καὶ διατέτακται, καὶ σωέχεται. ταῦτα χρὴ καὶ περὶ θεοῦ διανοεῖσθαι, δυνάμει μὲν ὄντες ἰσχυρότατα, κράτει δὲ ἀνυπερβλήτα, ζωῇ δὲ ἀθανάτα, ἀρετῇ δὲ χρατίστα. δεῖ πᾶσαν φύσιν ὑμνοῦσαν ἀθεώρητον, ἀπ' αὐτῆς τῆς ἔργων διαφείτας. i. e. ut Apul. paraphrasticè reddidit. (nam merus paraphrastes iste illius est) *De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fateamur omnes necesse est, hujus operâ omnia, quæ per hominem præclara fiunt, provenire: neque animæ ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestarum rerum intelligi quàm & quanta sit. omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio ejus est paratum. Nisi fortè tam injustus rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus superantissimis, augustissimâ specie, immortalisævi, genitorem virtutum ipsâmque virtutem. Unde nihil mirum est si mortales oculi ejus non capiunt aspectum, quando divinorum operum vestigiis sit perspicuus atque manifestus.* Minut. *Nec mireris, si Deum non videas, vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur; & sub oculis tamen non venit ventus & flatus.* Apul. *Florid. 2. Deûm forma invisitata, vix cognita: quorum potestates licet sentire, non datur cernere.* Epictet. *lib. 1. c. 6.* Ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἐν κόσμῳ μεμιάνθαι βέλτιον ὅλον ἐγκαμιάσαι τὸν κόσμον, ἢ δύο τὰ ἴσα ταῦτα ἐν ἑαυτῷ, διώρυξι τε συνεχομένῳ καὶ γεγονότων ἐνδεᾶ, καὶ τὸ ἐυχάριστον. & quæ sequuntur. vide & eundem *lib. 1. c. 16.*

§ 29. Σωτηρία βίου] quod *lib. 4. § 19. extrem.* ἰσχὺς τῆς ἀληθείας. Plato *Protag.* Τίς ἂν ἡμῖν σωτηρία ἐφάνη τοῦ βίου. Et mox; ἡ ὑπόληψις ἀπολύσασα τὸ ἀληθὲς, ἴσασιν ἂν τὸν βίον.

Ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς] Vide *ad lib. 3. § 4.*

Ἀπολαύειν τοῦ ζῆν] *Vitâ frui.* Ità Martial. *l. 10. ep. 61.*

Vivere bis, vitâ est posse priore frui.

Senec. *epist. 61. Paratus exire sum; & ideo fruor vitâ, qua quamdiu futurum hoc sit, non nimio pendeo.* ubi Lipſ. *fruor vitâ, ſecurus, & lætus.* vide *ad lib. 3. § 6. & l. 9. § 26. & l. 10. § 33.*

Σωιάζοντα ἄλλο ἐστὶ ἄλλως] Vide *ad lib. 5. § 6. & l. 6. § 6. & l. 3. § 13.* Varro *περὶ εὐσεβείας. Legendo & ſcribendo vitam procudito.* i. e. *producito.* Nonius.

§ 30. Ἐν φῶς ἦλθε] Vide *l. 8. § 57. & l. 9. § 8.*

Μία ὐσία] vide *l. 4. § 40. & l. 7. § 9.*

Μία ψυχὴ] vide *l. 4. § 40. & l. 9. § 8.*

Μία νοερὰ ψυχὴ] vide *lib. 7. § 9. & lib. 9. § 8.*

Πνεύματα καὶ ἀσυνοχήματα, ἀναίδητα καὶ ἀναισθήτα] πνεύματα καὶ ἀσυνοχήματα, ſunt *formæ & materiæ formis quaſi ſubſtratæ & ſubjectæ.* interpres Angl. ἀϊδητὰ legiſſe videtur: cui accedere non poſſum. verùm ab interpunctione locum laborare opinor; & poſt ἀναίδητα collocandam diſtinctionem, ut ſeries dictionis ſic procedat; *reliqua dictarum rerum pars, formæ* ſcil. *& materiæ ſenſûs expertes, ſunt etiam à neceſſitudine mutua alienæ. Spiritus* pro *forma*, ut Marco, ità Pomponio *ad lib. 9. §. 8.* exhibito. qi *corpus continuum* definit, *quod continetur uno ſpiritu*, (i. e. unâ formâ) *ut homo, tignum, lapis.* ex ſubjectis ſpecierbus *tigni lapidisque*, non *animal*, ſed *formam, ſpiritûve* nomine denotâſſe, liquidò patet. vide *ad l. 6. § 13. & ad lib. 10. § 2.* ſic *l. 9. § 36.* ἡ ἀσυνειδήτη ὕλη & τὸ πνευματικὸν Marco ἀπηλαυνόντων. Hoc idem videtur, quod πνεῦμα ὑλικὸν Tatianus *adv. Græc.* nuncupaſſe; nec *ſtellis* tantùm, aut *animantibus* ſtirpibúſque, ſed *agris* etiam ineſſe vult.

Κρατοῦντα τῶν ὅλων σωέχει, καὶ τὸ ἔσεσθαι αὐτὰ βεβαιοῖ] leg. κρατοῦντα τὸ νοῦν σωέχει, καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βεῖδον. *& tamen iſta etiam* (licet ſenſûs ac rationis expertia) *mens* (univerſi ſcil.) *continet, & facultas interior*, ſive *forma illa, cujus vi eâdem loci feruntur.* Vide *l. 10. § 26.* Τὸν βεῖδουσαν. & *l. 4. § 16.* Τὸ αἰτιῶδες. τὸ νοῦν ἐπὶ τὸ νοῦν ſicut & Ariſtoteli *ethic. l. 9. c. 4.* Δόξειε δ' ἂν τὸ νοῦν ἕκαστος εἶναι, ἢ μάλιστα. vide *l. 10. § 38.* Verùm τὸ νοῦν iſtis eſt, ἢ νοερὰ ψυχὴ, de qa ſupra. i. e.

Deus

Deus ipse. de qo & *l.* 10. § 1. συνέχει πάντα. sive, *spiritus Dei*, τὸ συνέχον τὰ πάντα. Sap. Solom. *c.* 1. *v.* 7. Laërt. *Zenon. l.* 7: ἴν τε εἴη θεὸς καὶ νόος καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία. Apost. *ad Colossens. c.* 1. *v.* 16, 17. διὰ λόγου. τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἔκτισαι καὶ τὰ πάντα δι' αὐτὸ συνέστηκε. Clemens *Stromat. l.* 5. Χρῆται ὁ ἡμῖν ὅλων συνίστωσι, ὃ τῷ κόσμῳ καὶ τὸν παντὶ Ἄρεστον ἀνεφορᾷ, ἄλλα τάχα μὴν ὁ δίκαιον πεδιμελὴς τίνος, καὶ συνέχων τὸν κόσμον. Cicero *de natura deorum. l.* 2. *Natura est, qa* 10 *continet mundum omnem, atqe ea qidem, non sine sensu & ratione. & rursus: Mundum & ejus partes naturâ sentiente teneri, in qa ratio perfecta insit. qam vim animum esse dicunt mundi, eandémqe esse mentem sapientiámqe divinam.* Habes hîc aperte Marci τὸ νοῦν. Idem *de divinat. l.* 2. *Hæc ità fieri omnibus inter se convenientibus mundi partibus profectò non possent, nisi ea uno divino ac continuato spiritu continerentur. Totam mundi hujus molem*, inqit, *mens divina continet, ut anima corpus.*

Διάνοια ἢ ἰδίως ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον] Homo magis ad sibi congenerem fertur, tum qia liberam habet electionem, tum qia τὸ νοῦν illud peculiarem in homine operationem exercet, exeritqe. Laërt. *Zenon.* Εἰς ἄπειρα τὸ κόσμον μέρος διήκει ὁ νοῦς, καθάπερ ἐφ' ἡμῖν ἡ ψυχή· ἀλλ' ἦλθε δι' ὧν μὲν μᾶλλον, δι' ὧν ἧττον. δι' ὧν μὲν γὰρ, ὡς ἕξις καλόφρων, διὰ δὲ ἀρετὴν ὁρῶν, καὶ διὰ νόμων· δι' ὧν δὲ ὡς νοῦς, διὰ τὸ ἡγεμονικόν.

§ 31. Ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ] Plut. *de audiend.* Ταὐτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ. Et Apul. *de philosoph. Sapientem pedisequum & imitatorem Dei dicimus, & sequi arbitramur Deum*, id est, λόγον. At de Juliano Gregor. Naz. *στηλιτευτ.* 1. Ὁσημῶ λόγῳ, καὶ μὴ θεῷ χαίρομος· qasi ista sejuncta à se invicem existant. Et Socrates apud Stob. *tom.* 2. *tit.* 3. Μόνῳ τῷ λόγῳ, καθάπερ ὀπτέρνῃ σώφρονι, παρακολουθητέον τὸν βίον. ità solam rationem vult ducem adhiberi ad vitam instituendam. verùm proclivis satis est solutio. rationis rectæ, qalis est initio condita, ductus, à religionis Deique regulis nusquam deviat. Cæterùm qà jam corrupta & vitiata est, à legis divinæ tramite in qamplurimis abscedit, suique sequaces ut plurimùm abducit. vide ampliùs *ad l.* 7. § 31. & *l.* 10. § 11, 12.

Τὸ ἀκόλουθος, ἢ διὰ τῆς τετάρτης] leg. εἰ διὰ τῆς τ. sensus exigit. vide *l.* 9. § 2.

§ 32. Πόσον μέρος ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς ἀιῶνος] vide *l.* 4. § 50. & *l.* 5. § 24.

Πόσον ἢ ὅλης οὐσίας] Epictet. *l.* 1. *c.* 12. Οὐκ οἶδα, πλίνον μέρος εἰ σοὶ τὰ ὅλα; Lucret. *l.* 6. *Et qasi pars homo sit terræ totius unus.*

Τῆς ὅλης ψυχῆς] vide *supra* § 30.

Ἐν πόσῳ ἢ βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἕρπεις] ità *l.* 6. § 36. Ἄθως βωλάριον. & *l.* 3. § 10. & *l.* 4. § 3. in eodem argumento. γωνίδιον dixit. Plato *Phædon*. Ἔτι δὲ καὶ πάμμεγά τι εἶδος αὐτὸ (τὸ ὅλον) καὶ ἡμεῖς οἰκοῦμεν καὶ μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἐπὶ Φᾶσιδος ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ, ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας, ἢ βατράχους, περὶ ἕλεσσαν οἰκοῦντας.

Ὡς ἡ σὴ φύσις ἄγει] Fabius *instit. l.* 12. *c.* 11. *Natura nos ad mentem optimam genuit: adeoqs discere meliora volentibus promptum est, ut verè intuenti mirum sit illud, magis malos esse tam multos. nam* 10 *ut aqa piscibus, ut ficca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit: ità certè facilius esse oportebat secundum naturam, qàm contra eam vivere.* Nihil scil. istis de nativo vitio suboluerat.

Ὡς ἡ κοινὴ φύσις φέρει] vide *l.* 3. § 4. & *l.* 5. § 8.

§ 33. Πᾶσι ἑαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικὸν] vide *l.* 5. § 11. & *l.* 10. § 23. & *supra* § 19.

Ἐν γὰρ τόπῳ τὸ πᾶν] vide *l.* 3. § 9. & *l.* 7. § 38. Ex Rufo *de amicit.* Stob. *tom.* 1. *l.* 2. *tit.* 7. 20 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ θεὸς, τὰ δ' οὐκ. ἐφ' ἡμῖν μὲν, τὸ κάλλιστον, καὶ ἀπροδιόπτατον, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τίνι χρῆσιν ἡμῖν φαντασιῶν. τοῦτο γὰρ ὀρθῶς γινόμενον, ἀλήθεια ἐστὶ, εὐφροσύνη, εὐθυμία, εὐσταθεία. τοῦτο ἢ καὶ δίκη ἐστὶ, καὶ νόμος, καὶ σωφροσύνη, καὶ σύμπασα ἀρετή.

Τὰ δὲ λοιπὰ οὐ περιαιρετά ἐστιν, ἢ ἀναγκαῖ] leg. ἐστι, sive.

Νεκρὸς] vide *l.* 2. § 12.

Καὶ κατηὶς] Ità *l.* 10. § 31. κατηὶς καὶ τὸ μηδέν.

§ 34. Οἱ τὸ ἡδονὴν ἀγαθὸν] Epicureos notat, qi summum bonum etiamsi in voluptate, summum malum in dolore constituerant, mortis tamen contemptum profitebantur, & prædicabant. Vide Epicurum ipsum, *supra l.* 9. § 41. cujus & illa dogmata sunt apud Laërt. *l.* 10. ex epist. *ad Menœcéum.* Μηδὲν οὖν ἡμᾶς εἶναι πρὸς τὸν θάνατον· ἐπεὶ πᾶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐν αἰσθήσει. στέρησις δ' ἐστὶν αἰσθήσεως ὁ θάνατος· ὥστε γνῶσις ὀρθὴ τοῦ μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς τὸν θάνατον, ἀπολαυστὸν ποιεῖ τὸ τῆς ζωῆς ἀπρόσκοπον. οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἐν τῷ ζῆν δεινὸν, τῷ καταγινώσκοντι ὅτι τὸ μηδὲν ἐν τῷ μὴ ζῆν δεινόν. τὸ φεικῶδες οὖν τοῦ κακῶν ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἐπειδὴ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν· ὅταν δ' ὁ θάνατος παρῇ, τότ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. ἔστι οὖν οὔτε πρὸς ζῶντας ἐστὶν, οὔτε πρὸς τοὺς τετελευτηκότας· ἐπειδὴ οὐδαμοῦ ἐστιν, ὅτι δ' οὐκ ἔστ' εἰσίν. Lucret. *l.* 3.

Nil igitur mors est, ad nos neqe pertinet hilum.

& mox:

Multò igitur mortem minus ad nos esse putandum,
Si minùs esse potest, qàm qod nihil esse videmus.

Qo etiam telo pugnat & Cicero, *Tusc. l.* 1. *Natura verò sic se habet, ut qomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat: sic exitu nimorti*

ne nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. in qo qid potest esse mali, cùm mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli sunt, alteros non attingit. Senec. *ep.* 70. *plus à se qisqe exiget, si vidcrit hanc rem etiam à contemptissimis posse contemni. & epist.* 4. *Difficile est, inqis, animum perducere ad contemptum animæ. non vides, quàm ex frivolis cavissis contemnatior? alius ante amicæ fores laqeo pependit, alius se præcipitavit à tecto, nè dominum stomachantem diutiùs avdiret; alius nè reducerctur è fuga, ferrum adegit in viscera. non putas virtutem hoc effecturam, qod efficit nimia formido?*

§ 35. Τὸ ἐυκμεσον μόνον ἀγαθὸν] Pindar. *Pyth.* 9. —— ὁ κμεὸς πάντος ἔχει κορυφάν. Gregor. Naz. *ad Eunom. orat.* 1. Καιρὸς πᾶ παντὶ πρᾶγμα, ὡς Σολομῶντι κἀμοὶ δοκεῖ. κ τὸ καλὸν, μὴ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται, ὥσπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄωρον, κ γυναικὶ κόσμος ἀνδρεῖος, ἢ γυναικεῖος ἀνδράσι, κ πάνδει γεωμετρία, κ πάτῳ διάχρυσον. Callistratus in *tabul. explicat. imag.* 6. ὡρεῖον πᾶν τὸ ἐυκμεσον κ μόνος κάλλος δημιεργὸς ὁ κμεός· ἅπαν δ' ἀπηνθηκὸς ἔξω τῆς κμῆς φύσεως. Vetùm Marcus istic τὸ ἐυκμεσον accipit eo sensu, qo & Solomonem locutum monuimus, *suprà ad* § 23. vide *l.* 4. § 23. Plut. ad Apollon. πλὴ δὲ ἐυκμείας μᾶλλον ἢ πλὴ ἐυγνείας παντα χᾶ καθορᾶσθω προστάσσων.

Τὰ πλείως κ' λόγον ὀρθὸν προφέρεις] vide *ad l.* 3. § 7, 8. & *l.* 8. § 32. & *l.* 11. § 1.

Τὸν κόσμον διωρῆσαι πλείονι ἢ ἐλάττονι χρόνῳ] vide Menandrum *in supposititio ad* § 2. § 14.

§ 36. Ἐπολιτάσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει] vide *ad l.* 3. § 11. & *l.* 6. § 42.

Τὸ δὲ κ' τοῦ νόμως ἶσον ἐκάτω] vide *lib.* 7. § 31. & *l.* 8. § 5, 6. & *l.* 10. § 6.

